



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





7.2 = 629

~~99-3~~

~~11,3-72-50-500~~



99-4

2

~~Die Libanische Kolonie~~  
~~nahe der Stadt~~  
~~und die~~  
~~der~~



D. IVNII

R-170598

11403  
18

# IVVENALIS

SATYRARVM LIBRI V.

*Ex duobus Manuscriptis Exemplaribus, &  
vetustiss. manuscripto Commentatio plus quàm  
ducentis locis correcti.*

Præterea

A. Flacci Persi Satyrarum  
LIBER VNVS.

Cum Analyfi & doctissimis Commentariis, partim nunc primum,  
partim de integro editis

EILHARDI LVBINI.

*In fine accessit rerum & verborum Index utilissimus.  
Auct. var. actus, opus prædictum, cum expurgat. in præf. 1.*



HANOVIAE

Typis Wecheliani, apud Claudium Marnium  
& Hæredes Ioannis Aubrij.

M. DCIII.

*Am. corrig. conform. Ed. 1642. expurgatorio. Madrid. an. 1613. 1. 2.*  
*fibres.*



Digitized by Google

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and appears to include words such as "Handwritten", "Text", and "Page".

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and appears to include words such as "Handwritten", "Text", and "Page".

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and appears to include words such as "Handwritten", "Text", and "Page".

*Nobilissimo Viro Du.*

IVSTO BREDOVIO.

EQVITI MARCHICO

Domino in Remsberg, Domino  
& patrono meo.



VoD te in fronte huius libri compellam, tibi-  
que hosce meos, in Iuvenalem, commentarios  
& lucubrationes inscribā, Nobilissime IVSTI  
BREDOVI, Dux mihi potissimum rationes,  
quarum vna communis, altera propria. Illa  
præclaram tuam voluntatē & studium in mi-  
seras illas, & iam iam exsilio proscribēdas Mu-  
sas illarumq; cultores, viros bonos & doctos complectitur: Hæc  
peculiareni & propriam erga me, qui inter illos loco fortē vltimo  
& postremo. Certē si vllō alio tempore querela illa, de iniquā viro-  
rum Doctorum conditione, quæ apud hunc nostrum Satyr. 7. ha-  
betur:

*Quis tibi Mæcenæ, quis nunc eris aut Procleius,*

*Quis Fabius, quis Cotta iterum? &c.*

Hac nostrâ ætate institui potest & debet: quâ litteræ & Musæ, ha-  
rumque sectatores passim ab infamis & summis spreti atque con-  
temti. Videre nimirum est, quomodo horridulæ illæ & famelicæ  
Musæ, & vt hic noster loquitur, esuriens illa Clio, ostiatim fere cir-  
cumagat, suisque ingeniosissimis sæpè monumentis, & inuentis vi-  
tæ mortalium vel maximè salutaribus, patronum quærat, sed vix  
inueniat. Aut si quem tandem inueniat, pumice ille aridi r est, vbi  
in viros doctos aliquid conferendum: qui tamen sæpè in Pantomi-  
nis, histrionibus, Athletis, citharædis, adulatoribus, & Sycophan-  
tis aulicis, hoc est, Atræonis canibus, à quibus sæpè in vniuersum

absumuntur, alendis, nullis impensis, nullis sumptibus parcunt. Nō  
 desunt nostrā tempestate apud quos constitutione cautum & in-  
 terdictum esse perhibetur, nullum cuiuscunque, & quicunq; tan-  
 dem ille sit, librum dedicatū recipere, aut quoquo modo vllō mu-  
 nere compensare. Quanquam autem non ignorem, nec negem, in  
 hac tanta tot scriptorum turba, vbi *Scribimus indocti doctiq;*, — in-  
 que hoc insanabili plurimorum scribendi Cacoëthe, importunis  
 illis dedicationibus plerisque insigni molestia, & tædio intolera-  
 bili vexari: Cuius tamen malitiæ, imò furoris & insaniz est; cuius  
 autem bardi stuporis & ignorantiz, æra à Lupinis non velle, vel nō  
 posse discernere, eodemque, ordine omnia omnium scripta habe-  
 re, nullāque adhibita ratione eodem nigro calculo omnia conde-  
 mnare? Longè aliter iudicabat Princeps ille nunquam satis laudan-  
 dus, qui adfirmabat, nunquam ærario æs defuturum quandiu in  
 doctos & bonos aliquid conferretur. Et laudatissimus ille Impera-  
 tor Vespasianus reprehensus, quod tam multa amicis talibus largire-  
 tur; non oportere, respondit, quenquam à Cæsare tristem discede-  
 re. Et Antigonus Aristodemo consiliario, coqui filio, suadenti lar-  
 gitionibus in viros doctos aliquid detrahendum esse; Verba, in-  
 quit, tua IVS OLENT, subindicans coquorum esse parsimoniā,  
 non Regum. De Midā Phrygiæ rege fabulatur Poetæ, quod à Bac-  
 cho oblata optione impetrasset, quæcunque tangeret in aurum cō-  
 uerti, vnde cibo etiam & potu in aurum conuerso, mox fame & in-  
 edia absumi inceperit. Mox arbiter inter Apollinem & Marfyam  
 de Musicæ præstantiā contendētes electus, agrestem ac barbaram  
 Marfyæ cantilenam, suauissimo ingeniosissimi Musici Apollinis  
 concentui prætulit. Non profecto ridenda aut miranda hæc fa-  
 bula, cuius præsens hæc ætas exempla atque documenta nobis sup-  
 peditat quàm plurima. Quid enim nostro sæculo vsitatum magis,  
 quam in summā illā fortunā, opibus & diuitiis nihil prius videri,  
 nihil potius esse? Quorum plerique, certè plurimi, cum vniuerso  
 ferme suo satellitio cum sæpè sint indocti & illiterati, de viris do-  
 ctis, & honestis, de litteris, & artibus non aliter iudicant, atque Mi-  
 das ille oblongis asini auriculis deformis inter Apollinem & Mar-  
 fyam iudex electus. Melius nimirum iudicaturi, vt clangat tuba,  
 quam vnum numerus in versu aut oratione apte cadat. Vt Barbarus ille:

Scythia-

Scytharum rex Antæus dictitasse fertur, se magis delectari hinnitu Equi, aut latratu canis, quam cantu aut Symphonîâ. Harum & consimilium aures à Musis tantopere alienas & abhorrentes, quis non oblongas dixerit? Hac ergo fabulâ non obscurè notati Magistratus & Principes illi, quibus potior Barbaries quàm eruditio, rudis infantia quàm Eloquentia, aurum denique, quàm sapientia. Sapientior rex ille Salomon, qui optione sibi delatâ, non immensas opes, non totius orbis imperium, sed Sapientiam elegit. Et laudatissimus ille Vbaldus Feretrius Urbini dux dicebat, se omnes suas fortunas Sapientiâ permutaturum, cum adfirmaret; se ad paupertatem redactum iri, si Sapientia venalis esset. At prævideo pauldò post futurum ut in tali Republ. in qua sane non, iuxta diuini Platonis illud, Philosophi imperant, aut imperantes Philosophantur, vix denique inuenturi sint, etiam immensis opibus propositis, cuius opera in instituendo filiolo, ut de grauioribus iam non dicam, recte uti possint. Quis enim magnoperè curabit humi proiecta & pedibus cõculcata? Reges verò & principes mox, licet auro & argento abundant, illis carebunt viris, illis artibus, quibus regna & Resp. firmantur, nullis opibus, nullo auro æstimandis. Quo magis te amo, venerer, suspicio, demiror,.

*Marchiacorum equitum gemma atque medulla Bredovi,*

Cuius nimirum, ut cum nostro Poeta loquar

*E meliore luto finxit præcordia Titan..*

Qui in tanta fortuna, tantis opibus constitutus, & tantis parentibus ortus es, quorum olim in pace, in bello, in ocio, in negotio, domi & foris consilio atque ope patria salubriter vñsa fuit : Non tamen,

*Ut plerique solent naso suspendis adunco:*

— Ignotos, & humilis atque obscuri generis homines. Sed negas aliquid referre, quo quis loco, quibus parentibus, & in quâ fortunâ, quibusq; opibus natus quisquam sit, dummodò sit liberi animi, ingenui ingenii, optimisq; artibus ac literis, & generoso illo honesto pectus suum imbuerit. Sapienter prorsus & laudabiliter hoc facis, nec à te dissentit Sapiens illè Bion, qui ob generis ignobilitatem criminatus cum ab Antigono rege, quis & cuius est



set interrogaretur, ô rex, respondit, recte facis cum Sagittariis in-  
 diges, nō summo genere natos quæris, sed illos, qui dextrè scopum  
 tangunt. Hisce nimirum tu, te amicum, patronum, & Mæcenatem,  
 profiteris. Huiusque adfectus tui indies præclara specimina edis,  
 edesque præclariora, volente atque iuuantē illo, qui præclaram  
 tuam voluntatem in sui nominis gloriam, Reip. literariæ salutem,  
 multorumque bonorum commodum dirigat & gubernet; quibus  
 ad æternam nominis tui famam, & nunquam intermoricuram lau-  
 dem viam tibi sternes, quamdiu litteratorū & litterarum aliquid  
 in mundo supererit. Virge propositum cui auxiliarem manum por-  
 rigeret ille, qui nunquam illos destituit, qui nunquam satis laudato  
 facinore sui nominis gloriam, & mortalium salutem quæruunt. Iam  
 quid mihi humanitatis, beneuolentiæ, atque liberalitatis officiorū  
 præstiteris, nobilissime B. ingratus, hoc est malus & improbus vel  
 me ipso iudice essem, si non, cum paribus compensare nequeam,  
 saltem debita & grata memoriâ omnibus prædicem, neque meri-  
 tis tuis in me nullo meo merito victum & superatum ultro confi-  
 tear. Præterita enim ætate cum ad vos à communi nostro amico,  
 D. IGNATIO HANNIELE Iurifconsulto & Historico præstan-  
 tissimo quo iam collega & fratre desideratissimo vtor, euocarer, il-  
 lo apud vos loco fui ut iure ac merito fatear toto vitæ meæ tempo-  
 re melius mihi non fuisse. Quid enim dicam de insigni illa tua hu-  
 manitate, quam tot diebus tam beniuolē tam liberaliter mihi de-  
 claraſti: de præclaro tuo Reip. literarię iuuādæ consilio, quod me-  
 cum tam benigne communicasti; de loco illi tam amœno tot lacu-  
 bus, nemoribus, pratis, conuallibus, saltibus, in quo Nymphæ, Musę  
 & Charites suas sedes habere iamdudum gestiunt; de sepulchro  
 denique Remi fratris Romuli in memorabili illo tuo Remi mon-  
 te lacu amœnissimo yndique cincto, nuper inuento & eru-  
 to, in cuius morte assignanda antiquissimi Historici pudendo er-  
 rore omnes naufragium faciunt. Ut aliàs plenius & vberius de-  
 monstratur. Horum omnium, mi BREDOWI, memor ero do-  
 nec ero. Cumque memoris & grati mei animi condigna tanta  
 tua humanitate atque liberalitate specimina atque documenta,  
 quæ reponam, pro hac rerum mearum tenuitate non habeam; re-  
 pono illa quæ possum, nimirum meipsum, meumque adeo ani-  
 mum.

num, quem tuo merito tibi devinxisti, eiusque hunc meum in-  
prstantissimum *Satyricon Iuvenalem* qualemcunque *Commenta-*  
*rium*. Quod munusculum ab illo profectum, qui maiori volunta-  
te quàm facultate præclara illa tua merita compensare studet, ut  
zqui bonique consulas maiorem in modum à te contendo.

Salve & vale cum omnibus tuis salvis. Rostochii, mense  
Martio, Anni M D C I I I.

*Nobilitati tue*

Studiofiss.

EILHARDUS LUBINUS.

Nobilissimo Viro Dn.

IOANNI BREDOVIO  
EQVITI MARCHICO

Domino in Cremmen, & Velfantz,  
domino & patrono meo.



NOVEM iam ferme anni sunt, Nobilissime IOANNES BREDOVI, ex quo potioribus superioris Germania urbibus perlustratis, felici atq; fausto siedere, Tubingam veni, ubi non sine Deo duce illud inveni, quo nihil in mundo rarius, nihil item carius atque pretiosius, fidelem & candidum amicum, IGNATIVM HANNIELEM Iuriconsultum, Philologum, Historicum praestantissimum, quo tum temporis preceptore utebaris. Huc accessit & alterum non in exigua felicitatis parte mihi ponendum, quod eodem tempore tecum etiam familiaritas quadam mihi intercesserit quem ibidem loci inveni optimarum artium atque linguarum studijs ad veram virtutem & gloriam, hoc est veram & te, cum primis, dignam Nobilitatem sub accuratissimo illo preceptore gnaviter grassantem & contendentem. Non desii ex toto illo tempore te tacito quodam honoris & amoris adfectu prosequi, idque eo magis impendio, quod in te, in tanto loco, & tali fortunâ nato singularem benivolentia & humanitatis adfectum deprehendisse, erga illos, qui inferiori sorte atque loco nati essent, modo animi bonis, & optimis studiis ingenuos & legitimos virtutis atque Sapientiae alumnos sese profiterentur atque demonstrarent. Nulla profecto res magis atque validius alios ad sui admirationem atque amorem impellit, quam summo loco & praeclaris maioribus nata nobilitas, si altera illa accedat, ex optimarum artium atque literarum studiis praeclara eruditio, & insignis doctrina; & denique illa tertia, quae secundam individua comes perpetuo sectatur Modestia & Humanitas, erga omnes & singulos, etiam in tenuiori

maiori re, & humiliori loco natos. Frustra enim nobilitatem suam iactant, & maiorem suorum virtutem & praeclara in patriam merita & facinora commendant, qui isdem vestigiis non insistentes se tantorum maiorum veros & geminos filios re & opere non demonstrant. Hac enim nisi adsint, quidni Phylis illud ad Aiacem apud Ovidium iure atque merito de illis usurpemus?

Nam genus & proavos, & quae non fecimus ipsi  
Vix ea nostra puto.

*Quamvis enim saepe, imo plerumque:*

Fortes creentur fortibus, & bonis.

& parentum virtus tanquam hereditarium bonum in optimos liberos pulcherrime saepe propagetur, & quasi transeat. Multos tamen contra videas tantum sanguine, non autem virtute maiorum suorum nisi, & parentum nobilitatem aut visa socordia & ignavia obscurare, aut eandem etiam pendendis factis deformare aut penitus delere: Suaveque generis nobilitate tanquam velamento malitia, eo abuti, ut Diogenes dicebat, ut licentius atque liberius peccent. Quorum non absimilis Harmodius, illius praeceps fortissimi viri, degener abnepos, cum Iphicrati viro fortissimo patre, suore nato generis obscuritatem abiiceret: Meum, inquit Iphicrates, genus à me incipit, tuum vero in te desinit. Non minus etiam illi frustra sunt, & insigniter falluntur: qui in literis, hoc est studiis humanitatis plurimum profecisse videri volunt, insolenti tamen fastu & superbia intolerabili alios despiciunt & contemnunt. Imo vero eo magis sua iactantia & magniloquentia aliorum existimationem imminutum eunt, quo ipsi maiores & doctiores videri cupiunt, illud quod aliorum existimationi decedit, sua nimirum accedere arbitranses. Hac etiam omnibus odiosa atque ingrata insolentia in summa illa fortuna non rara est, certissimum imbecillitatis atque ruditatis documentum. Longe alia in viris doctis solida doctrina, & certi profectus indicia. Quos nimirum humanitatis studia ad humanitatem, & modestiam informant, ut humana ignorantia & imbecillitatis sua non immemores, moderatè, imò humiliter de se sentiant, scientes alium alio plura scire, neminem omnia; Nos omnes si ad primam stirpem revocemur, à Deo esse, Unum nimirum Deorum, unum hominum genus ex una spirare matre, ut Pindarus dicebat. Hac te tergemina nobilitate verè nobilem, Generose Bredouiam tot annis amo, suspicio, veneror atque demiror.

— Et quis non mecum bonus?

Certe eodem honoris & amoris adfectu te prosequuntur omnes illi, quibus tu in Germania Gallia atque Italia tot Academiis tua virtute, & vita integritate innotuisti, Doctores & Professores, etiã nostræ Religionis hostes. Quis autẽ credas tantam virtutis esse vim, ut illius laus, admiratio, & commendatio etiam ab hostibus erumpat? Nimirum illa tunc absoluta est, cum eius pulchritudo in hostili etiam animo invidiam exstinguit, & linoris adfectum domat & compescit. Hinc scilicet non desunt viri præstantissimi, Schoppius, Colerus, & præclarus ille Rittershusius & alii, qui inscriptis atq; dedicatis tibi insignibus suis operibus & ingenii monumentis, ingenuam tuam virtutem, & veram nobilitatem uniuerso orbi quodammodo notam facere voluerũt. Hisce etiam ego accedo, cum nullo illorum ingenio & eruditione forte comparandus, at præclara in se voluntate atque studio reliquos si non superans, certe facile æquans. Merito autem tuo facio, quidquid huius facio nobilissime Bredovi. Tu enim, & Iustus germanus tuus

— par tam nobile frattum,

cum præterita astate in arce vestra Renibergâ vobis adessem, comitate, benignitate, & humanitate erga me quasi contendistis, meque nihil tale villo meo officio promeritum, ita vobis deuinxistis, ut vix soluendo esse ingenuè ipse fatear. Atque utinam præclara mea voluntati facultas mea responderet, iis meam memoris animi promptam gratitudinem testatam facerem nobilitati tuæ, quæ virumque nostrum, nec te pigeret accipere, nec me puderet dare. Quod cum pro hac mearum rerum tenuitate mihi negatum sit, quod possum, non quod debeo, leuidentse munusculum, tibi offero, hosce meos in PERSIVM, Poëtam doctissimum & obscurissimum, commentarios. Quod ut æqui bonique consulas, illoque quo offertur animo accipias reuenter & officiosè contendo. Ad Poëtam ipsum quod spectat verè magis, quam ambitiose aut confidenter dixero, nulli opera & labori me pepercisse quo ipsi in tantâ obscuritate, quam deditâ operâ, & de industriâ adfectauit, lucem darẽ. Quo nomine ipsum bis publice in hac Academiâ nostrâ prælegi, & duplici Paraphrasi illustrari. Præmisi hisce omnib. commentarium. Cuius præpropera eruditionis, in quibus nix & me non semel pignit atque pœniuit. Adeo ut à toto illo editionis tempore in hoc vnice incubuerim, ut quæ in prioris Commentariis fronte non satù prudenter receperam, re & opere itãdem aliquando præstarem & fidem meam liberarem. Quid præstiterim iudices tu & viri docti tecum. Ego certe volui quod alii rectius potuissent. Tu

mi BRE-



mi BREDovi, quidquid est, boni consule, munusculum, si ipsum in se  
spectes sane perexiguum, magnum vero atque non parvisendum si animum  
meum spectes tuo tibi merito aeternum deosum, atque deum tuum.

Salve cum omnibus tuis salvis & quod facis, atque unice à te fieri à  
te contendo, inter tuos me numerare perge. Rostochii mense Mar-  
tio, Anni M D C I I I.

N. T.

Officiosè & studiosè  
colens

EILHARDVS LVBINVS.

\*\* 2



## REM POETICAM

Ad gloriam Dei, & animi emendationem, non ad impia & superuacua referendam esse.

### ORATIO

*Praelectioni Persiana praemissa.*



**D**ICTURUS ego de Re Poeticâ, & quid tenendum in illa potissimum; Et dicturus in coronâ hâc, & cœtu augustissimo clarissimorum virorum, & iuuenum lectionissimorum: Sentio non illam in me esse eloquentiam, quæ & acerrimo illorum iudicio ad quos, & magnitudini illius rei, de quâ dicturus sum, respondeat, & satisfaciât. Nam & ego is sum, cui dicendi facultas neque naturâ attributa, neque arte vel usu acquisita est. Illud autem de quo hoc tempore dicam, tantæ molis est ac ponderis, ut robustissimi etiam eloquentissimorum Rhetorum humeri illi vix ferendo, sint, ne dum ego succumbam. Et vos denique N. N. illi estis, quibus inter studia humanitatis natis & educatis aures politioris litteraturæ aceto ac sale ita purgatæ sunt, ut insulsa, aut saltem minus condita oratione illæ merito offendi non debeant; utpote à quibus nihil non elegans, politum, & limitatum expectari & possit, & debeat. Quæ ego singula contemplatus, & quasi oneris, quod necessarium mihi subeundum, molem vastitatemque oculis præmetiens, & præmetuens; ita perturbor animo, & expauesco, ut neque mihi ingenium, neque consilium suppediter, & in ipsis præne faucibus constrieta metu vox, nostræque orationis cursu obstupescat. Quidnam igitur faciam? Certe cum ipsa, ut videtis, necessitas hæc dicendi partes mihi imponat; non racebo penitus, quasque oneri succumbam, sed saltem illud quod possum, si non quod volo, & debeo in medium protulero. Dicam igitur; quantum fieri pote breuissimè carptim quasi, & saltuatim, QUID IN POETARVM LECTIONE ET TENENDVM, ET VITANDVM SIT. Quo officio & munere tum demum functum me, & defunctum arbitror, ubi demonstrauero missis & relictis superuacuis omnia ad Gloriam DEI, & secundum virtutem informandum.

animum referenda esse. Vos autem N. N. maiorem in modum etiam atque etiam oratos volo, ut hæc æquo ac lubenti animo mecum cognoscatis, neque mihi fraudi adscribatis si non pari ingenii dexteritate, pari dicendi facultate, pari sermonis claritate, pari verborum lectissimorum flumine, sententiarum elegantissimarum copia nitore ac pondere, quo alii hoc in loco mihi præiuerunt, dicendo perorauero, mihi que satis esse duxero illa voluisse, quæ alii poterant.

Cum post deuictum captumque regem Persæ L. Æmylius Paulus optimus ille, idemque fortissimus Imperator coquis & instructoribus triumphalis epuli non modo præesse, verum etiam adesse, & interesse vellet; demirantibus illud amicis: *Eiusdem scilicet industria esse* respondit, *aciem contra inimicos, & conuiuium pro amicis instruere*. Hanc tanto imperatore dignissimam vocem, ut è campo in Palæstram, è castris in urbem, è prætorio in Academiam deducam; Eiusdem solertiæ esse dico profutura eligere, & nocitura reiicere. *Vbi igitur constiterit in arte Poetica illud potissimum spectandum esse, ut, secundum diuinum illum Platonem, Deo grata, & hominibus salutaria dicere & facere possimus, quid contra vitandum & fugiendum sit, fugere neminem potest.* Quoniam enim, ut rectissimè monuerunt Philosophi, omnia nostra studia ad *Σωτηρίαν καὶ δυνάμιν ἐμφανεύειν* referenda sunt; vel ut Thucydides ait, ad illud

*Ἐνθάδε τὰ δέοντα, καὶ ἐπιμυνέοντα τῶντα;*

Et quemadmodum Horatius illud expressit:

*Vt sapere & fari possis, qua sentiat.*

Vel denique ut omnium rectissimè Hæmerus:

*Μόθωντι πῆντε ἵμεναι, ἀποκτενέειν ἴργον.*

Ut nimirum honesta & utilia non solum sciamus, verum etiam si opus sit conuenienti oratione illa exprimere possimus, nec illud solum, sed re etiam & opere agamus: Æquissimum profecto, & maximè utile ac salutare fuerit, ut diuinissimam illam Poeticen quoque & legendo, & exercendo huc referamus & applicemus. In cognitione porro, & exercitatione ipsius utilis & honesti illud ut primum, ita & maximum est, ut, velut Seneca ait, *Deum rectè cognoscamus & colamus*; Et ut Hermes, ad vnum solum Deum in hac vitâ tendamus: Extra quem, ut ait Plotinus, nulla felicitas; Et qui, ut ait, Iamblichus, Omnis beatitudinis fastigium, meta, finis: Proximum est; velut Seneca ait, *ut hominibus rectè utamur, & summi cuique tribuamus*. Dum igitur diuina illa præcorum Poetarum monumenta legendo euoluimus, huc semper tanquam ad finem & scopum nobis respiciendum est. Laboriosæ illæ, & ingeniosæ apes ex amœnissimis rosis ac floribus nectareum illud mel colligunt, ex quibus araneæ mortiferum venenum. Illas, non hæc in lectione Poetarum imitemur: Nec tanquam Pŷlli, aut Ophiogenes, quibus venena pro victu, imo pro deliciis esse dicuntur, impiè, obscenè, & turpiter dicta

dicta auidè inde arripientes, in animo & ore geramus, quibus tanquam Catoblepæ vel Basilisci alios visu, & seipfos reflexione enecant, & nos, & alios perdamus & corrumpamus: Sed illa, quibus vtilibus & salutaribus in omne ævum, *animus ad Pietatem in DEVM & hominis instruitur, & in omni virtute confirmetur.* Huiusmodi apud vtriusque linguæ Poetas Græcos & Latinos innumera reperiuntur; & quæ si quis diligenter legat & colligat animoque imbibat; Inueniet profecto, quibus non solum mentem pulcherrimarum rerum cognitione imbibat, & linguam purâ oratione expoliat, sed animû quoque omni virtute & honestate informet, & quibus, quantumvis Christianus in veritate non parum confirmetur.

Principio si quæras, vnde omnium rerum *initia* ducenda sint, Aratus te docebit, cum in initio sui operis ait,

Εἴ κ' ἄρ' ἀρχόμεθα.

Et Virgilius:

*A Ioue principium.*

Si DEVM esse dubitas, Plautum audi, cum inquit:

*Est profecto DEVS, qui quæ nos gerimus audit, & videt.*

Indignabundus verò Læganus inquit:

*Ignarum mortale genus per fulmina tantum  
Sciret adhuc cælo solum regnare Tonantem.*

Nos vnum credimus, Et Phocylides:

Εἰς θεὸς ἑὴ σοφὸς δυνάστης χ' ἄμα καὶ πολύνους.

*Diues & omnipotens est, & sapiens DEVS vnus.*

Et Soranus,

*Progenitor, genitrixque Deum, DEVS vnus, & omnes.*

Nos omnipotentem dicimus, & Linus cum ait,

Πάντα πάντα ἡεὶ πλάσσει, καὶ αἰήσων ἐδὲν.

*Omnia posse Deo facile est, cui nulla negantur.*

Et Ovidius:

*— immensa est, finemque potentia cæli*

*Non habet, & quidquid superi voluere peractum est.*

Nos Sapientem, & Ovidius, cum ait:

*— Deus omnia nouit.*

Qui vt Seuerinus ait:

*Lex & Sapiens arbiter ani.*

Nos Bonum; Et Euripides:

Θεοὶ εἴ τι αἰχρὲν δρῶσιν, ἢ εἰς ἡμῶν.



*Si quid malipatrat DEVS, non est DEVS.*

Nos verum, & Pindarus cum ait:

Θυγάτηρ ἀλὰ θεία θεός.

Dei filia veritas.

Nos iustum dicimus, nempe vt Ouidius ait:

*Adspiciunt oculis superi mortalia iustis.*

Et Silius:

*Iustitia rectique dator, qui cuncta gubernat.*

Qui vt Flaccus ait:

*Diuos mortalesque turbas*

*Imperio regit vnus aequo.*

Nos omniscium. Nimirum vt Hesiodus,

Πάντα ἰδὼν θεὸς ὀφθαλμοῖς, καὶ πάντα νοήσας.

*Cuncta DEI cernunt oculi, atq; idem omnia noscunt.*

Nos omnipotentem, Idem dicit Virgilius ex Arato,

— *DEI omnia plena.*

Et Lucanus:

*Estque DEI sedes, nisi terra, & pontus, & aer*

*Et caelum, & virtus.*

Et Orpheus,

χρυσῷ εἰνὶ θρόνῳ, γαῖη δ' ὑπὸ ποσσὶ βέβηκε  
χαίρε δὲ δεξιτέρῳ ὅππῃ πέρμασιν ὠκεανόιο  
ἐκτίσκειν.

*Aureus huic thronus est, pedibus iacet arida tellus*

*Et dextra Oceani velocis littora cingit.*

Nos misericordem dicimus: Idem Naso inquit,

*Crede mihi miseris caelestia numina parcum,*

*Nec semper lasos, & sine fine premunt.*

Et Silius:

*Mite & cognatum est homini DEVS.*

Et Iuuenalis,

*Carior est superis homo, quam sibi.*

Nos incorporeum: Idem Statius,

*Nulla DEI effigies, nullo commissa metallo*

*Forma DEI, mentes habitare, & pectora gaudet.*

Nos Creatorem omnium: Idem Pindarus,

θεὸς τὸ πᾶν, καὶ πάντας πύχων βροτῶν.

*Deus omnia est, & omnes mortales creat.*

Et vt Sophocles, Ὅς ὑπὸν τὴν πύχην, καὶ γαῖαν μακρὰν.

*Qui latam terram ipso cum caelo condidit.*

Nos cu-

Nos gubernatorum omnium: Idem Pindarus,

Θεὸς πάντε καὶ πάντων, θεὸς ὁ πάντων κύριος.

*Deus prospera & adversa gubernat, Deus omnium dominus.*

A quo omnes oriundi: Idem dicit Aratus,

Τὸ δ' ὅ καὶ ἅμους ἐομεν.

Et Lucretius,

— Cælesti sumus omnes semine oriundi

Omnibus ille idem pater est.

Omnia largitur: Idem Homerus, & Hesiodus dicunt:

Ὅ σ' ἀγαθὸν κακὸν τε δίδω, δῶκεται δ' ἅπαντα.

*Qui bona qui mala dat, potis est namq. omnia solus.*

Qui ut Seneca ait,

Nec malum dat, nec habet;

— Neque enim luescere fas est,

Vel nocuisse DEVM, ut Claudianus ait:

Omnia vincit. Ovidius:

Nihil ita sublime est, supraque pericula tendit,

Non sit ut infæsus superæstet, que DE

Omnium inspector, & vindex. Idem Virgilius,

Si genus humanum & mortalia temnitis arma

At sperate DEVM memorem fandi, atque nefandi.

Eternus. Idem dicit Manilius,

Idem semper eris, quoniam semper fuis idem

Non alium videre patres, aliumve nepotes

Aspicient, DEVS est, qui non mutatur in ævo.

Nos tres divinitatis personas scimus & credimus. Idem respondit Serapis Thulidi

Egypti regi. Πρῶτα θεὸς, μετὰ τοῦ λόγου, καὶ πρὸς αὐτὸν αὐτοῦ.

*Principio DEVS, inde Logos, cum Flamme sancto.*

Præter hunc nullus DEVS, idem dicit Orpheus,

Ὁυδὲ τις ἐδ' ἔπρος χαλεῖς μέγαλοι θεοῖο.

*Nec quisquam est alius præter magnum illum regem.*

Age, quid nos Christiani his amplius aut debeamus, aut possimus? Si iam vltimus de Cultu Dei quæras, sane potissimi, & antiquissimi Poetæ non te ad Idola & statuas deducunt, non ut cum Sibylla loquar ad illos,

— Θεὸς ἑλκνός, λιθνός

χαλκός, χρυσός, καὶ ἀργυρέος γαματῶς

Ἀψύχως, κρυφῶς, ὅς ὃν ποιεῖ χονεὺς ἵκτας.

— Deos saxone vel auro

Aere vel Argento factos, lignone dolatos

\*\*\*

*Exanimēs, surdos, conflatos ignis in aëth.*

Sed ad illum, qui est, vt cum Orpheo loquar:

*Αἰθέρος ἡδὲ αἰθέρι πόντι καὶ ἡδὲ τῶν ἀνθρώπων.*

*Aetheris, inferni, maris, & terræ Induperator.*

Et illum colendum docent, vt cum Senecâ loquar, non opimis taurorum corporibus contrucidatis, ~~sed pia rectaq; voluntate venerantium, Et qui secundum Catonem:~~

*— est purâ mente colendus.*

Nam requirit ille, vt Plautus Rudente ait:

*Pia hominum facta, mores, pietatem, fidem.*

Et vt Ouidius,

*Non bene mactato caelestia numina gaudent,  
Sed quæ præstanda est, & sine teste FIDE.*

Et qui non habitat, vt Sibylla ait, — *ἱερῶν αἰ χερσὶν ἡμῶν.*

*In manibus factis templis. —*

Sed qui, vt Silius ait,

*— mentes habitare, & pectora gaudet.*

Quo nomine Persius ~~Deo in sacrificiū offerri iubet~~

*Compositum ius fasque animi, sanctosque recessus  
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.*

Plautus vero paucis verbis omnia complectitur, cum inquit

*Nam quod scelesti in animum inducunt suum  
Deum se placare posse omnibus hostiis,  
Et operam, & sumtum perdunt, id eo fit, quia  
Nihil ei acceptum est à periuris supplicibus;  
Facilius si quis pius est, à Diis supplicans  
Quàm qui scelestus est inueniet veniam sibi.*

Nimirum potiores Poetæ ferè omnes inculcant diuinum Senecæ illud: *Vis Deum propitiari bonus esto*; Et illud eiusdem: *Optimus animus pulcherrimus Dei cultus*; Et vt idem alibi: *Satis Deum coluit, quisquis imitatus est.*

Porro, quoniam vt Philosophorum ille ter maximus parens Mercurius rectissime dixit: *Diuina officia precedere, humana sequi debent*: sequitur iam altera quæstio quomodo hominibus vtendum sit. Et quidem in hoc ipso præfati illi Græci, ac Latini vates, & Satyrici imprimis vniuersi ferè acroti. Eo quia post DEVM maxima parentum cura habenda est, qui nimirum, vt Hierocles Stoicus ait, *Θεὸς ἡμῶν οὐδὲν*: Dei nobis simulacra, & secundi quidam ac terrestres Dii. Rectissime ergo diuinus ille Pythagoras.

*Πρῶτα γὰρ ἡμᾶς μετὰ τὰ θεῶν γινώσκειν.*

*Principio venerare DEVM, deinde parentes.*

Illis autem omnes & singuli à liberis æternum honorem & amorem deberi

non

non solum semper & ubique inculcant: verum etiam illos colentibus longam  
viam, & felicitatem, atque adeo omnia fausta polliceantur. Nobilissima enim  
illa Menandri,

Ἰκαρὸς βίβας ὑποβόσκων τὸς γονεῖς.

*Vines dum parentes sis senes alas.*

Et illud eiusdem, Ἐπιτε μὲν τὸς γονεῖς ἀεὶ καλῶς.

*Coleas parentes lata speres omnia.*

Et Euripidis illud, Ὅτις ᾗ μὲν μητρί ὀδύνηται ἴσο.

*Quicunque honorat matrem felix ille erit.*

Contra de Impiis, Hippothoo, & aliis Homerus: Οὐδ' ἄνδρα

ὅστις φίλοις ἀπιδώσει μισυδάιδος ᾗ οἱ αἰὼν.

*Non caro alimentum a parenti*

*Reddidis, ergo etiam brevis illi visa tributa est.*

Quid de aliis officiis proximo debitis dicam? Nimirum de quibus potiores  
Poetæ non modo eadem cum Christianis nobis dicunt; verum etiam non nulli  
eundem penè verbis, ut plerique non obscurè ex decalogo legis diuinæ exscri-  
psisse, inq; suam linguam transfuisse videantur. Et nunquis de hoc dubitare  
poterit, quisquis Admonitorii illius Phocylidis initium vel obiter tantum in-  
spexerit:

Μὴν γὰρ ἡμετέροις, μὴτ' ἄρα Κέρων ὀδύνη,

Μὴν δ' ἄλλος πατέρη, μὴδ' αἰματὶ χυμῶν μαίνηται.

Μὴ πύρρον ἀδελφεὸς, αἶμα' ἔοικεν βιοτῶν.

Ἀρκαδίη παρὶναι, καὶ ἄλλοις ἐν ἀπὶ γαίῃ,

Τυόδα μὴ βάλῃ, καὶ ἰνὸν ματρί ἀγορεύει.

*Vita concubitus furtivos, atque viriles;*

*Consue neue dolos, nec pollue sanguine dextram;*

*Nec discesce iniuste, at iniuste viuiso partis*

*His contentus, quod habes aliena nec aufer*

*Et verum loquere, at nunquam mendacia dicas.*

Porro de mundi interitu, extremo iudicio, vitæ & morte æternis, vel eadem  
pleriq; nobiscum dicunt, vel illis saltem non multum dissimilia. Nam nos cre-  
dimus mundum interiturum. Idem Lucretius,

*Vna dies dabis exitio, multosque per annos*

*Suffensata ruet moles & machina mundi.*

Et Ovidius,

*Esse quoque in fati reminiscitur adfore tempus,*

*Quo mare, quo tellus, correpta que regia cæli*

*Ardeat, & mundi moles operosa labores.*

Mortuos credimus in vitam redituros: Idem Sibylla inquit,

Σώματ' ἐπαρχόμενα μίαν ἡμέραν ἀνίστασθαι.

*Corpora defunctorum aliquando à morte resurgens;*

\*\*\* 2.

Et Seneca:

*Veni et iterum, qui nos in lucem reponat, dies.*

Credimus DAVM extremum omnium iudicem futurum; idem Sibylla:

Αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ θνητῶν ὁ δίκαστος ἔσται.

*Omnipotens homini dicturus iura sedebit.*

Et Claudianus:

— *quo iudice fontes*

*Improba cogentur visa commissa fateri.*

Pii à dextris, impii à sinistra stabunt, & quidē vt Plato ait Leg. lib. 1. illi in puro Sole ac luce speciosissimi ac læti, hi tristes, & lacrimis ac mœrore deformes & fqualidi. Idem Virgilius:

*Hic locus est partes ubi se via findit in ambas*

*Dextera, qua cæli magni sub mœnia tendit,*

*Hac iter ad cælum nobis, at læua malorum*

*Exerces pœnas, & in impietate tartara mittis.*

Malorum æterna tormenta; idem Seneca:

*Locus nocentes certius inclusos tenes.*

Quos nimirum, vt idem ait:

*Supplicia vincula saeva perpetuis domant.*

Et Ovidius,

*Nec mortis pœnas mors altera finiet huius,*

*Horæque erit tantis ultima nulla malis.*

Quibus iudex nimirum triste illud exclamabit: *Ite in ignem æternum.*

Idem Statius:

*Ite truces homines, funestaque tartara lesbo*

*Polluite, & cunctas Erebi consumite pœnas.*

At contra pios læta voce compellabit; *Venite benedicti patris mei, &c.*

Idem Silius:

*At vos fiderea, quas nulla aquauerit ætas,*

*Ite decus cælorum anima, venerabile vulgus*

*In cælum, & castas sedes decorate piorum.*

Vbi, vt Claudianus ait:

*Aurea progenies habitat semperque tenemus*

*Quod superi meruere semel.*

Hanc autem piorum sedem Diphilus & Pindarus per hortum illum amœnissimum omnibus rebus adfluentem nobis describunt, qui bonorum merces futurus sit, non secus ac si de Paradiso apud Hebræos audierint, aut apud Sibyllam legerint, quem, quicumq; DEI viam secuti fuerint, hæreditatem adire pebent, Cum impii contra pœnis perpetuis tanquam lampadibus ac tædis vstulentur.

stulerunt. Et hæc doctrina ex priscis illis Poetis adeo nota illo fuit tempore, ut Plato nullum Dialogum conscripserit in quo eius non meminerit. Inde in Phædone prophetam quendam rediuiuum inducit, qui narrat absolutos ad dexteram puros & nitidos stare, inq; cælum transmitti, damnatos ad læuam situ & squalore obfitos cum ululatu & stridore ad inferos ablegari. Quin iis verbis beatorum regionem describunt Diphilus & Pindarus, ut viros doctos cum eâ, quæ in Apocalypsi nostrâ legitur illam conferre non piguerit. Hæc pauca de pluribus, minima de maximis dicta sufficiant. Nam si quæcunque in hanc sententiam dicta fusiùs & vberiùs persequi animus sit integri dies, imo hebdomadæ dicentem me deficeret: Cuius nimirum rei tot annorum labore ac studio integro volumine vix primas lineas duxi, nedum hac exiguâ oratione illam planè & plenè explicare queam. His vero quantum fieri potuit breuissimè omnes & singulos aureum illud Pythagoræ admonere volui:

Ταῦτα πόνι, ταῦτ' ἀμειλίγα, τέτων χρεῖ' ἔργα σε

Ταῦτά σε δ' ἴσως ἀπὸ τῆς εἰς ἡμέραν ἡμέρας.

*Hæc te adamare æquum est, hæc tu meditare, studeq;*

*Virtutes quæ te diæ in vestigia ducent.*

Porro in exercitatione Poeseos, quid æquius, quid autem vtilius, & salutaris, quam ut illam ad gloriam auctoris Dei, & salutem humani generis referamus & applicemus? Nam si rectè & laudabiliter diuinus ille Epistetus, quamuis Ethnicus: *Quod si Iuscinia essem*, inquit, *Iuscinia officio fungerer, si oler oleris, nunc rationis particeps cum sim Deus mihi celebrandus est: Hoc meum munus est hoc exsequor; neq; stationem hanc deferam, quoad vixero: Quid enim aliud possum, imo quid aliud debeo quam Deum celebrare? Quanto magis nos Christianos illud facere cōuenit, ut Patrem & Creatorem nostrum DEVM celebremus, qui ut Theognides inquit in carminibus nostris nobis proponendus est,*

Αἰὶν μὲν ἀπορίη, θ' ὕμνος, ἵπν' μίμνησι.

*Principiò semper, medioque, ac fine.*

At profecto hic operæ præciū considerare, quā pauci nostri sæculi Poetarū ad gloriam DEI natos se arbitrantur, & ut mundi finis homo, ita hominis finem DEVM existiment: Et demirandum profecto inter tot hac tempestate præstâtissimos vates, qui singuli magna illa obligatione Deo parenti & creatori in solidum tenentur plerosque de illa toto vitæ tempore ne semel quidè cogitare, & qui omnes diuina hac arte præditi sunt plerosq; abuti illa, quā vti malle. Quotusquisque autem illorum hoc tempore inuenitur, qui suos amores, delicias, libidinem, voluptates, iram, odium, inuidiam & alios prauos adfectus omnibus ingenii viribus adhibitis carmine, & versibus nō celebrare malit, quā illum cuius causâ in mundum introductus, & ratione ac oratione donatus est, Deorum illum optimum & maximum DEVM? Nimirum habent pleraque nostri temporis, quæ maxime inuidemus, & attoniti suspicimus Poemata nihil, præter ostentationes hominum, & fictitias laudes, & amores, non iam humanos amplius, sed hominibus plane indignos. Et quid in illis frequentatum

\*\*\*

3

magis, quam Iouis, Apollinis, Bacchi, Veneris, Cupidinis inuocationes: & quos tamen aut malos homines, aut certe Cacodæmonas fuisse, nemo ipsorum, qui ignoret. *Quodnam autem immanius crimen, quam hanc artem diuissimam & rationem adeo optimo consilio ab optimo Creatore creaturæ homini in creatoris laudem concessam, in blasphemiam creatoris, fraudem hominum, & suam ipsius perniciem conuertere?* Nimirum quod diuinus ille Seneca de sua ætate pronunciauit, Maxima vitæ pars elabitur malè agentibus, magna nihil agentibus, tota aliud agentibus: Illud de nostræ ætatis Poetis & Criticis verius & rectius haud dubie aliquis vsurpauerit. Certe ut omnium rerum sic litterarum quoque intemperantia hoc tempore laborant; Et plerique ne nihil agant, mala aut superuacua tractare malunt. Et toto vitæ tempore disputant dicendumne sit Vergilius an Virgilius, Carthaginenses, an Carthaginienses, Preimus an Primus, Intellego an intelligo: Et si quid ocii ab huiusmodi affaniis superest Epigramma aliquod componunt, in emergentem, aut præposteram Venerem, in laudem Cupidinis, in Elogium Bacchi, id est suorum vitiorum acturpitudinis, & ipsius adeo Sathanæ, vnde hæc omnia, Encomia, instituunt: Idque faciunt non humilis aut plebeiz eruditionis viri, sed diuina illa & cælestia, atque adeo ignea ingenia, Et quæ de limo finxit meliore Prometheus. De Deo verò, & Summo bono loquuntur obiter, & oscitanter, vel nunquam vel malè. Qui profecto si diuinum illum cælestis ingenii impetum ad summum illud quod dixi bonum, Deum & gloriam, hominumque salutem conuerterent, & ad meliora adeo darent, incredibile memoratu esset; quantum sibi, quantum aliis proderent. Verum Cacodæmonis technæ, ut vbique, ita hic etiam non obscuræ, qui talia ingenia vel omnino ad mala deducit, & in omnis generis hæreses, & errores præcipitat; vel saltem in huiusmodi ineptiis per totum vitæ tempus detinet, quibus nec sibi, nec aliis profunt. Nec pestifera hæc litterarum intemperantia nostræ tantum ætatis est, sed iam olim in Græcia etiam & Italia Remp. litterariam inuasit. Græcorum illum quondam morbum fuisse Seneca refert, querere, quem remigum numerum Vlysses habuisset, prior scripta esset Ilias an Odisea; præterea eiusdemne essent auctoris: De patria Homeri, de Aenæ matre vera, libidiniosior Anacreon, an ebriosior vixerit, an Sappho publica fuerit, & alia, quæ dediscenda erant, si scires. Talia nimirum scire oportet, qui multa velit scire. An non satius erat superuacua hæc transisse, quæ nec scire iuuat, nec prodest, quæ siue contineas, nihil tacitam conscientiam iuuant, siue proferas non doctior vidèbere, sed molestior. Etenim omnia illa in quibus nostri temporis Critici ætatem terunt, ut syllabarum enarratio, verborum diligentia, versuum lex & modificatio: item querere maior ætate fuerit Homerus an Hesiodus: Hecuba maior fuerit, an Helena, & quare tam male ætatem tulerit; item in notissimo ille Iuuenalis versus:

*Qui Lacedæmonium ptyſmate lubricat orbem.*

Sitne legendum ptyſmate, an pygſmate, an pitylſmate, an pedemate; Et quæcunque his sunt similia: Quidnam ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem:

libidinem refrenat, ad virtutem viam sternit? Quid quod pleraque ex his aut ficta sunt, aut mendacii similia. Et quæ ut vera aliquis deprehendat, cuius ista errores imminuent, cuius cupiditates prement, quem fortiolem, quem iustiolem, quem liberaliolem faciant? Sane nihil in his inuenies, quod veter timere, veter cupere. Atque adeo tantum abest ut hæc possessorem meliorem reddant, ut sæpe etiam eundem perdant & corrumpant. Nam videre est odiosam hanc verborum & syllabaram consecrationem molestos, verbosos, intempestiuos, sibi placentes reddere & ideo non discentes necessaria, quia superuacua didicerunt. Adeo ut non immerito Fabianus ille apud Senecam dubitaret, an satius esset nullis studiis admoueri, quàm his implicari. Et non immerito Seneca de huiusmodi exclamatur: O pueriles ineptias! Et diuinus ille Epictetus: Quid vero, alium mors, alium paupertas, alium diuitiarum vel suarum vel alienarum torquent. Aduersus hæc mala aliquid auxilii compara. Nos perimus, tu interea nugæ agis? Et scitum profecto illud Bionis: qui Grammaticos aiebat Vlyssis errores inquirere, & suos non animaduertere, atque videre, quod eodem, ut ille modo errant, dum multos inutiles labores exhauriunt. Et Seneca, inquit, Quæras ubi Vlysses errauerit potius, quam efficias, ne nos semper erremus: Non vacat audire, utrum inter Italiam & Siciliam iactatus sit: Tempestates animi nos quotidie iactant, & nequitia in omnia Vlyssis mala impellit: Non deest forma, quæ sollicitet oculos, non hostis. Hinc monstra effera, & humano cruce gaudentia: hinc insidiosa blandimenta aurium, hinc naufragia, & tot varietates malorum. Hoc me doce, inquit Seneca, quomodo patriam amem, quomodo uxorem, quomodo patrem: quomodo ad hæc tam honesta vel naufragus nauigem. Quid inquiris an Penelope impudica fuerit, an verba sæculo suo dederit? Doce me quid pudicitia, & quantum in ea boni, in animo an in corpore posita sit. Quisquis hæc ignorat, alia frustra dididit. *Tu vero bona & salutaria tantum discere, & illa non Scholæ, sed tibi discere omnia ad mores & sedandam rabiem adfectuum referens, Satis enim est te pauca præcepta tenere Sapientiarum; & studere. non ut plus aliis scias, sed melius. Optimum autem est ut omnia nostra facta, dicta, scripta, cogitata, & omnia studia denique ad DEI gloriam, & hominum atque adeo nostri salutem referamus: imprimis autem diuinissima hæc arte auctorem DEUM laudemus, incipientes in hac vita, quod in illa demum perficietur; hic suspirantes, illuc aspirantes, ut DEO coniuncti & adsimilari beatitudinem consequamur, & illa bona, quæ ut ait Empedocles, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec mens hominis unquam vlla penetrauit. Dixi.*

Αἰὲς καὶ Οὐρανός.

EILHAR-







# EILHARDI LVBINI

## PRO IUVENALE APOLOGETICVS.

**I**NTER omnes vtriusq; linguarum auctores, quorum monumenta præteritorum seculorum barbariei erepta, & ab interitu vindicata ad nos vsq; peruenerunt: nulli mihi vnquam potiores visi illis, qui inter tam profligatos omnibus mundi temporibus mores omne suum scribendi studium & conatum ad vitam & mores corrigendos contulerunt, contemptisque opibus & honoribus multis potius prodesse, quam placere maluerunt.

Quo in scribendi genere apud præfatos Romanos nomen suum cum primis profitebantur, magistri virtutum, & censores morum SATYRICI, qui præclaro in morales studio atque merito, misso illo, quod ad æs exit, & plerique sectantur studio communia priuatis præferentes vulgi ac potentiorum odio vel amore spreto, vt cum illorum vno loquar:

— *Vni equi virtuti, atq; eius amicis,*

Reliquis omnibus inuisi, infesti, formidolosi fuerunt.

Cum autem omnia mundi tempora virtutum sterilia, vitiorum feracia maxime semper fuerint: Tum vero nullum magis deploratum, profligatum, impium, hoc, quo iam nos viuimus, nostro. Si enim vnquam alio seculo opinio rationem, voluptas naturam, malitia virtutem, impietas DEVM profligare potuit & debuit, hoc nostro profligauit. Sane in quo inter innumera alia intolerabilia & iniqua primum est, quod cum omnia vitia & scelera passim impunita sint, nihil grauiori pœna coerceatur, quam libere vitia reprehendere, & veritatē dicere: Et de quo iustius illud proclamauerim, quod Iuuenalis de suo:

*Omne in præcipiti vitium stetit. —*

Adeoq; optandum foret præfatos illos, Aristophanem, Eupolidem, Cratinum, Lucilium, Horatium, Persium, Iuuenalem, Archilochum, Hipponoctem, & cæteros famosorum nebulonum flagellatores, postliminio in vitam redire, & nostris nos coloribus depictos in suis satyris nobis demonstrare. Inueniret

A



in histriionibus & Pantominis: Versibus his publicatis Domitianus crudelis imperator instigante Paride, de Iuuenali amouendo cogitauit. Cumq; palam in virum nihil lauderet, sub honoris obtentu, vel per militiae honorem (quod Paridi obiecerat) Cohorti praetoriae praefecit, inque extremae Aegypti, & Libyae Pentapolin misit, ioculare delictum ioculari poenae genere vlciscens.

Quod vero alii addunt Iuuenalem iam octogenarium in Aegyptum fuisse missum, ibiq; causa praefecturae intellecta post paulo tardio & angore vitam finisse, falsum esse *liquido constat*. Post mortem enim Domitiani Romam rediisse ibique Satyram quartam scripsisse ex eiusdem Satyrae initio & fine luculenter demonstrari potest.

Imo vero tantum abest vt sub Domitiano in Aegypto mortuus sit, vt ad Neruae & Traiani, imo etiam Hadriani imperii tempora peruenerit, eiusq; imperii anno secundo nobilissimam illam Satyram 13. ad Caluinum scripserit, vt euidentibus rationibus à I. Lipsio comprobatur.

Porro ~~quod fuit~~ hostis scelerum acerrimus, de cuius praclaro Satyrarum opere quid statuendum sit Fabius Q. indicat, cum tale de Satyricis lib. 10. fert iudicium: In Satyrico carminis genere primus insignem laudem apud Latinos adeptus est Lucilius, Tersior inde & purior magis Horatius, & ad notandos hominum mores praecipuus, Multum quoque & vere gloriæ, quamuis vno libro Persius meruit. Post illos autem Iuuenalem habemus. Cuius certe facundia & probitas cuique legenti patere potest amplissime, est enim in eo, quod Flaccus in arte inquit:

*Et prodesse volunt, & delectare Poetae,*

*Aut simul & iucunda & idonea dicere vita.*

Et profecto si vt idem ait, inter auctores & scriptores

*Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci:*

Non video cui vnquam alteri inter Poetas, omnium recte intolligentium, & indicantium calculo iustius palma attribui possit, quam huic nostro.

Quæ vt euidentius cognosci, & rectius considerari possint, age accuratius aliquanto eximium hoc Satyrarum opus perlustremus.

Principio Iuuenalis argumentorum nobilitate non solum omnes, quotquot in hoc scribendi genere ingenii vires exercuerunt, verum illos etiam qui ex professo de Officiis vita & moribus scripserunt (*vnus forte Senecam & Epictetum exceperim*) longe post se relinquit. Adeo vt adfirmare nihil verear in quibusdam Iuuenalis Satyris plus doctrinae, plus praceptorum ad vitam & mores emendandos contineri, quam in integris decem Aristotelis ad Nicomachum filium libris.

Non enim ille de virtute & vitiis, vt Philosophi, disputat, sed illam incredibilem verborum & sententiarum dignitate, & suauitate ob oculos ponit, & commendat: Hæc incredibilem Satyrici styli mordacitate, non vt Iuuenalis, quasi aliud agens ridet, & naso suspendit, neq; vt Persius verborum obtusitate inuolutis temere insultat, sed aperte illa lacescit, inuadit, flagellat, secatur, vrit, lancinat, iugulat.

Nam vt, (in progressu operis vberius hac de re dicturus) iam quædam tantum, pauca de plurimis, minima de maximis attingam, &

— *Summa sequar fastigia rerum*

& demonstrem ipsum materiæ, quam tractat dignitate præcipue excellere, ex singularum Satyrarum argumentis hoc euadit perspicuum.

In I. Satyræ scribendæ causas exponit, innumera & monstrosa vrbis Romæ scelera, libidines, adulteria, veneficia, incestus, corruptiones puerorum, spoliationes pupillorum, fraudes lenonum, flagitia delatorum, & falsariorum, denique luxuriam, sordes, & infinita alia.

In II. Hypocritas perstringit, vt erant indocti quidam Philosophi, causarum criminalium iudices, Sacerdotes Albani, Domitianus ipse. Quos externis moribus & sermone miram vitæ sanctimoniam præ se ferentes, vita & factis impurissimos enormia & infanda scelera contra naturam admittere demonstrat ex hac vna & sola causâ, quod Romæ nemo amplius Deum esse reformidet, & inferorum supplicia esse credat.

In III. Vmbritium amicum ex vrbe migrantem introducit, suæque ambitionis causas exponentem sceleratos vrbis Romæ mores, vbi inter ruinas vel incendia ædium assidua, inter spoliationes & latrocinia nocturna, inter mille rædia, mille pericula infensæ & infestæ vrbis viris bonis & pauperibus locus amplius non sit, sed nebulonibus extraneis, & seruis, pestiferis adulatoribus, delatoribus, veneficis, astrologis, qui sceleribus, & malis artibus ditekant, & indigenas è patria, & paterna hereditate expungant.

IV. quæ specialior est, portentum scelerum Crispinum quendam eiusque immentem libidinem, & gulum insectatur.

Deinde Imperatorem Domitianum perstringit, eiusque Senatusconsultum super rhombo pisce capto habitum, & vna cum ipso, luxuriam, libidinem, avaritiam, tyrannidem mira Satyræ falis urbanitate tam eleganter describit & ob oculos ponit, vt nihil supra.

Satyræ V. Trebium quendam à vita Parasitorum dehortatur, miserrimam & iniquissimam huiusmodi affectuum, qui diuitum cænas sectabantur, conditionem mira Satyræ iucunditate describens; Dum avaritiam & malitiam diuitum patronorum notat, qui clientes suos famelicos sordidissime & miserrime tractarent. Cum ipsi interim delicatissime & luxuriosissime viuerent.

VI. porro Satyræ, quæ vel magno Scaligero teste omnium iucundissima & festiuissima est, sed, quod dolendum, multis in locis tam tetris obscenitatibus deformata, vt vir bonus & honestus illam vix legere, nedum publice explicare salua fronte ac pudore possit.

In mulieres scripta est incredibili styli acrimonia & mordacitate, in qua mulierum Romanarum profligatam malitiam, insatiabilem libidinem, perditam impudentiam, versutam in fallendis maritis calliditatem, adfectatam doctri- & ostentationem, rixosam procacitatem, intolerabilem superbiam, admirabilem contra ex se natos æstus, immanem crudelitatem, incredibilem superstitutionem, monstrosam turpitudinem, inaudita veneficia & innumera alia scelerum:

scelerum portenta, & flagitiorum prodigia, quæ honeste nominari nō possunt in honestissima tanta animi vehementia, & concitatione perstringit, vt Satyra relicta Tragediam aliquam de Medea aut Procne Tragica styli sublimitate debacchari videatur.

In VII. iniquam & miseram virorum doctorū, Poetarum, Historicorū, caudicorum, Rhetorum, Grammaticorum suo tempore conditionem esse demonstrat. Quibus omnibus minus lucrosam esse Poeticen ostendit, cum ciues Romani sordidi & auari excellentes quidem Poetas laudarent, & admirarentur, cæterum nihil conferentes eorumque pauperiem subleuantis fame atque inopia sinecent contabescere. Quibus tamen Grammaticos longe miserabiliores esse contendit, qui pro iramensis tædiis & laboribus vilissimam admodum mercedem consequerentur, eo quod ciues Romani nullas impensas peius collocari existiment, quā quæ ob instituendos liberos in præceptores confertur.

VIII. Satyra nobile argumentum tractat de vera nobilitate, quam non in generis serie, aut fumosis maiorum imaginibus, sed in cuiusque virtute, & vitæ integritate sitam esse demonstrat. Interea nihil à genuina nobilitate alienius esse ostendit Romanis quibusdam nobilibus, qui maiorum præclare gestis, & nobilitate tumidi, ipsi interea inertes, vecordes, ignaui, degeneres, ambitiosi, crudeles, prouinciarum expilatores, falsarii, nebulones, ganeones, belluones, infames, mimi, & gladiatores, à maiorum suorum generositate longe lateque abierint: *Eo quod, iuxta Fabium, nemo generosissimus sit, nisi qui optimus.*

IX. Satyra, quæ & ipsa turpis & obscæna, monstrosa Romanorum quorundam scelera acerbissime insectatur, inque auaros pariter & molles virulentam Satyræ aciem stringit, immensam Pathicorum & Cinædorum turpitudinem ob oculos ponens, qui alios nebulones & ad sui, & ad coniugum suarū supra, adulteria, & corruptiones vltro inuitabant, & mercede propòsita conducebāt.

Porro X. nobilissimi argumenti Satyra, ignoratiam & stultitiam hominum perstringit, qui per summam imprudentiam diuitias, honores, potentiam, robur, pulchritudinem, eloquentiam, famam, gloriam, senectutem à Diis petant, quæ plerisque fraudi, & exitio fuerint. Contra docet bonam mentem, virtutem, fortitudinem, aliaque animi bona cum corporis sanitate petenda esse. Cæterum quid nobis vile sit, & conueniat, Deum longe rectius scire, & vltro sine nostris precibus daturum, qui homines longe cariores habeat, quam semetipsos ipsi.

Satyra XI. veterum parsimoniam & frugalitatem commendat, sui que temporis luxuriam perstringit, monens vt vnusquisque pro ratione opum & facultatum suarum sumptus faciat.

XII. (in qua se votum pro salute amici Caluini ex ancipiti maris & naufragii periculo liberati factum, soluturum adfirmat) in captatores orbis, & hereditas vultures scripta est, qui diuitibus orbis omnis generis blanditiis, & officiis palpabantur, vt ab illis in testamento heredes scriberentur, verosque heredes malis artibus expungebant.

XIII. Satyra argumenti dignitate omnes reliquas facile superat. In qua Cal-

6-  
minum amicum suum miris & miseris modis se excruciantem ob denegatam sibi pecuniam, quam apud quendam tanquam fidelem amicum depoluerat, egregiis rationibus ex intimis Philosophiæ penetralibus depromptis, consolatur. Demonstrans nullum malum felicem esse. Sed Deum esse providentiam, quæ nihil impunitum mortalibus permittat. Eximium autem illum de mala conscientia locum tam dextre tractat, ut à nullo Philosophorum (credo neque à Theologo quodam) maiori dexteritate tractatus sit: Demonstrans animum sibi de perpetrato scelere conscium suorum sibi facinorum, accusatorem, testem, iudicem, Condemnatorem, sæpe etiam executorem & ultorem, semetipsum quovis carnifice, tortore, supplicio graviores experiri.

Interea pœnas Deorum interdum quidem tardas, nunquam tamen irritas esse, & qui lento quidem gradu ad vindictam pro cedant, interim tarditatē supplicii gravitate compensent.

In sequenti, quæ priori argumenti nobilitate nihil cedit, rationem reddit, cur tot passim flagitiosi & scelerati inveniuntur, demonstrans plerorumque parentum pessimis exemplis liberorum animos ad luxuriam, profusionem, crudelitatem, superstitionem, avaritiam, libidinem & omnia denique vitia & scelera à teneris vnguiculis informari. Vbi inter innumera alia, quid parentes liberis suis debeant, admirabili plane iudicii dexteritate, & eloquentia exponit.

Satyram XV, in Ægypto scripsit in Ægyptiorum potissimum immanē Barbariem, & efferatam truculentiam & crudelitatem, qui ex ridicula superstitione à brutis animalibus, imo à quibusdam oleribus hortensibus tanquam à Diis, religiose abstinerent, hominem quendam ex hostibus captum, & frustillatim discerptum per incredibilem immanitatem tanquam summas lautitias corrosis ossibus deuorauerint. Qua occasione humanitatem & clementiam homini ab homine debitam, mira verborum & numerorum suavitate, sententiarumque acumine & dignitate commendat, & contra efferatam hominum in homines immanitatem condemnat.

Hæc, quamvis paucula de plurimis, minima de maximis carptim & saluatim quasi Satyrarum argumenta collecta præclara, & eximia sunt. Verum si omnia minutatim persequi animus foret, in iustum volumen oratio mea excreceret. Nihil enim tam eximium tam præclarum à me dictum, quin longe plura adhuc restent. Nulla quippe ferme Ethices pars, quam præclaro opere hoc auctor noster non attingat.

Quis autem alius Ethnicorum Poetarum de Deo, & Diuina Providentia, quæ mundum gubernet, genus mortalium caret, probos cariores habeat, quæ semetipsos ipsi, malos iustis pœnis adficiat, plenius & melius, addo & accuratius scripsit hoc Iuvenale?

Porro vis scire quid parentibus, quid liberis, quid præceptoribus, quid discipulis, quid magistratui, quid subditis, quid dominis, quid seruis, quid coniugi, quid consanguineis, quid hospiti, quid aliis, quid tibi ipsi, quid omnibus, quid singulis debeas: Iuvenalis te incredibili carminis dexteritate, docebit.

Horatius eximius ille Satyricus sermonibus suis vnum atque alterum libidinis, avaritiæ, iracundiæ, vitium perstringit, nonnūquam etiam in septos scur-

7  
rum lites & contentiones uilius momenti nugas describit. Hic auctor omnium nobilissima Satyrarum argumenta sibi elegit, illisque omne animi vitium, omnem animi virtutem tanta acrimonia & dexteritate depingit, ut quicumque legat & intellegat, non possit non vitia maxime odisse & detestari, & magno virtutis & honestatis ardore accendi. AGE IAM quisquis es qui Græcos & Latinos Poetas legendo euoluisti, & cui aures & nares ad recte iudicandum aliquanto magis purgatae & emunctae, quis unquam alius talia ac tanta tã egregie, carmine tractauit?

Quid? quod hanc tam præclaram, tam nobilem Satyrarum suarum materiem, tam urbanissimis salibus, tam festiuissimis & ingeniosissimis iocis condierit ut non immerito ambigas utilior, an iucundior Poeta fuerit. Neque enim verendum est, ne forte cuiquam hunc auctorem legenti & intelligenti tardium obrepat. Documentum huius rei habui discipulum quondam meum DITHMARUM WACHMANNUM, eximium iuuenem magno litterarum damno denatum, & longiore vita dignissimum: Cui cum in Belgium iremi comiti, cum in itinere unam atque alteram huius auctoris Satyrarum, ut viae tediũ discuteremus explicassem: nec satiari postmodum huius auctoris lectione potui, neque prius me dimittere voluit, quam omnes & singulas satyras ad finem interpretando perduxissem.

De sententiis iam adeo præclaris, adeo ingeniosis, quæ in hoc auctore propemodum innumeræ, nihil dicam, Nisi quod olim de Euripide Cicero pronuntiauit, plures in illo pane esse sententias, quam uerba. Ex quibus omnibus hoc opinor euidentissime conuincitur, hunc Poetam reliquis omnibus non immento omne punctum præripuisse.

Arne quis forsitan arbitretur me ex priuato quodam adfectu tale de hoc iudicium Poeta tulisse, auctores Latinæ linguæ longe grauissimos, iã ante multos annos, multa sæcula, in hoc mecum conspirasse audiat. Quintilianum huic auctori inter Satyricos palmam tribuere, iam antea dictum est.

Porphyrio Horatii commentator, Nisi Iuuenalis, inquit, scripsisset, Horatio nemo esset melior. Idem prorsus iudicium magni illius Scaligeri patris, qui alicubi cum de Satyra iudicat, Persii inquit stylus morosus, & ille ineptus est, & ostentator febriculose cuiusdam eruditionis, cetera omnia neglexit, qui cum legi uellet, quæ scripsisset, intelligi noluit, quæ legerentur. Quamquam nunc omnia à nobis intelligantur. Iuuenalis contra cultus est, & candidus Satyrico: iam facile princeps, & sua diligentia Criticorum censuram merito deprecatur.

Alio loco HORATIUS, inquit, est irritor, & ob id sermonum titulo contentus fuit, qui modo sententiæ lacertos expressos ostendat sermone vulgato, sed lecto tñ, parũ curat numeros, & deniq; modo pure diceret, nihil peniti habuit.

In Iuuenale omnia contra. Ille ardet, instat, aperte ingulat. Stylus valde aridet, in quo cum Romana puritate iuncturas molles felicissime consecutus est. Versus eius, inquit, longe meliores, quam Horatiani, sententiæ acriores, Phrasibus apertior. Cæterum urbana, inquit, & falsa multo plura Iuuenali attribuas, quam excipias ab Horatio. Demonstrat hoc cum proli-



xum admodum Catalogum textit, acute, festiue, argute, ingeniose, rotunde, mirabiliter, vrbane, false, acriter, amarulente, generose & diuinitus dictorum, *que ne praxior sum in presentia non recito.*

Ita vero concludit: Hæc è multis pauca, quæ scita, non plebeia dicendi ratione à Iuuenale posita sunt, ne iam creberrimas sententias adducam. Horatius autem pauca horum habet similia. Quibus sanè locis neque temere neq; frustra commendamus Iuuenalem longe accuratioris Satyræ auctorem esse: Et eum tanto antepone decet Horatio, quanto mellior Horatius Lucilio iudicatur. Cum neque argumentorum varietate par sit illi Horatius, neque dexteritate tractandi, neque vbertate inuentionis, neque crebritate sententiarum, neq; acrimonia reprehensionis, neque facetiis & vrbantate.

Paulo post, *Eadem, inquit, argumenta si utrinq; conferantur, nunquam Iuuenalem inferiorem, sæpe etiam præstantiorem deprehendimus. Octaua enim Iuuenalis, ubi de vera nobilitate tractat, longe excellentior est, quam sexta Horatii, qua idem tractat argumentum. Decima quoque Iuuenalis cum prima Horatii comparetur, de votis studiisq; mortalium: Sane ille tibi Iuuenalis Poëta videbitur, hic Horatius ieiuna cuiuspiam thesæos tenuis tentator.*

Hoc ~~Scaligeri~~ **SCALIGERI** excellentis ingenii, acuminis, & iudicii incomparabilis viri iudicium. Nec aliter *magni illius patris* ~~Scaligeri~~ **IOSEPHVS**, ~~Scaligeri~~ **IOSEPHVS** iudicat, qui cum olim præsentati mihi auctorem hunc prolixè cõmendaret, inter alia posteritati gratulabatur, quod tam excellentis ingenii & doctrina Satyrarum opus non una cum multis aliis auctoris, *huius* qui temporum iniuria conciderunt, perierit. Lipsius Scaligeri iudicia non solum probat, sed vitro etiam rationibus adductis confirmat. Iuuenalem, inquit, Poetam à Scaligero Patre in Satyra prepositum Horatio vidi qui indignaretur. At ille me indice inter multa certis & elegantis iudicii nihil verius protulit. Certe de Iuuenali vere iudicat. Ardore, altitudine, libertate, quod ipsum maxime Satyra proprium, supra Horatium est. Tangit vitia, obiurgat, inclamat, raro iocos, sapius acerbos sales miscet. Alio loco ad *M. Antonium Muretum* scribis: *Quod Iuuenalem doces, M. Antoni, recte & ordine facere te puto. Certe si vlla tempora, hæc Satyræ desiderant, & in Satyra nemo idoneor ad mores corrigendos Iuuenale.*

Vides quid summorum virorum iudicio tibi de Iuuenali polliceri debeas, in ipso operis progressu fufius, plenius, & vberius hoc ipsum ipse experturus.

Verum obiiciet hic aliquis: Si hoc Iuuenalis Poëma adeo eximium, adeo laudandū, qui fit quod hic auctor tam parū in doctorem manibus tritus? Qui autem, quod tot iam annis hoc doctissimo seculo in tot eximiis Germaniæ Academicis ne semel quidem prælectus fit?

Duobus verbis respondebo in causa fuit Obscuritas & Obscœnitas. Absque his enim esset nullus Poëtarum omnium in maiori numero habitus è doctorem manibus nunquam deponeretur. Quid aliis contigerit equidem ignoro: Ego sane cum incredibilem harum Satyrarum & doctrinam, & ingeniosam iucunditatem & elegantiam sentire coepi, tanta animi vehementia, & ardore  
ipsum

ipsum legi, & perlustrari, ut omnes illas tanquam ungues, & digitos meos cognouerim & edidicerim, & etiamnum memoria teneam.

Et ad obscuritatem quidem quantum attinet, non illa hisce Satyris vitio auctoris accidit, (quod Persianis Satyris euenire Scaliger notauit, quippe quas ille prudens & de industria, ut longe doctior videretur obscuritate inuoluit.) Est autem Iuuenalis candidus, & aperti frontis scriptor. Hanc autem obscuritatem partim ipsi obscœnitas peperit, quæ multorum præclara ingenia lucem illi additura à sui lectione arcuit. Partim verò rerum & materiæ quam tractat nobilitas, & sublimitas non nisi ab illo, qui in omni doctrinarum genere, & Romana imprimis historia exercitissimus sit intelligenda. Et qualem interpretem si consequatur, qui ante Grypho erat intricatior iam scirpo erit planior & enodator. Hic autem talis ac tantus Poeta incredibile memoratu est, quam à præteritorum seculorum situ & barbarie, male acceptus, pessime habitus miris ac miseris modis tractatus sit, adeo ut ipse Iuuenalis postliminio in vitam reuocatus, hoc laceræ vestis habitu, hac tot ac tantis vulneribus & cicatricibus contaminata facie semetipsum vix fuerit agnitus.

Nam ut silentio præteream, quod multorum seculorum anni, innumera ipsi menda impresserint, dum huius Poetæ ingenii & præcæ eruditionis plenissimi adyta rudibus illis præteritorum seculorum aditum non præbuerunt, & illi nihilominus tanquam profani eius quasi sacra temerare non desierunt, & egroti huic remedium, & obscuri lucem properarunt: factum est ut morbi & tenebræ morte & nocte grauiore ipsi inducæ sint. Tandem nostri temporis Æsculapij viri doctissimi Hippolytum hunc tam mire discerptum, tam misere habitum, in tantas tenebras coniectum integritati, vitæ, luci restituerunt.

Horum ego dum immortalia ingenii monumenta viso, & veteres commētores, qui in hunc plurimi, & interdum etiam aut verum inueniunt, aut saltem proxime ab illo absunt, fere omnes euoluo, & perlustro, & denique duo M. S. exemplaria optimæ notæ consecutus sum, & vni illorum in membrana scriptum commentarium duplicem antiquissimum, & doctissimum, hunc Poetam solidissimæ eruditionis, & exactissimæ doctrinæ plene volente Deo, explicabo. Non iam memorabo, quod ego ipse quoque post tot tales, & tantos viros in locis plus minus centum vel distinguendo, vel corrigendo veramque lectionem restituendo, vel explicando denique, & veriore Poetæ mentem eruendo ipsi lucem dederim. Cuius rei in singulis Satyris nō fallax specimen exhibebitur.

Illud autem vnum omnes monitos volo, nihil mihi in hac interpretatione antiquius futurum, quam ut hunc Poetam ex obscuro facillimum, & quantum pote ex *Grypho scirpum reddam*. Quo ipso studio si forte alicubi peccem, & vno atque altero loco prolixior forte videar (quod raro tamen fiet,) nihil moror, dum modo illud, quod hoc studio secutus sum adsequar, nec Iuuenalis amplius à Iunioribus tanquam Sphingos aliquod ænigma legatur, præsertim in locis illis pæne infinitis: quos cum risu dicam, an indignatione videas, quanta arte veteres commentatores tanquam nautæ scopulum marinum, aut Siculam antiquam Scyllam circumuehant. Quos tamen ne omnino in tactos præterisse

videantur, verbulum inde aliquod eximuat, quod ex veteribus Grammaticis, quantum potest, diffusissime explicent. Nam si talium locorum Delio natatore indigorum, sensum eruere tentent: Ibi vero videas illos plerumque (vt cum Lucretio loquar) *longe lateq; à rationis regione aberrare*. Vt compendio dicam, obscuriores locos, aut omnino non explicant, aut male. Quid? quod plerique commentarios suos mole potius, quam pondere æstimarint: & omnibus vnum fere studium sit verba potius, quam res explicare. Quo ipso videre est, quam munifici & liberales sint. Quasi vero non cuius etiam indocto promptum sit ex omni generis Grammaticis plaustrales glossarum acervos compilare. Quæ ipsa docendi, dictitandi, & commentandi ratio nimis quam par erat, in superioribus Scholis & Academicis recepta nunquam mihi usurpanda, nunquam mihi probari potuit. Qui nimirum meo exemplo non sine damno didicerim remora potius discipulis hanc rem obicere, quàm magnopere prodesse. Cum hinc illud malum, quod chartis illa, quæ memoriæ statim debebant, commendentur, & plerique libris quam animis doctrinam possidere malint. Vt iam taceam, quantum preciosi temporis, & aureæ ætatis verbosissimis illis Commentationibus perlegendis infumatur, cum sæpe decima earundem parte idem omnino proficeres.

Longe aliud in his mihi consilium, qui & verba ubi opus non præteribo, sed ad res tamen, potissimam operis mei partem, respiciam. Nec tam Grammaticen quam Ethicen, quantum illud quidem & à .ne, & in hac materia potest, inculcabo. Quo si & ipse interdum verbosior videar huius carminis immensæ dignitati, & profundæ eruditioni, non mihi debes, qui hoc potissimum agam, vt ita omnia explicentur, & ita omnibus faciam omnia, vt postea alios consulere nihil opus sit.

Restat vt me male sanis, male sanctis quibusdam purgem, qui pollicitationis meæ abudè nimiū etiam & plus quam par erat satis superque satisfactum dictitabunt, meque dum obscuritatis quasi Charybdin euito, in teterrimam obscœnitatis Scyllam incidere clamabunt. Quid, inquit, hæc adeo obscœna adeo enormia, adeo tetra, tam clara interpretatione tam manifeste ob oculos poni? O frons & pudor!

Equidem vt hic non inficias ierim obscœniora quædam castis auribus indigna (ob quæ doctissimus ille Scaliger virum bonum à toto opere auocari posse ait, & quæ tamen non Poetæ sed profligato illi seculo debentur, de cuius scelus prodigiis ac portentis honestius nemo loqui potuisset, si quidem *scapha, vt est in proverbio, scapha dicenda est,*) pari fide, pari luce, qua reliqua omnia à me explicanda & illustranda esse, ne quid obscuritatis scilicet, quod lectorem ulterius remorari possit, relinquam: Ita palam dico & sentio, nisi quis malū animi, malos mores iam ante huc adferat, neutiquam hinc ablatum. Non enim scelera probat, sed omni turpitudine detecta & reuelata flagellat, idque tanta animi vehemētia & dexterritate, vt nemo vitiorum turpitudinem exhorrescere & detestari non possit.

# IN SATYRAM I.

## TABULA SYNOPTICA,

### Generalis.

**FINE**, ut haecenus aliorum Poetarum, proluxa opera, cum diutissime non sine tardio audierit, aliquid scribat, quo alios recitandi molestia rursus obtundat, à versu 1. ad 13.

I. Generalis, rationem exponit, cur Poema velit scribere: idque tum à

**COLLATIONE**, quod docti & indocti passim scribant, ad versum 14.

**A SVIS ADIVNCTIS** cum conclusione primæ partis, quod Grammaticæ & oratorix pertæsus, carmen velit scribere, à versu 15. ad 18.

PRIMA SATYRÆ PVÆ PARTIS

II. Quod velit satyram scribere ex causis efficientibus impulsivis (ad versum 21.) Ob vrbis Romæ scelera vertant

- |    |   |                   |
|----|---|-------------------|
| 1  | Mulierum libido, & impudentia,                          | à 12. ad 23       |
| 2  | Delatorum Malitia & felicitas,                          | à 24. ad 36       |
| 3  | Adulterorum felicitas & malitia,                        | à 37. ad 44       |
| 4  | Pupillorum circumventio,                                | à 45. ad 47       |
| 5  | Inania iudicia in malos.                                | à 48. ad 54       |
| 6  | Maritorum vxores prostituentium,                        | à 55. ad 57       |
| 7  | Ignobilium & infamium successus,                        | à 58. ad 62       |
| 8  | Falsariorum diuitiæ,                                    | à 63. ad 68       |
| 9  | Veneficia maritis parata,                               | à 69. ad 72       |
| 10 | Quod scelere omnia acquirantur,                         | à 73. ad 76       |
| 11 | Incestus.   | à 77. ad 78       |
| 12 | Venus Mascula.  | à 78. ad 80       |
| 13 | Auaritia.   | versu 88          |
| 14 | Alea.   | à versu 88. ad 93 |
| 15 | Profusio.   | ad 94. versum     |
| 16 | Gula.   | à 94. ad 95       |
| 17 | Sordes ditium in petenda sportula,                      | à 97. ad 126      |
| 18 | Ditiorum foris erga clientes sordes, domi immensa gula. | à 127. ad         |

146

Ergo scribenda Satyra, ad versum

150

II. In quos velit scribere, nimirum Non in viuos & potentes, eo quod verius scribendi libertas iam sublata: tuto reuocari nequeat, à versu 150. ad 161

Sed defunctos, à versu

162. ad finem.

**D** V O hac Satyra Poeta tractat, Primo causam exponit, cur in genere Carmen aliquod componere. Deinde in specie cur Satyræ velis scribere. Illius tres potissimum causas reddit. Tum eo, ut, qui tanto sæ tempore alios Poetas verbosa sua carmina recitantes, non sine tedio audierit pari molestia suis versibus recitandis alios vicissim adficiat: Tum, quod indocti passim, & docti scribant. Denique, quod Grammatica oratoriæq; iam pertusus carmen scribere animum induxerit. Cur vero Satyras potissimum adgressus sit causam adfert flagitiosos & perditos populi Romani mores suo tempore quo si unquam alio, vitia virtutem, & voluptas naturam profiganerit: quo spadones uxores ducant, mulieres impudentes in theatro feras occidunt, ignobiles, & nullis orti maioribus, malis artibus, ad maximas diuitias, summas honores perueniant, delationibus nobilissimos quosq; opprimant, adulteris testamenta, & hereditates promereantur. Quo pupilli circumueniantur, repetundarum rei inanis iudicio condemnati, sine omni pudore aliorum bona prodigant. Nec esse, cur aliam sibi scribendi materiam, aut fabulas, aut monstra Poetarum proponat: cum præfene Roma statim monstra satis multa suppeditea: Cum lenones turpissimis artibus mœchorum bona accipiant, infames, & ignobiles cohorti Pretoriana præficiantur, falsarii disingant matrona viris suis venena parent, criminibus, & adulteriis pessimi quique ad summas diuitias perueniant. Cum auaritia sit maxima, & profusio immensa, cum alea superuacuis adificiis, & gula bona sua atterant, cum Prætores etiam & Tribuni & libertini diuites, tumidi & superbi, per extremas sordes sportulam pauperibus constitutam præripiant, qui pauperes clientes salutandos suos patronos, eosq; deducendo lassum, mensa à diuitibus patronis excludantur. Cum interim ipsi patroni, per maximas luxuria sordes, totos sibi apros adponant, & clientes inedia contabescere sinant, adeoque vitia in tantum Romæ excreuerint, ut ulterius, & altius ire nequeant. Proinde non posse se non facere, quin Satyræ scribat, quo & meliores fiant boni, & mali à nequitia deterreantur. At quoniam libertas illa prisca Lucilii sæculo, hoc suo tempore exoluerit, & in vinos styli aciem stringere periculosum sit: quid in mortuos sibi concedatur, periculum facturum se concludit.

---

## D. IVNII IVVENA- LIS SATYRARVM LIB. I. SATYRA I.

**S**emper ego auditor tantum? Nunquamne reponam, &  
S Vexatus toties rancæ Theſaide Coatr,

Impare

*Impune ergo mihi recitauerit ille togatus,  
Hic elegos: impune diem consumserit ingens  
Telephus, aut summi plena iam margine libri  
Scriptus, & in tergo, nec dum finitus Orestes?*



L I I Poetæ, & Epici cum primis in more possum habent, initio statim dicenda proponere, deinde Deorum aut Mularum opem inuocare, postremo narrare. Satyrici vero nec à propositione incipiunt, nec initio inuocant: cum vero inuocant, quod ab Horatio in *idmoxia*, & Iuvenale in Satyra quarta factum meminifacit illud recitaturi ridicula, & inepta, non sine scemmate, & amara irrisione. Vñtatum vero ipsi ab abrupto quati, nec fere sine indignatione, incipiunt. Sic Persius initio exclamans. *O curas hominum!* vana hominum studia inuocantur. Horatius principio interrogans: *Quis sit Macenas?* &c. neminem sua sorte contentum viuere queritur: locustis ab Apollione, siue intercepto quasi silentio exorsus.

*Semper ego auditor tantum,* ] suam ignauiam & patientiam accusat, & sibi alios semper audiendo esse indignatur. Egredigitur fert Poeta, quod tanto tempore alios recitantes Poetas, ad tantum vsque, sua sibi Poemata recitantes, non sine tædio audierit, & aliis operam semper dedit, ipse vero nihil scripserit, & aliis parem gratiam, sua Poemata recitando retulerit, vel quod moris ab aliis audiendi molestia, & tædio adfectus, nunquam contra alios sua poemata recitando pari molestia adfecerit, & punierit.

*Semper ego auditor tantum?* ] scilicet ero. Ergone ego semper alios audiam, & nunquam alii me vicissim audient? Est enim figura *ἀντιφωνίας*, Ciceroni reticentia, Cælio obticentia, Fabio interruptio.

*Semper.* ] Quia fere mediam ætatem declamando, & alios Poetas recitantes audiendo consumerat, & matura ætate hæc scripsit.

*Ego.* ] *ἴσως, ἢ καὶ ἰσοφύως.* cum docti, & indocti passim omnes aliquid scribant, & recitent, ego Iuuenalis solus tantum auditor ero, & tacebo.

*Auditor,* ] nunquam scriptor aut recitator meorum carminum. Est autem auditio, à Græco *ἀκούω*, & derivatum, quod vocem significat, cuius proprium est ut audiat.

*Tantum.* ] Et hoc Emphatice. Vñ nihil aliud, quam auditor sim.

*Nunquamne reponeam.* ] Nonne eadem recitandi molestia alios vicissim adficiam, qua me alio nonne vicem in improbis illis recitatoribus referam, quorū recitationibus toties vexatus sum, acis sit impatiens?

*Reponam.* ] Reponere inter alia significata, parem gratiam significat referre siue bonam siue malam. Persius Sat. 6.

*Non dicla repone Paterna.*

*Hoc.* ] *Inspice si possum donata repone latui.*

Et Plautus *Petia.* *Des mihi nummos sexcentos. pro capite illius quos continuo tibi reponeam in hoc triduo aut quatriddo.* Cicero ad Lentulum. 1. *Ne tibi ego idem reponeam cum Voveris, id est, exprobrem.* Seneca Thyeste:

*Scleri debetur modus, cum facias scelus*

*Non tibi reponas.*

• Eligitur hoc loco, *reponam*, vñ scilicet eos, vicissimque eis gratiam referam recitando Poemam, quorū toties auditor fui. Germani diceremus. Soll ich sie nicht einmall wider plagen/Deuten/vñd vergelten.

*Vexatus toties tædii Thyseide Codri.* ] 1. toties longo illo, & verboso poemate de Thyseide, quod Codrus ad tantum vsque recitauit, delassatus.

*Vexatus.*] vt Agellius docet præcipuam vim habet. Nam frequentatiuum videtur à Vebor. Significat autem vehementer huc illuc impelli. & maxima animi molestia adfici. Molestiaæ tædio adfectus, exagitatus.

*Toties.*] Indicat recitationem sæpe iteratam, quo nihil molestius ex Prouerbio, *Δις ἡγεμῶν ἰνύσσας.*

*Rauci.*] Vitiosi, & inepti; vel potius longa & assidua recitatione rauci, vt qui raucedinem sibi contraxerit longi Poematis proluxa recitatione.

*Theſeide.*] Tragedia de Theſeo, vt ait vetus commentator, vel potius longo poemate de Theſeo multis diebus recitato cum instar eſſet *Æneidos* Virgilianæ. Fuit autem Theſeus *Æthiæ* & *Ægei* filius, Herculeæ virtutis imitator; qui post multa egregia facinora, cum Perithoo ad inferos, ad rapiendam Proſerpinam descendit. Sed uterque ibi caprus eſt. Horat.

*Nec Lethæa Valeat Theſeus abrumpere caro  
Vincula Perithoo.*

Et Vergilius: — *Sedet, æternumq; ſedebit.  
Infelix Theſeus.* —

Multæ de hoc fabulæ. Historica & Veriora vide apud Plutarchum in vita Theſei.

*Codri.*] Vetis commentator legit Codi, quem dicit Poetam fuiſſe vitioſum, qui Tragediam Theſei ſcripſerit. Alii legunt Codri, inter quos non deſunt, qui nobilem quendam Romanum notari putent, & vnum, vt ait Perſius, ex crudis proceribus, quem Codrum appellet quod ille nobiliſſimus fuerit, vnde, ſicut Romani Romulidæ aut Troiugenæ vocari gaudebāt, ſic Athenienſes Codridæ: & vnde prouerbiū: *Codro generoſior.* Verum non placet. Fuit enim Codrus (vt ex tertia Satyra videre eſt, cum ait.

*Leſuſerat Codro Procula minor, &c.)*

Pauper & obſcurus Poeta, illo tempore Romæ, quem eadem Satyra tertia etiam notat, & de quo Martialis.

*Plus credit nemo, quam tota Codrus in ſorbe,  
Cum ſit tam pauper, quomodo cactus amat?*

*Impune ergo.*] Id eſt, ergo alius Poeta, acerbis recitator ſuis comœdiis, toties mihi recitaris, ſine pœna me enecauerit. Vt illum meorum carminum ruſus recitatione non puniam?

*Impune.*] ſine pœna & punitione. His verbis ad vindictam ſe exhortatur. Vbi Poetæ moeſtia eſt notanda, quaſi quicunque ſua Poemata recitantem audituri ſint, pœna afficiantur, tanquam malum Poema cum tædio audituri. Significat autem ſe quaſi iniuria affectum, ab improbis & moleſtis recitatoribus; vt pro pœna ſit, & quaſi vindictæ genus ſcribendo, & recitando, ruſus eos cogere audire. Nota quædam Satyræ cum indignatione pronuncianda.

*Ergo.*] illationem habet ſummæ amaritudinis, & moleſtiæ, apud Auguſtum de teſtamento Virgilii.

*Ergone ſupremis potuit Vox improba Verbis  
Tam durum mandare nefas? Ergo ibi in ignes?*

*Mibi*] cum *ἰμῶνός* pronunciandum.

*Recitauerit.*] frequentatiuum à recio. Intellige importunitatem, & acerbitatem recitationis, de qua alias conqueritur Sat. tertia.

*Et Auguſto recitantes meſſæ Poetæ.*

Et Horatius in fine de Arte Poëtica.

*Indoctum, doctumq; ſugas recitator acerbum.*

Et lib. i. Sat. 3.

— *amaras*

*Porrecto iugulo hiſtorias, captiuus ſit audis.*

*Ille.*] Alter Poetarum.

*Abrogata.*] Commentator vetus ait: *Togata sunt Comedia Latina, palliata Græca, quales Africani fecit, sane magna cum laude, ut maiore facturus, nisi in his amores in pueris esset fassus.* Sintergo Fabulæ Romanæ iuxta ritum Romanorum Togatorum scriptæ, ut Græcæ Fabulæ ad habitum Græcorum Palliatorum scriptæ palliatæ vocabantur, ut ait Varro & Diomedes.

*Hic Elegos.*] Alius impune elegos, id est versus impariter iunctos, hexametris, pentametris mixtis mihi recitauerit. Illis teste Horatio hominum & amoris ærumæ, & querimoniarum describuntur; eiusmodi à nobilibus Romanis recitatos Persius per irrisionem subannuando vocat Elegia.

*Impune diem consumserit ingens Telephus.*] Hoc est: Ergo Tragedia illa ingens de Telepho per totum diem non sine magna molestia, & tædio impune me detinuerit. Ceterum quod illud impune quidam interpretati sunt pro frustra: quasi meus sit Poetæ, turpe esse se tam diu auditorem fuisse, nihilque scripsisse, quasi frustra tanto tempore Poetas audierit, & nihil profecisse, ridiculum & ineptum est, & à Poetæ mente alienissimum.

*Diem consumserit.*] Martialis lib. 10.

*Audatur totosape Poeta die.*

*Ingens Telephus.* Magna & verbosa de Telepho Tragedia exhibita. Ut quæ totum diem abularet. Ingens autem plus est, quàm magnus. Terent. Eunucho.

T. *Magnas vero gratias agere Thæm mihi s. G. ingentes.*

*Telephus.*] Historia de Telepho materiam Tragicis præbuit. Horat. Arte Poetica.

*Telephus, & Peleus, cum pauper & exul Stergæ, &c.*

Fuit autem Telephus filius Herculis ex Auge, qui quidem à matre inter virgula absconditus, continuo ut natus est, à pastoribus repertus est, à cerua exhibito ubere nutriti. In Missa magno à honore habitus, ut scribit Diodorus lib. 5. Cum autem à Missa Græcos arcere voluisset, ab Achille in femore percussus est sinistro. Consulto deinde Oraculo intellexit, nullo pacto valens sanari posse, nisi rursus eodem in loco ab Achille vulneraretur, quod & factum.

Ovidius. *Telephus aterna consumitur sate perisset,  
Si non quæ nocuit dextra tulisset opem.*

Alii dicunt Telephum postea Achilli reconciliatum, herbarum virtute, quarum cognitio nem à Chirone Centauro didicerat, ab Achille sanatum.

Claudianus. *Sanus Achilleis remeavit Telephus herbis,  
Cuius pertulerat vires, & sensit in Sino  
Lethalem phaculamq; manum, medicina per hostem  
Contigit, & populus, quos fecerat ipse dolores.*

Sunt vero qui dicunt rubigine ferri sanatum, ut Plinius. Hinc locus fabulæ concessus.

*Summi.*] id est magni Amplissimam & vulgatissimam de Oreste fabulam, intelligit.

*Aut summi.*] Periphrasis est ingentis fabulæ de Oreste, quæ in summo vel magno libro scripta, & cuius etiam libri margo ne vacua quidem sit relicta. Imo vero quæ etiam in tergo, velteriori membranz parte (quæ vacua relinqui solebat) scripta est, nec dum tamen finita. Magis hic exaggeratio prolixitatis.

*Pleniam margine*] Verbofissimam & maxime prolixam Tragediam notat, cum marginem extremam foliorum partem magni libri, qui alias vacuus relinqui solet, etiam scribendo impleverit. Notandum marginem formidino genere dici hoc loco, cum alias masculinum ponatur. Statius 4. Thebaidos

*Soluerat Hesperij deuexo margine libri.*

*Et intergo.*] Id est cum ab interiore parte membranz (in qua solum scribebant, utpote volumina) capi non posset, in tergo etiam membranz scripta erat, nec dum tamen finita. Ait autem



hoc ex vſu antiquorum, qui in membranceis pugillaribus, vel voluminibus ſcribebant, quo ſcripta celerius deleantur, tanquam ex tabulis. Mart.

*Effſe putas ceras licet hac membrana vocetur*

*Delebit quotiens, ſcripta mouere voles.*

Qui vero interiore pagina, non contenti, etiam in tergo ſcribebant, tanquam nimii & loquaces notabantur. Martialis.

*Scribis in aduerſa Picens Epigrammata charta,*

*Et dolet aduerſo, quod facis illa Deo.*

Oreſtes. Id eſt, Tragedia de Oreſte. Fuit autem Oreſtes Agamemnonis & Clytemneſtra filius, qui patris mortem vindicans, matrem cum adultero Aegiſtho interemit; inde à matre furiis agitatus, & inſania correptus; donec in Arcopago abſolutus, & expiatus fuerit. Occidit & Pyrrhum Achillis filium. De quo multa paſſim Poetæ ſcribunt. Vnde Maro dixit.

*Securus agitatus Oreſtes.*

Vide de illo Tragediam Euripidis. Ceterum eius cadauer, vt ſcribit Solinus de homine inuentum eſt cubitorum ſeptem.

*Nota magis nulli domus eſt ſua, quam mihi lucus*

*Martis, & Aëolis vicinum rupibus antrum*

*Vulcani. Quid agant venti, quas torqueat umbras*

10 *Æacus, Vnde alium fortuna deuēbat aurum*

*Pellicula, quantas iaculetur Monychus ornos*

*Fronionis Platani, conuulſaq; marmora clamant*

*Semper, & aſſiduo rupta lectore columna?*

EXPECTES EADEM, A SUMMO MINIMOQUE POETA.

Perſequitur vel amplificat, quod dixit ſe frequentiffime alios audiuiſſe, per ſpecies ſingulares, collatione illuſtraras. Porro hæc verba à nonnullis perperam intellecta, totius ſatyrae ſenſum deprauarunt. Rati quidam hunc Poetæ eſſe ſenſum. *Non fruſtra ſe tanto tempore alios Poetas audiuiſſe, & ita fabulis cognoscendis operam dediffe, & ſic Villus parem cognitionem conſecutus ſit.* Siculæ proſecto gerræ. Hæc autem Poetæ ſententia. Tanta Romæ recitantium multitudo eſt, quos ego audiui, vt nulli fabulæ illæ, quas illi mihi recitarunt quotidie, notiores ſint, quam mihi. Vel nulli ſæpius & à pluribus fabulæ recitatæ ſunt, quam mihi. Nam quod vetus commentator Lucum Martis, intelligit illum Lucum Martis, quem Romæ in Appia fuiſſe ſcribit, in quo Poetæ recitarint vt ſenſus ſit; *Sæpius illum locum à ſe frequentatum, quam propriam domum, ab alio quouis,* lubeas admitterem, niſi ſequentia magnopere reclamarent. Simili enim modo in antro Vulcani, & apud inferos fuiſſe dicendus foret. Sed quod dixi, ait ſe toties ſpectaſſe & audiuiſſe fabulas, de Luco Martis ( qui eſt ad Colchos, v el Arcopagus Athenis, vel in quo Ilia peperit) de Vulcano, Æaco, &c.

*Domus ſua*] Hyperbole Satyrica. Nihil enim notius eſt ſua cuique domo. Quæſi nulli res ſua domeſtica notior eſſe poſſit, quam ſibi illæ fabulæ.

*Lucus Martis.*] Qui & in Ponto erat, etiam Athenis, & Albæ, vbi Rhea peperit. Pro quocunq; loco dixit, ad ambitioſas Poetarum deſcriptiones alludens, vt ex Horat. de Arte Poet.

— dum lucus, & arca Diana.

Et Perſius

— nec ponere lucum Artifices.

Erat autem Lucus ſylua incædua, alicui Deo Sacer, *ut dicitur* dictus, quod minime leſeat.

*Martis.*] Mars ideo belli Deus fictus, quod primis fabricatis armis milites in bellum produxit.

*Et Æolus.*] Id eſt, Æthna Siciliæ mons, littori Catanenſi imminens & Tyrrheno pelago, & Liparitanis inſulis, quæ Æoliæ dicuntur. Intelligit autem Æthnam, & meatus illos ſubterraneos, fumo & igne pleniffimos, interdium fumo, & caligine obſeſſos, per noctem lucentes. Hic Vulcanum dominari, & fulmina fabricare fabulantur. Æolias igitur rupes appellat Inſulas Tyrrheni

in mari vicino Siciliae, ad quas Æolus appulisse dicitur, & inde illis nomen inditam. Dicuntur & Liparæ à Liparo rege, ut Solinus. Fuere autem insulæ septem. Maxima Liparis Siciliae proxima, altera Termessa, tertia Hiera Vulcano Sacra, quod collis in ea saxosus, & ignitus nodurans euomens flammæ, quarta Strongyle, in qua regnavit Æolus, Deinde Dydimæ siue gemellæ Erytsæ & Phenicussæ ab arbutis dictæ. Septima est minima Euenyma. Notat hoc loco doctissimus Ianus Parrhasius his versibus Valerium Flaccum perstringi, qui & eodem tempore vixit, & Vespasianis & Domitiano amicis sæpe blanditus sit, quibus Iuuenalis fuerit infensissimus. Cuius quidem successu & populari applausu offensus Iuuenalis, hoc loco stylum in eum straxerit: id quod accuratius Valerium legenti, euidentissimo liquet, si hæc Iuuenalis verba cum cōcontrulerit. Meminit hic noster *Luci Martii*: Valerius eius aliquoties.

*Martius ante urbem longius iacet horridam antris  
Campus.*

Item: *Excubias Gradine tene præsentia loco  
Arma tubaq; sonent.*

Pet autem vero *Vulcani* hoc loco quis illa, Valerii petita non videat?  
*Æquore Trimacrio, refugio, à parte Pelos  
Stat rupes horrenda fretu.*

Quod autem *Vicinum Æolis* rupibus ait, hæc Valerii tetigit.  
*Nec scopulos, & antra minor, iuxta altera tellus.*

Sed ut appareat hanc inuidiz procellam in Flaccum à Iuuenale immissam, ille de *Veneri* locos non obscure indicauerit.

*Interea medio saxus permissa profunda  
Cærbasa Pangea Borea speculatus ab arce  
Continuo Æoliam Tyrrhenaq; tendit ad antra.*

Cum ait: *Quid agant Venti*, illam Boreæ concionem notat, quæ sic incipit:  
*Pangea quod ab arce nefas, ait, Æole, vidi, &c.*

Et illa: *Cardine sub nostro rebusq; accisa superius  
Tartareæ sedes aula patris,*

Notantur illis Iuuenalis verbis:

*—quas torqueat Symbrae*

*—Æacus.*

Cum autem *Monychi* ornos dicit, centaurorum pugnam à Valerio expressam notauit, ubi inter alia

*Fert graui inuito Sidoreum Nestora tergo  
Monychus.*

*Antrum Vulcani.*] Coniunctim hæc legenda, & de Ætnæ Siciliae monte vel etiam de Hiera insula Siciliae proxima Vulcano sacra intelligenda, De qua Virgilius.

*Insula Sicani, iuxta latas Æoliamq;  
Erigunt Liparæ fumantibus ardua saxo,  
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.*

Est autem hic verborum ordo: Platani Frontonis, & cōuulsa marmora, & columnæ ruptæ assidue lectore semper clamant, quid agant venti, quas vmbrae torqueat Æacus, &c. Et est *Monychus*.

*Quid agant Venti.*] Poemata de ventis intellige, & eorum effectus, vel qualitates, quos voluunt turbare, qui pestilentes, qui sereni, qui frigidi, qui placidi & mites. Vel tale aliquid, quale superius notat Parrhasius ex Valerio.

*Quas torqueat Symbrae Æacus.*] Id est Poema & fabulas, de inferorum iudice Æaco, quas ille animas iudicat. Æacus Iouis ex Ægina, ut alii, Europa filius, tantæ dum viveret iustitiæ fuit, ut mortuus apud inferos animarum iudex à Plutone, cum Minoc fratribus, & Rhadamantho (addit Plato in Socratis Apologia etiã Triptolemū) delectus creditus sit. Statius 2. Sylvarum:

*—in mediis vrbem quatit Æacus Symbrae.*

Et Horatius: *Quam pæne furta regna Proserpina  
Es indicantem vidimus Æacum?*

**Quidam** horum fratrum officia diuidunt Rhadamanto attribuentes inquisitionem. Virg.  
*huc:*

*Grossus hac Rhadamantus habet durissima regna  
 Castigatq; auditq; dolor, subigitq; fateri, &c.*

**Minoi** indicium. Horatius.

*Cum semel occideris, & de re splendida Minos  
 Fecit arbitria.*

**Æaco** executionem, ut in hoc lunæalis, & Statii loco. Et hæc ideo ficta, quia credebant idem  
 studium apud inferos de sanctis fore quod viuis fuerat. Virg. lib. 6. *Æneidos:*

*—qua gratia curram  
 Armaturiq; suis Vitis, qua cura nitentes  
 Pascere equos, eadem sequitur tellure repostas.*

Vide Platonem in Gorgia, ubi de his ipsius Iouis dicta referuntur.

**Vnde** alius denuciat aurum, *furtina pellicula.* Id est, quomodo Iason ex Colchide auream  
 Vellus vel auream pellem sustulerit & Medeam *Ætææ* filiam factum rapuerit.

**Vnde.** Id est, ex quo loco alius quispiam, videlicet ia' on, vellus aureum furtim & clam dolo  
 Medæ oblatum in Græciam, auferat. Fabula talis. Iason rex *Ælæois* filius cogente patruo Pe-  
 Æa Theſſaliæ rege aui paratæ, & collecta nobili societate totius Græciæ Colchos adiit, pro au-  
 reo vellere acquirendo; quem Medea regis filia adamauit: Cuius quidem consilio defunctis  
 multis periculis vellus obtrinit. Iasonem ergo Medea patriæ, & parentibus relicto, secuta est,  
 eidemque nupta fuit. Vide Ouidium in Metæ. & Senecam Medea.

**Vnde.** Ex Colchide nempe.

**Alui.** Iason cum reliquis Argonautis, quorum Historiam primum Orpheus, post eum  
 Apollonius apud Græcos, apud Latinos Valerius Flaccus conscripsit. Quod ipsum sane Iani  
 Parrhasii superius positam sententiam valide confirmat, his nempe lunæalis verbas Valerium  
 Flaccum notari.

**Furtina.** Clam enim à Medea Argonautæ in templum deducti, custodibus aliis cæcis, aliis  
 fugatis aureum vellus abstulerunt, & ad Argo nauim prepararunt.

**Furtina pellicula aurum.** Id est, aureum vellus vel auream pellem, furtim & clam Medea  
 doli oblatam.

**Denuciat.** Id est, ex Colchide in Theſſaliam Argo nauis transportet.

**Aurum.** Aureum vellus, vel pellem arietis Phryxi qui *χρυσόκερος* dictus est, de hoc talia fa-  
 bulantur: Parixus Athamantis furiosus patris, & noueræ iram fugiens, cum sorore Hellene  
 (quæ in mari submersa, Helle: sponte nomen dedit) aureo arietem vectore postum per terras ad  
 Colchos delatus est. Qui cum ex oraculo arietem sacrificasset, vellus in templo Martis suspen-  
 dit, quod postmodum *Ætææ* rex muro circumdare, multis custodibus, & Dracone perigili  
 custodiri iussit. Sed reuera templi custos Draco dictus fuit. Argonautæ enim in templum Me-  
 dææ opera, sop to magicis medicamentis Dracone adductis, vigiles occiderunt, fuderunt, fuga-  
 rant, & ablati aureo vellere, nauem cum Iasone, quem secuta Medea consecderant. Vide hæc  
 Lucius apud Diodorum Siculum lib. 5.

Porro ad arietem quod attinet, ferunt Neptunus correptum amore Theophræas Althidis  
 filiz, illare in oceanum conuersisse, & in arietis forma cognouisse, ex quo compunctus natus sit hic  
*χρυσόκερος* vel aries auream lanam habens. His vero fabularum inuolacris (*ψευδολογίας*  
 vno atque altero verbo *τοιοῦται*) Poetas intellexisse scribit, Romanorum doctissimus Varro,  
*aureas pelles arietis habuisse propter res perueniam suam, am obfermentiam, furorasq; reditus.* Strabo  
 lib. 11. dicit in Colchide, torrentes arietum conuolare quod barbari pelles vellusq; excipiant. Vnde  
 aurati vellens fabula confecta est.

**Quantum lacrimæ Menichæus eror.** In pugna illa Cetera morem in superis Piritho, cum Pi-  
 ritho, Nestore, & reliquis Lapithis Notæ hanc pugnam à Valerio ambrosio, in Argonauticis  
 expetitum.

*Parte a'ia Phæbe, multoq; infans Larcho  
 Rhæcus, & Atreus subædi iungere pugnam.*

*Orator.*

*Crateres, mensaq; Volant, araq; Deorum,  
 Poculaq; insignis Veterum labor, optimam hacta  
 Hic celerem, hic enses ferens agnoscitur Æsim,  
 Fert gravis manto vellorem Nestora tergo  
 Momychus.*

Vide hanc pugnam elegantissime ab Ouidio in Metamorphosi descriptam. Porro non Momychus sed Rheetus aq; Lucanum dicitur ornos iaculator, dicit enim lib. 6.

*Affera te Phœbes frangentem Momyche saxa;  
 Teque sub Erbeo torquentem vertice Vulsus  
 Rheete ferrox, quos Vix Boreas euerterat ornos.*

*Momychus.* Autem hoc loco proprium, omnium centaurorum. Epitheton esse poterat, omnes enim, quemadmodum & equi vnus & solidæ vngulæ singabantur, id quod Momychos denotat, *μῦχος* enim solus, vel vnus, & *ὄνυξ* vngulam significat. Sic Homerus *μῦχος ἰππος* dixit. Ficti autem à Poetis centauri, à media parte sursum versus, humanā formam habere, deorsum equinam. Quod ideo fictum quia Thessaliæ populi primi in equis conspecti, de longo videntibus partim homines, partim equi apparebant. D. & i. & i. à Poetis Ixione geniti ex nube, quam i. Iupiter Iunonem comprimere volenti obiecerit.

*Laetetur.*] i. Torqueat in hostes Lapithas.

*Ornos.*] Hagenbuchsen.

*Frontonis platani.*] Id est, in domo Iulii Frontonis assidue recitatur, quid agant venti, quas umbrastorqueat Æacus, vnde alius deuchaturum furtiue pelliculæ, quantos ornos Momychus iaculator. Sane complexus Iuuenalis, his illa, quæ fere à Poetis dici solent, vt maris tempestates ventis ætas, nauigationes, inferorum pœnas, bella, mirabiles rerum exortus, &c. Quæ fere omnia in diuino illo Virgilio Poemate videre est. Erat autem Fronto nobilis quidam Romanus, summus litteratorum & Poetarum fautor, qui Poetis egregias domos pro Poematum recitatione accommodabant. De quo Martialis lib. 1.

*Clarum militia Fronto, togaq; decus.*

Et Cornelius Tacit. lib. 16. eius meminit. *Iulium Frontonem tribunum ex ædificatione, à Galba in vrbaniæ cohortibus.*

*Platani.*] Synecdochice pro domo vel horto, in qua Platani. Fuit autem Frontonis domus alias Horatiana dicta in qua Poetæ recitabant. Erant autem in vñ Platani apud Romanos, vel in villa, vel in hortis vrbani, ad umbras inambulantium, quem vñm docuerunt Athenæ in Philosophorum ordo. Macrobius lib. 3. refert, Hortensium platanos suas vino irrigare consuevisse, adeo vt in quadam actione, cum Cicerone suscepta precario, à Tullio impetrari, vt locum dicendi permutaret, secum enim abire in villam necessario se velle vt vinum Platano, quæ in Tusculana posuerat, ipse suffunderet. Videtur Platanus dicta à *πλάτος* vel *πλατύς*, quod latus & dilato significat, eo quod se suffundat, & dilaret. Germanis, *Maschoferbaum.*

*Conuulsaq; marmora Clamas.*] *τὸ ἐκείνη* propter frequentem turbam, & assiduam sessionem concussa & commota. Multitudine & frequentia auditorum conuulsâ.

*Marmora.*] Id est, domus Marmorea. *Μάρμαρα* pro materiato.

*Clamant.*] Resonant, clamore referunt, quid agant venti, vel per *ἐκείνην* marmora assidua Poetarum recitatione edidicerunt, inculcati toties, & effatiunt. In eandem sententiam Cicero ad Torquatum. *Sed in ea es vrbe, in qua hæc, Vel plura vel ornatiores ipse loqui posse videantur.* Intelligit enim per marmora, marmorea podia, in ædibus marmoreis.

*Clamant.*] Satyrice quasi illa etiam continua recitatione declamare didicerint,

*Et assiduo rupta lectore columna.*] Sic alibi de Statio inquit Sat. 7:

*—quum fregit subsellia Versu.*

Et Marcianus Capella: *non absq; his qui perturbantes pectora sensusq; cum doctorum cognoscimus, quoq; perfregere subsellia.* Columnæ scilicet domorum clamant, quid agant venti, vel ab his, tanta hic semper recitantium assiduitas, vt columna ruptæ sint, *τὸ ἐκείνη*.

*Ruptæ.*] Fractæ, concussæ, labefactæ.

*Leſſore.*] *r.* Declamatore Poematum, & recitatore.

*Calumna.*] *Ædium* Frontoniſ.

*Expeſtes eadem à ſummo minimoq; Poeta.*] hoc eſt eadem quæ retuli expeſtes ſcribi, & recitari tam à minimis, quam à ſummis Poetis: vel de iſdem ſcribunt ſummi, & miniimi boni & mali Poetæ; ſed hi male, illi bene, quod & Horatius carpit, cum ait.

*Scribimus indocti, doctiq; Poemata paſſim.*

*Expeſtes.*] Aliud argumentum quali ab aliorum exemplis doctorum & indoctorum, id eſt eadem cum doctis indocti tentant & inoliuntur.

15 *Et nos ergo manum ferula ſubduximus & nos  
Conſilium dedimus Sylla priuatus vt alium  
Dormiret. STULTA EST CLEMENTIA, cum tot ubique  
Vatibus occurrat peritura parcere charta:*

*Et nos ergo manum.*] Concluſio. Quare cum tanto tempore alios audierim, toties vexatus ſim, tot hitorias, & fabulas aliorum non ſine ingenti tædio audierim; addo quod docti & indocti iam ſcribant: quid reſtat, niſi vt & ego diuturno ſilentio interrupto & clementia hac exuta, ipſe aliquid ſcribam, vt alios pari moleſtia adſciam, & relictis Grammaticæ & declamandi ſtudiis carmen aliquod ſcribam. Doctiſſimus Turnebus hæc ita recte interpretatur; ait enim huac ſenſum ibi latere: *Cum tantum omnibus inceſſeris ſcribendorum Verſum ſtudium, in eo hominum numero, & ego cenſeri Velim; ergo, & reliqui Poeta alios artes miſſas ſucio; nec iam Grammaticam, aut eloquentiam moror, ſoli Poetica addiſtus ſum. & iam Grammaticorum ferulis, & Rhetorum declamationibus Valedixi. Nam, inquit, præteritum tempus ſubduximus, & dedimus earum rerum præteritionem, & amiſſionem ſignificat; & ſubduximus idem valeat quod non amplius ſubduco, dedimus, non amplius do.*

*Ferula manum ſubduximus.*] Id eſt, manum ſubtraxi vel remouî à ferula, vt ſcilicet ferula non amplius vtar, in docendo pueros Grammaticen. *Ich habe der Ruyten gute Nacht geben/ Ich wil mich nicht mehr mit der Grammatica vnd den Schülern plagen.*

*Ferula.*] Ferula vtuntur præceptores triuiales, inde à Columella minax, quod minetur ſcholæſticia. Martialis pædagogorum ſceptra vocat.

*Ferulaſq; triſtes ſceptra pædagogorum.*

Ingenui tamen non vulabant ſeculis, ſed pellibus anguillarum, vt auſtor eſt Plinius, lib. 20. Auſonius ad Theonem.

*Auſonius cuius ferulam nunc ſceptra Verentur.*

Inquit ſe imperatorum præceptorem eſſe, vel regium magiſtrum. Sic Ouidius, de arte amandi lib. de Achille — poſcente magiſtro

*Verberibus iuſſas præbuit ille manus.*

Item lib. 1. de Amoris ad auroram.

*Tu pueros ſummo fraudas, tradiſq; magiſtro*

*Vt ſubeant tenera Verbera ſana manus.*

*Subduximus.*] Auſ dem Wege gezogen, Ita vt ſatidiſſimus ferulam amplius manu tangere. Ouidius

*Subducunt oneri colla peruſta bones.*

Et Martialis.

*Clinicus Herodes trullam ſubduxerat agro.*

Olim hæc per collationem intelligenda cenſui, tanquam dicat. Se olim Grammaticen didiciſſe, & oratorium exercuiſſe: Et ob id etiam Poeticæ non ineptum eſſe. Sed prior ſententia magis iam aridet.

*Et nos conſilium dedimus Sylla priuatus vt alium dormiret.*] Id eſt, Rhetoricen didicimus ex cuius præceptis & exercitatione ſicco themate declamauiſmus, & difficillima materia propoſita ſuaſimus Syllæ, vt dictatura, & tyrannide depoſita, priuatam vitam viueret, & alienus à moleſtiis, & periculis tyrannidis in vtramque aurem, alium & ſecurus dormiret. Fiſtum autem

fuit.

fuit thema in genere *εὐσεβὴς*; nam Sylla vel Sulla multis ante Iuvenalem annis, tempore Iulii Cæsaris vixit, inter quos quidem 12. Imperatores fuerunt. Fuit autem Sulla gentis patriz, qui usque ad Quæsturæ suæ initia vitam libidique, & vino inquinatam continuo produxit. Postea lagurizæ catenas iniecit, Marium speravit; Cinnæ dominatum fregit; Sulpicium proscriptis; seruum Sulpitii qui dominum prodiderat, de Tarpeia arce præcipitari iussit, Myhrisidem compescuit, eumque ex omni Europa & Eubæa repulit, intraque aurum regnum coëgit; pugnavit ante urbem ad portam Collinam, ubi Romanorum octoginta milia cæsa dicuntur. Mox urbem ingressus, quatuor hominum milia, qui se ei dederant, nulla fide servata, occidit. Cum in vicinio ait Seneca lib. 1. de clementia, ad ædem Bellonæ, sedens, exaudisset clamorem tot millium, sub ense gentium perterrefacto senatu, Hoc AGAMVS, inquit, seditionis pauculi infus meo occidentur. Plurimi quoque tunc infantes, qui eius & quebantur nutum occisi sunt ab hoc efferrato naturæ monstro & hos quidem supra novem milia fuisse tradunt. Deinde infamem illam proscriptionis tabulam produxit, quam 8000. hominum scribant continuisse; secunda in tabula quingentos habuisse dicitur. M. Marium Cati fratrem necari iussit prius oculis effossis, & deinde membris prius minutatim amputatis. Carinatem Marti prætorem iugulavit. Tanta denique cædes facta, ut non vix modo, sed & cuncta Italia illius cuncto furore, & rabie sanguine inundaret; fortis ad vimæ & ad securæ facinoræ satis strenuus. Fides ei nulla, nullus Dei timor, nulla clementia. Quatuor legiones Marianæ partis fidem eius fluxam securas trucidavit, misericordiam quæ in ipso nulla erat, frustra implorantes. Quinque milia Prænestinorum fide prius data occidit, & spargi per agros iussit, ut iacerent insepulta. Quin & aduersus scæminas distinxit enses, Multorum virorum capita, ad se iussa diffeminatæ turæ illudens. Caii Marti cineres erutos sparsit in Tybrim. Sed Dei in se iram & Necessam sensit vlticem: Cum enim Dictaturam quam sibi adsciuerat deposuisset, laruis nocturnis vexatus est, lectro aliquando tractus est in pavimentum, eumque in sublime aliquando elevatum, in terram; à larvis demissum, seminecem famuli in lectum reportarunt; & tandem spiritum rabie & furore plenum euomuit, Alii vitæ exitum atrociorē adhuc scribunt, nempe *στυγνὸν* miserime à Pediculis consumptum. Serenus.

*Sed quis non paveat Pherocydiæ fata Tragædi  
Qui nimio sudore fluens animalia terra  
Eduxit turpi miserum qua morte tulerunt.  
Sylla quoque infelix tali Lagrove peresit  
Corruit & fædo se vidit ab agmine Vinci.*

Atque hæc summarim de vita & morte truculentissimi tyranni Sullæ ex Valla, & aliis, collecta.

*Primatus ut alium dormiret.*] Ut sponte sua Dictaturam deponeret, quam vero misera ac turbulenta sit vita tyrannorum, quantis periculis & sollicitudinibus exposita, Adeo ut ille rex dixerit, Aureum Diadema, humo proiectum nemo subleuaturum, si sciret, quanto pondere gestantes premeret; Contra vita priuata, quam iucunda ac quieta, fere in omnibus Tragædis indicat Seneca: præcipue vero in nobilissimis illis locis, In Agamemnone:

*Non sic Lybicus Syrtibus æquor  
Furis alternos voluere fluctibus,  
Ut præcipites  
Regum casus Fortuna rotas,  
Metui cupimus, metuiq, timeamus,  
Non nos illi alma recessus  
Præbet intus, non curat armis  
Somnum dominor pectora soluit.*

*Et Hercule Otæo.*

*Pectora pauper securæ geris,  
Tenet è patula pocula faga,*

*Sed non trepida tenet illa manu,  
Carpit faciles, Silesq; cibos,  
Sed non strictos respicit enses  
Aurca miscet pocula sanguis, &c.*

Et paullo ante.

*Cesset Tyrio mollior Ostra  
Soler impavidos ducere sinuos,  
Aurca rumpunt recta quiescem.*

*Alum dormire.* ] 1. Ut securus & tutus sine metu atque tyrannide priuatam vitam viueret.

*Stulta est clementia cum tot ubique* ] Conclusio, qua ad scribendum se exhortatur, suamque ignauiam condemnat. Quasi dicat, quæ hæc stolidi mea patientia, cum tot Poetis occurras quotidie, qui te tanto tempore verbosorum suorum carminum recitatione, iam inclementer tractarunt, illos non punire, & pari molestia molestiam mihi illatam vindicare, & quamuis peritura, & nullius momenti carmina conscribere, & illis recitare: præsertim cum docti & indocti iam scribant.

*Stulta est clementia* ] qua illis parco, toties molestia ab illis Poetis adfectus & vexatus.

*Clementia* ] Vecordia, ignauia, patientia, stupor, qua vel chartæ vel auditoribus meis, qui me vexarunt, parco, vel qua non talionis pœna vicissim alios importunos recitatores punio.

*Tot Sotibus,* ] *Plinius lib. 1. Epistolarum scribit. Magnum prouentum Poetarum annum hic attulit, toto mense Aprilis, & nullus fere dies, quo non recitarit aliquis.*

*Peritura parcere charta,* ] Per modestiam vires ingenii sui iam extenuat, quasi nō perpetuum futurum sit, sed periturum quicquid scribat. Nec tamen chartæ se parcere velle, quin perituris verbis illam illinet, cum auditorum Poetarum copiam habere possit. Sic *Martialis lib. 6. in obrectatorem.*

*Audes præterea, quos nullus noueris in me  
Scribere Versiculos, miseræ, & perdere chartas.*

*Peritura.* ] Vellicet nihil ipsi inscribatur perituræ. Vel nisi quid inscribatur ei perituræ. Vel potius quæ vna cum ipso, quod illo inscribo peribit. Sic autem per modestiam loquitur, Postum chartæ pro libro ex chartis. Dicitur autem Græce hic chartes.

*Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,*

10 *Per quem magnus equos Aurunca flexit alumnus,*

*Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam.*

*Cum tener uxorem ducat spado, Mania Thuscum*

*Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma:*

*Patricios omneis opibus cum pronocet vnus,*

25 *Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat:*

*Cum pars Niliaca plebis, cum verna Canopi*

*Crispinus, Tyrias humero reuocante lacernas,*

*Ventilet astinum digitis sudantibus aurum,*

*Nec sufferre queat, maioris pondera gemma*

30 *Difficile est Satyram non scribere, NAM QVIS INIQVA?*

*Tam patiens urbis, tam ferreus ut teneat sæ?*

Hactenus exposuit causas, cur scribendum sibi aliquid duxerit. Iam rationes adfert, cur ad Satyras scribendas animum potius appulerit. Id est, Cur mihi libuerit in Satyrico carminis genere me exercere, in quo magis ille Lucilius summa cum laude se exercuit, eius rei rationes reddam. Vel, Quare autem potissimum mihi libitum sit in hac Satyrica palæstra ingenii

vices

vires exercere in qua ex Aurunca oriundus Lucilius laudem ac decus promeruit; si otium est, & placide, ac beniuole rationem admittis, non grauatim vobis exponam.

*Campo.* Id est in hoc studio, & stadio. Virtur elegantissima Metaphora desumpta à Curulis certaminibus ubi à carceribus decurrebant, & ad meram venientes equos singulari arte flectebant. Est & allegoria ab actionibus corporis ad animam, id est, ut quemadmodum in campo cursu contendunt: ita & ego in hac Satyrica palæstra ingenii mei vires periclititer.

*Decurrere campo.* Id est, scribere, & ingenii vires exercere, & in hoc latissimo vitiorum campo in diuersa stilum vertere, & decurrendo variorum vitia reprehendere. Est autem Allegorica Antypophora.

*Per quem magnus.* Id est, in quo se Lucilius exercuit. Perstar autem in Metaphora, quia enim decurrere campo dixit, hic subiungit equos, & flectere. Per Auruncæ alumnus Lucilium intelligit, nouæ latinæ Satyræ primum auctorem, quem magnus vocat. Nemo enim maiore libertate, in flagitiosos populi Romani mores vnquam inuectus est, & maiori in honore ac veneratione habitus est, quod ex Horatio liquet, qui quod eius versus reprehendisset, multorum odium & inuidiam sibi conciliauit. Erat etiam præcipua & maxima familia oriundus. Vetus commentator Turonum Scæux Memoris Tragici Poetæ fratrem intelligit, qui libertini generis ad honores ambitione prouectus sit, potens in aula Vespasianorum Titi, & Domitiani, vel Lenium intelligi ait, qui & ipse Satyras scripserit: vel Silium & ipsum Satyricum qui omnes ex Aurunca oriundi. Virtur autem Poeta significantissimis vocabulis: Decurrere se dicit, quippe quæ scribere incipiat, & in ipso Satyrico campo à carceribus primum quasi incipiat currere. Flectere autem equos eius est quæ iam ad meram peruenit; Ergo modeste incepturus sibi prius dat: Lucilio magno, qui in hoc stadio egregie se gesserit, ac victoriam ac herbam, laudem, ac decus reportarit, postertius.

*Aurunca flexit.* Da er sich weidlich jnnne getummelt hat. Hanc urbem condidit Auson Vlyssis, & Calypsus filius, à quo illa pars Italiz in qua Beneuentum, & Cales Ausonia dicta.

*Si vacat.* Si per otium licet, & nisi quid vos detinet, et si attinet, & beneuoli rationes, quas daturus sum non repudiat.

*Cum tener vxorem.* Causas quibus impulsus Satyræ scribere cupiat, recenset turpes & flagitiosos populi Romani mores, qui volentem nolentem adigant in se stylum stringere. Est autem ordo verborum: Difficile est aliquem non Satyræ scribere, cum tener spado vxorem ducat, & quæ sequuntur. Est enim longum Hyperbaton. Prima causa est immanis mulierum libido. Delicatissimæ enim mulieres, quibus aut parere aut abortum facere durum erat, habebant rem cum spadonibus emasculatis, ut non paterent, Et tamen voluptate concubitus non carerent. Quam multi spadones sine vlla defatigatione, exercere posse & experientia demonstrat, & multi summi auctores testantur. Vnde Satyra 6.

*Sunt quos Eunuchi imbelles, & mollia semper  
Oscula delectent, & desperatio barba,  
Et quod abortiuo non est opus.*

Magna hæc fuit mulierum malicia, quæ è seruis, vel aliis quoscunque maxime à natura bene instructos sciebant, illos castrabant & cum illis concumbebant. Vnde Satyra 6.

*Conspicuum longè, cunctisq; notabilis intras  
Balnea, nec dubie custodem vitæ & horti  
Prouocat à Domina factus spado, Dormiat ille  
Cum Domina.*

Nobiliiores enim nolebant parere, ob id hisce nubebant spadonibus, ut ex Satyra 6. constat. Aus si vlla ratione concessissent, partum abigebant poculo abortiuo. Iuuenalis Satyr. 6.

*Tantum artes huius tantum medicamina possunt  
Qua steriles facit, atq; homines in ventre necandos  
Conducit.*

Ex merito vitium hoc primo loco reprehendit. Cum enim matrimonium contrahatur, ut



oboles producat, cuius flagitiosæ libidinis est, ob rem veneream, etiam spadonibus & mulieribus nubere? Martialis.

*Cur tamen Eunuchos habeat tua Gellia queris  
Panyche? Vult futurus Gellia, non parere.*

Idem alibi de Dindymo

*Cum senex communem Sexas spado Dindymus Æglem,  
Et iacet in medio sicca puella thoro.  
Viribus hic operi, non est hic Virilis annis,  
Ergo sine effectu pruritis Vterq; labor.  
Supplex illa rogat pro se miseriq; duobus,  
Hunc iuuenem facias, hunc Cytherea Virum.*

Sumitur hoc loco spado pro castrato, siue Eunucho, Iurifconsulti spadonem vocant, aliquo naturæ vitio impotentem, Eunuchum spadonem siue castratum. Aristoteles inter hos, paulo alter distinguit, ut Eunuchus sit adolescens, grandior ætate spado, verba eius. Ο' μὴδ' ἐνὶ ἡλικίᾳ πνεύσειν οὐδὲ διδύμῳ ἐστέρηται, οὐδ' ἐπ' αὐτῶν ἀπογενέσθαι ἔστιν ἡλικία. Eunuchus est adolescens cui testes exsecti, spado iam proejectioris ætatis. Sed nihil potest ad producendam sobolem. Sane non vanum est quod de eiusmodi spadonibus & Eunuchis Terentiana ancilla audisse se testatur: Amatores esse mulierum maximos. Neque enim quibuscumque amputantur testes, in iis etiam libidinis ardor extinguitur: imo vero crescit & extenditur in iis qui exsecti sunt iam puberes, ita ut tum temporis Romæ libidinosæ mulieres, quæ tamen parere volebant, enpide eis, ut in illa elinopole indomitæ & indefessis, ad libidinem suam explendam abuterentur. Idque hoc etiam tempore metuens immanis, & barbara gens Turcarum, quibus Eunuchis uti ad mulierum suarum custodiam volunt, eis non testes modo, sed & caudam, ut Horatius ait, salacem ferro demittere plerumque solent. Multæ enim alioqui facerent idem quod Gelliam fecisse Martialis superius dixit. Verum autem hoc esse, & Plavorini exemplum declarat, qui Eunuchus cum esset in adulterio deprehensus dicitur. *Et Basilii auctoritate confirmatur, qui in ἀποκρίσεσι sic ait: τὰς γὰρ μὴ τὸ ἀνδρῶν ὄνομα ἔχουσιν οὐκ ἐστὶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ τῶν διδύμων ἀπογεννημάτων: Ποῦς δ' ἀρμυρῶν τῶν καὶ ἀσχηλῶν ὄνομα τὸς συνουσίας ἐκτρέφεται καὶ ἂν ἐκτρέφεται μόνος, ἀλλὰ ἔσ' αὐτοῖς δοκεῖ, ἀκινδύνως φθίσκειν τὸς ἀσχηλῶντας.*

*Tener.* Id est mollis, & levis: pili enim postgeniti ante pubertatem castratis non crescunt. Inde Poeta noster Sat. 6.

*Sunt quas Eunuchi imbelles, & molliæ semper  
Oscula delectant, & desperatio barba.*

Ex Martialis.

*At prius, O mores! & spado machus erat.*

*Vxorem ducat.* Reuocabatur enim à Domitiano lex Iulia, qua iubebantur mæchæ, mulieribus nubere ne supplicio adficerentur. Reprehendit enim libidinem mulierum, & ridet legem Iuliam.

*Spado.* ] Δύο τὴν οὐρανὴν vel οὐρανίον, ab auferendo, diuellendo, trahendo: testes enim auferuntur.

*Nauia Thuscum figat aprum.* ] Secunda causa mulierum impudentia. Quid enim à moribus honestæ & sedatæ matronæ alienius, quam more crudi venatoris in theatro feras occidere? quid à pudica alienum magis, quam more leuissimi scorti nuda corporis membra spectanda exhibere? Legunt alii. Mæuia, quod quidem nomen est meretricium apud Martialem. Domitianus autem non modo virorum, sed & mulierum pugnas edidit, quod hoc loco Poeta reprehendit, Martialis de feris à mulieribus occisis ait:

*Hæc iam femineæ vidimus ætæ manu.*

Et ne hoc mireris, Legimus apud Tacitum & Suetonium, non virorum modo, sed & foeminarum pugnas: Et *Athanasium* γυναικῶν ἐν γυναικῶν μάχησιν, pulcherrimas mulieres pugnam gladiatoriam edidisse ait: adeo ut illud Severo principe vetandum senatusconsulto fuerit. Sane mulieres Amazonidum imitatz ferociam.

*Thuscum.* ] In Thuscia agri ferociiores erant. Martialis.

*Thusca*

*Thusca glandis aper popular, & ilice multa*

*Iam piger Ætols fama secunda fera.*

*Et nudateneas Venabula mamma:*] Impudicæ pariter & crudelis, & in vulnera pronæ mulieris habitum ostendit Sumitur autem Mævia pro quacunque impudica & lasciva.

*Nuda:*] Forte ad spectatorum libidinem irritandam.

*Venabula:*] Hastilia venatorum, quasi venatu habilia. *Plinium lib. 7. Piscem Venabula invenisse scribit.*

*Patritios omnes:*] Tertia causa quod ignobilissimi adulationibus & aliis malis artibus, ad tantas opes pervenerint, ut suis divitiis omnes patritios ex nobilibus & senatoribus natos promovere, & opibus cum ipsis certare non erubescant.

*Patritios omnes:*] Cum vnus Cynnamus, qui me puero vilis tonsor erat, cum omnibus patritiis, divitiis certare possit. Opponuntur hoc loco.

Vnus, omnes,

Tonsor, patritius

Generosos, & senatoribus ortos intelligit. Intelligit autem Cynnamum, qui muneribus mulieribus ad equestrem censum pervenerat, de quo etiam alibi Iuvenalis, Sat. 10.

— *quos villas possident nuno*

*Quo tondente gravis.*

*Ille demum damnatus in Sicilia exulavit.* Martialis lib. 7. exulanti amarissime insultat.

*Qui tonsor fuerat tota morissimus Urbe,*

*Et posthac domina munere factus eques,*

*Sicantia Urbes Ætnaæq; regna petisti*

*Cynname, cum superes tristia iura fori.*

*Qua nunc arte graves tolerabis inutilis annos,*

*Quid facis infelix, & fugitiva quies.*

*Non Rhetor, non Grammaticus, ludæe magister,*

*Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes,*

*Vendere nec Vocem Siculis plausumq; theatris:*

*Quod superest iterum, Cynname, tonsor eris.*

*Opibus promoveret.*] Divitiis cum ipsis certet. Alii Licinium quendam intelligunt.

*Quo tondente.*] Id est, qui iuveni mihi adhuc tonsor, gravem, & molestam barbam sæpe detondit, cum malis suis artibus, ad tantas opes nondum pervenisset.

*Gravis.*] Adeo longa & effusa, ut gravis mihi & molesta esset.

*Iuuenis.*] Illo tempore quo iuuenis eram.

*Senabst.*] Habitum tonsorum intelligit, qui forfice tondentes resonant; Quod Poeta ne figura ad barbam transfert.

*Cum pars Niliaca plebis.*] Quarta ratio scribendæ Satyræ. Id est, cum Crispinus vilissimus servus ex Ægypto tantarum Romæ facultatum sit, ut inaudito luxu & vestibus utatur. Vel cum Crispinus Ægyptius ex ancilla natus verna, ventilet & annulos inter eundem ostentans crebro manibus moveat, & per supinas delitias æstivo tempore annulos aureos levioris bractæ gesserit, & tamen sudet. Est autem pars Niliacæ plebis, servus ex plebe Ægyptia, qui quidem in Ægypto servierit, postea Romæ tantarum facultatum, & dignitatis, ut ex liberto senator à Nerone factus sit, nullo merito, nisi ob adulationes, delationes, & alias malas artes.

*Niliaca.*] Nilus Africam ab Æthiopia diuidit, medios Æthiopas secat magno se postea intervallo septem ostiis in mare Ægyptium diffundit. Certo deinde anni tempore Ægyptum inundat & fecundum reddit. *Plin. lib. 5. c. 10.*

*Verna Canopi.*] Veror, dicit Festus, appellantur ex ancillis Romanorum veris tempore natalis dicuntur vere sacro nati; habebaturque hoc nomen pro execrabili, & euitabili maledictione, ut apud Plautum multis locis videre est. Est autem hoc loco verna Canopi incerto ac vili patente servo prognatus, & ex Canopo oppido Ægypti oriundus. Erat autem Canopus in quadam Nili insula teste Solino, 120. stadiis ab Alexandria, pedestri itinere, dicta à Canapo, qui gubernator Menelai classis, ibi moris serpentis extinctus est.

*Crispinus.*] Dolet Iuuenalis, quod hic seruus fuerit, & verna vilissimus eques euaserit. Nam quæ sequuntur de vestibus purpureis & annulo, equestria signa denotant; simul reprehendit ornatum nimium & supinam mollietiem.

*Tyrias lacernas.*] Id est purpureas, Nam apud Tyrum Phœnicum urbem, maximus purpurarum piscatus erat: vnde Tyria purpura omnium optima. Erat autem Lacerna, siue penula, vestis quæ tunicæ vel togæ aduersus æris iniuriam induitur cū Bærocc. Eadem & abolla dicebatur. Martialis de eodem

*Nescit cui dederit Tyriam Crispinus abollam*

*Dum mutat cultus, induiturq; togam.*

*Quisquis habes humeris sua munera redde precamur.*

*Non hoc Crispinus te, sed abolla rogat.*

*Tyrias humero reuocante.*] Mollietiem nimiam in ignobilissimo nebulone notat. Qui mollietate adeo fractus sit, ut penulam in humero propter pondus non retinuerit, sed deorsum vergere passus sit, ita ut humerus ipsum crebro reuocaret. Possimus & hoc de nimia, nimisque ponderosa lacerna intelligere, quod, ut dictum ornatum nimium reprehendat, id est, dum propter nimium pondus lacernæ deorsum ab humero tenderent, superius ad humerum assidue quasi reuocarentur. *Ammianus. Sudant sub ponderibus lacernarum.*

*Ventiles æstium.*] Id est, inter eundem manus ad latera agitet, & vibret, & in aera iaciet, ostentationis gratia, ut scilicet annuli conspiciantur. *Æstium aurum dicit, nam per luxuriam ille nebulo æstiuos, & hiemales annulos inuenerat. Plin. lib. 33. cap. 3. Pessimus inquit vitæ sceleris fecit, qui annulum primum induit digito. Alii pondera eorum ostentant, alii plures quam unum gestare labor, alii bractæas inserunt leuiori materia. Propter casum gemmarum, totam sollicitudinem putant, alii sub gemmis venena claudunt, annuloq; mortis gratia habent.*

*Ventiles.*] Vel per ostentationem. Iuxta illud nostrum: Hi quanti pisces? Vel per nimias delicias & mollietiem supinam, ut ita quasi refrigerium capiet.

*Digitis sudantibus.*] Æstatis calore;

*Nec sufferre queat.*] Indicat annulum æstium leuiori quidem bractea, & materia fuisse sed hibernum maioris ponderis, prægrandem gemmam inclusam habuisse. Ait igitur Crispinum illum molliissimum æstiuo tempore leuiores annulos, & gemmas digito induisse, cum hiemale, ut maioris ponderis tempore æstiuo amplius ferre nequeat.

De hisce multis dicit Satyra 7.

*Semestri satum digitos circumligat auro.*

*Difficile est Satyræ non scribere.*] Cum talia fiant, scilicet, quæ recitauit.

*Nam quis iniqua. Tam patiens Urbis.*] Subiungit iam alia crimina. Nam quis tantæ patientiæ unquam fuit, tam durus, qui quidem ad nullam indignationem prouocari possit; ut iniquæ & sceleratæ Urbis Romanæ scelera intuens, se continere possit, quin omnibus indignationis fœnis solutis totis viribus in eam de bacchetur?

*Tam patiens.*] Id est, quis tam stupidus, tam ab omnibus adfectibus alienus ut ferendo sit his tam sceleratis moribus?

*Ferrens.*] Durus sine adfectibus, ad nullam iram prouocabilis. Hæc autem cum sequentibus pulchre coniungi possent.

*Ut teneat se.*] Id est contineat se, vel à risu, vel ab indignatione.

*Causidici noua, cum veniat lætica Mathonis*

*Plena ipso, & post hunc magni delator amici*

*Et citorapturus de nobilitate comesa*

35 *Quod superest, quem Massa timet quem munere palpat*

*Carus, & à trepi do Thymele summissa Latino:*

*Cum te sum moueant, qui testamenta merentur*

*Noctibus, in cælum quos euehit optima summi*

*Nunc via processus, vetula Vesica beata,*

40 *Vnciolam Proculius habet, sed Gillo deuincem:*

Par-

*Partes quisq, suas, ad mensuram inguinis heros:*

*Accipias sane mercedem sanguinis, & sic*

*Palleat, ut nudis pressit qui calcibus animum,*

*Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad auram:*

*Considit nomen cu scias leſtica Mathoni.* Ratio quinta ſcribenda Satyræ. Quod de latro- res ſentiant, Cum Matho ille aduocatus, qui olim pauperrimus, valedictis iâ cantis forenſibus, ad delationes ſe contulerit, & ſceleribus adeo diues factus ſit, ut vehatur noua leſtica, paullo ante delationibus comparata, in qua ſolus ſuperbus, & delicatus ſedet, & à leſticariis ſeruis por- tatur. Domitianus delatores tantopere ſonebat, ſi ne ei amiſſiſſimi quidem à criminationibus tuti eſſent: In quo cum quæſtus eſſet multo vberriſſimus cauſidici multi à cauſis forenſibus ad delationes ſe conuertebant. Inter quos & Pompeius Flaccus, de quo Iuuenalis: *Senior ille.*

*Pompeius tenui iugulos aperire ſuſturro.*

Hunc autem Mathonem aliquot Epigrammatibus exagitat Martialis.

*Leſtica.* Vehiculæ genus, quo nobiles vehantur; & hac veſtus eſt ille, qui paullo ante le- ſtiſſimus rabula.

*Plena ipſo.* Salse dixit, vel quia ſolus inerat tanquam ſuperbus, & delicatus, vel quia cra- ſus erat & corpulentus.

*Epſi hunc magni delator amici.* Id eſt, & cum poſt hunc Mathonem alius ad ſummas opes perueniret, ſummos amicos deferendo. Quis autem hic delator fuerit, ambigitur. Vetus com- mentator ait fuiſſe Heliodorum Stoicum Philoſophum, qui Liſinium Silanum diſcipulum ſuum, cum argueretur coniurationis inſcientem præter domeſticam delationem etiã testi- monio oppreſſerit. Alii Philoſophum Egnatium Celerem Barce Sorani magiſtrum, qui ipſum apud Neronem detulerit, & damnarit. Alii Demetrium cauſidicum qui multos Neroni detu- lit. Alii C. Caſſium, qui Licinii Silani præceptor fuerit cuius ineminit Tacitus lib. 13. Alii deni- que intelligunt Regulum.

*Magni amici.* Vel ſui, vel Imperatoris, & quaſi imperatorii. Nam ne hi quidem à delatio- nibus immunes erant Iuuenalis alibi Sat. 4.

*In quorum facie miſera, magna q, ſedebat*

*Pallor amicitia.*

\* *Es cito rapturus.* Id eſt, & qui ſuis delationibus totam ferme nobilitatem proſcripſiſſi qui adhuc ſuperſunt, & illos breui ſuis delationibus in exilium eieciturus, vel eundem de quo dixit intellige, vel alium.

*Comſa.* Nam illorum bona proſcriptio abſtulerat: vel poteſt referri ad crudelitatem de- latoris, qua nobiles proſcripti & interempti.

*Rapturus.* Quod ſupereſt. Nam maiorem partem proſcribi fecerat, ut ſoli in hereditatibus graſſarentur.

*Quem Maſſa timet.* Hunc præcipuum delatorem vetus commentator Heliodorum fuiſſe ait, quem quidem Maſſa & Carus & ipſi delatores timuerint. Ait enim: Maſſa morio fui, & Carus mimus, Latinus vero actor mimicus, Hi omnes fuere Neronis Liberti, & delitiæ Auguſti. ſed & nequiſſimi delatores. Latinus autè mimus quaſi conſcius adulterii Meſſalinæ uxoris Neronis ab ipſo occiſus eſt. Maſſa enim & Carus Heliodoro deferente occiſi ſunt. Cuius ſcituſ delatione, ita metuebant, ut ei munera darent. Nam & Latinus mimus Thymelen mi- mam Heliodoro proſtituebat, & ſubmittebat ad mitigandum, ne ipſum deferret apud Nero- nem. Magnus proſecto fuiſt delator, quem alii delatores timuerint.

*Quem Maſſa timet.* Heliodorum ſcilicet, ne deferatur ab ipſo.

*Quem munere palpat Carus.* Id eſt, cui Heliodoro Carus muneribus blanditur & mitigat. Quem alius minor delator, Carus etiam timet, & ne deferatur munera ipſi mittit, cum domi palpat, placat, & ſibi conciliare ſtudet.

De Bebio Maſſa ſcribit Tacitus in nece Piſonis: Aderat inquit Bebius Maſſa, qui noſceret iam- tum optimo cuiq, extrinſecos delationibus ſuis. Cari meminit Plinius. Niſi forte, inquit, quod non fui, non fuiſſem, ſi Domitianus ſub quo hac acciderunt diutius vixiſſet; nam in ſcrinio eius, datus à Ca- nobellus in me inuentus eſt.

*Et à Thymele trepido submissa Latino.*] Id est, quem placat, cui blanditur, Thymele vsu sui corporis, ei submissa, vel prostituta à trepido, & valde anxio Latino marito, verente ne defera- tur ab Heliodoro, & in vitæ pericula incidat. Acres profecto delationes, à quibus ne nimis quidem imperatoris, licet ei iucundissimus, tutus fuerit.

*Cum te submoueant, qui testamenta merentur Noctibus.*] Sextam causam, qua ad Satyræ scribendam compulsus sit, subiungit. Quod multi vetularum turpi consuetudine discescerent. Vel quod stupratores ex testamento heredes fiant, & legitimos heredes excludant, id est cum te optimo iure hæredem legitimum hereditate submoueant, & expellant; & te sibi cedere cogant, testamentum quoque excludunt ii, qui nocturno coitu, quo vetulis decrepitis prurientibus, & futuri cupientibus operam dant, testamenta merentur, & hæredes scribuntur: Vel qui mœchi, & adulteri pupillos expellunt hæreditatibus suis. Martialis in quendam Charidemum, qui amissas opes ita volebat reparare.

*Nunc festis annis: O quantum cogit egestas?*

*Noctibus.*] Id est nocturno concubitu. Sic Persius

— *Et noctem flumine pægas.*

*In cælum quos euehit optima summi.*] Id est, quos optima & expeditissima via, & ratio summi & maximi processus euehit, & compendio ducit ad cælum, ad summas opes, & facultates, vesica, cunnus vel membrum muliebre, vetularum beatarum, & diuitum.

*In cælum.*] Ad summas opes & diuitias, & honores, ad domum imperatoriam, ad quam diuites admittebantur. Quia enim naturæ illud monstrum Domitianus Deum se appellari voluit, per amaram Ironiam Hyperbolæ domum eius cælum vocat. Vel ex more vulgi, qui opes cœli & beatitudinem esse censent.

*Optima Via*] Ironia: paratissima, facillima & dexterrima.

*Summi processum.*] Id est emolumentum vel augmentum.

*Vesica.*] Es infra alium est, per quam vuluam hoc loco intelligimus, & vesicæ iunctus est vterus, teste Plin. l. b. 11.

*Beata.*] Locupletis & diuitis. Ita loquitur ex vulgi opinione, quod diuites beatos censet. Vel passim Poetæ loquuntur,

*Vetula beata*] Id est, opulentæ & diuitis, nam propter diuitias, non ob formam amabatur. Generaliter hæc intellige de quauis libidinosa ancilla, non de illa Neroni amicissima, ut quidam volunt, ob quam Ocho amore ficto, summum imperium dicitur adeptus. Quia enim vñc dicit, præfens tempus Domitiano imperante non præteritum Nerone, indicat.

*Vnciolam Proculæ habet sed Gillo deuncem.*] Pergit in illo quod inceperat, & amplificat hanc turpitudinem admodum Satyricæ quod vetularum amatores, & adulteri iuxta inguinis membri sui, vel mentulæ mensuram etiam magnam vel partem hæreditatis ex testamento obtineant. Inde factum esse ut Proculæius, qui membrum virile paruum habeat, vnciolam tantum, vel vnam duodecimam partem, eamque diminutam (vnciolam enim dicit) adeptus sit. Sed Gillo vir bene membratus, & mentulæ pedalis, deuncem, vel vndecim partes hæreditatis habeat, totam, inquam, hæreditatem vna vnciola deunta. Sic autem libra velas diuiditur in 12. partes, quæ appellantur vnciæ: ut deunc sit vna quasi deunta vnciæ ex asse 11. continet vncias, dextera decem vncias dodrans 9. bes 8. septuor 7. semissis 6. vel dimidium partem assis, quincunx 5. triens 4. quadrans 3. sextans 2. vncia 1. vnciam. Iam quæ est proportio vnius ad vndecim, fuit ratio membri Proculæii ad Gillois. Porro si ad certam hæreditatis quandam summam referamus hæc, omnia erunt clariora. Sit hæreditas 12. millium nummorum. Vnciola est mille nummorum diminutorum adhuc, Deunc vero sunt vndecim mille. Porro apud veteres alii ex asse, alii ex vncia alii ex deunce, hæredes scribebantur, quod hac tabella, proponam, quantum quisque habeat. Sit exempli gratia Hæreditas 24. qui ex deunce scriptus est habet 12. qui ex vnciâ accipit 2 tantum, qui ex semisse 12. qui ex triente 8. qui ex quadrante 6. qui ex sextante 4. qui ex dodrante 18. qui ex besse 16. qui ex quincunce 10. qui ex dextante viginti, qui ex septuor 14. qui ex ass: 24 omnia consequbatur.

*Vnciolam.*] Ein Zwölfftheil.

*Deuncem.*] Eylffzwölfftheil.

*Procleius.*] Hic Procleius & Gillo famosi adulteri & stupratores fuerunt. An vero fuerit hicille C. Procleius frater Varronis Murenæ illius, qui in Augustum conspiravit, cuius etiam soror Mæcenatis vxor teste Dione lib. 52. nihil affirmo. De hoc Horatius lib. 2. Od. 2.

*Vincto extento Procleius ano.*

*Notus in fratres animi paterni.*

Sane qui eques Romanus tantæ pietatis in fratres fuit, ut bona cum his æqua portione iterum diuiserit, cum bellis civilibus eorum opes attrita essent. Si ita est hoc loco pro optimo viro, & minime mentulato ponitur. Profecto qui tanta virtute præditus est, si ad nequitiam libidinemque peculiariter non sit vix vniolam merebitur.

*Partes quasq. suas.*] Cines jeden seinen beschenden Theil.

*Ad mensuram inguinis.*] Id est, iuxta proportionem genitalis membri. Nam pro ut cuique melius vel minus à natura prouisum erat, hoc maiorem vel minorem hæreditatis partem consequebatur. Cui membrum maius maiorem, cui minus minorem.

*Possideas sane mercedem sanguinis.*] Verba Poetæ Satyricæ & acerbæ hanc turpitudinem inidentis, quasi dicat; Ego sane talem illis hæreditatem non inuideo, quam sudore, sanguine & pallore sibi compararunt; Germani diceremus. *Laß sie doch den Lohn ihres Schweiß und Bluts davon bringen.* Est quasi concessio acerba & satyrica. Vsitatum enim auctori notum, cum quæ indigna sunt, serio prolocutus est, illa postea scoptica & amara irrisione arguta & explodat. Sic Satyra 3.

— *Exeat inquit*

*Si pudor est, & de puluino surgat equestris,  
Cum res legi non sufficiat.*

Ibi auctor noster acerbæ & scoptice subiicit postea, & inquit:

— *Et sedcant hic.*

*Lenonum pueri quocunq. in fornice nati,  
Cur timeam dubitemus locum defendere*

Sic inferius.

Ibi subiungit auctor: *Quamuis natus ad Euphratem.*

Et postea, cum dixit:

— *Exspectant ergo tribuni.*

Subiungit auctor:

*Vincant diuitia:*

Et Sat. 7. Cum dixit pater discipuli: *Idcirco inquit curas.*

Subiungit auctor.

— *& cum se verteris annuum.*

*Accipe victori populus quod postulat aurum.*

*Sane mercedē sanguinis.*] Concessio, quasi dicat: habeat & possideat illas hæreditatis partes, mercedem sanguinis, misere & turpiter partas: Nimio enim coitu, quem decrepita illæ, & prurientes vetulæ exigebant, sanguis emittitur. Nam cum sperma, quæ ex sanguine in testiculis dealbatur, nimio coitu dealbari nequeat, eius loco sanguis vel imperfectum semen emittitur, quod cum assidue fiat, & optimo & purissimo sanguine homo priuetur, deteriore, & imperfecto, relicto, hinc ille pallor de quo versu sequenti.

*Et sic pallens.*] Succo & sanguine exhaustus. Exanguis nimia coitus consuetudine. Nimia enim concubitus consuetudine exsanguis & pallidi redduntur.

*Vt nudis pressis qui calcibus anguem.*] Sic Virgilius 2. *Æneidos.*

*Obstupuit retroq. pedem cum voce repressit.*

*Improvisum aspsit, veluti qui sentibus anguem*

*Pressus humi nitens, trepidansq. repente refugit.*

Pallor autem inde oritur, quod terribili aliquo, & improviso oblato cormetu, ne quid exitiosum, corpori detrimenti accidas, perturbetur & hac ratione laboret, cui laboranti sanguis quasi subueniens se intro recipit, & externam cutem absentia pallidam relinquit.

*Aut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram.*] Caligula teste Suetonio. Lugduni in Gallia certamina oratoria ca lege instituit, ut victi victorum laudes componerent, vel præmia illis conferrent, qui maxime displicerent, spongia, linguaue scripta à se delerent; nisi maluissent aut ferulis obiurgari, & in proximum flumen mergi. Oratores autem illic dicturi metu pallescentes, propositum supplicium metuentes.

*Aram*] Strabo Lugdunum in colle positum, sibi Arar amnis Rhodano commiscetur: Et paullo post. Adest & ara dignitatis eximia, gentium 60. inscriptum habens titulum, earumque singularum sua statua.

- 45 *Quid referam, quanta siccum iecur ardeat ira,  
Cum populum gregibus comitum premas hic spoliator  
Pupilli prostantis? & hic damnatus inani  
Iudicio (QVID ENIM SALVIS infamia nummis?)  
Exul ab octava Marius bibit, & fruatur Diis  
Iratis: at tu victrix provincia ploras.*

*Quid referam quanta siccum iecur ardeat ira.*] Vtlerius septimam & octavam causam Satyræ scribendæ persequitur. Quid opus est me vltierius iræ & indignationis meæ causas exponere, & referre quanta ira & indignatione iecur meum continua & frequenti indignatione exsiccatum ardeat, cum videam pupillorum spoliatores pessimis flagitiis ad tãtam potentiam pervenisse, vt multitudine comitum etiam populum premant; & alius Marius vano, & inani iudicio condemnatus, ob Aphricæ spoliationem exul, probe, & accuratè suo exilio fruatur, & ab hora octava bibere incipiens. Diis sibi iratis egregie, ex animi sui sententia fruatur. Vt Germani diceremus. Was sol ich sagen/das mir die Leber im Leib/gar vor Zorn erhiget vnd verdorret ist / vnd gar angezündet.

*Siccum iecur.*] Non solum in corde, sed & in iecore sensa animi, & adfectus collocatos existimant; vt etiam Persius in multis locis fibrarum, qui à iecore, appellatioue vsus est. Siccum aut frequenti iræ accensione, & ardore vehementi quasi sit exsiccatum.

*Ira.*] Hæc in Irum quendam dici putant, ad illumque allusum nomine Iræ: Nam & Iri meminit Sat. 10.

*Quos Basilus socios, quos circumscripteris Irus  
Pupillos.*

*Cum populum*] Populo molestus multitudine clientum & seruorum, cum per publicum incedit, cui quis multitudinè vix cedere possit. Summum scelus exprimitur. Dicit enim, Irus spoliator pupilli suæ fidei commissi potentissimus est, & magnum habet comitatum in publico, ita vt quasi populum comitum multitudine premat. Er hat so viel Diener / daß man kaum bey ihn her kan. Contra pupillus spoliatus & circumuentus ab Iro adeo paupèrest, vt inopia coactus prostare, & corpore quæstum facere cogatur.

*Gregibus comitum.*] Multitudine clientum & seruorum se comitantium. Contemtim dixit gregibus.

*Spoliator.*] Forte in talem dicit, qui viduas habentes liberos blanditiis & adulteriis captarent, earumque bona ex testamento obtinerent, liberis hac ratione spoliatis.

*Pupilli prostantis.*] Quem ad extremas incitas redegerit, vt ob paupertatem pro meretrice publice prostare cogatur & victum turpissimo corporis quæstu sibi acquirere. Desß Münd, lings der zur Huren offensichtlich seylist.

*Et hic damnatus inani iudicio*] Octava ratio, qui inania iudicia exerceantur, & damnati aliorum bonis delitiantur ordo talis. Et hic Marius exul damnatus inani iudicio, bibit ab octava, & probe genio indulget. Marius Priscus proconsul cum Africam Prouinciam spoliasset, ab Afris accusatus, iubente Cornuto 7000. nummum, quæ prouincialibus eriperat, ærario damnatus intulit, ipsique vrbe & Italia interdicitum. Qui multis opibus & nummis, sibi adhuc relictis probe Genio dies noctesque & animo indulgebat.

*Inani iudicio exul.*] Ita dicit vel quod iniquum fuerit, cum pecuniam prouinciæ restituendam, ærario intulerint: Vel quod nullius momenti fuerit Marium condemnasse, & in exilium coniecisse, relictæ ipsi adhuc parte maiori nummorum, & opum. Quid enim Marius, & alii homines perficitæ frontis, flagitiosi, damnationem & infamiam morantur, modo opes ipsi maneant incolumes, & nummi salui. Et hoc est quod dixit. Inane iudicium. Cum ille damnatus

7000. tantum nummorum in aeternum intulerit, & longe plures ex spoliatioe retinuerit, quibus luxuriare posset, & quibus nummis salvis tales nebulones infamiam non curant.

*Quid enim salvis infamia nummis?* ] Exsententia multorum sed pessimorum; quibus illud Cherez apud Terentium animo sedet:

*Mea mihi refert, dum potiar modo.*

Et Horatius.

*— populus me sibilat, at mihi plaudo.*

*Ipse domi, quoties nummos contemplet in arca.*

Et alio loco Iuvenalis noſter, Sat. 13.

*— Tunicam mihi malo Lupini*

*Quam si metoso laudat Vicinia pago*

*Exiguis tuis paucissima serra secantem*

*Ab octava Martius bibis.* ] Moris Romæ fuit, ut octava hora lauerent, nona decumberet. Nō statim post octavam horam Genio indulgere, & lætam conviviam agere cepit. Est apud nos circa secundam horam pomeridianam.

*Esfruitur.* ] Auctor noſter plurimis in locis contraria coniungit, quæ hic colligam. Ita his dicit, Diis iratis frui & felicem esse, victorem contra plorare.

Et post.

*Luxuria sordet.*

Et mox:

*Iratis plaudendum funus.*

Sat. 1.

*Tristibus obscenis.*

Et paulo post.

*Socraticos Cimades.*

*Fidos Scauros.*

*Trepidat Stolicidas.*

*Curios simulant, & Bacchanalia Vinorum.*

*Cretææ perluces.*

Eadem Sat.

Et post.

*Nimirum summi ducis est.*

Sat. 3.

*Ambitiosa paupertas,*

Sat. 7.

*Asiani equites.*

Sat. 8.

*Plures de pace triumphos.*

Sat. 10.

*Magna est formacula.*

Indidem:

*Magnus mirandusq; cliens.*

Sat. 13.

*Adversis satis innoxia.*

*Esfruitur Diis iratis.* ] Er leſt es ihm wol bekommen/das ihm die Götter zornig sein/en hat einen guten muſch daruon, id est probe fruitur ſuo exilio, nam in exilio plus ſibi indulget, quam prius. Diis autem iratis aduerſum habuerat iudicium, & exilium.

*At tu victrix provincia ploras.* ] Victrix, quia Marius condemnatus est. Ploras quia ſpoliatus, & nammi tibi reſtituendi ærario illati ſunt, & à Mario exule prodiguntur.

*Hæc ego non credam Venusina digna lucerna?*

*Hæc ego non agitem? ſed quid magis Heracleas,*

*Aut Diomedæas, aut mugitum Labyrinthi,*

*Et mare percuſſum puero, fabrumq; volantem:*

55

*Cum leno accipiat, mæchi bona, ſis capiendi*

*Ius nullum uxori, doctus ſpectare lacunar,*

*Doctus & ad calicem vigilantiffertere naſo:*

*Cum ſas eſſe putet curam ſperare cohortis,*

*Qui bona donauit præſepibus & caret omni*

60

*Maſorum cenſu, dum peruolat axe citato*

*Flaminiam: puer Automedon nam lora tenebat,*

*Ipſe lacernata cum ſe iactaret amica:*

*Hæc ego non credam.* ] Multiplici ſcelærum cauſa iratus, cum indignatione loquitur hæc Poë:



ta. Hæc, & confamilia cum flagitiosissima videam, possum ne me continere à scribendis satyris; nonne merito existimem digna esse hæc scelera lucerna, & accurata taxatione Venusina vel Horatiana, & existimemne digna esse hæc, quæ ego agitem, quæ ego mordacissimis Satyris persequar, & infester? id est, An non digna hæc, quæ Satyra, qualem Horatius scripsit, exagitentur Venusina.] Fuit Horatius Venuinus ut ipse testatur. Sat. 1. lib. 2.

— sequor hunc Lucanum an Appulum anceps.  
Nam Venusinus erat finem, sub Virumq; colonus.

Lucerna.] Diligenti lucubratione ad Lucernam nocturno tempore confecta, vel accurata reprehensione & castigatione ad Lucernam noctis tempore, more Horatii Venusini id est vel Horatiana accurata ad Lucernam. Fuit enim is ad notandos hominum mores præcipuus.

Agitem.] Infester, damnem, exagitem, persequar.

Sic Virgilius,

— Palantes Troas agebat.

Sed quid magis Heracleas.] Obiectioni respondet quasi dicat. Cure ego his moribus, hoc seculo potius fabulas quam Satyras scriberem? Et nunquid causæ esse potest, ut agitem magis, aut persequar potius fabulas de Hercule, Diomede, Icaro, Dædalo, aut alia quæ quotidie audiuntur & notissima sunt; quam quæ ab omnibus debebant reprehendi; Cum maritus leno, mœchi, vel adulteri bona pessimis artibus occupet, dum uxorem ipsi suam prostituit &c.

Sed quid magis.] Id est. At cur potius, vel quæ causa est, cur potius Heracleas, id est ærumnas & labores Herculis & fabulas de Hercule agitem (nam hoc verbum præcessit) vel persequar. Dicitur autem Hercules quasi *Heracles*. Nam cum ille Ioui ex pellice Alcmena, vxore regis Amphitruonis natus esset, odio Iunonis, quæ Eurystheum instigabat, multas ærumnas exantlauit, & labores immensos & pericula innumera superauit, vnde ipsi decus, ac gloria parata. Labores autem Herculis & res gestæ satis notæ.

Aut Diomedes.] fabulas scriptas de Diomede, eiusque sociis in aues conuersis, qui Diomedes appellatur. Fabula talis est. Diomedes Tydei filius ducta vxore Ægialia regis Adrausti, Troiam profectus Sthenelum quendam calamistratum administratorem bonorum suffecit. In singulari autem certamine Diomedis cum Ænea, cum Venus opem filio succubituro latura à Diomede fauciaretur, odio Diomedis, vxori Ægializ, amorem immisit, ut Sthenelum obliuio coniuge periret: Qui multis copiis Diomedem ab Illo redeuntem sui securum inuadunt, & in fugam coniiciunt. Postea eius socii in mari submersi sunt, qui in aues Diomedes conuersi, ipse in Apuliam tandem veniens Arpos, & Beneuentum condidit. Vide Lycophronem & Solinum. Panyasis, cui secundum locum in Poetis tribuebant Critici, Heracleam scripsit 14. libris. Item Arrianus Phædimus, & Pisander. Diomedes scriptorem perstrinxit Horatius in Arte.

Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri, &c.

Aut mugitum Labyrinthi.] Fabula talis est. Pasiphae Minois regis Cretenſium vxor præternaturali, ac nefando tauri amore correpta Dædali ingeniosissimi Architecti arte, tauro supposita fuit. Ille enim ligneam vaccam tanto artificio fabricatus est, ut taurus eam appeteret, & cum Pasiphae lignæ Vaccæ inclusa, rem haberet: vnde natum illud monstrum Minotaurus, de quo Quidius:

Semibouemq; Virum, semivirumq; bouem.

Hic Minotaurus Labyrintho à Dædalo Architecto fabricato inclusus, septem pueris totidemque puellis Atheniensibus quotannis nutriebatur, ob mortem Androgei filii Minoidis, quem occiderat Athenienses. Porro Minos malefactis Dædali cognitis, & ipsum Labyrinthum cum filio Icaro inclusit, ut à Minotauro deuoraretur. Verum ille cum insignis esset Architectus sibi, & filio alas fabricauit. Icarus altius volans in mare decidit, quod ab eius nomine Icarium dictum. Ille vero Dædalus incolumis in Siciliam peruenit, ubi multa miranda præclarus Architectus construxit. Vide Diodorum lib. 5. *Eusebius scribit Dædalum cum Icaro nauis ausuisse, & propter imperuſtigabilem fugam euolasse pennis existimatum.* Intelligit enim per mugitum Labyrinthi fabulam de Minotauro vel Minotaurum, qui mugitum in Labyrintho à Dædalo fabricato ediderit.

*Et mare percussam pueri*] Icarum intellige, qui patris mandatorum immemor, nimis alte volavit, & hac ratione cereis pennis calore solis liquefactis, in mare deciderit. Quid.

*Icarus Icarus nomine fecit aquas.*

*Fabrumque volentem.*] Patrem Dædalum intelligit, qui cum medium teneret non nimis alte, nec nimis humiliter volando, incolumis in Siciliam evasit. Mythologici hæc ad vitæ modiciorum transferunt.

*Seneca Hercule Furante.*

*Medium celi dum sulcat iter,*

*Tenuit Latias Dædalus oras,*

*Nulliq; dedit nomina ponto.*

*Sed dum volucres Vincere veras*

*Icarus audet, patriusq; puer*

*Despicit alas, Phæboq; volas*

*Proximus ipsi dedit ignoto*

*Nomina ponto.*

*Male pensantur magna ruini. &c.*

*Alii per lapsum Icarum intelligunt temerarios alogorum Astrologorum conatus, qui dum conspectus scrutantur indeque futura coniciunt, in mare mendaciorum se præcipitant, omnibus cordatis hominibus risui ac ludibrio.*

*Cum leno accipias mæchi bona.*] Nona ratio quod mariti coniugum suarum lenones sint, id est. Cum mariti lenones, adulterorum bona accipiant, dum per summum scelus, ac dedecus suas uxores eis prostituunt.

*Si capiendi ius nullum vxori.*] Si vxor eius, qui aliis adulteris vsuram sui corporis concessit, iure, ac legibus à Domitiano constitutis, impediatur adultero succedere, eiusque bona possidere, ipse maritus leno succedit adultero hæres. Domitianus enim, ut Suetonius ait, probro- sis feminis lecticæ vsu ademir, & ius capiendi legata & hæreditates. Earum itaque viri, tanquam lenones mæchorum legata loco coniugum suorum accipiebant. Possint etiam hæc sine illo respecta simpliciter intelligi, quod si vxor nullumius habeat capiendi legatarum ab adultero, maritus eam adultero prostituit tanquam leno, & pro vxoris stupro, stupratoris vel mæchi bona accipit, ut quæ iure acquirere non potest adulterio coniugis prostitutz acquirat.

*Doctus sperare lacunar.*] Pessimus deplorati lenonis habitum depiigit, qui dum adulter morem deoscularetur, & nescio quid faceret, quasi illud non animaduertens, sursum lacunæ spectabat, ut hac ratione adulter eo confidentius, animo suo morem gereret. Horatius,

*Sed inissa coram non sine conscio,*

*Surgit marito, sed vocat infitor,*

*Seu naus Hispana magister*

*Dedecorum preciosus emptor.*

*Doctus.*] Id est. Qui doctè didicit Lenoniam exercere.

*Lacunar.*] Laquearia. Die Vertastlung/ oder den Bön vnd an die Walsen eines gemachtes.

*Doctus ad calicem Vigilanti stertere naso.*] Hoc exponunt quasi maritus simulat se dormire cum Vigilet, ut impunitius mæchetur vxor. Verum Beroaldus aliter. *Homo inquit quanto altiore somno dormit, tanto sonantius stertit.* Sonus autem ille stertentis, & ronchus fit naso, unde festiue hoc loco dormientis nasum Vigilantem vocat, cum sit clamorosus, & obstreperus Plautus in Milite

— *An dormit Sceledrus intus Non naso quidem,*

*nam eo magno magnū clamat, stegit calicem.*

Evidenter docet Plautus nasum vigilantem dici, & esse in homine dormiente. Nam cum dormiens quietus tacet nasus ipse non dormit sed clamat, & qui clamat Vigilare dicitur

& non dormire. Hanc Plautinam elegantiam Satyrophorus expressit, quanto enim magis maritus vxoris mœchæ stertebat vel stertere simulabat, tanto magis clamabat naso, vt fidem somni faceret, & eo confidentius mœchus pro libitu omnia agere possit.

*Vigilanti.*] Ronchos ducenti, stercanti: Mit einer schnarchenden Nasen. Siue autem vere dormierit, siue vigilauerit, vtrumque non absurdum. Tales enim nebulones, vltro haud dubie potu se inuitarunt. Vt iam multi cuculli & currucæ faciunt, quos mœchi inebriant, & dormitum mittunt, vt postea faciendi occasionem habeant, quidquid velint.

*Ad calicem.*] Id est iuxta calicem, vel poculum quibus se potum simulabat dormire. Sic Ouidian ante. De marito.

*Si bene compositus somno Sinag, iacebis  
Consilium nobis resq, locsq, dabunt.*

*Cum fas esse putet curam sperare cohortis.*] Subtexit causam decimam, ægreque fert, quod qui bona suis equis alendis & aliis inutilibus sumptibus cõsumperant, ad summas dignitates aspirare non vereantur. Quasi dicat. Cum illi qui bona sua equis alendis prodegerint, præterea qui omni maiorum censu, vel patrimonio à maioribus sibi relicto carent, non nefas ducant Prætoriam dignitatem ambire.

*Cum fas esse putet.*] Id est, cum nullum nefas ducat. Per indignationem dicit.

*Sperare.*] Ambire, adscendere, & merito expetere.

*Curam cohortis.*] Curam & administrationem præfecturæ cohortis Prætorianæ.

*Quis bona domauit præsepibus.*] id est equis alendis bona sua perdidit.

*Et caret omni maiorum censu.*] Id est diuitiis à maioribus sibi relictis. Verba hæc indicant eommode de Tigillino hæc intelligi vix posse cum is obscuris, & tenuioribus parentibus natus fuerit. Quare doctissimus Turnebus Fulcum intelligit, qui aurigando patrimonium dilapidauerat. Mancinellus autem & alii de Tigillino intellexerunt, interpretati illud carere maiorum censu de maioribus, qui in nullo censu fuerint, obscuris, cum de patrimonio dilapidato intelligendum fuisset quasi dicat, Wenn sie ihr patrimonium mit Pferden haben herdurch gebracht / darnach wollen sie grosse Schultheissen vñ Obersten werden.

*Dum peruolat axe citato.*] Id est, dum is iuuenis ad Imperatoris Villam, quæ est in via Flaminia Autumædon, & auriga curru citato, velociter commotis rotis veheretur. Illustrat, quod dixit illis, qui equis præsepia alendis, bona sua prodegerunt, quod scilicet per viam Flaminiam citato curru vehere soleant, & ipse currum regere, quod infra Satyra octaua in Damaspippo, vel Laterano miris modis exagitat, quem forte hic respicit etiam. i. Qui equis alendis omnia prodigit, dum curru celerit incitato velociter commotis rotis, per viam Flaminiam vehitur, & illam viam quasi peruolat.

*Authomedon.*] pro quolibet auriga, is enim auriga Achillis Vergilius 2. Æneidos.

*Armiger Authomedon; Equorum agitator Achillis.*

*Authomedon puer.*] Dicit autem puer. Nam puer bona sua aurigando perdiderat, iam senior & pauper, ad Prætoriam aspirabat.

*Nam lora tenebat.*] Id est ille Tigillinus vel vt potius Fuscus, vel alii Damaspippus, vel Lateranus equos, & currum moderabatur.

*Ipse.*] Emphatice. Vehementer auctor noster exagitat, quod nobiles Romani gladiatoria, & aurigandi studio se polluerunt. Sic Satyra octaua.

*Ipserotam stringit multo sufflamine consul.*

— Et infunder iumentis hordea lassis.

*Ipse lacernata cum sciat claret amica.*] Hæc doctissimus Turnebus ita interpretatur, ipse Fuscus auriga lora tenebat, non in curru sedebat, alio equos regente, idque eo faciebat, vt se amicis suis commendaret: Mulieres enim aurigas deperibant.

*Nonne*

*Nonne libet medio ceras implere capaces*

*Quadrinio: cum iam sexta cervice feratur*

65 *Hinc, atque inde patens, ac nuda pæne cathedra,*

*Et multum referens de Mæcenate supino*

*Signator falso qui se lautum, atq; beatum*

*Exiguis tabulis, & gemma fecerat vda?*

*Occurrit matrona potens, qua molle Calenum*

*Porrectura, viro miscet siccante rubetam,*

70 *Instituitq; rudes melior Locusta propinquas*

*Perfamam, & populum nigro ssefferre maritus.*

*AVDE ALIQUID BREVIUS Gyaris, & carcere dignum,*

*S'vis esse aliquis. PROBITAS LAUDATUR & alget.*

Vndecima indignationis causa, quod falsarii malis suis artibus, ad summas opes & honores perveniunt, & superciliosi & elati alio contemnunt. Quæso annon libeat, vel placeat, capaces ceras, ingentes tabulas ceratas & pugillares, Satyris implere, idque medio quadrinio, & publico loco, in quem quatuor vix concurrunt & plures conveniunt, ut ab omnibus manifeste conspiciantur, nemine contradicente, cum falsorum testamentorum consignator iam Hexaphoro a sex hominibus portetur.

*Cum iam sexta cervice feratur.*] Der zehner must zu fuss gehen. Cum iam ille lectica, quæ sex portabant, feratur, qui olim pauper & abiectus erat, iam per scelera dives, & pollens. Ferebant autem serui plurimum, sex, unde sic frequens illa Hexaphori mentio. Martialis.

*Quid te Cappadocum sex omnes esse inuas?*

Interdum octo quod genus lectica octophoros. Rarissime viris usurpata, nisi in supinis delictis, ut hoc loco, aut morbo. Qui ferebant serui lecticarii vocabantur. Intelligit autem alii hoc loco Damasippum, alii Tigillinum. V. C. Dicit fuisse quandam consiliarium, Domitius Regulum quandam. Plinius. Aspicere Regulum qui ex paupere ac tenui ad tantas opes per flagitia processit, ut i se mihi dixerit, cum exta consuleret, quam cito sexcentes sestertium impleturus esset, invenisse exta duplicata, quibus portenti millies, & ducentes habiturum: Et habebit si modo, (ut cepit), a leona testamenta, quod est improbissimum genus, falsis his quorum sunt illa dicta. Hunc alibi omnium bipedum nequissimum appellat.

*Hinc atq; inde patens,*] id est ab omni parte apertus, & eius Cathedra vel sella pæne nuda, id est discooperata, ut ab omnibus conspici possit ob iactantiam, vel in qua solus portabatur, ob luxuriam. *Nuda pæne Cathedra.* Erat enim pulvinar & lectus in Cathedra, quæ omnia nuda & aperta fuisse, ad ostentationem, notat.

*Et multum referens de Mæcenate supino.*] Id est probe referens, & representans, mollem & delicatam Mæcenatem erecta cervice, superbe, fastuose, & luxurioso habitu incedens. Cuius etiam mollities, ab Horatio notata est, qui eum Malthinum quasi mollem, quod amicis demissis incederet, appellabat. Hinc auctor noster inferius.

— *Vesset*

*Purpuream teneris quoq; Mæcenatibus apram.*

*Signator falso qui se lautum atq; beatum.*] Id est falsarius vel falsorum testamentorum consignator, qui se falso, falsitate, & adulterinis testamentis, lautum, comptum, mollem, delicatum reddit; Et se fecit beatum, fortunatum, divitem & opulentum, compendiosissimo labore, exiguis tabulis tantum, in quibus testamenta consignabantur, & gemma vda, vel sigillo saluamanda, propter impressionem madefacto signo, ne cera illi adhæreat.

*Falso.*] Falsitate, falsis testimoniis, & t. bellis condendis. Aufereudi casu.

*Tabulis.*] 2 l. b. u. titurionum scribitur. *Nihil interest, an testamentum in tabulis, an vero membranis, vel in alia materia fiat.*

*Occurrit matrona potens.*] Sabiniigit vndecimam indignationis suæ causam, quod mulieres:

veneficiis suos coniuges maritos tollerent. Iam mores vrbis Romanæ si vltcrius consideres, occurrunt etiam mihi Satyræ scripturo magnæ matronæ, quæ venenis maritos suos tollunt, quæ vino venena mixta viris suis porrigant, & exhibeant.

*Matrona potens.*] Rationem addit inferius cum ait.

Sat. 10.

— *Sed nulla aconita bibuntur*

*Fidilibus* —

*Molle.*] Id est suave, dulce, lubricum, aluum molliens, lena.

Virgilius.

— *tunc sunt molliſſima vina.*

*Calenum*] à καλὸς ἐστίν. Vel à Cale oppido Campaniæ vbi optimum nascebatur vinum.

*Viro ſitiente.*] Dum vit ſitit, vel dum videt virum ſitire.

*Mifcet.*] Id est ſimulat ſe vinum ipſi porrecturum, & dum ſimulat ſe vinum miſcere, miſcet rubeam.

*Rubetam.*] Ranz rubetæ ἀμφίβιον, vel in terra, vel in humore deguat, plurimis reſertæ medicaminibus, quæ deponere & reſumere quotidie paſtu dicuntur, venena tantum ſibi reſervantes. Plin. lib. 8. cap. 29. Haſ intelligit. Sat. 3. cum ait:

— *Ranarum viſcera nunquam*

*Infpexi.*

Fortè è buſone venecum ita dici poteſt, quod inter rubos degat. Alias rubetæ virides ranæ apud nos dicuntur λαυβροſχί / quod frondibus foliiſq; arborum inſideant.

*Inſtituitq; rudes*] Amplificatio. Id eſt, melior hoc tempore & peritior Locuſta, quam illa prior, quæ fuit tempore Neronis, inſtituit rudes, & huius præclaræ artis & Veneficii ignaras propinquas, & vicinas efferre, & exportare ad rogam, manifeſte, & impune maritos nigro veneno inſecta & larida cadauera. Locuſta κατὰ τὸν χυλόν, pro peritiſſima venefica, ex Gallus à Nerone vocata, Imperatori caſiſſima, quem veneficia edocuit. Quæ cum obiurgaretur à Nerone quod Britannico lentum nimis Venenum paraſſet, tantæ violentiæ aliud parauit, vt cœnans cum Nerone, ad primum guſtum, & inter bibendum Britanonicus conciderit, & exſpirarit.

*Per famam & populum.*] id eſt non per infamiam populi, vt ſi βλάβη, vt quidam male, ſed palam, cum per famam per totam urbem, omni populo de hoc conſtet, & ramen illæ beſtiæ impune abeant, omnibus id cognoſcentibus & ſciētibz. Per famam omni populo notam.

*Nigris.*] Veneno luridos, liuidos, & in cadaueribus lurida adhuc & liuentia apparent veſtigia. Veneno enim exſtincti contrahunt ſibi colorem liuidum, luridum, plumbeum, nigrum, qualis color ex contuſione, vel plaga in corpore relinquitur. *Blaw vud Blenſchwarz.*

*Aude aliquid breuium, Gyaris & carcere dignum.*] Sarcæſtice cum ira ac ſumma indignatione. Quafi dicat. Reſ eo rediit, vt ſi Romæ aliquid eſſe cupias, ad opes, & diuitias, ad ſplendoris, honoris, ac dignitatis cacumina euehi, nulla faciliore ratione, accompendioſiori via eo peruenias, ſi auctacter magnū aliquid, & peſſimum faciūz, exilio & carcere dignum perpetres. Fruſtra enim virtute, ac probitate, vt nunc Romæ ſunt mores, ad opes, & honores te peruenturum ſperas.

*Aude aliquid.*] Tredecima cauſa quod Romæ omnia ſcelere acquirantur. Magnum & audax facinus designa. Coniungenda hoc loco. Aude aliquid, & viſe eſſe aliquid. *Wiſſtu Reich werden ſo ſey nur ein Schelm vñ Böſwicht / vnd begehrt nur allerley Schelmſtück.*

*Aliquid.*] Sic Perſius *Seſe aliquem credens.* Opponitur nihil. Hinc Perſius.

*Ten' circulatorum centum dictata fuiſſe*

*Pro nihilo pendas? &c.*

*Breuium.*] Breuia erant loca maris vadoſa, & ſcopulis formidabilia. Virgilius 1. *Æneidos.*

*In Breuia, & Syrtis erget miſerabile Giſu.*

*Gyaris.*] Gyaros inſula in mari Egeo, vna Cycladum, vel Sporadum, locus exilii grauiſſimi, inſula exſecrabilis & ſterilis. V. C.

*Et carcere dignum.*] Perpetua incarceratione.

*Id esse aliquid.*] Id est alicuius magis existimationis, haberi in aliquo precio. Non absurde legitur in quibusdam codicibus Aliquis. Sic Persius ait. Sat. 1.

*Sepe aliquem credens?*

*Probitas laudatur.*] Valerius lib. 4. *Magno aliquo precio Virtus aestimatur, Virtus enim tam parva est, ut à malis laudetur.*

*Es alger.*] Frigore premitur; Licet enim vir bonus laudetur: nemo tamen vel trita lacerna virum bonum donauerit. Vel potius alget, misera & infortunata est. In inopia enim vbi res non bene succedunt, omnia frigent. Sic Terentius Hic homines frigent. Vel potius. Parum frequenter tatum, parum cura & peruia est. Sic Persius

— *Ne maiorum tibi forte.*

*Limina frigescent*

Id est probitas laudatur quidem sed parum colitur, & frequentatur, sed deficit; Et sic Persius

— *Positum est argente Casino*

*Durum olus.*

75 CRIMINIBVS DEBENT hortos, pratoria, mensas.

*Argentum vetus, & stante extra pocula caprum.*

*Quem patitur dormire nurus corruptor auara.*

*Quem sponsa turpes & praeextatus adulter?*

SI NATURA NEGAT, facit indignatio versum,

80 Qualem cunq; potest: qualem ego, vel Cluuienus.

*Criminibus debent hortos.*] Amplificatio. Quasi d. caridque adeo verum est, ut illi diuites & potentes quidquid habent, criminibus debeant, usq; acceptum merito referant. Nam sceleribus bona affecti sunt. Sic Manilius libro 4.

*Es male consultis prectum est.*

Salustius Iugurtha: *Quam quisq; pessime facit, tum maxime tutus est.* Plinius lib. 6. Epist. ad Senecium. *Recordabar etiam plures honores pessimo cuiq; delatos.* Et alius. *Is nunc precium est quo vana praeuasiunt.*

*Hortus*] Voluptatis causa arboribus confisos.

*Pratoria.*] Splendida ædificia Prætoribus digua. Martialis.

*Ad lapidem Torquatus habet pratoria quartum.*

*Mensas.*] preciosas, citreas scilicet, & acernas, marmoreas, argenteas, eburneas.

*Argentum vetus.*] Id est veteris celaturæ & artificii, ab insigni aliquo vetere artifice, sculptum & celata; argentea vasa vel romera vetus. Quo enim argentum veterius, hoc melius.

*Es stante extra pocula caprum.*] Id est pocula, in quibus excise animalium figuræ, prominent. Dicit enim Emblematum opus, in quo caper vel hircus Phryxi prominetet, qui in exteriori parte poculi inaurari solebat. Martialis.

*Stat caper in phrya Thebano sellere Phryxi*

*Culcus, ab hac mallet Vecta fuisse soror.*

Intelligit signum in exteriori parte poculi cœlatum, vel etiam in operculo, extantem ex sculpto, quem in poculis è quo vinum bibebant figurabant. Eo quod capri vites arrodere solent. Ovidius ex Græco Epigrammate.

• *Rode caper vitem, tamen hic cum stabis ad aram*

*In tua quod spargi cornua possis, eris*

*Quem patitur dormire nurus corruptor auara.*] Decimaquarta Satyræ scribendæ causa. Quod locuti nurus pecunia corruptas constuprarent. Id est quem Satyricum patitur ocio frui, cessare, & seare quasi dormire & tacere, ille qui filii sui uxoris auaræ corruptor est, & incestum cum ipsa designat, vel qui auaras nurus pecunia corrumpit, ut se violari & corrumpi patiantur: quibus facile assentiuntur, cum auaræ sint. Nihil enim infamiam curant, modo

pecunia detur. Quidam Syllanum senatorem intelligunt, qui Iuniam Caluinam Virellii nutum vitari.

*Anara.*] Apud tales enim omnia argento expugnari possunt. Nempe quæ argentum sumit, & se corrumpti patitur.

*Quem sponsa turpes.*] Decima quinta Satyræ scribendæ Ratio. Scilicet ocio frui, & dormire patiuntur, ne Satyræ scribat. Intelligit autem pueros, qui viris nubebant (quod Satyra 1. reprehendit) vt sponsæ.

*Et prætextatus adulter.*] Decima sexta causa Satyræ scribendæ. Id est puer, qui in adulterium allicitur, & prædicatur. Et quidem nobilis puer, quo abutebantur. Nobiles enim tantum pueri prætexta utebantur, teste Macrobio, vt Viliores roga. Vel nobilis & imberbis puer, qui adhuc nondum egressus annum decimum quintum, cum prætexta adhuc utitur, qui in prætextâ adhuc, didicit adulterum agere.

*Si natura negat.*] Conclusio. Quare cum talia ac tanta quis accurate considerat, & examinat; Vel indignatione versus, quispiam exprimat, licet natura versusum compositionem ipsi negarit, & omni naturali inclinatione ad componendum carmen destitutus est.

*Natura.*] Cicero pro Archia, ait, *Poetam natura ipsa Galere, & mentis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu inflammari.* Horatius in Art Poet.

*Natura feret laudabile carmen an arte  
Quasitum est: Ego nec studium sine diuise Genæ,  
Nec rude quid prosit video ingenium. Alterius sic  
Altera poscit opem res, & coniurat amice.*

*Indignatio.*] quæ sæpe homines parum eloquentes facundissimos reddit. Et multi egregia scripserunt, neq; natura, neq; arte carmina, sed vt ille loquitur.

— *Doctore magistro.*

*Qualemcumq; potest*] Id est si quis non ad carmen naturalem omnino haberet inclinationem, tamen indignatio de tot sceleribus versusum qualemcumq; exprimeret.

*Qualemcumq;.*] Si non elegantem, saltem qualemcumq; at qualis à me proficisci potest, & à mihi simili malo Poeta Cluuieno.

*Quales ego.*] se & sua carmina per modestiam extenuat.

*Vel Cluuienus.*] Malum sui temporis carpit Poetam Virgilium imitatus:

*Qui Banium non odit, amet tua carmina Maui.*

*Cluuienus*] Ingeciase obiter notat in transitu Cluuienum, quod Satyricis & vsitatissimum, tanquam malum & indoctum Poetam suo seculo, cum quo se per modestiam confert.

*Ex quo Deucalion nimbis tollentibus aquor*

*Naugio montem ascendit, sortesq; poposcit,*

*Paulatimq; anima caluerunt mollia saxa,*

*Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas:*

85

*Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas*

*Gaudia, discursus, nostri & farrago libelli.*

*Ex quo Deucalion.*] Ostendit iam quam facile, prouum ac procliu sit Satyræ scribere, cum tam copiosissimam materiam habeat. Nam Satyricus potest taxare omnia vitia ab exordio mundi vsque ad sua tempora: ita vt si nulla vitia nunc committerentur, non desorent tamen argumenta, ex prisca petita temporibus Satyræ: Quamuis, inquit, nunc tanta sit vitiorum ac scelerum vberima copia, vt maior nunquam fuerit, nec futura sit vnquam. Est autem sensus hic. Omnia vitia à dilugio Deucalionis, vsq; ad nostra tempora, & omne illud, quidquid interea agunt homines, est farrago vel materia carminis Satyrici: Vel omnes adfectus, & perturbationes hominum, vade homines à recto auocantur, & peccant, vt vota, desideria, timor, dolor, ira, voluptas, gaudia, & quouis alii animorum discursus, & permutationes; adeoque quidquid agunt, vel egerunt homines ab illo tempore, ex quo Deucalion montem Parnassum naugio ascendit, tempore diluuii, quo nimbi æquor tollerent, & inquietaret, & poposcit, vel ex quibus

sortes

facta & responsa à Themide, quibus rationibus genus humanum reparari possit, & saxa in carnem mollificata, paulatim anima & spiritu vitali caluerunt, & viuere inceperunt; & Pyrrha Deucalionis vocat maribus, vel masculis s. natis ex lapidibus à Deucalione post tergum reiectis, ostendit & demonstrauit nudas puellas vel femellas productas ex lapidibus à se proiectis, totum inquam illud est sarcago, & vndique congesta materia nostri libelli & Poematis Satyrici.

*Deucalion.* ] Vide totam hanc fabulam elegantissime ab Ouidio in Metamorphosi descriptam. Erat autem Deucalion Prometheus, & Clymenis filius.

*Nimbis.* ] Cum repentinis pluuiis mare ietumesceret, & diluuium oriretur in Thessalia.

*Nimbis.* ] Id est repentinis iambribus, æquor vel mare tollentibus & crescere facientibus; vel, nimbis id est ventis æquor commouentibus, vel potius pluuie ventis mixta: Est descriptio diluuii. Ouidius lib. 1. Metamorphos.

*Pena placet diuersa gentem mortale sub vndis*

*Perdere Cæxani nimbos demittere caelo.*

*Nauigio.* ] Id est parua rate. Parnassum montem Phocidis. Cui parua rate vinctus adhæsit.

*Montem.* ] Parnassus. Ouidius.

*Mons tibi ventricibus peris arduus astra daretur.*

*Nomine Parnassus, super atq. cacumine nubes.*

*Sans, poposcit.* ] Oraculum consuluit Themidos. Nam illa ante Apollinem responsa dabat. Sans autem erant responsa Deorum, vel Oracula. Horatius de arte.

— *Dicta per carmina sortes*

habebat autem illud Oraculum ossa magnæ Deûm matris post tergum proicienda. Ita genus humanum restitutum iri.

*Paulatim, anima caluerunt mollia saxa.* ] Id est, Cum ex Oraculo saxa post tergum proiecta exierat duritiam, & mollia facta, in carnem & curum humanam concreuerunt, & anima spiritali & calore naturali incallescere coeperunt.

*Maribus.* ] Natis è Deucalionis lapidis iactu.

*Nudas.* ] Nam recenter productæ.

*Pyrrha.* ] Epimethei filia, ex Asia.

*Quocquid agamus homines.* ] Ab illo scilicet tempore.

*Vetus.* ] Desiderium, & appetitus boni futuri.

*Tumor.* ] Metus de malo futuro.

*Ira.* ] Indignatio de iniuria illata, vel vera vel apparente.

*Discurfus.* ] Intellego inconsistentiam hominum, quæ modo hoc, modo illud adfectat, & delectatur. De hoc multa apud Senecam. Veleiam varios vitæ humanæ cursus, calen.

*Es QUANDO VBERIOR vitiarum copia: quando*

*Maior amaritia patuit finis? alea quando*

*Hos animos? neq. enim loculis comitantibus itur*

90 *Ad casum tabule, posita sed luditur arca.*

*Prelia quanta illic dispensatore videbis*

*Armigero? SIMPLEXNE furor sefertia censuro*

*Perdere, & horrenti tunicam non reddere seruo.*

*Quis totidem erexit villas? quis fercula septem*

91 *Secreto cenauit annis*

*Es quando VBERIOR Vitiarum copia.* ] Deest fuit, quam nunc est, quasi dicat. Quid opus est me ab illo tempore omnia repetere, cum hoc nostrum seculum vitiis & sceleribus adeo ferrox; obnoxietur sit. Non quid à tempore Deucalionis, vsque ad hæc tempora, vel vsque à condito mundo vltio tempore, vberior ac maior vitiorum copia fuit & abundantia, quam nunc est?

*Es quando.* ] Est assumptio talis Syllogismi conditionalis. Si iam nullæ satyræ scribendæ cau-  
sæ essent, tamen Satyræ possem scribere. Pro syllogismo hoc probat: Nam possem omnia



vicia, à mundi initio, ad nostra tempora describere. Sed iam amplissima Satyræ scribendæ occasio offert, quia nullo tempore maior vitiorum copia fuit.

*Quando.* Quo vnquam tempore?

*Quando.* Maior auaritia patuit suum. ] Est decima septima Satyræ scribendæ ratio, id est, quod vnquam seculum maiorem suum, maius receptaculū auaritiæ patefecit, quam hoc pascas nostrum?

*Alea quando. Hos animos.* ] Est Ellipsis. Subauditur habuit possedit, occupauit, inuasit. Id est, quando ludus aleæ vnquam vehementius occupauit animos hominum, quàm hoc seculo viuentium? Vterius autem scribendæ Satyræ causas persequitur, innumera vitia, auaritiā, aleam. Sane non immerito alea legibus olim prohibita. Nam in illa fraus, iniuria, damna, odia, cedes. Semper profecto aleator malus, aut enim sui prodigus, aut alienorum cupidus & auarus. Ealeator quanto melior, tanto nequior.

*Neq. enim loculis comitantibus situr.* ] Amplificat quod dixit de alea. Vsq. adeo enim facerrimus ille aleæ ludus, animos hos hominum inuasit, vt cum ad casum tabulæ, vel aleæ lusum es, non loculos vel crenenas modico ære repletas sibi comitantes habeant, & secum sumant, sed ludant posita integra arca, in qua vel totum patrimonium vel saltem magna eius pars, sortis & aleæ ludibriis exponitur.

*Ad casum tabula.* ] Ad ludum fortuitum in tabula, vbi alea, vel talo luditur. Tempora sua notat, quibus Domitianus, & alii effusissime alea ludebant. Tranquillus: Aleam Claudius inuauit, vt de ea librum conscripserit.

*Casum.* ] Ita dicit, vel quod in tabulam aleæ vel tali coniciantur, vel quod in tali ludo, casus & fortuna omnia possint.

*Prælia quantis illic dispensatore Videbis Armigero.* ] Id est, ibi cum ludunt, quanta prælia, iurgia, rixas, concertationes, & contentiones videas, & audias, Domini scilicet cum seruo suo dispensatore vel OEconomus, qui tanquam armiger (ironice dixit) tabulam, & aleam gestabat, cui herus amissa pecunia tunicam vult eripere, & in ludo vterius exponere, vel inter dispensatorem vel OEconomum rei familiaris curam gerente, qui ludi arma præbet, tesseras, & tabulas, & dominum suum. Armigero enim Metaphora sumpta à bellantibus ironice posuit, pro eo, qui arma ludi præbet, vel pro eo qui nummos sub pignore portat. Vel qui pecuniam subministrat. Mordens Romanos, qui strenui quasi milites sunt in talibus armis, quibus opes & fama atteruntur.

*Simplexne furor, &c.* ] Verba dispensatoris, vel OEconomi irati, quod dominus pecuniam alea perdidit, vel etiam Poetæ, quæ ita intelligo. Non simplex furor profecto, sed inaudita & incredibilis dementia, ac insania, vno tempore centum sestertia alea perdere pecuniam amplissimam; & misero tuo seruo vestium inopia frigore trementi ac horrenti tunicam nolle dare. Alii reddere capiunt pro restituere, quasi seruus Domino suo tunicam suam commodarit cum Dominus suam alea perdidit. Sed hæc interpretatio frigida nimis & inepta. Est autem multiplex hic furor aleatoribus, & bibonibus nostraribus non inusitatus, qui vno tempore centum coronatos alea malunt perdere, vel potando, inque lupanaribus prodigere, quam coniuges, liberos, seruos, dimidia parte honeste alere, & sustentare.

*Sestertia.* ] Dicimus sestertius & sestertia, quæ valent mille sestertios. Sunt autem 100. H. S. 2500. Coronati Gallici.

*Qui totidem erexit Villæ.* ] Decima nona causa Satyræ scribendæ. Profusa in exigendis villis rusticis, & luxus immodicus, & nimia impensa in rusticana ædificia. Id est, quis auus, vel quis maiorum, tot domus rusticæ exædificauit, quot iam passim ab vno ædificantur? Vide Horatium qui passim hoc damnat.

*Quis seculis septem secretum tenuit auus.* ] Vigesima ratio. Luxuria in conando primæ gulæ. Taxat etiam luxuriam conarum. Quis auus? quis maiorum, vel ex nostris progenitoribus tam fuit perditæ luxuriæ, vel gulæ qui secreto, vel in sua domo priuatim, septem secula exarsit, vel in cenam apposuerit, nullo adhibito conuiuio, vt iam Romæ moris est? Dum primæ gulæ luxuriam damnat, adiungit iam rationem, quod iam in tanta luxuria in primæ conuiuio Romani tanquam sordidi miseros clientes cenæ excludebant.

## — Nunc sportula primo

*Limine parua sedet turba rapienda togata.*

*Ille tamen faciem prius inspicit, & trepidat, ne*

*Suppositum venias, ac falso nomine poscas.*

*a Agnitus accipies, iubet a pracone vocari*

100 *Ipsos Troiungenas. nam vexant limen & ipsi*

*Nobiscum da Praetori, da deinde Tribuno.*

*Nunc sportula primo.* Conqueritur ut dixi de superbia & luxu Romae porum, qui soli septem fercula cœnarent, clientes, & togatos ad cœnam non adhiberent, & cum illi laute epularentur suis clientibus, rectam cœnam non dabant, sed loco cœnæ sportulam diuidebant. Id est: Cum dînes illi una cœna septem fercula priuatim consumant: suis contra clientibus loco rectæ cœnæ sportulam in introitu domus collocant. Sportula dicebatur, quia interdum cibum in sportula accipiebant, ut Satyra tertia videre est.

*Sportula.* Quam loco cœnæ diuidebant, & appellabatur *diuisio cœnæ*. Erat autem cœnam quadratum Martialis lib. 3.

*Centum miscelli valete quadrantes.*

*Lib. 10. Sportula nos tenuit quadrantibus arida centum.*

Nos autem rectas cœnas ad sportulas reuocauit, ut contra Domitianus sportulas ad cœnas rectas, quod dum hæc scripsit auctor, nondum factum.

*Parna.* ut puto dicit, quod minoris iis sportula constiterit, quam cœna recta. Erant enim 100. miscelli quadrantes.

*Pro limine.* In atrio, vel introitu, & vestibulo domus diuitum.

*Turba rapienda togata.* Id est. Violenter quasi occupanda, ut apud nos mendici, quorum vni aliter præcipit. Porro clientes mane patronos suos salutabant, & officii gratia in forum deducebant, pro hoc officio vesper ad cœnam vocabantur, quæ dicebatur recta.

*Turba rapienda togata.* Id est clientibus, & pauperibus constituta, nam toga villiorum erat.

Sat. 1.

— Togati

*Ante pedes.*

*Ille tamen faciem prius inspicit.* Hoc est ille custos scilicet balnearum (nam ab illo sportula, vel 100. quadrantes diuidebantur) accurate prius inspicit, & considerat faciem tuam, antequam sportulam porrigat, ex prætoris ne, an ex quocumque alio honorato venias; & timet ne suppositus, vel clam loco alterius positus venias & falso & simulato, non tuo nomine poscas tibi non debita, vel destinata.

*Ille.* Scilicet balneator. qui erogat vel diuidit sportulam clientibus. Martialis.

*Quos balneator diuidebat elixum.*

Potuit etiam alius quisquam fuisse distributor.

*Ertrepidat.* Id est timet, & veretur.

(peris.)

*Falso nomine.* Dum scilicet alterius nomen tibi tribuis, eiusque nominis prætextu sportulâ

*Agnitus accipies.* Si cognoscere, non suppositum, aut adulterinum, sportulam, vel 100. quadrantes accipis.

*Iubet a præcone vocari ipsos Troiungenas.* Exagitat Romanos qui à Troianis se oriundos iactabant nobilissimos, quod per extremas sordes sportulam cum reliquis pauperibus peterent accipies, punderet ab eliso balneatore inspicere, examinari & cognosci; quia & a publico præcone vel proclamatore ad Eleemosynam quasi accipiendam vocari.

*Iubet a præcone.* Vigesima secunda causa. Quod nobilissimi Troiungæ Romani, per extremas sordes, sportulam tenuioribus constitutam præcipiant. (re possit.)

*Ipsos Troiungenas.* Qui nisi cogniti fuerint, non accipiunt sportulam, ne dum pauper accipere.

*Iubet.* Scilicet balneator mandato domini sui, dum sportulam vulgè distribuere iubet per præconem, vocari ipsos Troiungenas nobilissimos ut ordine, & prius recitati, sportulam accipiant, ne scilicet quis pro alio se supponere, & sibi non destinata sportulam arripere & occupare possit.

F 2

*Nam Sexant lumen Esiph.*] Id est nam & ipsi nobilissimi Troiungens, ab Ænea octuadi, limina & atria domuum diuitum, nobisom vexant, reuunt, & frequentant & nobiscum mendicant: eunt. Taxat sportulam initio pauperibus constitutam, iam perextremas sordes à nobilibus etiam appeti & pauperibus quoque præripi.

*Da pratori d. deinde tribuno.*] Verba nobilium manus porrigentium & clauantium: prætor clamatus: prator: tribunus: da tribuno:

*Da pratori.*] Id est magistratui qui ius dicit.

*Da deinde tribuno.*] Id est plebis vel militum.

*Sed libertinus prior est; prior, inquit, ego adsum.*

*Cur timeam, dubitemue locum defendere: quamuis*

*Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestra*

EC 5. *Arguerint, licet ipse negem? sed quinque tabernæ*

*Quadringenta parant. quid confert purpura maiora?*

*Optandum, si Laurenti custodit in agro*

*Conductas Corninus oueis? ego possideo plus*

*Pallante, & Licinis, Expectent ergo Tribuni*

IIIO *VINCANT DIVITIÆ: sacro nec cedit honori,*

*Nuper in hanc urbem, pedibus qui venerat albis.*

*QUANDOQ VIDEAM inter nos sanctissima diuitiarum.*

*Maiestas, et si funesta pecunia templo*

*Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras*

IIIO *Vi colitur pax, atq; fides. Victoria, virtus,*

*Quaque salutato crepitat. Concordia nido.*

*Sed libertinus prior est.*] Describit iam satis ridiculè contentiones nobilium horum mendicantium, de primatu. Sed libertinus (Crispinus forte) ditissimus & ipse adest, ergo primus suam sportulam accipiet, ante prætorem & tribunum.

*Prior.*] hæc de tempore intelligenda, non esse, sequentia indicant. Dicit enim vincant diuitiæ. Ob id de opibus intellige. Crispionis autem teste Fabio de seruo libertus ditissimus euaserat.

*Prior.*] inquit ego sum. Prætor scilicet & tribuno.

*Cur timeam, dubitemue locum defendere.*] Verba Crispini vel alius libertini, quæ cum indignatione profert, quasi ab astante aliquo increpatus, quod prætori & tribuno ratione dignitatis non cederet. Cur meum locum non defenderem, quem tempore vel opibus aliis prior occupo.

*Quamuis natus ad Euphratem.*] Verba hæc indicant quod ex astantibus quidem ipsi seruilis conditionem, qua olim fuit, & patriam obiecerit & increpauerit. Licet ad Euphratem natus, & seruilis olim conditionis ex Cappadocia, Mesopotamia, Assyria vel Arabia (nam omnes aluit Euphrates) sim oriundus (id quod non inficior, & si maxime negem, fenestra in aure, vel fissuræ aurium quas habeo more patriæ, mendacii me atque arguerint & conuicerint) non tamē meum locum defendere vector. verba hæc Satyrico mortu Poeta suo more verbis Libertini adiungit, quibus singularem impudentiam talium nebulonum Satyrice perstringit, qui cum paulo ante vilissimi nequam serui fuissent, iam malis artibus diuites & potentes volebant se prætoribus & tribunis præferri. Sic paulo post. Cum ille Libertinus dicit: Expectet ergo tribuni. Autor noster adiungit. Sacro nec cedit honori.

*Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.*] Hæc enim nebulones de se serio non pertulissent. Sed autor noster per singularem elegantiam scopice addit. Vide quæ supra dicta sunt ad versum.

*Pallent & nudis*

*Fenestra.*] Vetus commentator dicit, quod eorū aures subula perforabantur. Nā decoris gratia aurium auribus gestabant. Arguit aut illos, qui cū propter malas artes libertatem meruissent, &

in li-

in libertinorum tribus relati essent, pertussis auribus signa libertinorum celare non poterant. Nam Cappadoces more patrio, aperturas, vel fissuras & foramina in auribus gestabant. Indicat autem scilicet huiusmodi generis seruum fuisse.

*Sed quid, taberna.* ] Hæc verba nimis scoptice & Satyricæ auctor noster Libertino attribuit, quæ potius auctor noster dicit, quod notandum esse iam ante dixi. Id est. Quinq; tabernæ quas in foro Romano habeo, ab inquilinis inhabitatæ mihi 400. H. S. vel centum equestrem comparant, ob quem recipiunt in 14. gradus theatr. Quia ergo ab genere se extollere non potuit à pecunia & diuitiis se iactat, & censu equestri: licet sum ignobilis, sum tamen dives. Romæ tabernæ quedam, in xtra forum ita appellabantur. Livi. A. serunt tamen circa forum, quæ olim septem, nunc quinque dicuntur. Censui autem equestri Tyberii edicto quadriingentis sestertius continebatur.

*Quid confert purpura maius.* ] Optandum? Quid maius & exoptandum, equestris dignitas & nobilitas, quæ purpura & annulo designatur conferre potest, quam censum equestrem. Vel quid purpura, vel laticlavium, habitus equitum maius & accumulatiui bonum potest conferre, quam honores ac tantas diuitias? Designabatur autem equestris dignitas vestibus purpureis & annulo.

*Si Laurenti custodis in agro.* ] Quasi dicat quid iuuat maioribus nobilissimis progenitū esse, si diuitiæ non accedant. Nobilissimi pauperes sunt, ego ignobilis dives. Probat hoc. Siquidem Cornutus nobilissimus, ex Cornuina domo natus, in agro Laurentum conductas per inopiam non proprias sed alienas oues custodit, & pascit. Erat autem Laurentum oppidum prope Lauinium in antiquo latio, ubi magni campi, & pascua. Strabo lib. 5.

*Ego possideo plus Pallante, & Licinus.* ] Id est sum diuor & locupletior. De Pallante referunt Suetonius & Tacitus, Claudii libertum fuisse, vno cum Narcisso, quos decreto senatus nō modo ingentibus præmiis, sed & quæstoriis & prætoris dignitatibus ornari passus sit, tantū præterea acquirere, & rapere, ut quæ rente eo de hisce exiguitate, non absurde dictum sit, abundaturum, si ab duobus 1. bertis in consortium reciperetur. Pallantem quidem 3000. sestertium possedisse, & quem Nero veneno sustulerit, quod longa senectū immensam pecuniam detineret.

*Licinus.* ] In plurali, quod plures hoc nomine dices sint. Fuit autem Licinus cæsaris liberrus, qui ab Augusto curationi Galliarum præpositus eas spoliavit; qui quidem fuit ditissimus. Pertinet de eo:

*Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ades.*

*Essecent ergo tribuni.* ] Verba Poetæ ironice, & scoptice ipsi Libertino attributa, quibus auctor noster scoptice illud dicit quod negandum erat. Quasi dicat ergo cum diuitiis ælium, expectent tribuni & priorem locum occupet ille, qui ditissimus; & superent diuitiæ generis nobilitatem. Horat. lib. 2. Sat. 3.

— Omnes enim res

*Virtus fama, decus, diuina humanaq; pulcris*

*Diuitijs parent, quas qui construxeris, ille*

*Clarus eris, fortis, iustus, sapiens, etiam reos*

*Sacro nec cedat honori.* ] Vel ex his verbis videre est, quantū ingentiose auctor noster absurdissima verba Libertino attribuat, ut eius malitiosa petulantia & proterua impudentia eo magis patet. Est ergo Ironia satyrica, quasi dicat: Quia 12. Libertus dissimilis est, sacro honori tribunitie potestatis, aut præterea nihil concedat. Id est, nec ille qui nuper, vel aere paucos annos, in hæc vrbē venit pedibus albis, vel Gypsatis, seruus veng expositus, non cedat, nec locū concedat sacro honori, vel dignitati tribunitiæ, quæ sancta veneranda. Consueuerant pedes seruorum venalis, trans mare aduektorū creta, vel gypso notare, hoc enim signum erat seruorum venalium. Teste Plinio. Tibullus:

*Barbaras gypsatos ferre catas, a pedes*

Possunt ergo hæc verba Poetæ attribui, ut Satyricæ contedat, quod maxime negandum erat.

*Quandoquidem.* ] Perseuerat in Ironia quasi dicat. Æquissimum est ut diuites omnium sint optima. Probat hoc. Quia diuitias omnium maxime supra omnes Deos colimus, quamuis ipsi non exstruamus, ut virtuti, & aliis Diis.



*Quandoquidem inter nos.*] Ironice non sine Sarcastica indignatione. Et cur diuitiæ non vincerent, siquidem illæ in tam sancta maiestate, amplitudine, & dignitate iam Romæ.

*Sanctissima.*] Vtpote apud Romanos avarissimos.

*Maiestas.*] Amplitudo, dignitas, reuerentia, imo diuinitas.

*Est.*] Excusat quod dixit dissimili. Colimus pecuniam sanctissime, licet ei nullas aras extruxerimus. Poterat enim quis dicere: Tamen ipsi preconie tēpla erecta non sunt. id est, Venerabiles apud nos numi sunt, veluti aliquod numen, quamuis templum illis nondum erectum sit, vti colantur, sicut colitur pax &c.

*Est sumesta pecunia templo nondum habitas.*] Id est, maiestas, & æstimatio diuitiarum Romæ sanctissima, ac inuiolabilis est: quamuis templa, ac aræ Romæ, ipsi erectæ nondum sint neccolatur, aut veneretur vt reliqui Diu.

*Funeſta pecunia*] Meton. Effecti. Quia per fas, nefas, per sacrilegia, parricidia, latrocinia, furta congeritur. Socrates teste Laertio dixit. Opes atque nobilitatem non solum, nihil in se habere honestatis, verum etiam omne malum ex ipsis oriri.

*Templo nondum habitas.*] quasi dicat. Et si templo nondum habitat, tamen pro Dea colitur, nam aram & delubra habet, quasi in hominum cordibus & animis. Nondum in Deorum numerum recepta. Constat tamen pecuniam in numero Deorum repositam fuisse, vel Arnobio teste lib. 4. aduersus gentes. Verba eius. *Quis at extremam Deam pecuniam esse credit, quam velut maximum numen vestra indicant litera, donare aureos annulos, loca in ludis, & spectaculis priora, honorum suggestus summos.*

*Ereximus aras.*] In honorem nummorum.

*Pax.*] Eius templum Vespasianus foro proximum fecerat, teste Tranquillo.

*Fides.*] Cuius soleinne Numa Pompilius instituit, teste Liuius lib. 1. Post eum. M. Æmilius, Scaurus, & Attilius Collatinus.

*Virtus.*] Eius Ædes ad portam Capenam. Liuius lib. 29.

*Victoria.*] Eius templum in palatio fuisse ostendit Liuius lib. 29.

*Quæq; salutato crepitat concordia nido.*] Politianus cap. 67. *Miscellan. cornices concordia imaginem censeit, quod illa teste Æliano inter se fidiſſimæ sint, & cum societatem coterint maximo se opere diligant, quin & altera exſincta, compar vidua degat, &c.* Sed ciconia intelligitur, cuius nidus in fastigio templi concordia. Id quod valide confirmat, verbum illud crepitat, quod ciconiarum est, qui concussione rostri crepitum cient. Probat hoc etiam vetus commentator. Verba eius: *templum concordia vetus in quo ciconia multa est.* Erat autem Concordia templum in foro à senatu erectum, teste App. lib. 1. Alludit ergo ad ciconiam, id est, Ciconia nidos multos habentes in templo vetere concordia crepitant. Signatum pro signo positum.

*Salutato nido.*] Nam dum ex pascuis redeunt, in nido reſident, rostris crepitum faciunt, quasi nidum salutantes.

*Sed cum summus honor finito computet anno,*

*Sportula quid referat, quantum rationibus addat:*

*Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc est*

120

*Ei panis, fumusq; domi? denſiſſima centum,*

*Quadranteis lectica petit, sequiturq; maritum,*

*Languida, vel pregnans, & circumducitur vxor.*

*Hic petit absenti, nota iam callidus arte,*

*Ostendens vacuam, & clausam pro coniuge sellam,*

125

*Galla mea est, inquit, citius dimitte, moraris?*

*Profer Galla caput, noli vexare, quiescit.*

*Sed cum summus honor.*] Repetit quod superius de sportula dixerat, & inuehitur in extremas nobilium Romanorum, prætorum & tribunorum sordes, qui sportulam rem vilissimam petent, eamq; inter reditus, & prouentus annuos numerarent. Sensus est. Cum senatores audi

sportulam

portulæ sit, quid parasiti facient comices, & affectæ. Cum summus magistratus, summi prætores (quorum quidem summus honor) & tribuni, computent, & numerent, quid referat, quantum pecunie ei conferat anno finito: quantum addat rationibus suis, ac annuis redditibus, adcoque sportulam suis diuitiis, & annuis prouentibus annumerent: quæso quid comites clientæ, parasiti, & affectæ facient, qui quidquid habent sportulæ acceptum referunt, qui hinc nepe in sportula victum habent, & amictum, vestes, togam, calceos, panem, & ignem, vel ligna? Potest autem hoc dupliciter intelligi. Quid miseri clientæ & pauperes habebunt, cum sportula à diuoribus illis præcipiatur? Vel quod magis probatur. Cum diuites & summi senatores, sportulam petere non erubescant multo minus pauperes, qui nihil habent, & quicquid habent, hinc hauriunt.

*Summus homo.* ] Senatorum vel prætorum, quorum summus honor & auctoritas maxima. Quid.

*Verbaq; honoratum libera prætor habet.*

*Quid facient comites.* ] affectæ, parasiti, cum Senatores adeo auide sportulam petant.

*Fumusq;.* ] Ignem & ligna intelligit ad concoctionem.

*Fumus.* ] Ad ignem, & coctionem necessaria.

*Densissima centum.* ] Id est senatores, vel prætores lectica, vel Hexaphoro vecti, petunt centum quadrantes, vel sportulam. Centum autè quadrantes valent 25 asses vel albos minoris, moneta Gallicanæ.

*Densissima.* ] Vel multis Eunuchis stipata, vel potius plena hero, vxore, multis liberis, ob singularem maritiam, tam & illis prebant, ut sequitur vel denique potius diuitum prætorum & tribunorum densissima multitudo lecticis vectorum. Lecticarum vsum primi dicuntur inuenisse Bithyni.

*Sequiturq; maritum.* ] Id est vxor ægra vel grauida, ut & ipsa sportulam petat, maritum sequitur & comitatur, & à marito lectica circumducitur. Amplificat quod non solum senatores & prætores lectica vecti sportulam petant. Verum etiam ægrotas & grauidas mulieres maritos sequentes, in lectica circumnebant.

*Languida.* ] Hic magnæ sordes exprimuntur, cum etiam languidas & partui vicinas secum duxerint.

*Hic petiti absentis.* ] Id est. Alius quispiam callidus & versutus petit sportulam vxori suæ absenti, illam præsentem adesse simulat. Mira, ac noua captandæ sportulæ ars exprimitur, alius qui non habet vxorem secum præsentem, absentem petit, & simulat illam in lectica clausam præsentem idque facit callidus arte iam notissima, & vtitissima, vel quæ iam innotuit, & cognita est distributori, vel baluatori, & ostendit distributori vacuam, & clausam lecticam pro coniuge, quam in se mentitur. Et inquit ad distributorem; vxor mea Galla est in lectica, & illi sportulæ distribue, da illi sportulam, & citius domum dimitte, quid moraris, vel moras necis?

*Nota.* ] & vti ita iam multis arte & dolo.

*Ostendens vacuam & clausam.* ] Sella dignior erat lectica, in vtu post Claudiam, ita compacta ut apta esset ad sedendum, eoq; discreta a lectica, quæ apta ad iacendum.

*Galla mea est, inquit.* ] In hac sella vel lectica. Verba nobilis ad distributorem.

*Citius dimitte.* ] Diuitius me non detine.

*Profer Galla caput.* ] Verba distributoris, qui cum illam astutiam sciat, sæpius deceptus ab illa, qui vacuas sellas aduehebant, simulantes se coniuges aduehere. O Galla profer & attolle caput tuum, ut te videam. Cui respondet maritus, o dispensator noli meam coniugem vexare, atque molestus esse, quiescit, & dormit, & caput requiem post longam infirmitatem.

*Ipsæ diæ pulchro distinguitur ordine rerum*

*Sportula, deinde forum iurisque peritus, & Apollo;*

*Atque triumphales. inter quas ausus habere*

*Nescio quis titulos Ægyptius, atque Alabarchæ:*

*Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est.*

*Vestibus abeunt veteres, lassique clientes*

*Votaque deponunt. quamquam longissima, omnia*

*Spes homini. canes miseri atque ignis emendatio*

Persequitur ulterius diuitum & nobilium sordes, & ait clientes in his rebus toros dies consumere, in salutatione & sportulæ petitione, in deductione in forum, ad templum Apollinis, vbi causæ agebantur, ad spectacula statuarum triumphalium, & domum reductione nec rames à patronis, miseros, & lassos clientes, qui illos toto die deduxerant, cœna dignari, sed sola tolerari & consolari sportula. &c.

*Distinguitur ordine.* Ironice. Nostri diuites Romani accurate totius diei horas disponere, & pulchre rebus agendis distribuere & ordinare norunt.

*Sportula.* ] Prima diei hora suos patronos salutabant, & ab iis sportulam petebant, vel sportulæ causâ salutabant. Martia.

*Prima salutes, atque altera continet hora,*

*Exercet ramos tertio caufidicos.*

*Sportula.* ] Scilicet petitur prima & secunda horis. Hinc constat quod qui suis clientibus sportulam dabant, & ipsi petierint ab aliis.

*Deinde.* ] Hora diei tertia forum iudiciale petunt, & templum Apollinis Palatini, vbi iudicia agitantur. Hinc Iurisperitus dicitur.

*Deinde forum.* ] Scilicet Augusti petitur, quo deducuntur à clientibus.

*Iurisperitus peritus Apollo.* ] Id est causas agi audiunt. Sic dicitur aut quia Lycurgus, legislator ab Apolline leges acceperit: aut quia bibliotheca iuris ciuilis, in templo Apollinis Palatini dedicata erat ab Augusto, vel potius quod iuxta Apollinis templum Iurisperiti sedebant: De hoc templo Horatius.

*Sic me seruauit Apollo.*

Id est liberauit me à garrulo, qui ab aduersario in ias trahebatur, ad templum Apollinis, vbi iudices sedebant.

*Atque triumphales.* ] Scilicet statuarum aduentus id est iter ad rostra, vbi viri magni rebus arduis præclare gestis, triumphales statuas aut quadrigas habebant. Hæc omnia erant in vno foro.

*Inter quas ausus habere.* ] Scilicet triumphales statuas etiam Ægyptius, & Arabarches quidam suos titulos, & suam statuam habere ausus est, dignam profecto, quæ non solum vrinæ perplueretur, & permingatur, verum etiam concacetur, & stercore inquinetur. Notat tempora Domitiani, quibus etiam seruis triumphales statuarum donabantur. Tacitus. *T. gillimo, & Cocceio statua data sunt inter triumphales.*

*Nescio quis.* ] Semper per contemptum dicitur.

*Ægyptius atque Arabarches.* ] Crispinum Ægyptium, ut superius dictum, incescit, qui titulus inter triumphales obumuerat, & triumphalibus ornamentis, & statua donatus erat. Arabarche illum vocat, quasi Arabum principem, inuidiose, mordaciter & satyricè. Vel omnium vernarum ex Canapo vel Arabia summus & maximus, id est pessimus. Ob id Arabarches.

*Cuius ad effigiem.* ] Ad cuius imaginem, vel statuam non tantum fas est, ac licitum mingere, sed etiam cacare & oblitum facere, vel alium exonerare: quod propter honestatem decore subieciuit. In quam (ut Horatius ait)

*Veniant mictum atque cacatum.*

*Vestibulus abeunt.* ] Id est, postquam scilicet diu multumque expectarunt, ante fores domini, sperantes fore ut ad cœnam vocarentur, tandem cœnam desperantes miseri & famelici abeunt, vel vbi veteres clientes, & affectu hunc suum patronum multum diuque deduxerunt, in forum, ad forum iudiciale, ad statuas & rursus domum, ibique diu frustra expectarunt, sperantes fore, ut à patrono suo ad cœnam vocentur, vbi spem se frustrari vident, tandem eundo, stando, & expectatione lassum, à vestibulis patronorum suorum discedunt, & tristes domum abeunt.

*Votaque deponunt.* ] Et contenti esse coacti sportula, vel centum missellis quadrantibus, de cœna recta desperant, & vota sua ac desideria (quanquam diu illa animo conceperant) de cœna iam deponunt, & abiiciunt. Domitianus illo tempore nondum sportulas, ad rectas cœnas reuocauerat, quod postea fecit teste Suetonio. Et Martialis.

*Centum misselli, iam valere quadrantes,*

*Volat.*

*Vetula, longissima.*] Diu enim dominum deduxerunt, à summo mane ad decimam, quæ cœ-  
ar hora erat, & tam diu sperarant, se, quamvis sportulam mane accepissent etiam cœnæ adhi-  
bendos, ob deductionem diuturnam.

*Spes homini.*] Id est vnica spes miseris illis hominibus, cœna illa erat quæ quia sefellit caules,  
vel olera, & ligna quibus coquant olera, quadrantibus illis sportulæ sibi emunt, & cœnam mi-  
serissimam sibi conficiunt.

- 135 *Optima sylvarum inierca, pelagiq; vorabit*  
*Rex horum, vacuisq; toris tantum ipse iacebit.*  
*Nam de tot pulchris, & latis orbibus, & tam*  
*Antiquis, vna comedunt patrimonia mensæ,*  
*Nullus iam parasitus erit, sed QVIS FERET ISTAS*  
140 *Luxuria sordes? QVANTA EST GVLA, quæ sibi toros*  
*Ponit apros, animal propter conuiuia natum!*  
*POENA TAMEN presens, cum tu deponis amictus*  
*Turgidus, & crudum pavonem in balnea portas.*  
*Hinc subita mortes, atq; intestata senectus.*  
145 *Et nona, nec tristis per cunctas fabula cœnas:*  
*Ducitur iratis plaudendum funus amicis.*

*Iniecit iam in luxuriam diuitum,* qui exclusis clientibus soli, quidquid in syluis auium & fe-  
rum, quidquid in pelago vel mari piscium, nullo clientum adhibito absument. Id est, inter-  
ea dum miseri illi clientes olera, & ligna ex quadrantibus illis sportulæ sibi præstint, rex ho-  
rum clientum ac patronus, per inauditam luxuriam obsonia delicatissima, optima sylvarum ac  
pelagi præclaras feras, egregios pisces vorabit, & ipse tantum solus nullo ex clientibus adhibito  
iacebit, vel accumbet in vacuis thoris, seu lectulis, aut puluinis discubitoriis.

*Optima sylvarum.*] Id est optimas feras in sylua venatione, & optimos pisces pelagi piscatu  
captos.

*Nam de tot pulchris.*] Sensus horum duorum versuum, mihi, quod ingenue fateor, obscurior:  
quem tamen hunc esse reor. Nam delicatissimi illi auari, comedunt patrimonia, & vniuersa bo-  
na ex hereditate parentum sibi relicta, prodigunt, & absument vna mensa, ad quam ipsi soli ac-  
cumbunt, in cœna, vel obsonio delicatissime, & exquisitissime comparato, vel potius absument  
illa omnia super vna mensa, inter tot pulchros, latis, & antiquos orbes, vel mensas, vel super v-  
na mensa ex tot pulchris comedunt, & patrimonia paulatim absument. Id est, Comedunt &  
absument patrimonia sua in vna mensa, cui illi soli assident (plures enim clientes habebant,  
quibus vna mensa non suffecisset) idq; faciunt inter tot orbes & mensas, id est licet habeant in-  
uitas præcæ mensas, tamen in vna mensa illi tantum sedent, & soli epulantur.

*Pulchri orbibus.*] Citreæ mensas, vel ex ebore intellige, vel etiam argenteas. Mensas autem  
citreæ, antiquis in magno precio habebant, nam cariem vel putredinem non sentiunt.

*Peritus.* — non quidquid deniq; lectis

*Scribitur in citreis.*

*Orbibus.*] Mensis citreis, quæ dimidiatis orbibus fiebant cum eburneo pede. Martial.

*Et Maurusiacis sustentem dentibus orbes.*

Et Iuuenalis Sat. I.

— Latis nisi sustinet orbes

Grande ebur.

Potes etiam Argenteas patinas intelligere, quod ex illis super vna aliqua mensa, quæ Domi-  
næ & coningem cum liberis tantum capit, patrimonia absument.

*Vna mensa.*] ad quam ipsi soli accumbunt. V. C. quia illi soli hoc faciunt inquit, quasi dicar,  
hæc malos preciosissimos orbes vel mensas antiquissimi artificii habeant, in quibus multis  
clientibus locus esse possit: Tamen super vna tantum mensa comedunt, & patrimonia ab-  
sumunt soli, sine vilo conuiuia.



*Comedant parafitonia.*] Scilicet prodigunt bona paterna dum optima fylvarum deuorant, idq; in vna menfa foli.

*Nullum iam parafitum oris.*] Magna hic feftiuitas. Præter quafi dicat. Ergo recte & pulchre omnia teſe habebunt. Nam peſtiferum illud hominum genus parafiti iam peribunt, quafi dicat. Niſt werden die Zellerſeſer den Teuffel bekommen. Quafi dicat. At iam pulchre & deſore diuites noſtri ſceleratiſſimum illud genus hominum parafitos, & adulatores menſa ſua excludunt, quia diuites ſoli optima comedant, & nullum ex aſſectis vel parafitis cœna dignantur.

*Sed quis feret iſta luxuria ſordes.*] Reſpondet iuxta Horatii illud.

*Stulti dum vitant vitia in contraria contriunt;*

Dum foris erga aſſectas & clientes ſordidi ſunt, poſtquam ſibi domi luxurioſi ſunt & prodigi, quafi dicat verum ô ſordidiſſimi nebulones, dum parſimoniam aſſectatis, & prærenditis clientes menſa excludendo, in duo contraria vitia pro vno incurritis, in ſordidam luxuriam, vel luxurioſas ſordes, dum tanquam illiberales, & ſordidiſſimi miſeros clientes, cœna excluditis, & tanquam luxurioſiſſimi nepotes, vna menſa ſoli vniuerſum patrimonium abſumitis, pulcherrime duo illa contraria coniungit, quæ reuera in vno ſubiectio concurrebant, ſed diuerſo reſpectu. Sic Sat. 2. dicit eadem figura Socraticos Cirozdos, vt ibi dicitur.

*Quanta eſt gula, qua ſibi totos, &c.*] Exclamatione Satyrica, plena indignationis, id quod de luxuria dixit, probat. Immenſa proſecto gula, quæ ſibi vni ac ſoli totum aprum apponit, illud inquam animal, quod ob conuiuia natum eſt, in quo plures ſimul viuunt, & ſe oblectant, non vnus quidam, & ſolus. Magna olim Romæ luxuria, vt ſibi etiam laudi duxerint, immenſas opes vna cœna abſumpſiſſe, vt etiam ex canoris precioſis auiculis, vndiq; immenſa pecunia, coemptis, epulas ſibi pararint, vſapud Horatium videre eſt.

*Ponit aptos.*] Romæ munificencia videbatur apparitor, ſi in conuiuio integer vel totus apter fuiſſet exhibitus. Primus autem ſolidum aprum conuiuio appoſuit Serulius Tullus, vt auctor eſt Plinius.

*Animal propter conuiuia natum.*] quod pluribus & toti conuiuio ſufficit, in quo non vnus aliquis gulo, ſed plures amici epulaſtur.

*Pena tamen præſens.*] quafi dicat, verum hanc luxuriſam voracitatem, ipſis non inuidemus, quæ morbos & mortem ſibi ante tempus accelerant, vel nunquid impune homo luxurioſiſſimus ſibi totos aptos apponit? non mehercule, nam pena præſens ipſam eſt veſtigio inſequitur.

*Cum tu deponis amiſſum Turgidus, &c.*] quafi dicat hanc luxuriam non impune habent; nam Ratim poena eos comitatut. Nam cum tu (aliquem luxurioſe ſordidum compellat) in balnea ante cœnam tempus properas, & pauonem, quem paulo ante deuoraſti, nondum digeſtiſti & co-coxiſti, in ſtomacho geris, & tamen lauaris; ſubita morte inuadit. Vindiſta inquam ſtatim ſequitur te, nam qui ſolus voraberis, quod multis ſufficere potuiſſet, cum tu lauaturus in Apodytiro, vel vt ita loquar exutorio, amiſſus, vel veſtes exuiſ, vel deponis, & turgidus adhuc ex nimia repletione ventris pridiana, rudum, & indigeſtum pauonem vitio ſtomachi, quem pridie voraſti, in balnea portas tecum, in morbos, & mortis periculum incidis.

*Deponis amiſſum.*] Lautus ante cœnam. Lautiora conuiuia Romæ agitur laubantur, & vangebantur.

*Turgidus.*] Vt qui totum aprum deuoraueris. Sic Horatius.

— *Crudi tumidiq; lauanur.*

Et Perſius. *Turgidus hic epulis atq; albo ventre lauanur.*

Nihil autem ſanitati contrarium magis, quam vbi, cruditate, vel alia imbecillitate labores, crebra balnea adhibere.

*Crudum.*] Vitio ſtomachi, nam nimia, & variarum epularum repletionem calor eius exſtinguit, & vis debilitatur.

*Crudum.*] Indigeſtum, incoctum cibum in ſtomacho habens & cruditate labrans.

*Pauonem*] Ille Romæ in deliciis habitus, omnium difficillimæ concoctionis, vel digeſtionis eſt, cuius mortui caro nunquam putreſcit, quod experientia ſæpius probatum, & Auguſtini auctoritate.

fortate lib. 1. cap. 4. de ciu. iure Dei confirmatur. Verba eius. *Quis enim nisi DAVS creator omnium de lit. car. p. 1. n. 1. mortui ne patresceret.* Pauonem autem primus Hortensius posuit extra adiciendi, v. l. pontificia cum augur esset. Varro.

*Hinc subita mortes.*] scilicet ex balneis, & nimia stomachi repletione, & cruditate. Id est. Hæc causa est, car. luxuriosus tibi repetitua, & subitanea morte opprimantur.

*Atque intestatus senectus.*] Id est moriantur sine testamento, vel quia in vniuerso patrimonio absumpto, unde faceret non habuit, vel (quod magis placet) subita scilicet morte præoccupatus, ac præuentus facere nullum potuit testamentum.

*Et noua nec tristis peruenit ad fabula carum.*] Id est, & noua confabulatio, & læta illa quidem, de subitanea tua morte, diuulgatur passim per omnes cotas. Nec tristis autem dicit, Vnusquisque morte tua lætatur, quis enim non lætaretur, adeo sordidum Euclionem foris, Et luxuriosum nepotem domi, tandem subita morte præreptum. Nam:

*Anarus nisi cum moritur nil recte facit*

quia amici & clientes, cum ipsis sordide, tibi luxuriose vixeris, non vsque adeo tuam mortem lugent, sed lætatur potius eiusmodi bello onem, & luxuriosum Euclionem, iam semel tandem morte occupatum: Et tuum funus ab iratis amicis quibus nihil vaquam profueris, cum plausu, & iubililo educitur & exportatur. Porro legunt alii libri. It noua

*Irati plaudendum sumus amici.*] Quod de ingestione sit mortuus, idque intestatus, de cuius testamento nihil consecuti sunt. Iterum vitetur Antithetis, cum ait iratis plaudendum; non enim facile cum lætitia plaudunt irati. Iratis quod eius mortem tam diu exspectauerint vel quod iis nihil proderis, quod non prius mortuus sis. Plaudendum, quod mortuus fortasse sis antequam omnia consumpseris, vel aliis de causis, quod auari & pessimi hominis casu lætantur.

*NIL ERIT ulterius, quod nostris moribus addat.*

*Posteritas: EADEM CUPIENT, facientq. minores.*

*OMNE IN PRÆCIPITI vitium stetit, utere velis,*

150 *Totos pande sinus.*

*Nileris Ulterius.* &c.] Recensuit vigesimam secundam Satyræ scribendæ causam. Concludit iam se velle Satyræ scribere. Amplificatione quasi scelerum sui temporis. Dicit enim omnium grauissima, & turpissima vitia suo tempore agitari, & vigere, & posteros grauiora & priora scelera non posse excogitare, & sui seculi omnium sceleratissimis moribus addere. Nulla enim scelera à nobis intacta relictæ. Postquam poeta varia & diuersa vitia populi Romani recensuit, quibus ad Satyræ scribendam compellus sit concludit iam: Eo hominum impietatem crenis, & alius conscendere nequeat, & nil esse ulterius sceleris, quod posteri deprauatis moribus possint addere, & posteros nihil noui sceleris posse excogitare, sed eadem omnino vitia & scelera sunt appetituri, & facturi, adeoque omne vitium iam constitutum esse in præcipiti, in abrupta summirate, & cacumine, adeo ut alius surgere, ac crescere nequeant: quare se cohortatur. O Iuuenalis iacta tibi sit alca, nauim ventis cōmitte, utere velis, & totos sinus ventis pande & audacter Satyræ scribe.

*Nileris Ulterius.*] Vitiū, flagitiorum, facinorum, scelerum.

*Nostris moribus.*] Perditis vsque adeo, & deprauatis.

*Posteritas.*] Id est posteri, & ex nobis oriundi noui sceleris nihil possunt comminisci: contra Horatius.

*Ætas parentum peior auis tui*

*Nos nequiores, mox daturæ*

*Progeniem vitiosiore*

*Eadem cupiens.*] Id est eadem scelera, et flagitia nobiscum facient, nam peiora excogitare non poterant. Est quasi Vaticinium: Et verum quidem. Nam & hoc nostro tempore, eadem agitur Comædia vel Fabula, tantum personæ mutantur.

*Omne in.*] Omne scelus in abrupto fastigio, supremo cacumine, vertice & summitate stetit, ut ulterius ascendere non datur. Metaph. à monte vel turri, in cuius quisquis summitate constitutus est, qui ulterius scandere nititur, ille semet præcipitat. Hinc Germani dicimus. *Wenß außß höchste kommen ist/ so muß es fallen.* Es ist so hoch kommen / das es fallen muß/ wenn es höher will.

*Stetit.*] pro stat more Græco, quo vtuntur præterito, pro præsentis.

*Vere velis.*] His verbis se cõpellat, & cohortatur. Quod cum ita sit, & scelera sint hoc nostro tempore omnino maxima, vere velis, & nauiga pleno vento, & nava plenam operam in satyris scribendis. Metaphora à nauibus sumpta. Vere velis d. Dionis & Atyræ.

*Totos pande sinus.*] Vento expone & aperi omnes sinus, & incuruaturus tam velorum, quam anteanatum. Id est incumbere materiæ nec in Proæmiis diutius immorare.

— *Dicas hic forsitan, vnde*

*Ingenium par materia? vnde illa priorum  
Scribendi quodcunq; animo flagrante liberet*

*SIMPLICITAS, CUIVS non audeo dicere nomen.*

Aliteta pars secundæ partis. In prima secundæ partis parte probauit Satyræ sibi scribendam esse, vel quod velit Satyræ scribere, iam indicat qualem velit scribere in defunctos nimirum. Tractat hoc vltimum membrum per Dialogisimum cum monitore, qui duo quærit an Satyræ scribendæ, & materiæ Satyricæ, pro dignitate tractandæ satis idoneus sit. Deinde, vnde sibi habiturus sit Satyræ scribendæ libertatem Admonitorem.

*Dicas hic forsitan.*] Admonitorem vel obiectorem hoc loco introducit. Sed tu quisquis es admonitor forsitan hic dicere mihi poteras. O Iuuenalis rem arduam, & difficilem, quin & periculofam suscipis, primum cum exacto Iudicio, & ingenio sit oportet, qui in aliorum vitam ac mores vult inquirere. Vnde autem tibi illud ingenium, illæ ingenii vires, & facultates, quibus par sis arduæ illi, ac materiæ difficili pro dignitate tractandæ. Deinde vt maxime ingenium ad sit, vnde illa priorum Eupolidis, Cratini, Aristophanis, & Lucilii aliorumq; simplicitas, *πλὴν γὰρ*, ac libertas dicendi & scribendi, quodcunq; animo flagrante vaicuiq; collibitum fuerat, in vñuquemq; tibi erit, vel ad te perueniet, quæ vsq; adeo hoc tempore sublata est, vt eius nomen amplius dicere non audeam, & cuius nomen vix amplius restat, nedum ipsa. Ad prius autem obiectum non respondit, forte quia superius dixit:

*Si natura negat facit indignatio Versum, &c.*

*Materia par ingenium.*] Cui profecto summum iudicium debetur.

*Priorum scribendi simplicitas.*] Id est Eupolidis apud Græcos, Lucilii apud Romanos, & aliorum scribendi, & verbis profcindendi quosuis, libertas, de quibus Horatius.

*Si quis erat dignus describi quod malus, aut fur:*

*Quod mæchus foret, aut scitatus, aut aliquem*

*Famosus, summa cum libertate notabant.*

*Simplicitas.*] Id est libertas. Simpliciter enim dicit, qui vere, aperte, & libere dicit, sine vllis verborum ambagibus, & circuitibus.

*Animo flagrante liberet.*] Id est quidquid libitum esset animo flagranti, & indignatione, ira, odio, aduersus vitia & homines flagitiosos, ardente, illud scribebant, nihil omnino reueriti. Vnde de Lucilio Petrus:

— *Secuit Lucilius Græcem.*

Et hic noster paulo post dicit.

*Ense velut stristo, quoties Lucilius ardens*

*Inferemuit.*

*Cuius non audeo dicere nomen.*] Domitianus enim ipsam libertatem oppresserat. Vetus Cõmentator hic addit. Cum in Senatu Cæsarem occidisset, dies qua interfectus, libertati consecratur, & dies libertatis dicebatur, postea Augustus occisis percussoribus Cæsaris, sub pœna prohibuit, ne quis amplius nomen libertatis illi diei attribueret, quasi dicat, illis libertatis nomen vix ausum dicere, nedum, vt ipsum mihi ausum vsus pare.

*Quid*

*Quid refert, dictis ignoscat Matius, an non?*

155 *Pone Tigillinum: tedâ lucebis in illâ*

*Quâ stantes ardent qui fixo gutture fumant,  
Et latum mediâ sulcum deducit arenâ.*

*Qui dedit ergo tribus patruis aconita, vehatur  
Pensilibus plumis, atque illinc despicias nos?*

160 *Cum venies contra, DIGITO COMPESCE labellum:  
Accusator erit, qui verbum dixerit, hic st.*

Tempore scilicet Lucilii, ô Iuuenalis, illo antiquo seculo, & Lucilii tempore nihil referebat, an Matius à Lucilio Versibus ita proscissus, aut laceratus Lucilio ignoscere, an non. Hoc vero seculo si Tigillinum, vel alium quemdam imperatori amicum carpat vius ardebis. Cicet. lib. 4. Tull. Ne licet carmen fieri ad alterius iniuriam, leges sanxerunt: Et Horat.

— *quin etiam lex*

*Pœnâq, nata malo qua nollet carmine quenquam  
Describi.*

Et Mæcio Albucio Persius:

— *secus Lucilius Urbem*

*Te lupo, te Muti & genuinum fregit in illis.*

*Pone Tigillinum.* ] Hoc nostro tempore libertate sublata, periculosissimum est satyram scribere in viuentes: nam age ô Iuuenalis, pone in Satyris tuis, Tigillinum sceleratissimū quidem; sed viuentem, & imperatori charum, ita punieris ab Imperatore, vt noctis tempore pro lucerna accendaris, vel fac solummodo periculum, & pone Tigillinum illum charum Imperatori hominem flagitiosum, & pessimum, cumq; Satyrice depinge, & describe, accenderis loco pœnæ pro lychno, lucerna, ac tædis, non secus ac Christiani, qui in vsum nocturni luminis à Nerone vrebantur. De immani hac in Christianos Leuitia vide Tacitum lib. 15. De Tigillino superius dictum.

*Tedâ lucebis in illâ.* ] Id est tedâ & lino circūdatus, incensus lucebis & cremaberis, quo Christiani stantes & alligati nocturni luminis ardebant, *ubi defecisset dies & loquitur Tacitus.* Nero enim illos incendiū (à semetipso excitati, cum *ἀλυσιν* scriberet, vrbemq; incendere) innocentes insimularet. Et sic Christiani tedâ, & papyro, & cera superuectiebant, ad ignem admovebant, vt arderent vini, & lucentes spectatoribus, cū fixa illis essent guttura, ne se curuarent.

*Et latum mediâ.* ] Id est & qui sulcum corpore suo facit, adductus cum per arenam traheretur, vel fossam in qua stipites fiebant, in quibus ardebant.

*Qui dedit ergo tribus patruis.* ] Respondet Poeta cum indignatione: Ergo quia iam omnis libertas sublata est, vnicuique impune peccare licebit, & ne verbis quidem quisquam, reprehendus fuerit? Et Tigillinus igitur hominum ille sceleratissimus, qui tribus suis patruis Aconitum, & venenum dedit, vt illorum hereditatibus potiretur, pensilibus plumis in lectica vehitur, & inde ex alto despiciet nos atque contemnet, à nullo vnquam ob atrociam eiusmodi malefacta reprehensus? Illud vero iniquissimum. M. Tigellinus Ophonius 3. patruos veneno sustulit, sub tractis tabulis & falso signatis, hæreditates teste Probo, summo scelere consecutus est.

*Plumis.* ] Lectica plumis, & puluinis in altum exstructis, strata, suffultis.

*Atq; illinc.* ] Ex sublimi videlicet sella, nos humiles clientes despiciat & ex alto quasi nos contemnat.

*Cum venies contra.* ] Respondet admonitor. Immo vero mi Iuuenalis cum talis similis Tigillino veniet contra, vel obuiam tibi fiet, digito os comprime, & etiam atq; etiam caue ne verbis ipsum lædas, nam qui verbum hic tantum dixerit, vel submurmuret, statim aderit accusator. Sunt autem hæc varie interpretati. Ovidius

*Perfer erit lucro lingua resenta tuo.*

*Accusator eris.* ] Id est si quis tantum vel verbum dixerit. Statim accusator vel delator aderit, qui illum imperatori prodatur. Legi autē hoc loco: Hic st. Idco quod compesce labellum auctor

mofter dixerit, quo ad Harpocratem respicit, cuius hæc literæ s't, silentii nota, vt & alias apud Romanos, vt ex Terentii Phormione videmus. Quasi dica: auctor hic tacendum est. Sic mihi man das Maul halten.

*Lucilium.*] Ipsi & Harpocrates: digito qui significat s't.

*Securus licet Aneam, Rutile: mque ferocem*

*Committas: NULLI GRAVIS EST percussus Achilles,*

*Aut multum quæsit Hylæ, vnamq; securus.*

165

*ENSE VELUT STRICTO, quoties Lucilius ardens*

*Infremuit, rubet auditor cui frigida mens est*

*Criminibus, TACITA SVDANT PRÆCORDIA CVLPA.*

*Inde ira, & lacruma, TECVM PRIVS ERGO VOLVTA*

*Hæc, animo, ante tubas: GALEATVM SERO duelli*

170

*Pœnitet, experiar, quid concedatur in illos*

*Quorum Flaminia tegitur cinis, atq; Latina.*

*Securus licet.*] His verbis indicat in mortuos Satyræ scribere esse tutum. Contra in viuos periculossimum. Verba adhuc admonitoris. Tutus & securus esse poteris, de mortuis loquens, nec metues legem Iuliam quæ viuorum vitia carpi vetabat; id est poteris securus sine omni periculo de Aenea & Rutilo extinctis scribere, eosque vt visum est in certamen admittere. Est enim committere in pugnam deducere. Martialis. *Cum Iuvenale meo, qui me committere tentas.* Rutulus ferox singulari certamine cum Aenea congrediebatur & ægre ferebat, quod à Iuone Aeneæ manibus ereptus esset.

*Securus committas.*] id est. Securus eris, quamvis committas.

*Aneam, Rutilumq;.*] Vipote iam longo tempore mortuus. Iam vero *repperit idem.* Id est. Quos mortuos sibi insensissimos, siue tuo periculo in Satyra coniungere potes, quod in viuantes tibi non licuerit.

*Achilles.*] Et Achilles ille Græcorum fortissimus, postquam ab Alexandro, vel Paride sagitta percussus mortuus est, nulli amplius molestus est, si etiam quiduis in illum scribas, qui quidē viuus Troianis, & ipsi Agamemnoni erat molestissimus.

*Aut multum quæsit Hylæ.*] Id est nec Hylas Theodamantis filius Herculis Catamitus, qui Herculi ad Colchos profecturo, in vna aquam allaturus, vnam securus est, id est, vna cum vna submersus est, & à Nymphis raptus fingebatur. Multum ab Hercule quæsitus, sed frustra. Ille iam mortuus, quidquid etiam dicitur, nemini contradicit. Hylas ergo aquatum missus, & à Nymphis raptus, nec Hercules eum quærens, & vnam securus, iam mortuus alicui molestus esse potest, nec se vindicare, si quid in ipsam scribatur, quod viuos nolet. Hylas puer formosissimus, cum Hercule à quo amabatur fuit inter Argonautas, qui missus e nauis vnaquam haurire ex Asanio flumine, ab Nymphis adamarus, & abreptus est, quem multum & diu Hercules securus frustra inquisiit, & clamauit. Virgilius.

*Vt litus Hyla Hyla omne sonaret*

De hoc autem plurimæ à Poetis fingebantur & scribebantur, vnde illud:

*Cui non dictus Hylæ?*

*Vnamq; securus.*] Herculem intellige. Alii de Hyla intelligunt qui vna cum vna submersus sit, & in aquam vnam securus.

*Ense velut stricto.*] Indicat iam quam periculosum sit in viuentes scribere, idque probat per Lucilium. Quasi dicat: Cum Lucilius in viuos suos auditores Satyræ scribit, iram & odia hominum sibi concitat. Verba adhuc sunt admonitoris. Id est, Quoties Lucilius egregius ille Satyricus ardens ira, & indignatione contra flagitiosos, velut enis stricto & euaginato sonitum, & exclamando fremitū dedit, ore indignabundo infremuit, auditor male sibi conficius, cui *mens* friget, crimine, vel tremore, & timore, ob crimina commissa percellitur, & tacita, & latente culpa peccatus illi, & præcordia propter languorem & anxietatē culpæ sudant: Hinc adeo, quia ægre ferunt sua vitia manifesta reddi, ira, indignatio, faror, lachrymæ aduersus Poetam oboriuntur.

*Lucilium.*]

*Lucilius.*] Ardens ira & indignatio aduersus scelera. Horatius.

*Præmorsæ populi arripuit, populamq; priuatim*

*Scilicet vni aquas virtutis atq; eius amicis.*

*Ruber.*] Vel ira ardet, vnde rubor. Natura cum pudore aliquid dignum ei occurrat, penetrat sanguinem quo commoto, & diffuso cuius tingitur, vnde rubor, quem natura ante pudore tacta, quasi velamentum protendit.

*Auditor.*] Non solum viuens sed & præsens.

*Frigida.*] Nam mali scelerum metu, & poenæ timore, frigore concutiantur & horrent. Der vor Zubenstuck gar erkalte ist.

*Frigida mens.*] Criminibus. Contra virtus dicitur ardens.

*Frigida.*] Perniciosa, virulenta, venenata. Virgilius:

*Frigidus opusci fugite hinc Lætes anguis in herba.*

*Sudans.*] Mira malæ conscientie descriptio, qua rei ac conscientie modo frigore, modo calore æternis vicibus torquentur illud sit propter metum, hos ob pudorem, nam vtrumq; malæ conscientie inest. Mire autem metum sceleratorum exprimit, per grauiora, per frigida, & sudans, quod nos dicimus: Der kalte Schweiß quod omnem metum superat.

*Iude ira.*] Iracundia incenditur, criminum conscientia lacerata cuius acrimonia etiam lacrymas exprimit.

*Ira & Lacryma.*] Id est, ardens odium contra Poetam.

*Tecum prius ergo voluta.*] Verba monitoris. Quare ô Iuuenalis hæc probe & accurate tecum voluta, perpende, considera, & prius quidem quam tuba, animetur, hortetur, & impellat ad bellum. Rectius lege cum doctissimo Turnebo. Hæc animo ante tubas. Id est voluta animo tuo hæc, ante tubas, antequam tubam inles, classicum canas, & manum cum hoste conferas, id est, antequam scribas, & viuentem ad iram commoueas.

*Ante tubas.*] Antequam cum hoste cernas, & bello contendas

*Galeatum sero duelli perimit.*] Pulchra sententia Sero ac tarde nimis duelli, vel singularis pugnae, cum poenitet, qui iam ab armigero galeam acceptam induit, vt congregiatur; Ita vbi quis scyram scripsit & recitauit, & facta infecta fieri, & vox missa reuerti nequit. Sic Horatius.

*Nescit vox missa reuerti.*

*Experiat quid concedatur in istos.*] Responsio Poetæ promittentis, morem se fideliter monitori gesturum, nempe se tantum mortuos reprehensurum. Ergo cum vsq; adeo periculosum sit, & legibus etiam interdictum, viuentium quendam prouocare, experiat, atque periculum faciam, quid mihi in illos vel contra illos mortuos concedatur, ac permittatur quorum cinis, vel quorum reliquæ, in via Flaminia, & Latina conduntur & reguntur.

*Via Flaminia.*] de qua superius, & Latina erant strætæ lapidibus, & multorum diuitum monumentis ornata.

*Cinis.*] Nam illo tempore cadavera cremabantur.

## IN SATYRAM II.

## TABVLA SYNOPTICA

## Generalis.

IN SECUNDA SATIRA HIPOCRITAS PERSTRINGIT. Vestrad 3. Et quidem  
Tum fœdera huiusmodi Hypocritarum eragitat.

Principio indoctos & nequam Philosophos, qui tamen magnopere studebant ab aliis haberi, & esse

Docti 4. vsque ad 7.

Sancti cum essent turpes Cinnædi. vers. 8. ad 15. Quibus aperte infames tolerabiliores sint. v. 16. ad 23.

Deinde Imperatorem Domitianum qui ipse tragicus adulter legem Iuliam de puniendis adulteris renouauerat. vers. 24 ad 35.

Tertio obscenum quendam turpemq; Cinnædum & alios viros turpissimos in persona Lauroniz procacis mulieris à v. 46. ad 63,

Quarto iudices causarum Criminalium, qui obscœnis & mollissimis vestibus utebantur. à vers. 65. ad 81.

Quinto viros, qui fœminæ esse studebant, turpissimos & Pathicos, & bonæ Dæ sacra, quæ mulierum erant, clam colebant. à 82. ad 98. & ab 110. ad 116.

Sexto Othonem Imperatorem, qui in bellis ciuilibus tanquam mulier speculo & lacu asinino ad cutem & faciem poliendam vsus sit. à vers. 99. ad 109.

Septimo Gracchum qui olim fortissimus Salius Martis Sacerdos ex nobilissima familia alicui cornicini pro muliere nupserat. à vers. 117. ad 142.

Octauo Gracchum quendam alium nobilissimum, qui pro mercede in Theatro se se munere gladiatorio polluerat à vers. 143. ad 148.

Impietas quod pauci pœnas inferni esse credant & inferos, ad quos omnes traducendi sint; vbi obiter Romanorum dominandi libidinem incescit, à vers. 149. ad 162.

Commercia cum prauis, quibus Romæ etiam ceteri fortissimi & integerrimi eorumpantur. à vers. 162. vsq; ad finem.

ARGV-

## A R G V M E N T V M.

## In Satyram I I.

**I**N hac 2. Satyra imprimis hypocrisim & simulatam quorundam  
 antimoniam, aliq. varia crimina persequitur. Et primum qui-  
 dem in Philosophos hypocritas invehitur, qui cum essent indocti, &  
 flagitiosi, docti tamen, & sancti haberi volebant: quin etiam alios,  
 aliorumq. vitia acerbè reprehendere non verebatur; ipsi interea vi-  
 tiis & flagitiis obruti: deinde paulatim ad Imperatorem progredi-  
 tur, quem acerbissime insectatur, quod leges contra adulteros a se remotas, ipse per-  
 manens nefas, & incestum violaret. Unde infert illos, qui honestos mores doceant, le-  
 ges honestas remonent & stabiliant, ipsi interim contra suam doctrinam agant, suasq.  
 leges violant, alios, licet flagitiosissimos non reprehendere debere: qua occasione mu-  
 lierem quandam nobilem diuitem, & imperiosam inducit miris modis virorum vi-  
 tia, molitiem & horrendas libidines, insectantem. Postea ad indices causarum cri-  
 minatum pergit, illorum habitum mollem, effæminatissimum; quem ne damnata  
 quidem meretrices, usurparent, miris modis exagitans. Et brevis fore predicit ut e-  
 uadant in homines turpissimos, molles, effæminatos, virorum nomine indignos, qui  
 quidem molitiæ omne mulierum genus, turpitudine quosuis Archigallos, & Cinædos  
 sui superant, illorum exemplo qui adeo prodigiosa crimina committant, ut vir eti-  
 am viro solemnibus ritibus nubat. In fine nobiles Romanos arguit, quod honesta to-  
 ga deposita tunica tanquam infames uterentur, & in arena gladiatores essent. In qua  
 scelera Romanos prolabi ait, eo nomine, quod nullum infernum, nullum iudicium a-  
 pud inferos credant. Denique quod Romani alios armis vicerint, ipsi interim se-  
 metipsos vitiis vincant: & suo etiam contagio, alias etiam nationes, paulatim pol-  
 luant.

# D. IVNII IVVENA- LIS SATYRARVM LIB. I.

## S A T Y R A I I.

**V**LTRA SÆVOMATAS fugere hinc libet, & glaciale  
 Oceanum, quoties aliquid de moribus audent  
 Qui CVRIOS SIMVLANT, & Bacchanalia vinunt.

H





**I**n hac Satyra, quæ post primam, quæ proœmii aut Prologi vice esse potest, proxima est, Iuuenalis primo loco, ut dictum, in Philosophos hypocritas inuenitur, qui cum essent indocti, & nulla non vitæ, & morum infamia notati, virtutem tamen, honestatem, & sanctitatem verbis profiteri non erubescunt. Senectus verborum initio hic est. Vbius potius locorum esse volo, quam apud sceleratos illos hypocritas. V. C. ita indignor, inquit, quoties audio falsos Philosophos disputare de moribus; ut libeat potius esse inter barbaras gentes, quam inter tales. Vt quoties illi Philosophi, qui verbis, & sermone Curios, viros castissimos, maxime sobrios, & continentiores, simulant, & præ se ferunt, & præterea in vitæ & moribus viuunt omni scelere contaminati, bacchanalia exercent, incontinententer, turpiter, & flagitiose viuunt, & aliquid audent, de moribus iuxta virtutem instituendis, & conformandis docere, dicere, scribere, & disputare: liber, delectat, & placet mihi præ indignatione, ne hypocritas tales videam, & audiam, vbius potius terrarum, quam apud illos esse, & aufugere, & celerissima fuga abripi vltra Sauromatas, populos illos longissimo terrarum tractu à nobis diffitos, & vltra Oceanum, mare illud perpetuo frigore induratum. Sunt autem Sauromatæ, Græcis Sarmatæ, populi qui in superiore Asia parte versus Boream habitant circa Mæotidem paludem, Scythias vicini, ab Amazonibus oriundi: quæ regio vastissimis niuib. & immensa glacie semper horret, & riget. Glacialis Oceanus est mare illud Oceanum, versus Boream glaciale. Vbi iam noua Zembla detecta est à vicinis Hollandis. Mare Septentrionale frigore & glacie horrens, in zona frigida inhabitabili, quod soli ibi tarde luceat, ob eius à cursu solis distantia, induratum, iam à Finnis ac Pylappiis Moscouitis, Tartaris, & vicinis frequentatum.

*Hinc.*] A Roma vel huiusmodi hominibus.

*Curios.*] Marcus Curios homo optimus, & continentissimus, qui de Sabinis, Samnitibus, Lucanis triumphauit, & Pyrrhum Epirotarum regem Italia expulit. Cui cum Samnites legati ad focum sedenti, & rapas torrentis, aurum multum obtulissent, recusauit dicens, malle se aurum habentibus imperare, quam aurum habere. inquit: malo in fictilibus meis esse, & aurum habentibus imperare. Idem prædæ subreptæ accusatus, cadum protulit ligecum, quem sibi præda solum obuensisse iurauit.

*Simulant.*] In verbis, & sermone præstant, referunt, imitantur, effingunt.

*Bacchanalia.*] Alii nominatiuum putant, ut sit sensus, viuendo sunt omnis turpitudinis domesticilia. Sed in accusatiuo concinnius, id est viuunt illorum more qui celebrant Bacchanalia: quæ nocturna festa clam in verbis à maritis & foeminis fiebant, in quibus inter vina & epulas promiscua stupra, ingenue-rum & foeminarum, quanquam vitiorum, quàm foeminarum frequentiora. Vbi si qui minus dedecoris patientes, & ad facinus adeo præternaturale pigriores illos immolare victimam Baccho nullam putabant nefas. Vt iam alia foediora taceam, quorum Liuius & Augustinus meminit, quod in Bacchi honorem pudenda virilia colerent, quibus matrem familiam honestissimam patam necesse erat coronam imponere. In quibus cum omnium scelestum & libidinum lerna, esset, postea à consule interdicta fuerunt. Vide Sat. 6. in verbis: *Plautus, Priapi, Menados.* De talibus Philosophis vide præclarissimum illum Agelli locum lib. 8. ca. 2. vbi tales libitinae suis viuis coloribus depinguntur. Martialis de iisdem eodem modo lib. 7. ad Gallam.

*Quare aliquem Curios semper, Fabioq, loquentem*

*Hirsutum, & dura rusticitate truncem.*

*Inuenies: sed habet tristis quoq, turba Cinados.*

*Difficile est. Sero nubere, Galla, Viri.*

*Italibi: Qui loquuntur Curios, assertioresq, Camillos.*

*Indocti primum: quanquam plena omnia Gypso*

*Chrysippi inuenias. nam perfectissimus horum est,*

*Si quis Aristotelem similem, vel Pittacon emit,*

*Esinet Archetypus pluteum sermare Cleanthæ.*

FRONTIS NULLA FIDES, QVIS ENIM NON VICVS ABVNDAT

*Tristibus obscenis? CASTIGAS TVRPIA cum sis**Inter Socraticos notissima fossa cinados.*

HISPIDA MEMBRA quidem, &amp; dura per brachia seta,

*Promittunt atrocem animum: sed podice laui,**Caduntur tumida medico ridente, marisca.*

Inuehitur omnium primo in illos qui indoctissimi erant, & nihilominus docti videri volebant, & qui ut docti viderentur, omnis generis libros non solum sibi comparabant, verum etiam Philosophorum imagines sibi emebant. I. Primum hypocritarum genus indocti sunt, vel in hoc genere, qui se viros sanctissimos simulant, & interea flagitiosissime vivunt, omnium primo indocti occurrunt, quoniam se doctos & doctorum amatores maxime opere simulant, dum doctorum imagines præstant, & venerantur.

*Quoniam plena omnia gypho Chryssippi inuenias.]* Licet doctissimorum imagines in Musæis tuis habeant. Id est quamvis in illorum domibus, & Musæis omnes angulos, omnia loca plena, & ornata inuenire possis, gypho, statua, effigie, imagine, ex gypho doctissimi illius, & diligentissimi Philosophi: Fuit ille Zenonis & Cleanthis auditor ingeniosus & tantus Dialecticus, ut dicerent, si apud Deos usus esset Dialecticæ, non fore nisi Chrysippeam. Fuit multi laboris, & post se reliquit 75. Volumina. Aiunt item quingentos eum quotidie versus scribere solitum.

*Nam perfectissimus horum.]* Respondet quæstioni. Quare imagines illas Philosophorum in tanto precio habeat, scilicet ut docti & egregii videantur. Nam si quis ex illis Aristotelem similem, vel picturam & statuam Aristotelem referentem, vel Aristoteli similem. Vel Pictacum illum Mithylenzum, vnum ex septem sapientibus sculptum vel pictum emit, ex ære dato sibi comparatur; ille horum omnium perfectissimus, doctissimusque habetur, adeoque ipsi Aristoteli & Pittaco similis, hominum ingeniosissimus & sapientissimus sibi videtur. Late patet etiam hoc ex cæculo vana illa superstitio dicam, an persuasio. Lucianus de aliquo scribit, in libro quem in huiusmodi scripsit, cui titulus *ὁ τοῦ ἀπαιδευτοῦ καὶ πωλῆ βιβλίων λόγος*; In indoctum, & multos coemeterium libros: *Et nostra, inquit, ætas fuit quæ, & adhuc superest opinor, qui Stoici Epicteti fideles.* Lucernam ter mille drachmis emit: Sperabat enim opinor, & ille si non illam Lucernam legeret, continuo & Epicteti sapientiam in formam se adepturum, & similem se fore admirandi illum senu. Sed valeant hu iusmodi Enthuasiastæ.

*Si quis Aristotelem similem.]* Ad similitudinem eius, qui vivebat effectam vel alsimulatam. Id est picturam vel statuam, quæ Aristoteli vel Pittaco similis sit.

*Pittacum.]* Accusatiuus Stracus. Ille cum decem annis Rempublicam tenuisset, se ipsam sponte magistratu abdicauit.

*Et iubet Archetypos pluteum servare Cleanthæ.]* Id est, & ille perfectissimus Philosophorum inter illos habetur, quisquis Cleanthem continentissimum illum Philosophum quasi suorum librorum custodem adhibuerit, qui iubet ut Archetypi, & ad viam imaginem primam & naturalem ab artifice sculpti & picti Cleanthes pluteum vel armarium librorum suorum custodiant. Pulchre dixit illos iubere & mandare ut appositæ figuræ, vel statuæ musæum conseruent: nam plerumque indoctissimi illi occurrunt, & aliud agunt, & pulchros tantum & egregios libros possident, sibi neglectos nec intellectos. Accidit in Germania nostro tempore, ut Doctor quidam iuris, ex hac familia oriundus, & in horum Philosophorum ludo edoctus, indoctus, & ignauus, multosidem & egregios libros, & amplissimam bibliothecam possideret. Ille cum forte ex negotio alium Doctorem iuris, virum doctum, & vere literatum inuideret, eiusque Musæum non ambitiose egregiis picturis & multa librorum copia ornatum videret, superbe ipsum (ut nunquam non indocti) compellauit: Salue Doctor sine libris. Ille verò æquo animo superbiam illius pertrulit. Non diu factum, ut rursus alterum conueniret, qui cum eius Musæum omnium optimorum auctorum copia refertissimum introiret, & plerosque libris videret, situ & pulvere oblitus, pari mordacitate, sed iure magis, comina in ipsum regressit, & Salute, inquit. libri sine Doctore. Non autem refert, inquit Seneca, quam multos libros habeas, sed quam bonos, & pulchre in tales illud Luciani in Philomelum se habet.

*Quod empti libri tibi Bibliotheca referta est*

*Doctum & Grammaticum te Philomuse putat*

*Hoc genere, & chordas & plectra, & barbyta canda.*

*Omnia mercatus, cras citharædas eris.*

*Archetypus.]* Adiectiue. Sic Martialis:

*Sit tanquam tabulas scyphosq; Paulle*

*Omnes Archetypus habes amicos.*

Est autem Archetypus hoc loco ipsa principalis, vel originalis figura, ab ipso pictore vel sculptore, ad ipsam viuam alicuius imaginem expressa, vel formata, quæ viuenti vel viuæ imagini, valde similis esse solet, cum si alicuius imaginem ex pictura aliqua non ex ipsa viuâ, & præfenti imagine exprimas, pullatim & magis magisque, à vera & genuina imagine aberres. Deriuatur ab *ἀρχή*, quod principium vel origo, & *τύπος*, quod forma aut imago: Ita dicitur, quod aliis picturis quasi originale exemplum sit.

*Pluteus]* dici potest *πινυγὴς*, vel tabularum pictarum repositorium, vel armarium potius: Sic & Festus:

*Cleanthes.]* Accusatiuus primæ declinationis simpliciū Atticus; quo dicimus Socrates, Diogenes. Cæterum Cleanthes primum pugil, inde Athenis Philosophi Zenonis Stoici auditor, cum inops esset interdum studiis operam dedit, noctu operam mercenariam in hortis irrigandis, & aqua haurienda locauit, vnde *ῥημὶς* dictus fuit. Ingenium obrutus diligentia superauit. Et cum ob inopiam chartam emere non posset, in testa bouumque ossibus scribebat, quæ à Zenone audierat, cui & mortuo successe.

*Frontis nulla fides.]* Dixit de illis qui doctrinam simulabant indocti. Sequitur de illis qui sapientiam, sanctimoniam, gravitatem præ se ferentes, infames Pathici & cinædi erant. i. talium hypocritarum grauis & seueræ frontis nulla fides adhibenda est. Alii fronti, utrumque bene. Sententia hæc. Fere sit, vt ex habitu corporis, & forma vultus, aut frontis de anima fiat iudicium, sed dici non potest, quam illud incertum sit, & fallax, quamque passim hominibus imponat: vt profecto fronti & apparatui nulla sit fides exteriori, apud hos præsertim. Quam enim multi seueram & castam vitam, & omni ex parte sanctam barba prolata, pallio oblongo, capillo breui, silentio alro, supercilio fuero, pilosis brachiis, promittunt: quorum pectus, mores, & vitam si penitus aliquantulum intrespicias, Deum immortalem! quot monstra, quanta flagitia, qualia scelera deprehendas, etiam quæ cum ipsa natura pugnent, & à quibus vel bruta abstineant, & ita simulatores illi hypocritæ longe grauius in se crimen admittunt, quam qui ex simplicitate, ignorantia, infirmitate peccant.

*Quis enim non Sicus abundas Tristibus obscenis.]* Rômæ omnia tristibus huiusmodi hypocritis, grauibus, & seueris vultu, fronte, habitu, verbis: sed vitæ ac moribus turpibus, & obscenis plena sunt. Iterum contrariis vititur. Fere enim vix conuenire creduntur seueritas & obsecenitas, illam præ se ferebant tanquam docti & sapientes. Hæc autem infames erant, qui erant cinædi & Pathici q. d. Quis locus, angulus & habitatio in ciuitate non abundat & plena est, tristibus illis, rigidis, seueris, & cenatoriis, in verbis & vultu; & obscenis turpibus, & deformibus in vitæ ac moribus?

*Cassigæ turpia.]* Quærit per indignationem. Tunc scelerate audes turpia aliorum facta & scelera reprehendere, & verbis obiurgatoriis insectari, cum sis notissima fossa, locus & receptaculum vitiorum inter omnes qui Cinædi & Pathici pessime viuunt & flagitiose, & interea de vitæ ac moribus honestis more Socratis disputant. Iterum vititur antithetis, & etiam antequam dixit, tristibus obscenis, & Sátyra præcedenti, luxuriæ sordes, idque mira elegantia. Dicuntur autem Cinædi à *κινῆν*, quod est mouere, & *αἰδῆν* pudenda.

*Inter Socraticos.]* i. Inter illos qui more Socratis, de virtute & honestate seuerissime disputant, & interm cinædi & Pathici muliebria patiuntur.

*Fossa]* Ego dei corporis posteriori fossa illa, non nominanda hæc intelligo, quam sceleratissimi illi infamibus præconiis & subagitoribus suis prostituiebant, abutendam.

*Notissima]* Omnibus enim notissimum est, te esse sceleratissimum.

*Hispida]*

*Hispida membra quidem.* ] Eo dicit, nam qui in externo habitu neglectiores, illi non facile Hibidinis turpitudine se polluant. Vnde author noster inferius Sat. 14.

*Sed capus intectum buxo, marefcent, pilosae.*  
*Adulescens & grandes miretur Lalum alas.*

Id est, si quis externam tuam faciem contempletur, iudicet te esse hominem quantis precibus; nam hispida hirta, & pilosa tua membra & duræ setæ ut porcorum, per brachia, & corpus tuum, promittunt Polyphemum aliquem, & Herculeū, atrocem, rigidum, fortem, severum, virilem, robustum, magnanimum, & vitis alienum animum, non mollem. Sic Polyphemus apud Ovidium :

*Barba viros, hirtaq; decens in corpore seta.*

*Hispida membra.* ] i. corpus Hispidum, hirtum, setosum, barbatum, pilis obiectum, (qualis Hercules Melampyrgus dictus.)

*Podice leui.* ] Posteriora intelligit, quæ leuia, & glabra reddebant & forcipe; vel Pilotro, depilabant, ut molliores & delicatiores puerorum instar amatoribus suis apparerent.

*Sed podice leui.* ] Sed vita & mores tui non respondent, sed contrarium demonstrant. Nam mariscæ remidæ, hæmorrhoides; caricæ ficus, tanquam fatuæ ficus, & vlcera inflata ex fædo, & non nominabili coitæ masculo nata, cæduntur, aperiuntur, & secantur tibi ferro, in podice leui & depilata. Leui dicit non ex frequenti subactione, ut quidam interpretantur, sed arte illos pilos tollebant, & forcipe detondebant, ut ex Persio videre, ubi ait:

*Elisaq; nates labefactans forcipe adunca.*

*Caduntur.* ] Secantur. Itali nostro tempore talia non secant, sed vrunt argentea quadam lamina candenti.

*Modice ridente.* ] Qui nouit causam huiusmodi esse turpitudinem tuam, teque deestatur, & tuam sceleratam obsecrinitatem.

*Mariscæ.* ] Nascuntur circa os ani, ut fungi, fici etiam appellantur: sunt autem mariscæ, ficus insipida, & fatuæ. Tubercula in ano ad fici similitudinem.

- 155 *Rarus sermo illis, & magna libido tacendi,*  
*Atq; supercilio breuior coma, verius ergo,*  
*Et magis ingenue Peribomius. HUNC EGO FATIS*  
*Impiū, qui vultu morbum, incessuq; fatetur.*  
*Horum SIMPLICITAS MISERABILIS, his furor ipse*  
*Dat veniam, sed peiores, qui talia verbis*
- 207 *Herculis inuadunt. & DE VIRTUTE LOCUTI*  
*Clanem agitant, ego te Ceuentem, sexte, verebori*  
*Infamis Varillus ait? quo deterior te?*  
*LORIPEDĒM RECTVS derideat, Æthiopem albus.*  
*QUIS TVLERIT Gracchos, de seditione queremes?*
- 255 *QUIS COELVM terris non misceat, & mare cælo,*  
*Sifur displiceat Verris; homicida Miloni?*  
*Clodius accuset mæchos, Catilina Cethegum?*  
*Intabulam Sulla si dicant discipuli tres?*  
*Qualis erat tragico nuper pollutus adulter*
- 305 *Concubitu: qui tunc leges renocabat amaras*  
*Omnibus, atque ipsis Veneri Martiq; rimendas:*  
*Cum tot abortiuis secundam Iulia vuluam,*

*Solueret, & patruo simileis effunderet offas.*

NONNE IGITUR in re, ac merito vitia ultima fictos  
Contemnunt Scauros & castigata remordent.

*Rarus sermo illis.*] Nam sapientissimi rati sermonis, cui uortt gile ein centner. Hoc ipso Philosophos imitati, qui dicunt pauca verba, sapientiae esse indicium. Loquuntur raro ut seueri appareant.

*Libido tacendi.*] Magna voluptas in silentio; delectantur silentio. Pauca enim verba sapientem notant, si fas est credere.

*Atque supercilia breuior coma.*] Pili capitis breuiiores supercilio: Et capillus non demissus, usque ad supercilium. Nam Philosophi Stoici detondebantur ad cutem usque, unde illorum discipuli Persio dicti — *detonsa iuuentus.* Et Lucianus de tali *ὁ γεωτὴς νεῖκος*, inquit: comam enim alere parum virile existimabant.

*Verius ergo.*] Quare cum illi se sanctissimos simulent, cum sint turpissimi, verius, rectius, tolerabilius, simplicius & magis ingenue facit Peribomius, qui vitia sua non celat sed ingenue fatetur. Verius, iustius, rectius, Sic Horatius.

*Metiri se quaeque suo modulo, ac pede verum est.*

*Peribomius.*] Archigallus Cineäus, publice impudicitiam perpeffus.

*Hunc ego fati imputo.*] Ego iudico, quod talis astrorum inclinatione, & fato quasi peccet, cum morbum & vitia sua palam fateatur. Aristoteles ait, *Virtutem vitii volutatem, quam ut longe propiorem in se futuram, si aperiat potius & detegat vitia, quam si tegat & occultet.*

*Hunc ego fati.*] V. C. ait. Antiqui licet omnia male fati imputabant. Unde, quia Peribomius mala sua non abscondebat, dicit illa sibi fataliter contigisse. Philosophis vero, quia occultabant sua scelera, non fataliter ea accidisse. Et ob id mala Peribomii dicit esse tolerabiliora, quia non ei imputantur, neque illius vitia, sed fata. Philosophorum mala sua esse, & ipsis imputanda esse, non fato. Videtur autem haec esse sententia. Ego iudico quod fato imputanda sit, eius malitia qui aliter agere non possit, quam peccare, & qui ob id suam malitiam non occultat, sed prodat, & habitu insequitur externo animi sui morbum, & malitiam, fatetur. Persius de Nacca.

*Sed super hic vitio, &c.*

*Morbum.*] Id est peccatum, quod animi morbus.

*Incessu fatetur.*] Qui non sancto & seueri vultu incedit, sed qualis animo est, talis habitu & externis moribus venit.

*Horum simplicitas miserabilis.*] Qui vultu sanctitatem aliquam non mentitur, ut alii: id est, horum inciticia & ignorantia veniam meretur, dum nihil simulare & dissimulare norunt.

*Huius furor ipse.*] i. cecitas mentis, & violentus impetus, cui moderari nesciunt, ut furere videantur, veniam huiusmodi dat. Tales sunt qui vitio quasi stupent, & apud quos vitia tam altas radices egerunt, ut aliter agere nequeant. Adeo ut vitiorum habitum sibi acquirerint, qualis Nacca ille distinctus Persii. Nam cum vitiorum habitum sibi contraxerint, aliter agere non possunt, & venia potius & commiseratione, quam reprehensione digni sunt.

*Sed peiores qui talia verbi, &c.*] Id est, sed illi peiores, imo longe omnium pessimi, qui talia tales ex simplicitate peccantes inuadunt, increpant, & verbis oburgant: verbis Herculis, grauissimis & seueris: inter, & otiosam vitam agentes.

*Herculis.*] Intellige nobilissimum illum in Xenophonte in libro *ἀπομνημονεύματα*, ubi voluptas, & virtus cum Hercule loqui inducitur.

*Herculis Verbi.*] Grauius seueris, censoriis, quibus Hercules monstrorum domitor, & vitiorum profligator utebatur, in corripiendis sceleratis.

*Et de virtute locuti sunt, &c.*] Id est ubi multa multis verbis de virtute eiusque maiestate, & dignitate, & c. inuide, copiose, & eleganter locuti sunt, & omnibus modis temperantiam

clam commendarunt, & castitatem, interea vita, & factis flagitiosisimi, dum subiguatur Circum turpissimi clunem, & podicem agitant, & monent ad patiendum stuprum.

*Ego te censeam.*] Et quia nemo patitur se ab iniquiore, & peiore reprehendi. Inde Varillus ille vitæ vitis, & flagitiis infamis ait ad Sextum, à quo reprehensus erat, virum in verbis scelerum & censorium, sed vita turpem & cinædum: Egone, ô Sexte, te censeam, posterior-motantem, & artificiose stuprum patientem verebor, & cum reuerentia aliqua timebō. Nam quo, vel in quo ego te sum deterior, autior, certe in nullo. Quid igitur me vituperas, & reprehendis? Careat vitio necesse est, qui alterius vitia carpere studeat; & qui recte incedit, loripedem, aut curue incedentem derideat; & qui albus, pulcher, purus, mundus derideat Ethiopem nigrum, sædum, & turpem. Est autem cœuere marium, crissare molerum.

*Censeam.*] Cientes more canum agitantem, dum te ad concubitum masculum turpissime prostituis.

*Sexte.*] Senator.

*Quo deterior te.*] Der eine schelm ist so gut wie der ander. Sic infames mulieres, cum se concubitiis inuicem probe onerant, tandem abeuntes, dicunt. Ich bin alle tage eben so gutt als du bist. Sic Horatius.

*Tu cum sis quod ego, & fortassis nequior, &ro  
Is cedere velut melior, Verbiq; decoru  
Inuolvens vitium. quid si me stultior ipse?*

*Plautus.* *Qui alterum accusat probris, summe se intueri oportet.*

*Varillum quidam infamia turpi erat,* quem cum Sextus quidem æque turpis, ob turpitudinem reprehenderit, dixit: Cur ego te magnopere verear, & tuatquam melioris verba curem, eum æque sis turpis atque ego. Ponitur hic Sextus pro summo vitio, Varillas pro vulgari, qui tempore luuenalis notissimæ fuit infamiz.

*Loripedem.*] Solutum pedibus, aut curuis, claudum.

*Quis toleris Gracchos.*] Quis tolerare posset, aut patiatur, & non indignatione irascatur, & Gracchi illi nouarum rerum studiosi, & seditionosi, de seditione querantur? Gracchos pluraliter dicit, quod multi eius nominis seditionosi. Tiberius Gracchus dum seditionem mouet, à Scipione Nasica oppressus est, cuius cadauer in Tiberim proiectum. Alter Caius Gracchus, itidem seditionosus perit.

*Toleris.*] Aequo animo, sustinuerit, & tolerarit.

*Seditione.*] Populi tumultu, rebus nouis molientis.

*Quis celum terris non miscuit.*] Id est quis præ indignatione clamando non confundat? Quis præ indignatione non exclamet, vt apud Terentium, ô celum, ô terra, ô maria Neptune. & Lucræcio versus imitatus.

*Non sit terra mari miscébunt, & mare celo.*

*Sifur displiceat Verre.*] Verres fur Ciceronis in eum declamationibus nobilissimus. Quem ille à Verrendo deriuat, & quod Milo Clodium interfecerit notissimum ex eodem.

*Verri.*] Qui furtis non vnum hominem, non vnam ciuitatem, sed vniuersam Siciliam spoliavit. Vide Alconium.

*Clodium accuset machos.*] Maximus ille adulterorum, C. Cæsaris vxorem Corneliā, & aili Pompeiā in templo Bonæ Deæ adulterauit. Idem fratris Domitiani Iulii filiam, in adulterio sumptis maritum templo de adulteriis leges seuerissimas promulgaret, qui tres forores incestu polluit, & Metellam Pontificis maximi filiam.

*Castina Cethegum.*] De illo eiusque sociis Lentulo, Cethego, Statilio, Gabinio, Cæpario, qui contra Rempublicam coniurauerant, fustus scribit S. Iustius.

*In tabulam Sylla si dicunt discipulo tres.*] Id est si tres imitatores crudelissimi, truculentissimi.

& sanguinarii tyranni Sullæ. Cæsar, Pompeius Crassus, aut certe Augustus, Lepidus, & Antonius triumviri, qui per cruentum fœdus innoti, cum Republicam inuasissent, Syllam imitati equestrem ordinem proscripsere. Si inquam illi tres dicant in vel contra tabulam Sullæ, qua quatuor millia hominum proscripsit. Vide quæ recitauit in Sat. 1. de Sullæ.

*Qualis erat nuper.*] Tertium membrum in quo reprehendit Claudium Imperatorem, qui simili modo in adulteros legem reuocauit; ipse omnium adulterorum maximus. Alii Domitianum intelligunt. Id est, cuiusmodi, aut eorum numero erat, Claudius, vel Domitianus adulter, qui etsi tragico concubitu, qui à tragicis scribi mereatur, pollutus, & deformatus esset: Leges tamen de puniendis adulteris, ipse tulerat & abolitas reuocarat. Claudius occisa Messalina, Agrippinā filiā fratris Germani, matrem Neronis, reuocatā ab insula, duxit cōcessu talium nuptiarum ex Senatusconsulto, quam dicunt frequenter abortum fecisse, ne ex ipso cohæredem, Neroni filio pareret, cui illa præparauit imperium. Sed quia Iuliæ fit mentio de Domitiano potius intellexerim. Is enim Iuliam Titi Germani, filiam adamauit, cogitque conceptum à se abigere; vnde illā tandem obiit.

*Nuper.*] Hoc verbum indicat, de Domitiano hæc esse intelligenda.

*Tragico.*] Quid Tragœdia dignius, quam fratris filiam constipræ, ipsamque spontaneis abortionibus occidere?

*Qui tunc leges reuocarat amaras.*] Id est, qui tunc vel eo ipso tempore, quo Iulia, qui cū toties adulterium commiserat, fœcundam matricē vel vuluam, quæ quidem bene concipiebat, solueret & relaxaret per potiones & veneficia tot abortiuis partibus, illas acerbis reuocarat, & amaras leges de adulteris, nempe legem Iuliam, quæ ante ab Augusto lata. id est, qui tunc leges contra adulteros reuocauit, cum ille maxime adulterum ageret. Vel cum Iulia Vespasiani filia solueret & per potiones laxaret & aperiret fœcundam matricem & ex crebro incestu concipientem, tot immaturis & abortiuis fœtibus egredientibus. Et cum Iulia effunderet & eiecisset offas vel frusta carnis nondum formati fœtus similes patris Domitiano, qui Iuliz partus erat, vel representantis patrem Domitianum, qui deformis erat & similis abortui.

*Amaras.*] Id est adeo acerbis & rigidis, vt non homines solum omnes eas timerent, verum etiam Dii & Deæ, Mars & Venus olim in adulterio deprehensi.

*Solueret.*] Claustra illa & repagula, quibus Embryo in ytero materno circumuoluitur. Cum illa solueret & aperiret, vt extruderetur conceptus partus.

*Et patruo similes effunde, et offas.*] Acutissimi & nimis satyricæ & mordaciter. Et cum Iulia patruo suo Claudio similes offas, & frusta carnis sanguinolenta, vnde infans eo agmentandus erat, dum abortum facit, effunderet, & foras eiceret, & egereret. Claudius enim adeo deformis erat, vt Antonii mater eum portentum hominis diceret, nec absolutum à natura, sed tantum inchoatum. Offas dicit frusta carnis, id est ossa, carnem, & sanguinem, quo Embryo eo agmentari debebat. Erat autem Germanicus, cuius filia Agrippina, Claudii frater, possunt tamen de Domitiano hæc intelligi.

*Nonne iugitur iure ac merito.*] Quare cum illi qui vitia reprehendunt, mores docent, leges faciunt, & reuocant, contra suam doctrinam ac leges turpissime faciunt, ipsi reprehensione omnium dignissimi: Nonne iure & merito, vlcima vitia hominum, homines vitiolissimi, qui toti extreme vitiosi, & quanti quanti extrema vitia sunt, conseruiunt, & flocci faciunt, fictos illos hypocritas, Scauros, homines nobiles & factiosos, eorumque virtutem & continentiam simulant, qui alios reprehendunt, & ipsi interea pessime viuunt, & ipsa vitia castigata, ipsi homines, ipsi reprehensi, & obiurgati, vel si obiurgentur & reprehendantur iure & merito remordent, & similes vel rursus reprehendunt reprehensores suos. Fuit autem M. Æmilius Scaurus teste Salustio homo nobilis, impiger, factiosus, audax potentiz & diuitiarum, Cæteri calide vitia sua insultans; ob id ait fictos Scauros. Porro de M. Scauri continentia, vide Valerium Maximum & alios. V. C. dicit quod fuerit grauissimus vir, & bis censor, ter princeps senatus, electus.

*Remordent.*] Elegans Metaphora à canibus.

*Non tulit ex illis torum Laronia quendam*

*Clau-*

*Clamantem toties: ubi nunc lex Iulia? dormis?*

*Ad quem subridens felicia tempora: quæ te  
Moribus opponunt. habeat iam Roma pudorem,*

40 *Tertius è cælo cecidit Cato. sed tamen unde*

*Hæc emis, hirsuto spirant opobalsama collo*

*Quæ tibi? ne pudeat dominum monstrare taberna.*

*Quod si vexantur leges, ac iura, citari*

*Ante omnes debet Scantinia. respice primum*

45 *Et scrutare viros. faciunt hi plura: sed illos*

*Defendit numerus iunctaq; umbone phalanges.*

*Non tulit ex illis torum.*] Inducitur nobilis quædam matrona Laronia, virorum vitia acerbissime insectans, vel potius introducit mulierem quandam meretricem, cui suas partes in vitiis virorum insectandis assignat, quæ primo mira & falsa ironia, & simulatione talem simulatorem & hypocritam perfringit. Postea summa acerbitate, & aperto quasi Marte, in illū invehitur. i. Laronia alii Lauronia, alii Latronia, nobilis illa matrona nō tulit, & patienter perpeffa est quædam ex fictis illis, & hypocritis, qui cum alios severissime castigans, forte & mulierculas reprehenderet, & severo supercilio tanquam magnus Zelotes, honestatis & fidelitatis matrimonialis, toties proclamaret: Vbi nunc lex Iulia, cur non condemnas adulteras illas mulieres? dormis? & iam omnino quiescis? Eugila tandem.

*Non tulit.*] Non tolerare potuit, non æquo animo perpeffa est.

*Ex illis.*] Hypocritis Curiis, Bacchanal viuentibus: Tristibus obſcœnis, Socraticis Cinædia, fictis Scauris, Trepidis stoticis.

*Torum.*] Atrocem ut supra, Severum, retticum, grauem, morosum, vultu & verbis sanctissimum, seuera & immiti fronte.

*Lauronia.*] Procax & imperiosa meretrix.

*Clamantem toties.*] Frequentissime vociferantem hisque verbis utentem.

*Vbi nunc lex Iulia.*] Quæ tot adulteras impunitas permittit.

*Lex Iulia.*] Quæ Domitianus reuocarat, quæ adulteros, masculorum concubitores, ingenuarum stupratorum severissime cohercebat, & gladio puniri iubebat.

*Dormis.*] quod nefarias illas adulteras non punis.

*Ad quem subridens.*] scilicet ait.

*Subridens.*] *in aliquo.* parum per irrisionem & illusionem subridens.

*Felicia tempora.*] Acris & amara Ironia quati dicat tempora hæc nostra, alias infelicia futura vel vno te sunt longe felicia, exactum adeo & accuratum morum censorem, sortita. felicia inquam & fortuna. a tempora, quæ te malis & perditis moribus opponunt, adeo egregium castigatorem, habeat iam Roma pudorem, iam turpe aliquid & inhonestum Romæ designare vniquisque verebitur.

*Habeat iam Romæ pudorem.*] I. Male agentes ciues Romani, cum rubore te reuereantur, & peccare vereantur.

*Tertius è cælo.*] Id est sapientum octavius, aut Cato tertius, severissimus morum censor, quales duo Catones fuere, cœlitus nobis datus est & ad mores castigandos missus; vel singulari Deum beneficio & munere, è cœlo nobis cecidit. Multi fuere Catones quorum duo nobilissimi ob singulares virtutes, prior censor, posterior nepos eius, qui de mortis loco Vricensis dictus est.

*Sed tamen unde hæc emis.*] Huc usque ironice ipsum laudavit. Iam palam maledicta in eum ingerit. Sed tamen cum adeo severus sis morum censor, Age dic mihi quæ so, unde aut a quo Pharmacopola emis hæc fragrantia vnguenta. Quænam opobalsama, quicquid succus balsami præciosissimi spirat, fragrat, & suavem odorem emittit in collo hirsuto, piloso, & viridi cum



animus sit vsque a leco effeminatus. Est autem opobalsamus arbuscula viti similior, quam myrto, perpetua coma, è cuius plaga succus manat eximie suauitatis opobalsamum dictus, non nisi extreme delitiosis, & luxuriosis adhiberi solitus.

*Sed tamen*] tam simulationem & fidam hypocrisis aperte castigat.

*Hactalia vnguenta.*] quæ multi viri supine molles, & parum viriles in se adhibent.

*Hirsuto spirant opobalsama collo qua tibi.*] Hic rursus quasi contraria coniungit, quid enim à balsamo vel vnguentis alienius quam hirsutum collum, quod teneri molles & delicati, adhibere tantum solent. Ordo est quæ sunt illa opobalsama, quæ spirant vel fragrant tibi in hirsuto collo. Porro collum hirsutum habebant, ut viderentur graues & seueri, interim adhibebant vnguenta, quia animo molles & nefarii erant.

*Ne pudeat dominum monstrare taberna.*] Hæc addit quia videt, eum rubore forsitan possum: Dic apudacter, unde emas, ne pudori tibi sit mihi dominum tabernæ vnguentariæ, vel aromatarie, vel Myropolam demonstrare. Exprimitur procax meretrix. q.d. dic ubi emisti hæc exotica vnguenta, quibus redoles, ut & nos emas.

*Quod si vexantur.*] Id est, si excitantur, aut prouocantur leges ne dormiant, ante omnes leges lex Scantinia citari debes, lex inquam, de infamibus, te & tui similibus puniendis, vel negotium est legibus exhibendum, vel contra vitia sint aduocanda. Qui enim vocantur ut veniant, illis labor iniungitur, ut vexentur quasi. Turnebus. lex hæc erat in prædicationes, & pulipsemones lata propter Caium Scatinium stupratorem masculorum, qui C. Marcelli filio vim adferre conatus, est à patre accusatus. Porro vel capite plectebantur, vel oooo H. S. dabant.

*Citari.*] Ad executionem prouocari.

*Respice primum.*] Id est priusquam in miseras mulieres earumque mores tam rigide & acerbè inquiras primum viros respice, & scrutare, & exacte examina te, & tui similes viros, hi longe plura longe maiora flagitia faciunt, & facinora in se admittunt.

*Sed illos defendis numerus.*] Id est, sed quæ causa est, cur illorum flagitia non puniantur: Hæc scilicet, quod multitudo peccantium, peccantibus parocineretur, quod quicquid multis peccat, inultum est. Nempe numerus peccantium, & multitudo defendit illos, & phalanges iunctæ vel connexæ, vmbone vel curuatura clypeorum Id est, multitudo & vis illos defendit, vel quia multi & potentes sunt, mulieres, eos punire non possunt. Est autem phalanx stabile agmen, peditum, ubi vir viro, armis arma conferta sunt teste Curtio.

*Vmbone.*] proprie scuti pars media, & quasi vmbilicus.

MAGNA INTER MOLLES concordia non erit vllum.

Exemplum in nostro tam detestabile sexu.

Tadia non lambit Cluniam, nec Flora Catullam.

50 Hispo subit inuenes & morbo pallet utroque.

Nunquid nos agimus causas, cinilia intra

Nonimus aut villo strepitu fora vestra monemus,

Luctantur pauca, comedunt caliphia pauca.

Vos lanam trahitis, calathisque peracta refertis

55 Vellera: vos tenui prægnantem stramine fusum

Penelope melius, leuius torquetis Arachne.

Horrida quale facit, residens in codice pallex.

*Magna inter molles concordia.*] Ein Habe hæc et dem andern sein Auge auß, quasi dicat, omnes eodem vitio inquinati sunt, & iisdem poënis digni, ergo se inuicem non polluent & pluribus idem velle, idem nolle est, & magna concordia, magus consensus est inter molles istos, & effeminatos cizdos. Nullum autem tam horrendum, execrabile & detestabile exemplum erit in toto nostro formiceo sexu, quam in vestro à quo etiam ipsa natura abhæret.

molles

*Molles.*] Effeminatos, qui agunt vicissim & patiuntur.

*Tam detestabile.*] Tam abominabile & execrabile, à quo ipsa natura abhorret, ut nimiarum femina cum femina coeat, & in vestro sexu vir cum viro coit.

*Tadia non lambit.*] Probat quod dixit. vna mulier, vna meretrix alteram mulierem vel feminam non lambit, aut honor sit auribus, fellat. Hispo autem virille inmundus, & fellator subit iuvenes, & inclinatur se ad patiendum, dum pædicatur: & pallidus est viroque morbo sellandi, & pædicandi dum agit & patitur, Aenigma hinc apud Ausonium, qui fiat vt.

*Tres sine in lecto, supra bis duo perpetuantur.*

Nempe dum ille qui in medio agit, & patitur. Fœdissima aliquod vocabula, paucis, non vt turpia te doceam, sed vt Poetam scilicet intelligas, exponam. Pædico est masculorum concubitor qui agit. Pathicus vel cinædus qui patitur. Drauci beae mentulari, qui operam molliibus præstant. Fellator vel fellatrix qui vel quæ pudenda lambit. sed qui patiuntur Irrumatores. Tribades vel frictrices mulieres quæ inter se virile munus obeunt *in orbem*. i. mentula coriacea. Masturbatores qui molles in sacris litteris dicitur *trucidare* (singe quasi manu stupratores.

*Subit.*] vel inclinatur se ad stuprum patiendum, vel inclinatur se ad fellandum stuprandumque ipsos iuvenes.

*Virotque morbo.*] Agit & patitur alternis vicibus agendo & patiando pallet, vel etiam fellat & pædicatur.

*Nunquid nos agimus causas.*] J. vos viri, muliebria patimini & abutimini officio nostro, idque turpissime, q. d. nunquid nos mulieres à nostro officio deuiaz, meritorum munera exequimur? nunquid nos causas & forensia negotia tractamus, id quod virorum est? nunquid nos ciuilia iura nouimus aut villo strepitu vestra fora iudicialia mouemus & perturbamus? Mulierem causas agere turpissimum est, & infamiaz pœna ducebatur.

*Nunquid.*] J. vos patimini muliebria, & nostro officio flagitiosissime contra naturam abutimini. Nos vero mulieres officia virorum (& vos mulierum) non exequimini. Nemo enim è nobis mulieribus aduocatum agit, & causas forenses virorum more tractat.

*Luctantur pauca.*] nostrarum in harena ad spectaculum, & pauca comedunt colliphia, id est panes lactatorum. Excipit autem cum ait pauca: nam superius de hac impudentia conquestus est, cum ait. Mæuia Thuscum figat aprum & Saryra sexta notat mulieres quasdam certantes & luctantes in theatris, id est pauca virorum officia vsurpant.

*Colliphia.*] erant Athletarum cibi. Plautus. *Colliphia ne mihi incocti aditis*, erant panes in similitudinem membri virilis. Ante Pythagoram sicis utebantur. Post illum azymo pane alio, & carni bustaurosum.

*Vos lanam trahitis.*] Id est, vos viri contra muliebria officia tractatis, vos lanam netis, trahitis, & carmine carpit, carminatis, & refertis & reportatis in calathis, vel vasculis ex viminibus contextis, vellera peracta texta, & carminata ad eos vnde peragenda accepistis.

*Calathis.*] Calathus est qualis vel quasillus, in quem neritices pensam vel sulum componunt in quo vase vimineo glomi & fila ponuntur.

*Vos.*] sc. nendo *Mit spinnen.*

*Vos tenni pregnantem.*] vos torquetis nendo fufum pregnantem, & magis magisque gravidum factum inter nendum, idque facitis melius & doctius Penelope. & Arachne: quasi dicat nonne vos puder quod cum natura viros vos fecerit, vosmetipsos effœminastis.

*Tenui flamine.*] J. Tenui filio, vnde flamen fit.

*Pregnantem.*] Egregie dictum vt gravidæ per illud tenue filum quo circumuoluitur, intumescens paulatim & quasi gravidum fufum.

*Penelope.*] Vlyssis vxor à textura maximopere laudatur, qua quidem castitatem retinuisse fertur: Pollicita prociis, se tum consensuram, vbi telam absoluisset, qua fingeat se sponso, cui nuptura esset, pallium texere. Illa vero quæ diurno tempore texerat, nocte retexit. vnde natum proverbium *Penelope telam retexere*. Porro hoc inuentor tam diu detinuit sponfos. donec rediret maritus Vlysses.

*Arachne.*] autem puell. L. ſia Palladē in arte texendi in certamen prouocare auſa eſt à Paſſade vero victa in araneam quæ Græcis *ἀράχνη* mutata eſt. vide Ouidium.

*Horrida quale facit reſidens in codice pellex.*] Quale opus & lanſicium exercet ſerua pellex in adulterio à matre familias cum marito inuenta in comta, ſqualida, male habita & tractata, & perpetuo lanſicio damnata, & miſere deſatigata, in quo nere & texere cogitur. Horrida dicit, quia inculta propter veſtes, & miſerrimum victum. In maximis enim numerabant malis, collo vitam miſere, tenuiterque tolerare. Eſt autem hoc loco codex, ex arborum truncis coagmentatus, vinculi genus, robuſta quæruaue ſedes, in priuaris & dibus aduerſus ſeruos nequam & improbos, quale in publicis carceribus robur, vel numella. Porro in adulterio cum domino ſeruas depræhenſas, Domina ad lanam quaſi damnabant, vt ita continuo labore ærumnoſam vitam agerent. Plautus:

*Ego eam detrudam ad molas. Inde porro ad puteum atq; robuſtum codicem.* Eſt ergo codex ligneus ſtipēs. Propertius. lib. 4. Ele. 7.

*Codicis immundi ſinacula ſentit annus.*

Quemadmodum apud nos roboreæ cataſtæ, in quibus furioſi includuntur & adſeruantur. dic dulle faſſe.

*Notum eſt, cur ſolo tabulas impleuerit Hiſter.*

*Liberto, dederit viuius cur multa puella.*

60

*Dines eris magno qua dormit tertia lecto.*

*Tu nube, atque tace.* DONANT ARCANA cylindros.

*De nobis poſthac triſtis ſententia fertur.*

DAT VENIAM CORVIS, vexat cenſura columbas.

*Notum eſt cur ſolo.*] Damnatiam alia: videlicet Hiſtri, Cincæ li & Pathici ſcelus, qui liberum ſuum, quo pædicone Drauco vſus erat, ſolum hæredem in teſtamento reliquerit, & vxori ſuz iuuenclæ & puellæ multa dederit, ne ſcilicet hoc ſcelus proſerer, quaſi dicat Lauronia. Vos ergo non ſolum muliebria facitis, verum etiam patimini. Nam notum eſt quamobrem Hiſter vir ille diues, ſed infamis, mollis, & Pathicus impleuerit tabulas teſtamenti ſui ſolo liberto, nullum cohæredem ei ſcribens, vel æreum ex aſſe ſuorum bonorum hæredem, in tabulis teſtamenti ſui conſtituerit. Nam libertus ille Draucus erat, ſubagicans eum.

*Solo liberto tabulas impleuit.*] Id eſt, tabulas teſtamenti impleuit, dum ſolum librum ipſi inſcripſit.

*Cur multa dederit.*] Vt taceret & permitteret librum rem habere cum marito ſuo.

*Viuius dederit cur multa puella.*] Id eſt cur vxori ſuz viuius multa donauerit, ob hanc ſcilicet cauſam, vt ſimul dormiret iſqui ſibi corrumpere, & ſibi miſceretur, puellæ ergo dicit vxori conſciæ, quæ nouerat ipſum corrumpi.

*Puella.*] vxori quam ne ſemel quidem attingit, cum ipſe muliebria pateretur. Hi adhibebāt Draucos, qui & ſc & vxores ſuas ſubagitarant. Vide Sat. 6. illam infamem.

*Tu nube, atque tace.*] Tu ſi mulier vel puella, quæcunque vis ditari nube tali viro molli, qui à Drauco ſubagitetur; & patienti, & æquo animo talia ſeras, & tace, nec talia ſtigiria diuulga; quia arcana illa & ſecreta facinora, quæ ſunt in lecto non diuulgata, donant & conferunt vxoribus tacentibus cylindros, pretioſas gemmas, & lapillos teretes à mulieribus in precio habitos, quibus diſtiſſimæ matronæ ornantur.

*Dines eris.*] Satyrice dicit quaſi hoc probet: multa enim à marito accipiet, ne ſcelus reueler.

*Magno.*] Vt pote diſtiſſimi Pathici.

*Cylindros.*] Viti infames vxoribus ſuis morbi ſui conſciis, ornamenta & lapides precioſos donabant, vt tacerent.

*Dines eris talis*] ſcilicet mulier quæ tacere poteſt, & dormit in magno diuitis lecto tertia, vt inter

inter illā, & Draucum intermedius sit vir vel maritus infamis, & Pathicus, ut tres sint, videlicet maritus, vxor, Draucus.

*De nobis posthac tristis sententia fertur.*] Interea dum viri adeo inaudita flagitia in se admittunt, nos miseræ & innocentes mulieres condemnatur, & tristis sententia, ex lege Iulia qua condemnatur, de nobis fertur. Verum hoc quo lure, qua non potius iniuria? Cum vos longe flagitiosiores impune abitis.

*Dat veniam coruis.*] Censura, & morum castigatio dat veniam & ignoscit coruis illis & pessimis, quales viri; & vexat, exagitat. damnat & molestia addicit columbas, nos ex infirmitate & simplicitate forte peccantes mulierculas. Discreuit enim sexum per aues. Corui dicuntur per os coire, ut turpissimi itidem fellatores illi: Martialis ex ambiguitate vocabuli corui ludens.

*Corne saluator, quare fellator haberi,  
In caput intrauit mentula nullatum.*

Tacite ergo eos, qui oris, & omnium membrorum amissa pudicitia, in omnem libidinem præstant, hoc loco coruos appellat.

- 65 *Fugerunt trepidi vera ac manifesta canentem  
Stoicida quid enim falsi Laronia? sed QUID  
Non facient alii, cum tu multicia sumas  
Cretice, & hanc vestem populo mirante, priores  
In Proculus, & Pollitas? est mæcha Fabulla  
Damnetur si vis, etiam Carfinia: talem  
Non sumet damnata togam. sed Iulius ardet,  
Aestuo: nudus agas: MINVS EST INSANIA turpis  
En habitum, quo te leges, ac iura ferentem  
Vulneribus crudis populus modo victor, & illud  
Montanum, positus audiret vulgus, aratris.*
- 75 *QUID, NON PROCLAMES, in corpore indicis ista  
Si videas? quæro an deceant multitia testem.  
Acer & indomitus, libertatisq; magister  
Cretice pelluces. DEDIT HANC contagio labem  
Et dabit in plureis: SICVT GREX TOIVS in agris  
Vnius scabie cadit, & porrigine porci  
VVAQVE CONSPECTA luorem ducit ab vna.*

Huc usque Laroniz verba: quæ sequuntur Poetæ sunt, quibus indicat quod his Laroniz verbis fidei illi, Philosophi Stoici, scelus sibi conscii trepidi aufugerint; quam ira res veras, & manifestas alta voce canentem, & cum clamore debacchantem, in virorum vitam & vitia, trepidi & festini ex timore, pudore, & verecundia fugerunt, & se ex eius conspectu seduxerunt Stoici: illi morosi, & seueri Philosophi, qui virorum & mulierum vitia mordaciter reprehendebant, ipsi vitia penitus obruti.

*Stoicida.*] Contumeliose tanquam foemina. Videtur enim foemineum esse. Stoici dicebant omnia peccata esse æqualia, & æqualiter punienda, Sic Virgilius

*O Vere Phrygia, neque enim Phrygès. —*

*Ex Persus. Troiades*

Vel qui Stoici videri volunt & sunt foemina. Porro Stoici vel trepidi Stoicidæ, cum ait, coniungit iterum contraria. Nam veri Stoici, utpote *σωφρόνες*, nihil trepidabant.

*Quid enim falsi Laurenia.]* dixit scilicet. Nonne illa omnia Luce meridiana clariora. Omnia vere dixit, nihil cur cuitione vsa.

*Sed quid non facient alii.]* Quarta pars, qua progreditur iam ad castigandos indices, qui molliorem suam, vel externo habitu prodebant omni forma, etiam mœchis molliores.

*Mulieria.]* pellucidas togas, *vix die & auffer bei uns & interea sententiâ mortis in alios crebatur.* Est autem locus à minori. Quasi dicat: alii homines non facient, cum tu, o Cretice ludex molliissimis adeo & delicatissimis vestibus incedas ut etiam:

*Mulieria sumas.* & induas vestes molli intextas substatamine tenuissimas & pellucidas, vel quam turpitudinem alii non designabunt, cum indices causarum qui alios iudicare debent, tam molles & effeminati sint, vt mulieria induant facta, è molli ssimo serico multi coloris.

*Cretice.]* Quem ais iudicem intellige. Alludit autem assinitate vocabuli ad iudicem, quasi dicat Cretice. Nisi maus iudices acerbos ita vocari à Creta insula, vnde *Æacus*, *Minos*. *Rhadamanthus* illi iudices infernales oriundi, vel Iulium Creticum intellige, qui sub Cæsaribus illustres causas egit vel quendam ex Metello Cretico à Creta deuicta ita dicto oriundum nobilissimum.

*Et hæc septem populo mirante peiores.]* Id est declames, & sententiam definitiuam feras, condemnans *Proculus*, & *Pollineas* meretrices & mœchas idque facis populo mirante, & detestante, hanc tuam vestem, tuam molliciem, & turpitudinem, quam hac veste indicas, qui tamen in aliorum molliciem debaccheris.

*Est Mœcha Fabulla.]* Hæc verba possunt attribui ipsi Poetæ, quasi *Fabulla* & *Carphinia*, infames adulteræ sunt, atque adeo molliis, delicata, & infamis illa vestis est tua, vt turpissimæ etiam meretrices eam ferre, & gestare erubescerent. Nam *Fabulla* mulier illa mœcha est, & adultera turpis fateor, & damnetur proinde, nihil contradico. Damnetur etiam si vis *Carphinia* turpior adhuc: certe damnata quamuis turpissima, talem vestem, talem togam qualem tu geris, non sumer, neque induer.

*Peroras.]* Sententiam fers & concludis, qua pœna *Procula* & *Pollinea* meretrices afficiendæ sint, id est Tu debaccharis in impudicas, ipse impudencissimo habitu indutus.

*Procula & Pollinea.]* erant mœchæ ob id adulteras omnes hoc loco ab illis nominat, *Proculus* & *Pollineas*.

*Damnetur.]* est concessio quasi dicat. Quamuis damnetur, tamen ne talem vestem quidem induat, quasi dicat mauolet mori, quam turpem adeo & pellucidam togam induere.

*Talem non sumer.]* Ita dicit. Nam teste *Porphyrio* & *Acron* & *V. C.* *femina adulteræ commissa Sili toga in publicum prodire cogebantur.*

*Sed Iulius ardet.]* Sed excusas te, & incusas æstatis calorem, & æstum, & dicis: in æstate media Sol in Iulio mense, vel diebus canicularibus calorem vehementer adauget, æstuo, sudo, & calore confisior, grauiore vestitu vt ob calorem nequeo. At si adeo æstuas, nudus age, nudus ambula. Infamia turpis minus & detestanda est, quam infamia, mollicita, & longe satius est populum insanum te, quam mollem & mulierosum dicat.

*Ep habito.]* En præclarum tuum, & viro dignum habitum (est acris & amara Ironia) quo habitu merito te audire iura & leges ferentem, & promulgantem antiquus Romanus populus, victor modo, paulo ante, vulneribus adhuc crudis, hiantibus, cruentis, nondum consolidatis, & recenti hostium cæde rediens: & quo habitu te audire merito, montanum illud vulgus, rustici in montibus Agriculturam ex recetes iam positis aratris post multos & longos labores, id est si tu in tam molli & effeminato habitu, homo molli & mulierosus legem ferres antiquis Romanis, viris bello, & laboribus militaribus, & Agriculturæ assuetis, strenuibus, & forribus, & ab omni mollicita alienis, illi tuam turpitudinem detestarentur teque non audiret, tuasque leges non reciperent.

*Leges ac iura ferentem.]* iudicis & Iuriconsulti officia exsequentem.

*Vulneribus crudis populum modo.]* Id est Antiqui Romani robusti illi milites, qui cum hoste manum conferturi, non curabant molliciem corporis & vestimenta illa lasciuia, vt nec rustici, qui illa in iudice dampnarent, & caprum non detestarentur. Est Exprobratio grauissima. q. d. En turpiss.

stipissimum habitum, in quo habitu merito te leges, & iura ferentem audirent milites parta victoriam hostium cæde deformes & squalidi, & antiqui Latini in montibus laborem rusticum exercentes, qui in sudore & labore deformes sunt, & qui hanc vestimentum elegantiam parum curant. Qui nimirum turpitudinem & molliorem tuam, utrinque execrassimi erant. intelligenda hæc de antiquis Romanis qui auxilium militabant aut agriculturam exercebant, alieni ab omni mollicitia. Nam ob laborem assiduum, omnem molliorem & vitium repellabant.

*Quid non proclames.*] conuictorum scilicet, si videas in iudicis corpore, ista vestimenta adeo turpia & vituperabilia; Proclames præ indignatione, Nempe o cælum, o terra, o maria Nepruni!

*Quare non deceant.*] Quærote iudex effeminate, an etiam testem deceant mulieria, & vestes adeo molles? Non profecto decent: multo ergo & longe minus te iudicem.

*Acer & indomitus*] i. Tu qui tanquam Rhadamanthus, & alter Minos, Creticus vel libertatis magister, & morum censor pelluces, & molliora pellucidam vestem, quam non nisi molliissimæ puellæ gestant, induis. Ordo est, o Cretice, tu acer es & indomitus magister, & conservator libertatis, tu ita pelluces, ut per vestes tuas pellucidas, corporis tui membra appareant, quomodo hæc inter se conveniunt? Antithera & hæc.

*Pelluces.*] i. lucet per vestem, scilicet sericam, vel bombycinam.

*Dedit hanc contagio labem.*] Inquiris iam causam huius turpitudinis, videlicet cum mollioribus commercium. Sed non me latet Cretice, unde hic morbus te iuaserit, nempe hanc labem, maculam, & iniquitatem vitæ dedit. genuit & contraxit tibi contagio & commercium cum mollioribus & turpibus viris. Et hanc labem & maculam dabit commercium per te, & tui similes in plures alios, quos tu commercio & consuetudine tua corrumpes, & qui plures à te vno inficiantur, non sicut ac totus grex ovium in agris vnius scabie ovis perit & cadit: & totus porcorum grex cadit prurigne vnius porci, & vna ducit & contrahit liuorem ab altera vna conspecta, vel in umbra alterius vix existens. Legunt alii porrigine, quæ capitis morbus furfuribus, & farina quadam obstitit. Similitudo à porcis, quorum vnius scabies totum gregem inficit, & ab ouibus.

*Morbida manus, pecoris totum corrumpit ovile.*

& ab vuis. Nam experientia demonstrat vnam, quæ in umbra alterius vix liuidæ & corruptæ sita est, liuorem etiam contrahere, & corrumpi.

*Contagio.*] quod multos contingit porrigine, quod ad multos porrigitur.

*Liurem.*] Labem, maculam ducit, sibi que contrahit.

*Vnaq.*] de liuescentibus sub viandemiam vuarum acinis accipe; nam censent ubique liuescere, incipit vnius vix acinus, protinus propinquam eo conspecto velut invidia quadam simile colorem contrahere, nec de acinis solum hoc verum, sed & de integris vuis opinio est. Sic Virgil.

*Nè mala vicini pecoris contagia ledant.*

Multum profecto commercium & consuetudo valet, quæ sane, ut ait Seneca: Alter alterum laus tradimus. Et alibi, *Malignus comes, quamvis candido & simplici rubiginem suam affricuit.*

*Conspectu.*] Passim dic angesehen ist. Sic Sat. 4. *Et semel aspectu litum dicebat Echmi.*

*Fædius hoc aliquid quandoque audebis amictu.*

NEMO REPENTE IVIT turpissimus. accipient te

Paulatim, qui longa domi redimicula sumunt.

85 Frontibus & toto posuere monilia collo,

Atq. Bonam tenera placant abdomine porca

Et magno cratere Deam. Sed more sinistro

Exagitata procul non intrat femina limen.

Solis ara Dea maribus patet. ite profana

90 Clamatur: nullo gemis hic tibia cornu.

Talia secreta coluerunt orgia tædæ

Cecropiam soliti Bapta lassare Coryto.

*Fædius hoc aliquid quandoque audebis amictu.*] Ostendit iam auctor ipsum iudicem ex vo-

stium mollitiæ, in turpiora alia vitia prolapsurum, id est, vestium mollities ad ipsam animam penetrabit, & tu, ô iudex, audèbis cum hoc tuo amictu & vestitu, aliquando fœdus, & obscœnius aliquid, vel fœdus aliud aliquid, quam hic amictus est. Possumus hic legere: *Fœdus aliud.* Pergit autem ad reprehendendos illos, qui feminæ esse volebant, earumque sacra, vitam & mores imitabantur, ostenditque turpissima illorum scelera, ad quæ illi qui tam molliter amiciuntur aliquando progressuri sunt. Id est, hoc molli, & turpi amictu mollis ac turpis vitæ indicio, quandoque vel olim fœdus & grauius aliquid flagitium vel facinus aggredieris, nemo enim repente & è vestigio fuit aut euasit extreme malus aut turpissimus, sed successiue per interualla & paulatim homines sceleratissimi, & flagitiosissimi in ordinem, nimirum suum collegium & consortium te adsciscunt, & accipient, nempe illi qui frontibus suis domi, & priuati, (nam publice hoc non audent) tanquam mulieres, longa redimicula assumunt & apposuerunt toto, & integro collo monilia, & ornamenta muliebria. Id est qui se muliebribus ornamentis ornant, & muliebria etiam patiuntur, habitu & moribus mulieres. Redimiculum est ornamentum muliebri quibus mittere alligantur.

*Quandoque.*] Apud Persium & Horatium significat quando, vel quandocunque. Persius,

*Qui quandoque iugum pertusa ad compita figit.*

Et Horatius. *Quandoq; bonus dormitat Homerus.*

Si hanc significationem retinebimus, ita hic locus explicandus est. Quando hoc tuo molli amictu fœdus & peius aliud quiddam aliquando designabis, tum paulatim recipieris, in consortium infamium, illorum & turpium qui iam mulieres & Sacra bonæ Deæ imitantur. Illa vero verba (nemo repente fuit turpissimus) sunt parenthesi includenda, declarantia rationem verbi sequentis.

*Paulatim.*] Velut enim per quosdam gradus, paulatim peruenitur, ad summam virtutem, ita sensim descendit quis, & præcipitatur ad ima vitiorum.

*Accipient te paulatim.*] Sequitur iam quinta pars huius Satyræ, qua inuehitur in illos, qui mulieres earumque vitam, mores & sacra imitabantur, eorumque abominanda scelera detegit ad quorum scelus similitudinem, huc iudicem tam molli & flagitioso habitu progressurum affirmat. Est autem hic sensus. Illi qui mulieres imitantur, & quorum sacra ob id sacris Bonæ Deæ, per omnia similia sunt, te paulatim assument, id est, Paulatim animo effœminaberis. Hæc de Sacerdotibus Cereris Albanis commode intelligi non possunt. Loquitur enim tantum de infamibus & de iuuenatis illis, qui clandestina sacra peragebant imitantes mulieres Bonam Deam colentes.

*Qui longa domi.*] Qui domi & priuati mulieres imitantur, quæ sacra Bonæ Deæ peragunt.

*Atque Bonam tenera placant abdomine porca.*] Ostendit ipsos nihil omnino differre à mulieribus, quæ placabāt Bonam Deam. Id est, quæ congregantur tempore nocturno, ut mulieres quæ Bonam Deam abdomine, vel summe teneant, & eximæ suis vel porcæ placāt, & craterem magno, i. vase ingenti, in quo vinum mellarium, vel etiam lac. Hæc Dea Maia creditur aliis, aliis Proserpina, cui sup̄ prægnans mactabatur, quod ea segetes, quæ Ceres Proserpinæ filia ostēderat mortalibus, omnium prima esset depasta. Vide Macrobiū & Plutarchum in Cæsare. Hanc Bonam solæ colebant fœminæ, ne existimes Poetam dicere ipsos Bonam Deam palā coluisse, sed ostendit mollium illorum vitam, & sacrificia nocturna, nihil omnino differre à sacris Bonæ Deæ, quæ mulieres operantur. Quid.

*Sacra Bona maribus non adenda Dea.*

*Sed more sinistro.*] Per omnia sacerdotum ritus, cum fœminarum sacris ubi peragunt Bonæ Deæ sacra conueniunt: hoc tantum interest quod cum sacra Bonæ Deæ, tantum mulierum sint; ipsi sacerdotes eas excludunt, cum ipsi inter se satis molles & effœminati sint. Nā more sinistro, & plane contrario fœmina exagitata, eiecta & procul exclusa ab actu & sitib. horum sacrorum limen templi non intrat, vel ingreditur.

*Solæ ara Dea maribus patet.*] Id est, ad sacra hæc Bonæ Deæ priuata & clācularia, soli viri adhibentur, contra in sacris Bonæ Deæ, solæ fœminæ.

*Ite profana.*] Nā ut in cœtu mulierum clamatur, per præficā: ite prophani viri: sic hic per præconē: ô vos profanæ mulieres, tanquā indecentes fano excludendæ, ite procul & discedite hinc. De hac solempni formula, vide Brissonium statim in initio.

*Null.*

*Nullo gemis hic.*] Hic nulla tibicina vel psalteria gemit, vel fœmininum sonitum quasi gemitum facit, nullo cornu.

*Cornu.*] Tibia, cornu, & tuba ad sacra vocabantur apud Ethnicos, & in sacris nocturnis facula adhibebantur.

*Talia secreta coluerunt orgia.*] Sensus & ordo Baptæ viri molles & impudici qui soliti sunt, vel consueverunt assidua saltatione in sacrificiis Psalteriam illam Corytto Cecropiam & Atheniensem delassare, illi inquam talia orgia & sacrificia impudica coluerunt, Idque *secreta tæda* : ne turpitudine illorum innotesceret, ut hi nostri Romani viri flagitiosissimi faciunt, imitantes mulieres sacerdotes Bonæ Deæ. i. Hæ Cyneji & molles ita dicebant apud Athenienses. Id est hæ ceremoniarum ritus non dissimiles sunt iis, quas Baptæ Athenis in nocturnis Coryttis, clanculum patrarent, vel Baptæ viri illi molles & impudici, qui Athenis peregrina sacra tempore nocturno cum omni impudicitia & immundicia faciebant, soliti vel consuevi lassare, exercere, vel frequenti sacrificio molestare Corytto illam Deam, quæ prius fuerat psalteria, Cecropiam vel Atheniensem; illi, inquam, Baptæ coluerunt talia orgia, & impudica sacrificia, in quibus omnia obscœra fiebant, secreta tæda vel abscondita, ne à turpitudine quous pudore arcerentur, vel etiam quod palam non auderent. Fuit autem Baptæ libri titulus, quem Eupolis in Baptas scripsit, viros Athenienses turpissimos, qui ad imitationem fœminarum saltantes, lassabant psalteriam Corytto. Baptæ ergo molles, quos Eupolis Comœdia hac, inscripta Baptæ, vehementer exigitat, ab illis Baptis & Alcibiade, quem præcipue perstrinxerat, in mare submersus. Inde Horatius in Epodis:

*Imulatus tu miseris Coryttia.*

Alcibiades enim cum eum mergeret dixit: *Tu me in theatro madefecisti, egote in mari madefecisti.*

*Cecropiam.*] Atheniensem. Nam Cecrops primus Athenarum Rex.

*Baptæ.*] In horum impudicam obscœnitatem. Eupolis Sarycticus fabulam Baptas inscripsit, ob quam ab ipsis Baptis baptizatus, & mari immerfus est, ut dixi.

*Corytto.*] Accusatiuus singularis Græcus, quartæ contractionum in a longum. Ut olim Athenienses molles & eivati, colebant clanculum Corytto. Ita iam Romani peruerso ordine tanquam mulieres colebant Bonam Deam. Erat autem Corytto Dea fœminarum apud Athenienses, ut apud Romanos fœminarum erat Dea Bona.

*Ille supercilium madida fuligine tactum  
Obliqua producit acu. pingitq; trementes  
At tollens oculos: vitreo bibit ille Priapo,  
Reticulumq; comis auratum ingentibus implet  
Cerulea indutus fœculata, aut galbana rassa,  
Et per Iunonem domini iurante ministro.  
Ille tenet speculum patrici gestamen Othonis,  
Actoris Arunci spoliis: quo se ille videbat  
Armatum, cum iam tolli vexilla inberet.  
Res memoranda nonis annalibus, atq; recenti  
Historia, speculum civis sarcina belli.  
Nimirum summi ducis est occidere Galbam,  
Et curare cutem summi constantia civis:  
Bebriaci in campo spoliis affectare Palati,  
Et pressum in faciem digitis extendere panem,  
Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe.  
Mæsta nec Aethiaca fecit Cleopatra carina.*



*Ille supercilium madida fuligine tinctum.*] Vt et viros illos, homines turpissimos, acerbissime infectatur, quod non secus & leuissimæ mulierculæ, faciem fūco illineat, & alia viro indigna committerent.

*Ille*] Id est alius illorum producit vel extendit obliqua & hoc incuruata acu supercilium tinctum vel imbutum, madida fuligine, vel madida nigredine fūci ad hoc collecti, vel facit ubi nigra supercilia, vt tanquam mulier amatori suo placeat, & attrillens vel eleuans oculos tremantes fucat eos & pingit, Alii libri legunt tactum, Tangere autem veteribus pro tingere, imbuere, illinere frequenter vsurpatum. Lucre. lib. 1.

*Contingunt mellis dulcis flavoq; liquore.*

Et rursus

—Crocī contrita colore.

Et iterum

—Mussa contingens cuncta liquore.

*Ille*] Solebant mulieres de supercilii pilos euellere, & alius in fronte supercilium depingere. Idem etiam quidam viri faciebant.

*Pingitq; trementes.*] Oculorum crines vel pilos pingit, & nigros facit.

*Trementes.*] Naturaliter fit vt oculi tremant, si quid propius eis admoueat.

*Tremens.*] Ac læduntur fūco, vel tremens, patos, lubricos, palpitantes, lasciuos, vt scortorum. sic alibi dicit,

—oculq; in fine tremens

Notauit hæc Plinius, lib. 11. cap. 4. *Tanta est decoris adfectatio, vt tingantur oculi quoque. Et talis Pollux τοὺς ὀφθαλμοὺς ποικίλῃ, πῶς ὀφθαλμοὺς ποικίλῃ, oculos pingit, supercilia deingrat.*

*Vitreo bibit ille Priapo.*] Notat sibi diuotissimos viros effœminatos. Nam effœratæ mulieres ex huiusmodi instrumentis bibebant. Alius bibit ex vitreo Priapo non secus, ac si, vt mulier, membro virili delectetur. Hos drillogoras etiam Plinius notauit: *In poculis, inquit, libidines celare iuuat & per obscenitates bibere.* i. Comam nutrit vt mulier eamque colligit & exornat reticulo aurato, vt mulier, *Wir ciner gusden Hanbe.* i. Non solum longissimas comas asit, quod mollium & delicatiorum esse superius notauit, Verum & reticulum tanquam mulier ipsa superinduit, & implet, reticulum auratum, vel tegmen capitis muliebris auto intextum ingentibus comis, longis & prolixis capillis, quos gestat more mulierum. Superius autem dictum, quod comam alere mollius, & viro graui indiguum habitum sit: quo nomine Stoici deonosi.

*Carulea indutum scutulata, aut Galbana rafa.*] Et induit vestimenta muliebria: carulea & scutulata, & galbanci coloris renuiter rata & subnilia. Galbaneus est subluuidus, & subalbus cum pallore. Hæ vestes, hi colores mulierum tantum erant. Erat autem Galbus, vel galbeus, aut galbanus color ille, qui Græcis χλωρός herbacei coloris, & is sane color foemineus. Alii galbancum hunc colorem cœruleum putant, diluatiorem & pallescentem. Color autem galbinus dedecere viros censebatur, vt mollior & effœminator. *Hinc apud Martialem, Galbanos moros habet,* pro molli, & effœminato parumque virili positum.

*Scutulata.*] Paruos orbiculos tanquam scuta habentia, vel scutulis distincta.

*Et per lunonem domini iurante ministro.*] Hoc loco, Et, valet etiam vel insuper. quasi dicat quin etiam minister Domini tanquam ancilla, mulierum more per lunonem iurat. Id est, cuius Domini minister non per Genium iurat more virorum sed per lunonem more mulierum. *Hic Politiannus ait, Stoici singulis Genium & lunonem dederunt. Vires iurabant per lunonem, Heronem, Fidem, Genium Mulieres, Ædopol, Æcastor, Iuno.* Sed reprehendit, quod ita scruiuerant, quomodo solabant ancillæ. Neroni aduantes: Per lunonem tuam.

*Ille tenet speculum pathici gestauit Othomus.*] In eisdem mulierosos, qui vt foeminae speculo se comabant, & simul t Othonis Imperatoris reprehensionem diuertit. Quasi dicat, Alius enim mollibus his in manu curiose foeminae more tenet speculum, quod olim Otho Imperator gestauit.

gestarar, Orbo ille Pothicus muliebria pati solitus, idque tener, quasi rem magnam talis nēpe viri speculum, qui tamen fuit mundi: quatum omnino muliebrium.

*Gestamen.*] Scoprice hoc dicit tum in mollem illum qui gestabat, tum in Orthonem pathicum qui gestarat. Gestamen ad Imperatorem quasi bellicolum & fortem respicit. Sic Virgilius.

*Magni gestamen Abanti.*

*Gestamen.*] quod g: stariem mollis ille, & pathicus Otho Imperator.

*Astori Aruncis spoliū.*] Quod speculum sacerdos ille occiso Orthone ablatum non secus ihabat, ac Turnus apud Virgilium hastam illam: qua Actoris Aruncum spoliauerat. Hemistichion ex Virgilio lib. 12. cuius verba:

— Valida si corripit hastam

Astori Aruncis spoliū, quassatq; trementem  
Vociferans.

*Astori.*] Iritione & nimis Scoprice, quasi dicat, quod summo illi Imperatori fuit instar insignis armaturæ hostibus ablata, vel quod mulierosus ille ab Orthone habet, tanquam à summo Imperatore, summum munus. Vsurpat hoc Virgili Hemistichion, Stryice & Scoprice. Astor enim Aruncus apud Virgilium fortissimus bellator, trigentem hastam gerebat. Hic etiam Otho summus Imperator, (quem interea nominat effeminatum pathicum & cinædum) speculum. Porro Turnus ut dictum hac spoliauerat hasta ipsum Actorem. Porro occiso Galba Imperatore Otho inuasit imperium, qui tam pro: rosæ curæ in polienda forma fuit, ut humectopone faciem illineget, ad sollicitandum candorem, utebatur & speculo, quavis muliere mollior. Hunc bello ciuili Vitellius vicit. Pathicus autem appellatur, quia mutuo stupro Neroni est conciliatus.

*Quo se ille videbat.*] Id est in quo speculo ille Otho armatum se contemplabatur, vel suam armati effigiem cum iam mandaret vexilla tolli, ad committendum prælium, cum Galba, vel etiam Vitellio.

*Cum iam tolli.*] Magna hic latet acrimonia, & petulans insultatio quasi dicat, cum in signum committendæ pugnae vexilla tolli mandaret Otho, ut iam cum Galba integro exercitu congrederetur: se armatum contemplabatur in speculo. Quid autem ab animo fortis militis alienius, quam elegantiam corporis curare illo ipso tempore, cum anceps prælio de vita & salute cernitur.

*Res memoret, quæ nonis annalibus.*] Ironice & Scoprice in Orthonem inuehitur. Ordo & sensus: nimirum speculum quod inter sarcinas ciuilis belli fuit, & inter Orthonis arma, res est egregia, & memoranda, clara adeo res obliuioni tradetur? Sic nos Germani Scoprice. **Man**

**solte daß in die Chronica schreiben!** Nempe illud speculam sarcina, & pars vitiisium ciuilis belli inter Vitellium & Orthonem gesti. Est res memoriæ commendanda, per nos annales, & recentem historiam. Ciuilis, inquit, belli, quod gestum inter Veronam & Cremonam, vel ad Bebricum vicum, ubi duabus cladibus Otho est superatus. Et qui tamen constantia mortis more Sardanapali, antea tæ vitæ molliciem emendauit: Nam damnatis bellis ciuilibus, cum ei superesset exercitus, ac de victoria sperare posset, elegantissima Oratione habita se interfecit: Melius rarus vnum in tori, quam tot egregios milites: quibus sane adeo carus fuit, ut multi viso eius cadauere se interemerint.

*Sarcina.* Est vitiisium, & eorum quæ cultum & vsum spectant: vnde milites cum castrametere volunt, sarcinas colligere dicuntur, inter quas sarcinas etiam Otho suum speculum habuit. **Ein Bürde/ Ein Paß.**

K 2

*Nimirum summi ducis est.*] Amara Ironia scoptica, quasi dicat. Hæc male inter se conueniunt, in bello victoriam ab hoste reportare, quod fortis est & summi ducis. & ciuis constantis & magnanimi: & cutim curare & speculum habere, quod fœminæ est & mollis. Et hoc hypocritarum erat, quos peculiariter auctor hac Satyra perstringit, scilicet summi & egregii ducis facinus est, Galbam Imperatorem occidere illum Sergium. Et est constantia & virile facinus, summi & egregii ciuis, cutim fucare more mollissimæ fœminæ. Quomodo hæc conueniunt Galbam interficere, & cutem curare? alterum enim viri fortis est, alterum mollis, & fracti.

*Bebriaci in campo.*] Nec constanter facit, qui id campo Bebriaci, in acie & bello contra Vitellium, spolia palatii, & imperii adfectare, imperium tueri, ac retinere conari, & de statione sua, & capite dimicare: Et extendere digitis in faciem, panem asinino lacte madidum, vt cutis candida, nitida & firma sit, vel faciem mangonio & lenocinio fucare, & polire, mirum quantas præstigias excogitarint hic interpretes: hæc autem Poetæ sententia, teste doctissimo illo Turnebo.

*Bebriaci.*] Priora de bello Othonis cum Sergio Galba intelligenda sunt, vbi vicit Otho; hæc iam de bello cum Vitellio, in quo Otho victus.

*Spolium palatii.*] Spolium imperii & regni Romani, & imperium Romanum vi, quasi spoliū occupare.

*Extendere.*] Dilatare. ausbreiten/allerwegen hinstreichen. *Scribis Suetonius de Othone, quod quoties faciem rasitauerit, & pane lacte asina madido illenerit.* Hoc enim rugas è facie eximit, ipsamque teneram reddit, teste Plinio.

*Quod nec in Assyrio.*] Augēt infamem illam Othonis molliciem quæ etiam impudicissimas mulieres superauit. Quam rem ne pharetrata quidem illa, vel armata Semiramis regina Babyloniz, in orbe Assyrio fecit, licet adeo impudica esset, vt equum ad coitum, & que adamauerit, teste Plinio. Nec Cleopatra regina Ægypti, M. Antonii Triumuii amica, moesta propter amissam contra Augustum pugnam, fecit in naui, vel carina Actiua, in qua in Actiaco mari, ab Augusto victa vehabatur. hoc est, licet Semiramis, & Cleopatra fuerint fœminæ maxime lasciuæ, & molles, & bella gesserint: tamen in bellis vel castris specula vel fucum nunquam vsurparunt, quasi dicat fœminæ quæ bella gesserunt, & luxuriosissimæ dissolutæque fuerunt, inter arma speculum vel fucum non adhibuerunt, vt fecit Otho. Porro Semiramis formosissima fuit, & mira arte regnum occupauit, impetrato per vnus diei spacium imperio, à marito Nino, quem postea in vincula coniici & necari iussit. Ipsa postmodum sub filii Nini habitu regnum multis annis occupauit. Tandem à filio, quod eius concubitus expetisset, occisa est.

*Pharetrata.*] Armata, gerens enim viriles habitus, & simulans se Ninium filium bella multa felicissime gessit.

*Cleopatra.*] Filia Ptolomei, regis Ægypti, perditæ mulier libidinis, cum M. Antonio viro bellum Augusto indicere ausa fuit: cum quo ingenti militum manu conficiens superata ad Actium Epiri promontorium, & colubris sibi ad mortem mortem conscuiuit. Vide Plutarchum.

110 Hic nullis verbis pudor, aut reuerentia mensæ:  
Hic turpis Cybeles, & fracta voce loquendi  
Libertas, & crine senex phanaticus albo  
Sacrorum Antistes, rarum ac memorabile magni  
Gutturis exemplum, conducendusq; magister.  
115 Quid tamen expectant: Phrygio quos tempus erat iam  
More superuacuum, cultiris abrumpere carnem?

*Hic nullis verbis pudor, aut reuerentia mensæ.*] Ad. Sceminatorum Romanorum scelera nunc redit. Hic inter hos molles, omnia & verbis obscæna; apud hos vbique etiam in mensa aguntur.

*Reuerentia.*] Es ist keine Scham/Zucht/und Erbarkeit bey ihm.

*Hic turpis Cybeles.*] Ordo: apud hos molles viros est turpis libertas Cybeles, & libertas loquendi

quendi voce fracta. i. Apud hos turpis est libertas, qualis erat apud Archigallos sacerdotes<sup>84</sup> turpissimos Deæ Cybeles. Hæc etiam Dea Phrygiæ dicebatur. quæ Dea Saturni coniunx fuit. Vesta, Terra, vel Ops. Hanc colebant Sacerdotes Galli, qui seipso castrabant. Fiebant autem Romæ sacra Cybeles.

*Hic turpis.* ] Est scilicet, quod subintelligitur.

44

*Fracta voce.* ] Lasciva, conervata, effœminata, ut virgines quædam supine molles & delictæ, quæ singularem elegantiam putant, si blæsa vel balbutiēte voce loquantur. Wen sic lispelen. i. Hic est talis libertas voce fracta & effœminata, & viro indigna loquendi, & dicendi turpissima, qualis erat apud Archigallos Cybeles sacerdotes turpissimos. Ludi Romæ turpissimi fiebant Cybelæ, eo die quo laubatur in Almonæ fluvio: ante enim lecticam, ut Augustinus scribit, spurcissima quæq; audiēte multitudine, utrinque sexus cantabantur, quæ vel obscenissimo, cuiq; pudorem incuterent.

*Rarum & memorabile.* ] qui ingens belluo est, & gulo, maximus ciborum deuorator, & rarum exemplum immensæ & inexplēbilis gulæ. Et dignus qui à tam obscœnis belluonibus conducatur, ut illorum sacris præsit.

*Es crine senex phœnæticus albo.* ] Et huius tam honesti collegii Antistes sacrorum vel præses vel princeps, & lex quidam fanaticus, Delirus, & Dæmoniaco furore, albo crine, vel canus, insatiabili ingluuie, & maximus ciborum deuorator, rarum & memorabile exemplum magni, & inexplēbilis gutturis.

*Magnus gutturis.* ] Insatiabilis ingluuiei. Porro hi Galli sacerdotes erant voracissimi, qui ob eam voracitatem se evirabant, ut gulæ eo magis vacare possint.

*Conducendus.* ] Constituta scilicet mercede, adeo præstat aliis in vitiis, dignus qui magisterio inter hos fungatur.

*Conducendusq; magister.* ] Qui senex dignus profecto, qui inter hos sacerdotes magister, quamvis constituta mercede conducendus sit, adeo enim aliis non obscœnitate solum, sed voracitate, & gula antecellit. In luxum Albanæ mensæ hoc dici putant, illie enim lautissime epulabantur Imperatoris prodigalitate. Inde Albanas dapes, & Albanam mensam legimus apud Martialem.

*Quid tamen expectant.* ] Conclusio quintæ partis. Id est, cum turpes Cybeles mores eis tantopere placeant, cur se non castrant ut Galli Cybeles Sacerdotes, vel cum ornent se more muliebri, & patiantur etiam muliebria, quid multum morantur & expectant facere, quod illos facere iam dudum tempus erat & facere oportebat: more Phrygio, vel sacerdotum Cybelis Phrygiæ vel Troianæ, Gallorum, virilia membra, carnem superuacua quam non vtuntur, cum muliebria patiantur, cultris abscindere & violenter amputare. Alii legunt abruptum, sicbat enim castratio illa cultello lapideo, ut & apud Iudæos circumcisio.

*Quadringenta dedit Gracchus tertiam dotem*

*Cornicini: siue hic recto cantauerat are.*

*Signata tabula: dictum feliciter, ingens*

120 *Cæna, sed & gremio iacuit noua nupta mariti.*

O PROCERES CENSORE opus est, an haruspice nobis?

*Scilicet horreres, maioræq; monstraputares*

*Si mulier vitulum, vel si bos ederet agnum?*

*Segmenta, & longos habitus, & flammae sumit,*

125 *Arcano qui sacra ferens nstantia loro*

*Sudauit chlyeis ancilibus. O pater urbis!*

*Vnde nefas tantum Latiis pastoribus? Vnde*

*Hæc tetigit, Gradiue, tuos vitiæ nepotes?*

*Traditur ecce viro clarus genere atq; opibus vir.*

K 3

*Nec galeam quassas, nec terram cuspide pulsas,  
Nec quereris patri? Vade ergo, & cede seneri  
Ingeribus campi quem negligis.*

*Quadringenta dedit.*] Sextum & vltimum membrum, in quo specialiter Gracchos nobilissimos stimulat; tum quod vnus ex illis, vir tanquam mulier, viro Cornicini nupsisset; tum quod alter ex Gracchiis, se gladiatorio munere polluisset. Lacerat ergo turpissimas, & auditu indignas masculorum stuprias, quæ quidem vt inter virum, & vxorem celebrabantur omni seruato ritu. Gracchus ille generosus & diues, sed Pothicus, inter hos molles non postremus, ille nubens pro muliere dedit dotem vel loco dotis quadringenta sestertia, vel censum equestrem, cornicini cantanti cornu, cui nupsit, siue, ne mentiar tubicen ille fuerit, & recto ære cantauerit.

*Signata tabula.*] Quid verbis opus est, tabulæ nuptiarum, & dotis à publico Notario consignatæ sunt, dictum & acclamatum ab omnibus, cum summa acclamatione, feliciter hæ nuptiæ vobis cedant, Ingens cœna sedet & posita est, & noua nupta Gracchus ille noster, qui tam formosa iacuit in gremio, vel sinu carissimi sui sponsi, & mariti tubicinis. Id est nuptiæ omnino consummatæ sunt, licet natura & lexus maximopere refrageatur & reclamarent. Inde postea incipit exclamare.

*Feliciter.*] Nam in conditione nuptiarum conuenta, & sponsaliorum dicebatur feliciter, Felix hoc sit, quod bene vortat tibi & mihi. De hac solempni formula vide doctissimum Barnabam Brissonium.

*Cœna sedet.*] Cœnam pro conuiuio sedentibus accipe, vel cœna posita & parata est. Cum Lipsio distinguendum olim putavi, lugens cœna, (scilicet paratur) sed & gremio quod est: quia & gremio sed lectio proba & genuina est: Cœna sedet, i. posita est, vel parata nuptialis scilicet. Sic Sat. prima, dixit auctor noster sibi peculiari modo loquendi.

— Nunc sportula primo

*Limine parua sedet.*

*Noua nupta.*] Ipse scilicet Gracchus.

*O proceres censore opus est, an haruspice nobis.*] Hæc tam enormia flagitia, & tam portentosa & prodigiosa vbi enarrauit, cum indignatione exclamat. O proceres & optimates potius, qui onera Reip. sustineris, & qui prospicere debetis ne quid Respublica detrimenti capiat: opus æ nobis est censore, qui adeo deploratos mores populi Romani corrigat & emendet, an Haruspice, qui portenta hæc & prodigia scelerum expiet. Haruspicem adhibebant quoties monstra aut portenta euenerant.

*Haruspice.*] dicit ob id, Nam virum viro nubere par monstrum erat, mulieri parturienti vitulum, vel boui agnum.

*Scilicet horres.*] Cum interrogatione recte hæc leguntur, quasi dicat auctor: Anne tu magis horres. Cum horrore timeres, trepidares, expauesces, & maiora prodigia existimares, & mulier vitulum, &c. quam hæc tam prodigiosa, & enormia, quasi dicat minime.

*Segmenta, & longos habitus.*] Insecratur ipsum adhuc Gracchum, qui aliquando Salius vel sacerdos Martis fuerit, & iam vestimentis muliebribus vsus, tanquam mulier viro nubat. Sacerdos Martis qui tanquam mulier nubit. Ille Gracchus qui olim Martis bellicosus Sacerdos fuit, iam pro muliere viro nubit. Vel ille Gracchus qui aliquando f. tene vel portans sacra præ pondere nutantia, loco vel corrigio arcano, & secreta apposito, sudauit clypeis ancilibus, vel circumcisi ad morem Ancilis tempore Numæ de cælo lapsi Ille inquam, Salius Martis, sumit iam segmenta illa aurea mulierum ornamenta vel profusas vestes, & tales quidem rubec vestes, quibus nouæ nuptæ vtuntur. Ille qui olim martia Maris sacerdotum vestimenta gestabat, muliebria vestimenta indutus nubit alteri, tanquam mulier.

*Segmenta.*] erant profusæ vestes, vel aureæ fasciolar, quæ in ordine vestis extrema parte assuta, oramento sunt indumentis, vel quibus noua nupta amictus. Seruius ait esse monilia muliebria, gutturus & colli ornamenta.

*Longos*

*Longos habuit.*] Fimbriatum, siue vittatas vestes sponſarum intellige.

*Flammea.*] Rubra & lutea tegumenta, quibus noua nupta velabatur.

*Arcano loco*] Retinaculum eorum & lorum è corio iutrinsecus statuis appositum erat, & latebat.

*Nutantia*] præ pondere iociter portandum hoc illuc inclinantia.

*Ancilibus*] Scutis rotundis & vndique circumcis. Reg. Numa è caelo scutum decidit. Ancile dictum, quod ab omni parte recisum esset. Responsum ab Aruspibus, illic orbis Imperium fore, ubi ancile consisteret. Ne igitur ab hostibus raperetur, vndecim similia Mamurcius fabricauit, quæ in templo Martis seruabantur: duodecimque sacerdotes ab Numa constituti, ea collo suspensa ferebant saltantes, canentesque. Inde a saltando Silii illi sacerdotes dicti, teste Ouidio. Indignatur autem eum nubere, & in mulierem degenerare, qui & nobilissimus, & Salius Martis esset Dei bellicosus, Virilis, & generosus.

*Opater Urbis.*] id est, Mars Gradiue pater Romanæ urbis, qui Romulum fundatorem urbis genuisti. Vnde tantum nefas, tanta flagitia & scelera, ut vir nobilissimus nubat, datum vel ortum est pastoribus Latii vel Romanis, qui olim pastores molles, simplices & delicatissimi. Vnde hæc vitia, hæc prurigo & inaudita libido, tuos tergit nepotes, tuos, Romanos à te oriundos.

*Pastoribus.*] Romanis, à priscis Romanis ortis, qui olim durissimi & fortissimi pastores erant.

*Vitica.*] Libidinis, & obscenitatis pruritus, Metaph. Herbam viuacis, mordacis, & ardentis pruritus, ad libidinis molestiam & pruriginem, tranſtulit. Sic inferius dicit auctor.

*Irritamentum Veneris languentis & acris*

*Diuinis viticæ*

*Traditur ecce Viro.*] hec, addit tanquam rem nouam, inauditam, incredibilem, Ecce nobilissimus ille Gracchus nubit tibi ini. Tu ô Mars huiusmodi scelera vides, non indignaris tamen, & talia & tanta tu cernis, & pateris, nec galeam quæ in capite tuo est præ furore & indignatione quasas, & frequenter concutis, nec cuspidem, quæ est in manu tua terram pulsas. Nec de talibus conquereris apud patrem Iouem, ve inhumania hæc hominum monstra fulminet. Vade ergo, & cede, vel exi, ô iugerbis & latis spatiis Iueneri tui campi Martii, quem tu tua negligentia perdis. Seuerus dicitur, quod seuerum in eo iudicium dari debeat: siebant autem in illo campo comitia, & exercitia militaria. Alii legunt nec tempora cuspidem pulsas. Nam in more militari hastæ scuta & galeam concutiendi in ira.

*Casside.*] Gladii hastæ ve parte in acumen desinente.

### — Officium cras

*Primo sole mihi peragendum in valle Quiritiæ.*

*Quæ causa officii? quid queris? nubis amicus.*

*Nec multos adhibet, liceat modo vinere: fient.*

*Fient ista palam, cupient & in Atræ referri,*

*Interca tormentum ingens nubentibus hæret,*

*Quod nequeunt parere & partu retinere maritos.*

*SED MELIUS QVOD nil animis in corpora iactis*

*Natura indulget, steriles moriuntur & illis*

*Turgida non prodest condita pignore Lydo*

*Nec prodest agili palmas præbere Luperco*

*Officium cras.*] Vtcrius prodigiosas illas nuptias persequitur. Ut autem hoc scelus vehementius exagitet, Saryricus, inducitiam personas, inter se de marium nuptiis celebrantes. Est quia dicar, ab altero quid rerum gesturus sit, interrogatus: Officium

obsequium amico debitum, cras mihi primo sole, vel diluculo peragendum est, in valle, vel Porticu Quirini, à Romulo sic appellata. Ibi si alius quærat: quæ causa officii est, vel quid negotiis ibi peragendum est. Respondet cum indignatione alter. *Quid quæræ, vel percontaræ, quas nescias? Amicus nubit, & quia viro nubit, non multos amicos adhibet.*

*Officium peragendum.]* Ich bin von einem Freunde zum Beistande gebeten.

*Nec multos adhibet.]* Ad hæc sponsalia vel ad hæc nuptias, ut scilicet res secreta maneret, aperte enim non licebat per legem Scantiniam.

*Liceat.]* Sunt verba Dialogistarum, vel secundæ vel primæ personæ. Quasi prima dicat: Noli anxie percontari, quis ille sit: Si vixeris, illa rescisces, nam haud dubie palam fient istæ nuptiæ, & in acta publica referentur, vel etiam secundæ personæ. q. d. quis ille sit, breui scitro modo viuam. Possunt & esse Poetæ indignantis, quasi dicat nihil esse quod paucos adhibuerit, & tales ui diu potius scelera sua cæla re studeant, Fore enim ut tam prodigiosa scelera, non solum palam fiant, sed in acta etiam referantur. Sic Satyra 9. dicit.

*Quod tamen ad Galli cantum facit ille secundus,*

*Proximus ante diem caupo sciet.*

*Liceat modo viuere.]* Id est licitum sit modo viuere, & adhuc per annos aliquot deprehendimus huiusmodi foedissima facinora palam esse facta, & in acta, & publica instrumenta relata, vel annualibus contenta.

*In acta.]* In codicillos memoriarum causa.

*Inter ea tormentum ingens.]* Addit iam scoptice incommodum horum virorum viris nubentium, qui viri cum sint, liberos procreare nequeant, & hoc certissimo matrimonii vinculo maritos suos retinere. Inter ea dum viri illi viris nubunt licet nuptias & omnes nuptiales ritus celebrent, tamen ingens adhuc tormentum & scrupulus illis nouis nuptis, hæret, perpetuo adest & restat: quod nequeant parere. Maximum enim coniugii vinculum liberi sunt.

*Tormentum ingens.]* Tormenti causa.

*Partem retinere.]* Multæ enim mulieres à maritis domo eiiciebantur, quod essent steriles.

*Sed melius.]* scilicet est quod natura animis nostris, nihil iuris, in corpora nostra indulget: id est quod cum veliot mulieres esse, illas mulieres se transformare nequeat, & cum viri sint & maneant à viro concipere nequeant, & steriles sine prole moriantur.

*Es illis non prodest condita pixide Lyde.]* Id est, Neque hanc suam sterilitatem medicamentis emendare possunt, nubentes illi viri, & illis crassa illa & turgida Lyde vnguentaria condita vnguentis & medicamentis pixide nihil prodest. Lyde vnguentis & medicamentis sterilitatem se emendaturam pollicebatur mulieribus. Mulierem medicamentum intellige, contra sterilitatem pixide gerentem. Politianus. Turgida dicitur quia Lydæ mulieres erant turgidæ. Papius Syllus.

*Hoc plaudunt grege Lydia tumentes,*

*Nec prodest agili palmas præbere Luperco.]* Nec prodest talibus sponfis, Luperco agili, vel sacerdoti celeriter per ciuitatem discurrenti, palmas ferula percutiendas præbere, quo secanditas mulieribus adferri credebatur. Steriles autem mulieres februantibus Lupercis se offerebant, & ferula verberabantur, vel pelle hircina, ut conciperent eo facilius. Hinc Ouidius.

*Nupta quid expectat: non tu polleatibus herbis*

*Nec proce, nec magico carmine mater eris.*

*Excipe secunda patienter Serbera dextra*

*Iam socer optatum nomen habebis ani.*

*Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi,*

*Lustrauitq; fuga mediam gladiator arenam.*

145.

*Et Capitolinus generosior & Marcellis*

*Et Catuli. Paulliq; minoribus, & Fabiis &*

*Omnibus ad podium spectantibus. his licet ipsum*

Admo

*Admoneas cuius tum munere retia misit.*

*Vici & hoc.*] Nobiles iam, postquam sacerdotum vitia exposuit, arguit, quod honesta toga deposita, tanquam infames tunica vicerentur, & in arena gladiatores essent: quod turpius adhuc monstrum sit, quam virum viro nubere, cum iam, quod olim à Nerone coacti fecerant, sua sponte munere gladiatorio se polluerent, id est, fuscina, vel tridens, vel iaculum retiarii (qui re-secutorem capiebat) Gracchi illius nobilissimi viri iam tunicam induiti, honesta toga deposita, & gladiatoriam exercentis vicit hoc monstrum virorum nubentium, i. Gracchus in ludu gladiatoris retiarium agebat, & cum secutore componebatur. De Gracchi filio intellige, qui ad infamiam usque nobilissimus cum esset, gladiatoriam exercuit; retiarius enim fuit ut & notat, cum ait Satyra 8.

*— cum Graccho in fuscis pugnare secutor,*

Vide Lipsium in Saturnalibus. Iouehitur autem in alterum quendam Gracchum, qui nobilissimus cum esset, in harena vel theatro vilissimum gladiatorem egerit. Olim autem coacti à Nerone Nobiles cogebantur gladiatoriam exercere. Tempore autem Iuuenalis, quidam nobiles illud sponte faciebant. Ut hic Gracchus qui amissis opibus & deuoratis, vendebat vitam & funus suum prætori, homini ignobili, in cuius ludo conductus pecunia pugnabar, retiarium agens, Vide Sat. 8. & Sat. 11.

*Tunicari.*] Tunica vestimentum sine manicis, quo utebantur retiarii.

*Fuscina.*] Dente minax ut Martialis ait.

*Lustrauitque fuga.*] Et Gracchus nobilissimus Romanorum gladiator, vel gladio in theatro dimicans, lustrauit fuga vel fugiendo mediam harenam, vel publicum locum harena stratum, in quo dimicabant. Et ille quidem generosior omnibus Romanis. Est enim talis ordo. Gracchus qui generosior est Capitolinis, Marcellis, Catuli, & Paulli posteris & Fabiis & omnibus denique senatorii ordinis qui ad podium spectant, in amphitheatro, quibus & ipsum prætorum, in cuius munere gladiatorio retiarium egit, potes annumerare. Nam & ipso nobilior fuit. Ille, inquam, nobilissimus Gracchus retiarius à secutore victus, harenam lustrauit, & fugiendo circumcursauit. Porro totam hanc rem Satyr. 8. explicat his verbis.

*Postquam librata pendenti retia dextra*

*Nequicquam effudit.*

*Et Capitolinus generosior & Marcellus.*] Omnibus nobilissimis nobilior. Marcus Manlius ob defensam Capitolium Capitolinus dictus fuit. Capta enim vrbe auctor fugiendi in Capitolium fuit, quod ita fuit feruazum. M. autem Marcellus vir Romanus Gallorum ducem singulari prælio fudit, Syraculas expugnauit, quinque consul. Infidiis tandem Hannibalis circumuentus perijt. Alter Marcellus primus Annibalem in Italia vicit.

*Et Catulus.*] quorum nobilitas initium facit à Quinto Lutatius Catulo qui 300. nauibus Carthaginienfes 600. naues inter Siciliam & Africam ad Ægeas deuicit, & primo bello Punico finem imposuit.

*Paullus, minoribus.*] Sic enim legit Lipsius, id est Paulli Æmilii nepotibus, qui in pugna Cannensi obiit.

*Hilites ipsum admoneas.*] His, quos, dixi nobilissimis, ipsum Prætorum celsum & superbum potes annumerare. Nam & hoc prætor qui illa spectaculorum munera exhibuit, nobilior est Gracchus. Satyr. 8. de hoc eodem dicit.

*quanti sua fœnera vendat*

*Quid refert vendunt nullo cogente Nerone,*

*Nec dubitant celsi Prætorum vendere ludis.*

*Et Fabius.*] Fuere illi nobilissimi, quorum 306. duce Fabio consule contra Veientas pugnarunt, sæpe victores, infidiis tandem ad unum occisi, vnus enim superfuit adhuc.

*Omnibus ad podium spectantibus.*] id est omnibus senatoribus in primo vel imo ordine subselliorum spectantibus. Factum enim decretum erat Suetonius in Augusto cap. 44. ut quo-



ties quid vsquam publice spectandum proponeretur, primus subscelliorum ordo senatoribus vacaret.

*Podium*] Locus est harenæ & gladiatoribus proximus, vnde principes & nobilissimi, & senatus adeo & magistratus spectabant.

150 ESSE ALIQUOS MANEIS, & subterranea regna,  
Et contum & stygio ranas in gurgite nigras,  
Atq; vna transire vadum tot millia cymba,  
Nec pueri credunt nisi qui nondum ere lauantur.  
Sed tu vera puta. Curius quid sentit & ambo  
Scipiada? quid Fabricius, manesq; Camilli?

255 *Quid Cremere legio, & cannis consumpta iuuentute*  
*Tot bellorum anima, quoties hinc talis ad illos*  
*Vmbra venit? cuprent lustrari, si qua darentur*  
*Sulfura cum tadis, & si foret humida laurus.*

*Esse aliquos manes.*] Iam recte querit horum scelerum causam, quam ait esse impietatem hominum, qui non credant impiis apud inferos poenas esse præparatas, quasi dicat. Vnde autem hæc scelerum prodigia, hæc crudelitas & sanguinis sitis in genere humano, nisi quod nemo infernales poenas olim secuturas timeat, aut credat; nam esse aliquos manes, aut villos inferos, aut regna inferna sub terris, aut contum, aut longam hastam, qua Charon ille infernalibus portitor vitur aut nigras ranas in stygio gurgite, vel voragine infernali, aut vna Charontis cymba vel nauicula tot mille animarum, vel vmbrearum vadum Stygiæ paludis ad inferos transire; hodie ne pueri quidem credunt, nisi qui admodum infantes sint, aut pusilli, aut nondum deat balneaticum. At tu vera esse statue. quæ tot viri egregii crediderunt, qui spe alterius vitæ pro aris & focis pugnantes per virtutem interierunt.

*Esse aliquos manes.*] Sic Propertius.

*Sunt aliquid manes lethum non omnia finit.*

*Subterranea regna.*] Nam infernus sub terra esse creditur illis.

*Et contum.*] Hastam longam, vel sudem Charontis qua traiecit Virg. 6. *Æneidos*.

*Ipseratem conto subigit, & celsisq; ministrat.*

*Nigras.*] Luce carentes. *qua apud Aristophanem clamitant βεμυκταὶ καὶ ἄνθρωποι.* Nondum a se lauantur. Vel quod pueri nondum in thermis lauebantur, vbi quadrantem soluebant loturi, vel potius quod licet lauantur, quod pueri infantes essent, balneaticum vel quadrantem non darent.

*Vadum*] Alueum Cocyti & Acherontis.

*Nec pueri credunt.*] Ob id Horatius ait:

*Lam te manes nox*

*Fabulaq; manes.*

i. Nemo hoc amplius credit, nisi sint pueri admodum, qui vt multas fabulas aniles nutricum suarum, ita etiam hos forte credunt. i. Omnium animis inferorum metus, sublatu est, etiam puerorum, nisi admodum infantes sint.

*Sed tu vera puta.*] Et illie esse manes Curii, Fabricii & Iuuentutis Cannensis. De Curiis in principio huius dictum. Ambo Scipiada. Duo illa belli fulmina intellige. Publius & Cn. Scipiones.

*Fabritius.*] De hoc vide Valerium lib. 4. cap. de continentia. Furius autem Camillus Faliscos ditione subdidit, & Veios domuit.

*Curius quid sentit.*] Non quod. Hæc enim sensus est. Quid existimas sentire Curium, vel quid sentit Curius, & reliqui & Cremeræ leg. o, 306. Fabii illi ad Cremeram Fluvium, à Veienibus infidiis interempti, & quid sentit Romana illa iuventus ad Cannas ab Hannibale consumpta & interempta? & quid sentiunt tot sanctissimæ bellorum animæ apud inferos. quoties hinc nobis turpis & flagitiosa umbra venit, Talis inquam vir qui alteri pro muliere nubit, à quo tamen ipse umbræ apud inferos contaminantur, nonne cupiunt lustrari & expiari, ut contaminati impudicissimorum aspectu, si sulphura cum tædis & lignis pinguibus darentur, & si aspergillum ex lauro esset, Aspergillum enim fiebat è lauro. Id est si esset laurus aqua perfusa, & madens ad aspergendum & purgandum. Quid sanctorum virorum animæ sentiunt apud inferos, cum tantis sceleribus polluta anima ad illos venit, tale monstrum. Nimirum illæ, tanquam eius sceleris contagio vel conspectu pollutæ purgari, rursus cuperent, & mundari si possent. Polluti autem purgabantur sulphure, aqua, igni.

*Curius.*] De quo initio Satyræ dictum.]

*Ambo Scipiadæ.*] Duo fulmina belli. P. Cornelii Scipiones, & filius Africanus. viri integerrimi Scipiadæ pro Scipionidæ ut Virgilius.

*Fabritius.*] Licinius, de cuius virtute vide Florum, Liviū, Valerium Maximum, Gellium.

*Manusq; Camilli.*] Mortui Camilli anima, qui Phaliscos & Gallos subegit, & absens dictator creatus erat. homo integerrimus. Vide Liu.

*Cannæ consumpta iuventus.*] Multitudo iuvenum Romanorum ad Cannas in Apulia ab Annibale occisa. De hac 4. Hannibalis omnium maxima victoria vide Liviū. Vbi 40000 Romanorum, duo integri exercitus cæsi ad hostis satietatem, donec Annibal exclamaret. O miles, parce ferro.

*Tot bellorum anima.*] Virorum sanctissimorum & integerrimorum qui tot bellis pro patria pugnantes interempti ad campum Elysium à corporibus exutæ migrarunt.

*Talis.*] Monstruosus & prodigiosus peccator cuius aduentu sanctæ illæ animæ etiam infecerentur.

*Si quæ darentur.*] Apud inferos ubi talia forte non sunt.

*Sulphura.*] His ad expiandum & lustrandum utebantur Ovid.

*Terq; senem flamma, ser aqua ser sulphure lustrat.*

Tædam arborem resinatam adhibebant ad ignem, tales enim facile incenduntur. Lauro videlicet aquam aspergebant.

ILLUC HEU miseri traducimur, ARMA QUIDEM VLTRA

160

Littora lūberna promouimus & modo captas

Orcadas, ac minima contentos nocte Britannos:

Sed qua nunc populi sunt victoris in urbe,

Non faciunt, illi, quos vicimus, & tamen vnus

Armenius Zalates cunctis narratur ephēbis

165

Mollior ardenti sese indulgisse Tribuno.

ADSPICE QUID FACIANT commercia: venerat obses.

Hic sunt homines, nam si mora longior urbem.

Indulgit pueris, non vnquam deerit amator:

Mittentur bracca, cultelli, frona, flagellum,

170

Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

*Illuc heu miseri traducimur.*] Arguit iam obiter Romanorum imperandi cupiditatē, ostendit

dens nihil prodesse multis imperare, cum omnibus moriendum, & ad inferos eundem sit. Nos post mortem ad inferos rapimur, quorsum ergo attinet nos Romanos ultra luernam arma promouere, & extendere, vel illuc ad inferos aliquando siue credamus siue non credamus, traducimur, nostræ vitæ, & actionum, apud iudices infernales rationem reddituri.

*Arma quidem ultra.* ] Sine interrogatione ex libro manuscripto legit Turnebus: Imperii cupiditatem damnat, innuens omnibus moriendum esse. Vel potius notat Romanos alias nationes armis vicisse, sed ipsos vitiis propriis & à semetipsis vinci. Nos quidem Romani promouimus, & extendimus nostra arma ultra litora luernæ, vel Insulam Britannia sitam in mari Oceano, & ultra triginta illas Orchadas Insulas nuper à Romanis captas & Britanos vel Anglos, i. Quid prodest nos homines vincere, cum euadimus serui victorum.

*Littora Inuernæ.* ] quæ iam Hybernia vel Irlandia dicitur ultra Angliam vel Britanniam,

*Modo captæ.* ] Paulo ante captas. Nam Claudius illas insulas Imperio Romano ademerat. Fuere autem Orcades Oceani Insulæ Septentrionales ultra Britanniam & Hyberniam, numerum temporis 30.

*Minima contentos nocte.* ] In Hybernia enim quæ Britannia pars, quemadmodum & Thule quæ nunc Gronlandia olim Angliæ vicinior, in Solstitio æstiuo nulla omnino nox, vel illa exigua, & prope nulla est, vt contra solstitio hyemali nullus omnino dies, vel saltem dimidia aut vnus horæ. Id in Sphæricis ad oculum demonstratur. Ait ergo minima nocte, vt pote in quo loco in vniuerso imperio Romano, æstatis tempore nox omnium breuissima est, quæ quidem circa Orcadas, Gronlandiam vocant, alii Islandiam æstate habent 18. dies sine nocte. Bruma rursus 18. noctes sine die, vt ait, Vetust Commentator.

*Sed quæ nunc sunt.* ] id est, illi quos nos vicimus, & nostris armis subegimus, non faciunt illa scelerum portenta, ostenta, monstra, prodigia, quæ nunc sunt in vrbe populi victoris Romani, Sic de Alexandro Seneca. *Armis Vicis: vitio virtus est.*

*Et tamen vnus.* ] Corrigit, quod dixit, vno contrario exemplo, & ostendit externos etiam honestissimos contagio corrumpi. Attamen, ne mentiar, Zalates vnus nomine, natione Armenius, narratur cunctis ephæbis vel adolescentibus imberbibus mollior, & effeminatior se indulgisse, vel ad libidinem exposuisse & prostituisse tribuno libidine ardenti & inflammato.

*Zalates.* ] Nomen obfidis proprium, dicuntur autem obfides teste Festo, quæ obfides, qui dantur ob fidem patriæ præstandam, cuiusmodi multos fuisse, ab Armeniis Clodio & Corbæloni datos, testis est Tacitus. Porro obfides in summo honore custodiebantur, nec vquam ligabantur.

*Adspice quid faciant.* ] Certe conuersationes etiam integerrimos corrumpunt: & verissimum illud Meandri à D. Paulo citatum:

Θηριον ὃν χρεὶ ὁμιλίας κταῖ.

Perdit bonos mores malum commercium.

*Cum illis Ephæbis mollior.* ] Illam enim ætatem in deliciis habebant scarabei illi.

*Venerat obfer.* ] simplex, integer, & cum honore custodiendum more obfidum.

*Hic sunt homines.* ] ironice, Egregii, Cordati, virtute præditi, imo veniant huc ad nos viri fortes, redeunt mulieres molles.

*Nam si mora longior erbem.* ] id est, si longius temporis spatium urbem Romam exterorum pueris concesserit, si pueri illi exterorum diutius aliquantulum in vrbe commorati fuerint, & non alio ad parentes remittuntur, statim aderit amator, vel concubitor masculorum, qui illos corrumpat.

His.

*Mittentur braccæ.*] id est, Si diutius Armenii illi pueri Romæ fuerint, optimas patriæ consuetudines, & mores dediscant: mittentur & relinquatur ab illis braccæ, & indumenta quæ more patrio gestant, etiam Romæ & vna cum illis vestibus patrios mores honestos exuant, & cum vestibus Romanorum, scelera induunt eorundem, quin etiam studia exercendorum eorum, cultelli, frena, flagellum, & contra obfides illi mores, quos Senatorum filii intra urbem habent, vel mores puerorum Romanorum, nobilium & prætextatorum pessimos Artaxata in patriam & ciuitatem illam Armeniæ, referant secum & reportabant.

*Colletti.*] quibus Armeniæ pueri pro patriæ more vsi. i. illi exteri pueri sic corrupti, & paternis moribus exuti prætextatorum & nobilium Romanorum (vt Græchorum) mores referant, & reportant secum Artaxata.

*Artaxata.*] Ad illam urbem maioris Armeniæ, iuxta Araxem.

*Est hæc de Satyra Secunda.*

L 3

## IN SATYRAM III.

## TABVLA SYNOPTICA

## Generalis.

- In Satyra 3. auctor Vmbritium amicum ob multa vrbis incommoda à 1. versu ad 9. ex vrbe migrantem inducit, & quidem
- Deinde Vmbritium discipulum sui causas exponente inducit, Causæ autem sunt variz, vt sunt
- Primo locum vbi Vmbritium discendentem conuenerit, nimirum vallem Egeriam, describit à versu 10. ad 20.
1. Quod honestæ artes Romæ exsulent à versu 21. ad 22.  
tum quidem } nihil emolumenti Romæ habeant versu 23.
  2. Quod homines improbi ibi dominantur à versu 29. ad 40.
  3. Quod malas artes ignoret, & ob id Romæ inutilis, ab 41. ad 48.
  4. Quod Romæ nemo diligatur, nisi conscius scelerum magnorum virorum. à versu 49. ad 57.
  5. Quod & aliz nationes extera & Græci præsertim Romam iam occupent, & amplissima possideant, ad omnes artes habiles & apti, cum Romani indigenæ tantum clientes sint, à versu 57. ad 85.
  6. Quod Græci adulationibus miris, & libidine sua omnia Romæ passim polluant & corrumpant à versu 86. ad 113.
  7. Quod iidem delationibus innocentes apud Imperatorem premant & occidant, quod exemplo Egnatii Philosophi Stoici probat à versu 114. ad 118.
  8. Quod iidem Romanos veteres clientes apud patronos suos calumniando expungant & expellant à versu 119. ad 125.
  9. Quod sportula pauperibus à prætoribus & tribunis viris ditissimis, præripiatur. à versu 126. ad 136.
  10. Quod pauperum miserrima Romæ sit conditio, Tum quod } Nihil ipsis testantibus credatur, à versu 137. ad 146.  
Passim aliis risui sint, & in theatris explodatur à ver. 147. ad 159.  
Vbiq; contemnantur Romæ, vbi omnia cara sint & magni constant: cum cõtra, extra Romam in municipiis longe laetior eorum sit conditio à versu 160. ad 179.
  11. Quod Romæ omnia sint ambitiosa, & magno præcio comparanda. à versu 180. ad 189.
  12. Quod Romæ crebra domuum ruinæ atq; incendia. à versu 190. ad 203.
  13. Quod pauperes in calamitatem incidentes Romæ ab omnibus sint deserti, cum contra ditioribus omnes subueniant à versu 203. ad 222.
  14. Quod extra Romam longe melior viuendi conditio pauperum sit, à versu 223. ad 231.
  15. Quod Romæ ob strepitum in plateis nemo dormire queat, noctu, nemo interdiu sine magna molestia per plateas incedere ob frequentiam clientum sportulam petentium, quorum multi etiam in vitæ pericula incidunt. à versu 232. ad 267.
  16. Quod noctu friuola & fracta ex fenestris & cœnaculis proiecta prætereuntes sæpe opprimant. à 268. ad 277.
  17. Quod maximâ petulantia à procacibus & ebriis iuuenibus in plateis noctu in tenuiores exerceatur à versu 278. ad 301.
  18. Quod multi à grassatoribus & latronibus, quorum Romæ incredibilis copia sæpe in plateis spoliuntur à versu 302. ad 314.
- Tertio, exponit quomodo Vmbritius sibi valedixerit, à versu 315. vsque ad finem.

# D. IUVENII IUVENALIS SATYRARVM LIB. I.

## SATYRA III.



MS. SATYRVS Poeta flagitiosos populi Romani mores, Vmbritium virum optimum, ex vrbe Roma Cumas migrantem, & sui discessus causam exponentem, inducit, quod tantum peregrinis, seruilibus, & adulatoribus pessimis, non autem viris bonis amplius in vrbe locus sit. Erat autem Vmbritius teste Plinio cap. 4. lib. 10. Haruspex illo ano peritissimus.

*Quamuis digressu veteris confusus amici  
Laudo tamen vacuis, quod sedem figere Cumis  
Destinet atq; vnum cinem donare Sibylla,  
Ianua Baiarum est, & gratum litus amœni  
Secessus ego vel Prochyram prepono Suburra  
Nam Quid tam miserum, tam solum vidimus ut non  
Deterius credas horrere incendia, lapsus  
Tectorum assiduos, ac mille pericula scæ  
Vrbis & Augusto recitanteis mense Poetas.*

*Quamuis.* ] quamuis cōfusus & perturbatus sim, digressu & abitu amici veteris & optimi Vmbrii, laudo tamē eius propositū, quod ex hac infestā & infesta ciuitate discedere, suamq; sedem & habitationem in antiquissima ciuitate Campaniæ Cumis figere & firmare, & vnum cinem Sibyllæ Cumæ addere, destinet, & animo proponat.

*Digressu* ] Cuius dulci consuetudine & familiaritate mihi carendum.

*Confusus* ] Perturbatus, tristis redditus. mœstus, cum facies mœstitia confunditur.

*Laudo tamen vacuis.* ] Cumæ vrbs in Campania, omnium in Sicilia & Italia vrbium antiquissima, quam Hippocles Cumæus, & Megasthenes condidisse perhibent, nomen habet ἀνὴρ κούρης, à fluctibus nam propinque mari, Alii à κούρη deriuant, quia Troiani ibi à mari augurum prægnantis mulieris acceperunt.

*Vacuis.* ] molestia carentibus, vel potius minus quàm Roma habitatis non ciuium plena, ut Roma vbi ob multitudinem peregrinorum & sceleratorum bonis viris locus non erat.

*Figere* ] Habitationem constituere.

*Destinet* ] Animo constituat, cogitet, deilberet.

*Cinem* ] incolam inhabitatorem vrbis Cumarum.

*Donare Sibylla* ] Sibyllæ enim sacellum Cumis erat, teste Virgilio & Solino, vnde & ipsa Cumæa dicta. Sibyllæ fuere numero decem à consiliis Deorum annuntiantibus. hoc nomen fortiter, οὐδὲν, βούλη enim Dei consilium significat. οὐδὲν, i. Διὸς Æolice.

*Ianua* ] Commendat urbem Cumas, ab ætēnitate loci. i. vrbs Cuma est introitus vel ianua ad Baias, & incundum litus, amœnissimum secessum habens.

*Ianua Baiarum est* ] ciuitas Cumarum scilicet. Baiz vrbs in Campania amœnissima, ita dicta à Baio socio Vlyssis ibi sepulto, vbi aquæ calidæ ad voluptatem, & ad sanandos morbos. Horat.

*Nullus in orbe locum Baii præluceat amœni.*

*Gratum litus.* ] Omnia Campaniæ litora amœnissima esse testatur Mela.

*Amani scossus.*] Discessus in locum solitarium, & minus frequentem animi relaxandi gratia.

*Ego Gel.*] Ego Iuuenalis vel vileram illam insulam Prochyta in Puteolano sinu, sub urbe vicinioris longe celeberrimo profero & antepono.

*Prochyta*) insulam dicit in littore Campano Baiis vicinam & solitariam, à *oxya* ita dicta, quasi Profusa. Nam inatime insula terræ motum passa hanc quasi insulam fudit. Virgilius.

*• Tum sonitus prochyta atra tremis.*

*Subura.*) Per r vnicum scribe & lege. Erat vicus Romæ sub muro terreo longe celeberrimus. Ita dicta quod fuerit sub antiqua vrbe vt Iunio placet, vel sub muro terreo, vt Varroni. Opponit hæc *Subura* enim frequentissima erat; Prochyta deserta.

*Nam quid tam miserum.*] Quem locum nunquam tam miserum & solitarium homines extra Romam vidimus, vt non prius sit Romæ viuere. & ibi continua pericula expauescere.

*Tam solum.*) Omnium hominum frequentia vacuum, desertum, inhabitatum.

*Vt non deterriat credas.*) Imo hæc sunt deterriima, vt vbiuis locorum satius sit esse, quam ibi.

*Horrere incendia.*) Quæ Romæ vltatissima, vt infra dicitur.

*Lapsus rectorum assiduus.*) Est quasi Satyræ propositio. Nam de singulis hisce agit.

*Mille pericula.*) Idem Cicer. conquestus lib. 6. Epist. Equidem nos quod Roma sumus, miserrimum esse duco, non solum quod in omnibus malis acerbissimum est videre quam audire. Sed etiam quod omnibus casibus subitorum periculorum; magis obieci sumus quam si abessemus.

*Sana urbis.*) Ita qua omnia periculosa, sæua, infensa, & infesta.

*Augusto recitantes.*) Inter vrbis incommoda, Satyrice refert etiam, Poetarum importunitatem, qui odiosi suis recitationibus obuios pœne enecabant, quod (vt etiam in initio primæ conquestus est) Augustus etiam mense, quo intensissimus calor, Poetas occurrentes audire cogebantur. Calendis Iulii propter æstum migrabant Romani. Sed nunquam adeo vrbis exhauriebatur, quin Poetz occurreres, qui recitatione te vexaret.

- 10 *Sed dum tota domus rheda componitur vna,  
Substitit ad veteres arcus madidamq, Capenam:  
Hæc vbi nocturna Numa constituebat amica.  
Nunc sacri fontis nemus & delubra locantur  
Iudeis: quorum cophinus, scenumq, supellex.*
- 15 *Omnis enim populo mercedem pendere iussa est  
Arbor, & eiectis mendicat sylua Camenis.  
In vallem Egeria descendimus & speluncas  
Dissimileis veris, quanto præstantius esset  
Numen aqua, viridi si margine clauderet undas  
Herba, nec ingenuum violarent marmora tophum?*
- 20

*Sed dum tota domus.*] Describitur iam locus vbi Vmbritium conuenerit, & allocutus sit, i. dum tota Vmbritii iam abituri domus & supellex domestica vniuersa in vnâ rhedam imponitur: ipse Vmbritius substitit mecum rhedam expectans, ad veteres arcus, vel dum iubet res suas rhedæ imponi interim constitit mecum.

*Rheda Græca.*] Notat Vmbritii fragilitatem & continentiam ac paupertatem atque cuius omnes facultates vna rheda imponi potuerunt, vt qui paucis contentus vixerit. Rheda Gallicum vocabulum, teste Fabio, quæ vehiculi genus rotam habens.

*Veteres arcus.*] Lateritios ab Romulo constructos intellige, vel arcus Horationum Tergetinorum, qui ad portam Capenam.

*Substitit.*] Stetit rhedam expectans in via Appia ad portam Capenam, vel Cumasam, vbi Proconsoles iurare solebant.

*Arceus*

*Arcum.*] Qui fiebant lapidei in modum pontis, in memoriam alicuius triumphi vel victoriæ egregiæ.

*Madidam Capenam.*] Postea arcus stillans dicebatur; nam super eam aquæ ductus.

*Martial.* *Capena grandis porta quæ pluit gutta.*

*Hic ubi nocturna.*] Egeriam Nympham intellige, de qua Ovid. Fast.

*Egeria est quæ præbet aquas Dea grata Camenæ*

*Illæ Numæ coniunx consiliumq; fuit.*

Porro Numa Pompilius maximus ille Romanorum idoloratæ, nocturnum connubiū, & colloquium se habere simulabat cum Egeria Nympha religionis causa quo armorum & prædæ studio flagrantem populum sedaret, populo autem ita persuasit. Multos inuitavit ad cœnam, hisque ante horam ductis nihil paratum ostendit; eosdem vesperi cum duxisset apparatus ostendit magnificentissimum. Auctor Diod. Id est. In hoc loco quo dixi, ubi religiosus ille Numa Pompilius, secundus Romanorum rex amicæ suæ Nymphæ Egeriæ (cum qua nocturnos congressus se habere simulabat, super religione, & colloquia) constituebat colloqui tempus supra sacris à se constituendis. Illud autem factum est in Camœnarum luco ad portam Capenam.

(periretur.

*Constituere.*] scilicet colloquendi tempus, ut maiori reuerentia religio ab ipso instituta remanere sacri fontis meminerit. Huius meminit Liuius lib. 1. Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua. Quo quia se per sæpe Numa sine arbitris velut ad congressum Deæ inferebat; Camœnis eum lucum sacrauit, quod earum sibi consilia cum coniuge sua Egeria essent. Plutarchus scribit fontem istum sacris vestalibus virginibus constitutum. Delubra Camœnarum ibi à Numa exedificata. Interest inter templum & delubrum, quod templa singulorum Deorum, ut Iouis, Martis, Apollinis. Delubra vero sunt multarum ædium sub vno tecto. Arguit autem Romanorum avaritiam, qui loca Musis consecrata & religiosa ludæis locabant. Id est. Hoc tempore religiosa illa sylva, in qua sacer fons erat & Delubra vel templa ibi constructa, ludæis locatur, quorum post excidium urbis Hierusalem tota vtensilium collectio & suppellex erat cophinus in quo victum & cibum gerebant, & fœnum ad iumentum alimentum.

*Indeis.*] Vel Christianis, qui edicto Domitiani vrbe pulsī sylvas illas inhabitare cogebantur.

*Quorum Cophinus.*] Notat sua tempora quibus etiam ab his miserimis & pauperrimis tributum à Domitiano acerbissime exigebatur.

*Supellex.*] Migrantes & errantes ludæos designat, qui semper fœni fasciculum, & cophinum vel corbæm, vas ex virgultis, secum gestabant. Pauperrimos intellige.

*Omnis enim populo.*] Id est. Quilibet minimus locus, in quo ad arborem equus alligari potest, ludæis locatur, & precium locationis populo Romano cogitur pendere. Ein jeglich Baum muß heur erwerben.

*Mercedem.*] Tributum, pensionē, immensam Romanorū avaritiæ crudelitatem perstringit.

*Iussa est.*] A senatu sordido & auaro, qui etiam à locis sanctis tributum exigit.

*Arbor.*] Lucum vel hortum intellige.

*Et ciectis mendicat sylva Camenæ.*] Acris obiurgatio in Romanorum avaritiam. Mendicat, id est, Turpem stipem à ludæis quasi mendicando efflagitat. Potest sylva pro ludæis in sylva degentibus accipi. Id est, ludæi in sylva degentes mendicant. Sic Satyra 5.

*Cum dedit ille locum, Cophino fœnoq; relicto*

*Arcanæ ludææ tremens mendicat in aurem.*

*Eiectis Camenæ.*] Quibus, ut dictū, sacrum erat nemus, Nymphis violenter exclusis & ciectis.

*Mendicat.*] turpem stipem ostiatim quærit.

*Sylva.*] ludæi sylvam incolentes.

*In Gallem Egeria.*] Id est ad Aricinum lucum ubi Egeria colebatur. Ego & Vmbritius in vallē illam descendimus, ubi erat fons Egeriæ Nymphæ, &c.

*Speluncas.*] Antra Dearum intellige, vel locum illum ubi fontes erant. Id est. Descendimus in speluncas Nymphæ Egeriæ, & Camœnis sacras, quæ iam non naturales amplius sunt, ut ante, sed arte factæ, & ita corruptæ.

*Disimileis Veris.*] Id est, Longe distantes ab illis moralibus & priscis, à natura excauatis.

M



Quas posteri expolire arte volentes profanarunt. Indignatur auctor, quod naturales illas speluncas artificioso ornatu profanauerint. Distitans illas speluncas Diis gratiores fuisse futuras, si nullo artificio adhibito naturales mansissent.

*Veris.*] id est. Naturalibus erant dissimiles, cum manu & arte factæ essent, Ars enim imitatur naturam, non præstat. Vult autem dicere, illas speluncas naturales quamuis rudes, & horridas longe sanctiores futuras, quam iam cum sint arte factæ.

*Quanto præstantius.*] Indignatur ingenuos Egeriæ Nymphæ & Camœnarum fontes non amplius esse sed arte factos, & arte potius quàm natura ornatos.

*Numen aquæ.*] Nullus enim fons perennis sine Numine credebatur Ethnicis, id est, Sanctitas aquæ propter præsentiam numinis longe esset præstantior.

*Viridi si margine clauderet undas, Herba*] id est. Si artificio naturalis fons & spelunca polluta & profanata non esset, & si herba istuc naicens circumdaret & circumsepiret, aquas fontales, virenti & herbosa extremitate.

*Nec ingenuum.*] id est. Si marmora arte ibi constructa, & polita non violarent, minnsq; religiosum redderent, topium lapidem scabrum ibi nascentem ingenuum & naturalem.

*Violarent.*] Corrumperent, minus religiosum redderent. Naturalia enim licet rudia, & impolita diuiniora credebant.

*Hic tunc Vmbritius, quando ARTIBVS, inquit HONESTIS,  
NULLVS IN VRBE LOCVS EST, nulla emolumenta laborum.  
Res hodie minor est, heræ quam fuit, atq; eadem cras  
Doteret exiguis aliquid: proponimus illuc*

25 *Ire, fatigatas ubi Dedalus exiit alas:  
Dum noua canities dum prima, & recta senectus,  
Dum superest Lachesi quod torqueat & pedibus mo  
Porto meis dextram nullo subeunte bacillo  
Cedamus patria: vident Arturini: istuc*

30 *Et Catulus: MANEANT QVI NIGRA in candida vertunt,  
Queis facile est adem conducere, flumina, portus,  
Siccandam elusiem portandum ad busta cadaver,  
Et præbere caput domina venale sub hasta.*

35 *Quondam hi cornicines, & municipalis arena  
Perpetui comites, notæq; per oppida buccæ,  
Munera nunc edunt, & verso pollice vulgi  
Quemlibet occidunt, populariter: inde reuersi.  
Conducunt foricas, & cur non omnia: CVM SINT  
QVALEIS EX HVMI, magna ad fastigia rerum  
40 Extollit, quoties voluit fortuna iocari.*

*Hic tunc Vmbritius.*] Incipit iam Vmbritius causas migrationis suæ recensere. Est enim hæc Satyra velut Dialogus; Et prima Satyræ verba sunt Iuuenalis Vmbritium iam abiturum parantem, conuenientis, & alloquentis. Hunc Vmbritium Tacitus in Galba scribit, adeo peritum auspicem fuisse, ut imperatoris eadem imminuentem prædixerit. Verum ille alius quispiam fuisse videtur.

*Hic tunc Vmbritius.*] In vallem Egeriæ postquam venimus, Vmbritius loqui incipit. *Emolumenta.*] Nullus fructus, nulla merces, doctis & literarum peritis.

*Nulla emolumenta laborum artibus honestis.*] Mit Ehrlichen Aufzrichigen Künsten kan man nichts verdienen.

*Res hodie minor est.*] id est. Postquam res opesq; meæ quotidie Romæ decrescunt.

*Modus.*

*Hodie.*) quasi hoc die. Vt res autem multa aduerbia teste Donato per e & i proferebant, dicentes tempore, & tempori, vespere, & vesperi: here, & heri.

*Atq; eadem cras.*) Est Gradatio; hodie mea res minor est quam heri, & eadem cras adhuc minor erit. Ob id breui Romæ prorsus euanesceat.

*Detere exiguu aliquid.*) id est. Meæ res quamuis in exiguis & minutis, aliquid deperdent & amittent cras, vt paulo post nihil sint.

*Illic ire.*) Cumas scilicet.

*Fatigatur.*) Longo volatu, vt pote è Creta in Italiam, vt alii in Siciliam.

*Dadalus exiit alas.*) Cumas intelligit, Fabula est notissima vel ex illis Virgilio verbis. c. *Ætæidos*. *Dadalus* *si fama est*, &c.

*Chalcidicæq; lenis tandem superastitit aros*

Id est, Cumis à Chalcidienibus conditis. Emphasis & pondus habet hæc circumlocutio; quasi dicat: Si *Dædalus* volans, & ex alto terras despicias, sibi hunc locum elegit, sipe dubio est æmanissimus.

*Ensit.*) Deposuit.

*Dum noua canities.*) Hic talis est coherrentia. Nos patria cedamus dum adhuc nouam canitiem habemus & per ætatem possumus.

*Noua canities.*) Dum capilli mei, paucis tantum canis insperguntur, id est. Dum incipio senex esse, & nondum omnino senex sum.

*Reſta ſenectus.*) Quæ rectum me patitur incedere, nondum corpus incuruans, quæ incipit anno ætatis 64.

*Dum ſuper eſt Lacheſis.*) Dum adhuc portio aliqua vitæ meæ viuenda reſtat. &c. Ex ſigmento Poetico dicit. qui ſinxerunt Deas fatales Parcas q. ad colum ſedentes, vitam humanam diſpenſare. Vt *Clorho colum porſet, Lacheſis trahat. Atropos occes.*

*Lacheſis.*) Parca à *λῆξις* ſortior, & *λῆξ* ſorte, quaſi de noſtra vita ſortiatuſ dicta: illa autem ſilum trahere, & torquere ſingitur iuxta verſum ſupra citatum.

*Quod torquet.*) Filium vitæ meæ, quod in gyrum nendo circumagat.

*Dextram ſubuenire bacillo.*) Nullo ſcipione, cui incumbam, dexteram meam ſuſtentante.

*Cedamus patria.*) dicit, non patriæ; nam patriæ cedit, qui eam infeſtam & inimicam habet, patria qui ſponte abit.

*Viuant Arturii ſillic.*) Ignobiles, & ſordidi, & malis artibus viucentes homines, & qui ex ſordiditribus diuites ſunt facti, Damnat urbem Vmbritius, quod eiufmodi Gnathones, ſectatores, & aſſeclas, & extremæ ſortis nebulones ad ſummas diuitias eueherit.

*Qui nigrum in candida vertunt.*) De talibus Ouidius dixit:

*Qui ſœpere aſſuerat, patria non degener artiſ,  
Candida de nigris, & de candentibus atra.*

*Nigrum.*) Vitia, falſa, mala intellige. Bona enim veteres albo, vel candido lapillo, mala nigro notabant Perſius:

*Ille primu creta, mox hac carbone notatſi.*

Et idem — *per me equidem ſunt omnia protinus alba.*

Et Horatius de malo. *Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto.*

*Eodem.*) Locum ſacrum conducere, & ſacris manus admoliri, vel intellige ipſos publicanos fuiſſe, & per ædem, templorum loca, vel agros intellige, qui magni conſtabant.

*Flumina.*) Integra, quæ maiori poſtea precio aliis locantur.

*Portus.*) In quibus naues precium ſtationis perſoluunt.

*Eluxiem.*) cloacam, aut lacunæ ſollarumve ſordes, ad quas ſceandas & exhauriendas ipſi quos volebant tenuiſſima mercede contentos mittebant; cum magnos ipſi ex hoc aſſequerentur redditus.

*Portandam ad buſta cadauer.*) Erant enim funeris locatores & conductores. Buſtum q. bene uſum locus, in quo mortuus combuſtus & ſepultus eſt.

*Buſta.*) Ad vſtrinam ubi cadauera cremabantur. Quo ſerui illorum portabant cadauera

comburenda. Dicit hoc, nam conducebant in honestissimorum ministeriorum gubernatione, ut nemo sine illorum consensu & ministerio cloacas purgare, aut cadauera ad rogam efferre & comburere ausus sit.

*Et præbere caput domina venale sub hasta.* ] Variè variis explicantur hæc. Aut quia tam auidi lucri sunt ut se venales exhibeant: Sic Plantus Mostellaria: *Vbi isti qui trium munerum causa subeunt sub hasta.* Aut quia soluendo non sunt se etiam vendi sub hasta in auctione pati possunt. Sic Turnebus. Aut denique, quibus facile est præbere caput seruorum venale sub hasta, vel qui publicis venditionibus præsuat, qui facile præfecturam publicæ venditionis possunt acquirere, & caput serui venalis sub hasta domina præbere, venum expositum. Quod vltimum magis probatur, nam superius de huiusmodi officiis locutus est.

*Hasta.* ] Cum publica auctione vendebatur aliquid, hasta figi solebat, quam hic dominam vocat, quod sub hasta quasi arbirio serui emerentur.

*Quondam hi.* ] Indignaturiam quod Artorius & Catulus & alii olim vilissimi tibicines & cornicines fuerint. Idque non in vrbibus sed in vilibus extra Romæ municipiis, quod illi qui olim in theatro cornicines fuerint viles, iam adeo diuites facti sunt, ut in theatro iam munera gladiatoria edant. Opponitur hoc loco *Cornicinem theatri* in municipio fuisse, & Romæ in theatro munus gladiatorum edere.

*Quondam hi cornicines* ] Symphoniaci, parasitorum cornu canentes.

*Cornicines.* ] Canentes cornu dum gladiatores in oppidis in arena vel theatro se exercebant.

*Municipalis harena.* ] Theatrorum in oppidis. Ad contemptum dicit, quod in muneribus gladiatoris municipiorum, non vrbis, operam locarent. Nam in municipiis vel oppidis, ut Fundani, Formiani, Cumani, Tusculani etiam theatra erant, notat eos fuisse gladiatores, & venatores vilissimos, qui in municipiis pugnaverant, non in vrbe. Ponitur autem harena, pro loco ipso, & pro certamine.

*Perpetui comites.* ] In ludis oppidanis frequenter & assidui erant.

*Notaq. per oppida bucca.* ) Quia enim tibicines erant in municipiis vel theatris oppidanis canere solebant, habentes buccas, quibus cornua inflabant satis notas q. d. In oppidis vrbis notum & illos cornicines fuisse.

*Munera mun. edunt.* ) Gladiatoria scilicet, & qui erant olim ministri, nunc eorum præfecti, qui operam suam olim locabant canendo in ludis oppidanis illi iam Romæ in vrbe ipsa munera edunt gladiatoria.

*Verso pollice.* ) In theatris populus pro victis & læsis interdum intercedebat, ne ab aduersario interficerentur. Interdum interfici iubebat, signum erat conuersus pollex. Verso enim pollice tollebat. fauor, contra cum fauebant, pollicem premebant. Horatius.

*Fauor Stroq. tuum, laudabit pollice ludum.*

Plinius lib. 28. *Pollices cum faueamus premere etiam proverbio iubemur.* Prudentius contra Symmachum, & Vestales quæ muneri gladiatorio intererant.

*Et quoties Victor ferrum iugulo inseris, illa*

*Delitias ait esse suas, pectusq. inersis,*

*Virgo modesta iubet conuerso pollice rumpi.*

Et Poeta Verus *ἀνὴρ ὁ*

*Sperat & in sana victus gladiator arena*

*Sit licet infesto pollice turba minax.*

Populus igitur, turba ferrugulis spectatorum, qui cum qui succubuerat ab aduersario occidi singularique volebat, pollicem vertebat, ut Munerarius, vel qui munus illud gladiatorium exhibuerit. Significat enim in ludis gladiatorii illorum munere exhibitis populi suffragio multum sanguinis esse fusum, eorumque munera admodum esse cruenta. Id est, Occidunt ipsi per suos ludos, vel occidi patiuntur in muneribus vel ludis suis gladiatorii quemlibet gladiatorem ab aduersario superatum, conuerso pollice vel fauore populi subtrahito. Ex more hoc dicit, nam populus spectans pro gladiatoribus victis, vel læsis interdum intercedebat, ne ab aduersario occiderentur. Huius signum erat pollicis pressio in manum ut diximus. Interdum interfici iubebant, huius nota erat: retro conuersus pollex. Alii legunt,

legunt, vulgus Quum libet occidunt populariter. i. Ab his populus occiditur, quos ante populus inebat & imperabat occidi.

*Vulgi.*] id est, populi spectantis.

*Quemlibet.*] Gladiatorem ab adversario victum & superatum.

*Occidunt.*] Mortis illorum causa sunt, dum munera gladiatoria edunt. Martialis in tases,

*Innocuos permittite sales, cur ludere nobis*

*Non liceat, licuit dum ingulare tibi.*

*Populariter.*] Vulgo, passim, per populum, vel potius quod populus spectans, verso pollice in ipsorum ludis, eos gladiatores occideret.

*Inde reuerti.*] à muneribus, & cæde, à ludis scilicet, si modo ludi sunt, vbi multi per ludum contrucidantur.

*Inde.*] scilicet ex cæde tot gladiatorum.

*Conducunt foricas.*] Id est vectigal stercorearium. Forire enim est foras eicere, & exonerare ventrem. Alii tabernas dicunt foro vicinas; alii vectigal vinarium, quod ex Africa in urbem vehabatur. Alii domos publico sumptu ad locandum ædificatas, quarum conductores lucra capiebant. Ego latrinas à fernis impuris exhauriendas intelligo, pro quibus ingens merces ipsi reponebatur, cum publicis spectaculis immensas opes attriuisent.

*Excur non omnia.*] Scilicet hi conducunt? Omnia enim possunt, cum fortuna ipsis faueat.

*Quales ex humilis.*] Ex humilimo & infimo loco, & quasi ex sterquilinio, ad summos honores & diuitiarum gradus.

*Extollit fortuna.*] id est, Euehit, rursus deliicit, quos fortuna rotat, versat, agit, ludit.

*locari.*] i. Ridiculum quid fine ratione agere. Tales enim vt calculi Arithmetici, modo talem, & modo obulum valent.

*QVID ROMÆ FACIAM? mentiri nescio: librum*

*Si malus est, nequeo laudare, & poscere: motus*

*& Astorum ignoro: funus promittere patris*

*Nec volo, nec possum: ranarum viscera nunquam*

45 *Inspexi: ferre ad nuptam, qua mittit adulter*

*Qua mandant, norint alii: me nemo ministro*

*Fur erit, atque ideo nulli comes exeo, tanquam*

*Mancus & extincta corpus non utile dextra.*

*Roma quid faciam?*] Ostendit se Romæ inutilem esse, cum malas aliorum artes ignoret.

*Mentiri nescio.*] Vt adulatorem & delatorem bonorum Catulus & Arturius qui hoc egregie norunt.

*Mentiri.*] id est, Nigrum in candida vertere.

*Librum si malus.*] De hac re vide Horatium de arte, & Persium Sat. i.

*Poscere.*] Librum describendum per adulationem, vel poscere ali quid pro adulatione mea.

*Motus astorum.*] vt futura prædicem. Non sum astrologus, ex illo pessimo hominum genere.

*Promittere.*] Filio illi, qui ante diem patrios inquiri in annos, vel etiam creditoti.

*Ranarum viscera nunquam inspexi.*] Alludit ad suum Haruspis officium, qui exta & viscera inspiciebāt. Id est, Non sum veneticus. Plinius inquit. *Ex rana rubra viscera: id est lingua, officulo, liene, corde mira fieri posse constat, sunt enim plurimis medicaminibus repleta.* Forte intelligit rubetam vel bufonem, indicans se non esse veneticum.

*Ferre ad nuptam.*] i. Lenocinia exercere nequeo, non sum internuntius inter adulterum & moechum, vt meo ministerio talia scelera adiuuem.

*Me nemo ministro*] i. Non possum assessor esse furis iudicis. i. Meo ductu, auspicio, ministerio, nemo furta perpetrabit.

*Nulli comes exeo.*] i. Solus Roma exeo, nemo me comitatur, quippe vbi rari boni. Et inde ego solus tanquam mancum & debile membrum ab urbe separor Romana, tanquam à corpore.

*Manens.*] Qui enim comite & amico caret, quasi altera manu destituitur, i. Quia ego me nullis aliorum sceleribus implico, propterea solus Roma exco sine illo comite. Comite, inquam, tanquam altera manu carens. Et tanquam inutile & nihili dextræ extinctæ & mortuæ membrum.

- 50 *Quis nunc diligitur nisi conscius, & cui feruens  
Æstuat occultis animus semperque tacendis?  
Nil tibi se debere putat, nil conferet unquam,  
Participem qui te secreti fecit honesti.  
CARVS ERIT VERRI, qui Verrē tempore quo vult  
Accusare potest: TANTI TIBI NON SIT OPACI*
- 55 *Omnis arena Tagi, quodque in mare voluitur aurum,  
Ut somno careas ponendaque premia sumas  
Tristis, & à magno semper timearis amico.  
Quæ nunc dimitibus gens acceptissima nostris  
Et quos precipue fugiam properabo fateri*
- 60 *Nec pudor obstat. NON POSSVM FERRE Quirites  
Graciam urbem, quamvis quota portio fecit Achææ?  
IAM PRIDEM Syrus in Tiberim defluxit Orontes  
Et linguam & mores, & cum tibicine chordas.  
Obliquas, nec non gentilia tympana secum  
Vexit, & ad Circum iussas prostare tabellas.*
- 65 *Ite, quibus grata est pietà lupa Barbara mitra.*

*Quis nunc diligitur.*] Exponit iam sceleratum crimen illorum, qui aliorum scelera explorabant, atque à sceleratis omnia postea postulabant & impetrabant, & ab illis timebantur, ne proderat illos. i. Nemo hodie Romæ diligitur nisi qui conscius est scelerati alicuius facinoris, vel qui novit maximum aliquod scelus domini vel amici sui, à quo magno honore & amore colitur ne se prodatur. Hinc Martialis:

*Vix fieri dives Bithyni conscius esto.*

*Conscius.*] qui scit secreta scelera illius, à quo diligitur.

*Et cui feruens.*] Ita dicit, quasi animus conscientia sceleris, ab altero designati ferueat, quæ nec tacere facile posset, nec tunc prodere, i. cuius animus feruens & calidus æstuat, occultis aliorum sibi soli reuelatis sceleribus.

*Feruens.*] *Wenn es cinen brennet,* de his ait Satyra 9.

—: *sed prodere malunt*

*Arcanum.*

*Nil tibi se.*] i. Nullam ipsi gratiam habebis, qui tibi honestum aliquod reuelaverit, sed qui magnum aliquod suum occultum scelus, à quo fructus & emolumenta habeas, ne prodas. i. Ille præclaro te afficit beneficio, qui sua scelera tibi reuelavit, ille enim postea tibi erit obsequens, contra autem qui honestum quid tibi reuelat, ille nihil beneficii in te conferet, vel potius ita: Ille non existimabat, quod tibi aliquid debeat, nihil etiam in te conferet, vel tibi dabit qui sua honesta secreta tibi reuelavit. Contra autem qui scelera sua tibi aperuit, in omnibus tibi erit obsequens. q.d. Tanta multorum curiosa malitia est, ut is qui rem aliquam honestam, ante occultam & secretam tibi reuelat, ille neque quidquam beneficii in te conferet nec existimabit se tibi aliquid debere. i. Nihil beneficii ab illo consequeris, cuius secreta scelera non novisti, vel qui honesta tantum non sua secreta scelera tibi reuelavit.

*Tanti*

*Tanti tibi non sit opaci.*] Nullæ diuitiæ tantæ tibi sint, ut mala conscientia eas concupiscas, dum conscius aliorum scelestorum euadis. Est autem egregia admonitio & exhortatio à curiosâ illa & scelerata malitia, ne quis huiusmodi aliorum scelera arcana scrutetur. i. Nullæ diuitiæ tanti tibi sint, quamuis amplissimæ, ut propter illas scelus amici occultum velis perscrutari, so- mino carere, tristis esse, & abiicienda & detestanda præmia ab amico tuo magno poscere, & ab illo timere semper cupias. Sic Horatius.

*Arca sum neque in scrutaberis cellis Enquam,  
Commissumque teges vel vino tortus, & ira.*

*Carnus eris Verri.*] Ostendit quod dixit simili. i. Qui nouit Verrem furem esse, illum Verres infamio pretio, quamuis inuitus habebit. Timebit ne ab illo prodatur.

*Opaci Tagi.*] Densi & turbulentius propter auríferas arenas.

*Tagi.*] Solinus in Lustrania cap. 23. ob arenas auríferas ceteris amnis prætulit.

*Quodque in mare soluitur aurum.*] Per Tagum, vel similia flumina auríferâ.

*Vi somno carcas.*] Vel dum secreta illa scelera patroni tui scrutaris, vel dum conscientia ma- la animus tuus sceleris alterius æquat, dum illud nec eloqui nec tacere potes. Hinc supra dixit:

*Et cui serueni.*

*Æstuat occultis animus.*

Porro scelerum diuitem patronorum conscii anxii erant, ne quasi secreta manifestaturi oc- ciderentur. Sat. 6.

*Ardes & odit*

*Tanquam prodiderim quidquid scio.*

Et ibidem.

*Nam res mortifera est inimicus pumice laui.*

*Poscas.*] Poscebant enim quidquid tandem uellent; Nunquam enim patiebantur repulsam.

*Tristis.*] Dum metueris & metuis. Patroni enim tales sæpe curabant è medio tolli, & illis insidiabantur.

*Magno amico.*] Senatore & nobili. Ita fit ut scelerati & prauis nunquam animo sint quieto, aut cum aliis timent aut ab aliis timentur. Timearis ne scelera eius patefacias.

*Qua nunc diuitibus.*] Alias causas subiungit quod Græci & Græcorum mores urbem per- dunt. i. Pergam iam ad illos, qui nostris Romanis sunt gratissimi, & mihi ingratiissimi, & quos præcipue fugio.

*Pudor obstitit.*] Ita dicit, nam pudendū erat urbem Romam Græcam esse factā, ut sequitur.

*Quirites Græcam urbem.*] Iterum ludit diuersis, & contrariis.

*Græcam urbem.*] Quam Romani vitis Græcorū fecerant Græcam. Nam & concumbebant Græce & dicebant, *ῥῶν ἡ πόλις*. Sat. 6. inter complexus, ut Sat. 6. dicitur.

*Quamuis quæstus portio.*] Est correctio quasi dicat; Tamen si verum fatear minima Romæ portio est turpissimæ gentis & facis Achææ vel Græcæ, Quasi dicat; Plures aliæ nationes præ- ter Græcam, iam Romam peruenerunt.

*Facis Achææ.*] Vilissimorum Græcorum.

*Leui pridem in Tiberim.*] Id est iam dudum Syri Romam peruenerunt; In Syria autem O- rontes fluminis, olim Typhon dictus, & quidem in Antiochia urbe, per quem Syros intelligit, id est, Orontes fluminis.

*Et lingua.*] Aultricem & sceleratos mores.

*Chordas obliquas.*] Rusticas, quas ribicines in oblongum tangunt, vel quod chordæ obliquæ fuerint in instrumento obliquo. Porro Syri nobiles in musicis fuisse, ut Syrius vel Syrisso abili- lis deriuatum sit.

*Gentilis symplicitas.*] Sux gentis orientalis à *συμπλῆτος*, i. uerbero. Vasa hemispherica, quæ semper bina feruntur, in quibus ab vno latere pellis extenditur, & virgula percutiuntur: Quo- rum in Cybeles sacris usus.

*Ad circum.*] Et hoc à Græcis translatum. In circo Romæ ædificium Menianum dictum, unde ludi Circenies spectabantur, in proximo stabat meretrices Menianæ dictæ; de quib. hoc loco. *Infans prostare.*] quæstus gratia.

*Ne quibus gratia est.*] Vos huc vos conferte, quibus grata & accepta est peregrina meretrix, habens mitram pictam, & coloribus variegatam in capite more gentis patriæ suæ. Est autem mitra non barbara & significat capitis ornamentum.

*Picta lupa barbara mitra.*) Meretriz Palatrina. Sytz meretrices more gentis capita mixturæ dimiebant.

*Rusticus ille tuus sumit trechedipna Quirine,  
Et Ceromatico fert visceteria collo.*

- 70 *Hic alta Sicyone, est hic Amydone relicta,  
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis  
Esquilias, dictumq; petunt à vimine collem,  
Viscera magnarum domuum, dominiq; futuri:  
INGENIVM VELOX, audacia perditæ, sermo  
Promptus & Isæo torrentior, ede, quid illum  
75 Esse putes, quemuis hominem secum attulit ad nos,  
Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes,  
Angur, schænobates, medicus, magus: Omnia novit.  
Greculus esuriens, in cælum, iusseris, ibit.  
Ad summam, non Maurus erat, nec Sarmata nec Thrax,  
80 Qui sumpsit pennas, mediis, sed natus Athenis.*

*Rusticus ille tuus.*) Indignatur his verbis quod Romani vilissimi maneat: contra exteri ad summos honores & opes perueniant. i. O Romule tuus rusticus qui à te pastore oriundus est, & ad Græcos & exteros collatus plane rusticus est. Ille nihil aliud potest quam mane *τρυφιδαν* vestimenta induere, quibus ad amicos & sportulam promerendam currat. Nihil inquam potest aliud quam clientem, vel in theatro gladiatorem agere, & ferre in collo suo Ceromate perfunctus victoriæ præmia in theatris relata. i. Romani nihil norunt quam mane ad sportulam currere, & gladiatores agere. At contra exteri qui ex omnibus orbis partibus in urbem peccerant, ad summa rerum fastigia euehuntur, Rusticus ille tuus. Romanus indigena, rusticus, rudis, & iners collatione aliorum.

*Sumit*) *τρυφιδαν*. i. Induit mane vestem cursoriam, qua ad cœnam rectam, vel sportulam promerendam currat. Sportula enim dicebatur *δαιτυλον* *ἐν τρυφιδῇ*. Currebant enim ad hanc sportulam, ut infra Satyra 5. dicitur. Et alibi.

— Cum currat nocte togatus.

Et alibi; *Scilicet hoc fuerat, propter quod saepe relicta  
Coniuge, per montem aduersum gelidasque cucurris  
Esquilias, fremeret sana cum grandine Vernus  
Iuppiter,*

Et alibi paulo post, *Et cursu Ventilar ignem.*

*Ceromatico*) Vilissimum gladiatorem agit, collo ceromate peruncto, quod vnguentum erat cum oleo & terra in speciem luti quo vnguebantur in Palæstra.

*Niceteria.*) *νικητήρια*. Vestes erant peregrinæ syllateria alias dicta, quæ victoribus datæ de collo pendeabant. Est autem *νικητήριον* victoriæ præmium.

*Hic alta Sicyone.*) Est dissimilitudinis Apodosis. i. Contra exteri & Græci præsertim ab omnibus Græciæ partibus Romam petunt, & ibi non viles clientes & gladiatores erunt, ut Romani rustici & rudes sunt & manent; sed magnarum domuum inhabitatores erunt, potentes & diuites.

*Sicyone.*) Insula teste Plinio, in mari Egeo, Epidauro alta opposita, & eminens.

*Amydone.*) Pzonæ ciuitas quæ Troianis auxilia misit, teste Homero.

*Andro.*) Prima erat Cycladum.

*Samo.*) In Ionia Chios & Samos est, teste Mela.

*Trallibus.*) Oppidum olim in Asia celeberrimum, situm in vertice quodam plano, qui promontorium naturâ munitum habet. Strabo.

*Alabandis.*

*Alabandis.* } Minoris Asiae urbs in Caria duobus montibus subiecta, ubi homines molles & paltrix multæ. Quia autem Græcos hoc loco exagitat, & de Græca urbe supra dixit, frequenter etiam Græcis vocibus utitur, ut supra vidimus Ceromatico, niceteria, Geometres, aliptes, Schoenobates.

*Æsculapiæ.* } Æsculapinus mons ubi iam templum Mariæ maioris, & Viri.

*A Vinum.* } Teste enim Festo, ibi Vinisium collis fuit.

*Viscera.* } Inhabitatores, ita ingerunt & suis artibus, ut etiam hæredes se futuros sperent.

*Ingenium velox.* } Recenset ingenii præclara dona, & artes quibus ad tantas opes perueniant. Ingenium velox ad omnia discenda, & excogitanda.

*Audacia perditæ.* } Qui per summam impudentiam apud quosvis se ingerunt, ut qui donum audaciz & impudentiz habeant.

*Sermo promptus.* } In promptu, expeditus, paratus, sunt eloquentissimi.

*Isæo torrentior.* } Isæus Orator fuit Athenis eius nominis celeberrimus, Demosthenis præceptor. Alter eo nomine Romæ eloquentissimus. Vide de hoc Plinium in Epigr. qui eam laudat, qui admirabilis Rhetor fuerit, & omnia tamen ex tempore dixerit.

*Torrentior.* } Volubilior in fluxu. *Es fleuit ihme die Xede ab tunc trasser.*

*Ede, quid illum esse potest.* } q. d. Non similis est rusticis nostris Romanis, qui tantum ad sportulam emendandam, & gladiatoriam apti sunt. Hi autem exteri Græci omnia possunt, quibus nihil est impossibile.

*Quemvis hominem.* } i. Non unus homo est, sed ad omnia promptus est & paratus.

*Grammaticus.* } i. Litteratus est, & omnes linguas perfecte novit, omnes fabulas Poeticas tenet.

*Rhetor.* } Insignis orator.

*Geometres.* } Nisi Synæresi aliqua priores duas syllabas pro una scandas, ratio quantitatis non constat, & legendum fuerit Geometra, producit enim, quod in Græco non longum.

*Pictor.* } Artificialis pictores Romæ ferme exteri fuere.

*Alptes.* } Ab Ἀλπίων. Vactor qui in Gymnasio palæstricis inungebat.

*Angus.* } qui ex garritu & animum volatu futura prædicat.

*Schoenobates.* } Funambulus, à χοῖνος, & βάσις.

*Magus.* } Vel sapiens, ut olim, vel potius incantator & veneficus.

*Esuriens.* } Paupertas enim & fames omnes artes excitat. Perit.

*Magister artis ingensque largitor.*

*Venter.*

*In cælum iussis ibit.* } Responder illi superiori: omnia novit.

*Ad summam.* } Id est, denique ne longius euager. Sic Horat. lib. i. Ep. in fine. *Ad summam, sapiens.* Quam significationem cur non viderit, vel videre voluerit, perspicax ille Lynceus.

*Craquim dicere, sane demitor.* Sic Virgilius. *Hæc summa est.*

*Non Maurus.* } Hanc sententiam esse credo: Dædalum illum volantem non Maurum, aut Thraciam ortum fuisse, sed Græcum, & quidem Atheniensem. Quorum Græcorum ingeniostratem, artes, & solentiam alii populi imitari nequeant, ne nuoc quidem. Vel hæc sententia potius. Nemo illud facere potest, quod Græcus: nullus Sarmata aut Thrax in aere volabit, sed Græcus, demum, & quidem Athenis natus.

*Non Maurus.* } q. d. Denique Dædalus, qui in cælum iuit, & qui cereis pennis per aërâ volavit, ille non fuit ex Mauritania nec Sarmatia, nec Thracia. Sed Græcus fuit & quidem Athenensis. Græcos enim hic perstringit.

*Horum ego non fugiam conchyliis? me prior ille.*

*Signabit fulvasque vero molliore recumbet*

*Aduectus Romam, quo prona est collona vento?*

*Utsque adeo nihil est quod nostra infantia cælum*

*Hausit Anensini bacca nutrita Sabina?*



*Quid, quod ADVLANDI GENS PRUDENTISSIMA laudat.*

*Sermonem indocti, faciem deformis amici,  
Et longum inuulsi collum, cernicibus aquas  
Herculis. Anteaum procula tellure tenentis.*

90

*Miratur vocem angustam, qua deterius nec  
Ille sonat, quo mordetur gallina maris.*

*Conchyliis*] Ostrinis colores, fucatas & conchyliatas vestes purpurea capicia. *Purper*  
farb Braunrot, id est, nonne profugiam ego hos, talibus vestibus indutos?

*Me prior ille signabit?*] Indignatur pessimos adulatorem, viris bonis preferri. Vbi ad testamentum obliuiscendum vocati fuerimus, ille tanquam me honorator prior signabit, & ego tanquam posterior.

*Falsusque thoro meliore.*] i. In conuiuio tanquam dignior mihi praeferretur, & honoratio loco, in supremo culcitra triclinaris loco recumbet?

*Aduectus Romanus.*] i. Qui venalis olim ex Syria Romam aduectus est, vna cum mercibus venalibus. Vel qui eodem vento aduectus est, quo aduehatur pruna. i. Qui oriundus est ex ista regione, ex qua ad nos aduehuntur pruna.

*Quo pruna, & Coctona.*] i. Vna cum mercibus Syriae Romam serui venales aduecti. Erant autem Coctona Syriae ficus peculiares.

*Pruna.*] Quae ex Damasco primum Romam nauibus deportantur.

*Quid quod adulandi.*] Tangit iam Graecorum foedam, & homine indignam adulationem, q. d. non solum sunt Grammatici, Rhetores, Geometrae, verum etiam adulatorem longe peritissimi.

*Laudat sermonem indocti.*] Hoc verè est nigrum in candida vertere, vt supra dictum est. Et quod se non posse dixit Vmbritius, cum inquit: — *Mentis nequicio.* —

*Et longum inuulsi collum.*] i. Aliquem amicum qui collum oblongum & inuulsi dum habet, vel qui imbellis est & inualidus, illum comparat cum Hercule robustissimo, qui Anteaum terrae filium procul in sublimi à tellure tenebat & superabat.

*Longum collum.*] Prolixi colli plerumque sunt imbecilliores. Ein Genschals / ein lang Hals.

*Anteaum.*] De pugna inter Anteaum terrae filium, & Herculem, vide Lucanum lib. 4. Dicit autem procul à tellure tenentis. Nam Antaeus quia terrae filius erat, in lucta illa cum Hercule, quoties terram matrem cum pede percutiebat, vires & robur quintuplex recipiebat, quod sentiens Hercules adeo procul à terra cum eleuat, vt terram amplius pede attingere non potuerit, vnde Antaeus superatur.

*Miratur vocem angustam.*] i. Cum admiratione laudat, vocem stridulam, rauicam, exilem, suffocata, imperfectam, mollem, minusque virilem, & qualem vocem Gallus maritus Gallinae habet, dum gallinam mordet ascendens.

*Gallina maris.*] i. Gallo gallinaceo. Ea vox maxime ab Oratoribus damnatur. Vide Fabium lib. 11.

95

*Hac eadem licet & nobis laudare, sed illis  
Credetur. An melior cum Thaida sustinet, aut cum  
Vxorem Comædus agit, vel Dorida nullo  
Culiam palliolo, mulier nempe ipsa videtur  
Non persona loqui: Vacua, & plana omnia dicas,  
Intra ventriculum, & tenui distantia rima.  
Nectamen Antiochus, nec erit mirabilis illic  
Aut Stratosiles, aut cum molli Demetrius Hama.*

100 NATIO COMOEDA EST RIDES? *maior cachinno*  
*Concussitur flet, si lacrymas confectis amicit,*  
*Nec dolet igniculum bruma, si tempore postas,*  
*Accipit Endromidem, si dixeris aestus sudat.*  
 NON SUMVS ERGO pares: melior, qui semper & omni

105 Nocte dieque potest alienum sumere vultum,  
 A facie iactare manus: laudare paratus,  
 Si bene vultant, si lectum minxit amicus:  
 Si strulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.

*Haccadem.* ] i. Nos Romani possimus eadem facere & laudare, sed non eodem euentu. Nam illis creditur, non nobis. *Duo cum faciunt idem non est idem.*

*An melior.* ] Laudat illos iam ironice ob histronicam, quod non solum egregii adulescentes sint, sed histrones quoque. i. An melior histrio inquam inuenitur, quam Graculus est, cum in fabula personam meretricis Thaidis sustinet, vel cum in comœdia honestam matronam agit, & representat, vel cum imitatur Dorida Nympham nudam & marinam nullo palliolo cultam & vestitam, sed Nympharum more nudam.

*Cum Thaida sustinet.* ] Cum Thaidis meretricis personam in comœdia sustinet. Indicat Graculum histrionem cuilibet personæ in Scena agendæ & representandæ aptum esse.

*Comœdus.* ] Actor comœdiarum. Histrio.

*Dorida* ] Nympham Oceani filiam.

*Mulier nempe ipsa* ] Quasi dicas, iurares ipsam non personatam esse, sed ipsam mulierem.

*Non persona* ] Vir personatus, est enim persona oris tegmen, quo Comœdi utebantur & etiam Tragedi.

*Vacua, & plana omnia dicat.* ] i. Cum audias illum mulieris personam agere, tanta id solertia facit, ut existimare possis non virum agere, sed mulierem & infra ventriculum, non inæqualitatem aliquam esse ut in viris, nullum penem esse, sed vacua & plana omnia mulieris, & tamen tantum rima, ipsius hætus fissura, distantia. Intelligit naturam muliebrem. i. Omnino illum mulierem esse iurares, tam dextre agit.

*Nec tamen.* ] Alii mimi Romani quamvis optimi sint, illic ubi Græci sunt, in nullo precio habentur. Porro Antiochus, Demetrius, Stratoles illo tempore nobilissimi mimi, Comœdi erant. Teste Quintiliano lib. 11.

*Cum molli Hamo.* ] Hamo nobilissimus & ipse Histrio, qui mollis appellatur, qui molli, fracta, & effeminata voce, mulierum personas cum maximo decore agere potuerit. De quo Sat. 6.

*Dicas hac mollius Hamo.*

*Natio Comœda.* ] agendis Comœdiis naturaliter apta, & mimica. Natio Græca plane est, Mimica, comica, histronica, *Es sein Gâuckler von Naturen.* Græci naturali quadam inclinatione ad histronicam apti sunt, adeo ut vniuersa ipsorum natio se histronica. Damnat autem his illorum adulationes, in quibus histronica & mimica multum valet.

*Rides maiore* ] Iuxta illud Terentianum. *Negat quis nego, ait, aio. Maiore* Vere dicit Poeta, Nam adulescentes omnia solent adaugere, quod & ipse Terentius expressit, cum ait Thraso: *Magnam vero gratias agere iuisti?* Resp. Gnatho. *Ingentes.*

*Flet si lacrymarum.* ] i. Quamuis non doceat, tamen flere potest, cum patroni sui lacrymas aspexit, ut mulieres,

*Ut flerent oculos erudiere suos.*

*Igniculum.* ] Ad arandum frigus.

*Accipit Endromydem.* ] id est, Vestem villosam & crassam, (qua hyeme in Gymnasis utebantur) quasi & ipse valde algeat.

*Astus.* ] i. Astus & ardore solis incalesco.

*Non sumus ergo pares.* ] Nos Romani cum Graculis, qui omni loco & tempore adulatores possunt, pro voluntate Thralorum suorum alios atque alios vultus induere.

N 2

*A facio iactare manum*] Quod adulatōres dum admirantur solent facere: Martialis de adulatōre.

— *Geminas tendis in ore manus.*

*Si bene ructant.*] Quod inciuile habetur, adulator vero ructanti gratulatur, & ructum laudat tanquam sanitatis signum. Vt nos in sternutationibus. Nisi forte hic de posteriore ructu loquitur, nempe de crepitu. Dicimus autem ructo vt hoc loco, & ructor vt apud Horatium.

*Dum versus ructatur.*

*Si lectum minxit.*] Ita lego cum Parrhasio. Sic Horatius.

*Commixxit lectum potui.*

*Si trulla inuerſa.*] Miliis interpretum inſomniis hæc ita intellige, si trullam vini ebibit, ita vt fundum inuerterit, & epoto toto vino labris sugens, crepuerit, & strepitum dederit. Quod fit cum quis in fundo spumam reliquam haurire cupit, tunc talis strepitus excitatur.

- 110 Præterea sanctum nihil est, & ab inguine tutum,  
Non matrona Laris, non filia virgo, neque ipse  
Sponsus leuis adhuc, non filius ante pudicus.  
Horum si nihil est, aulam resupinat amici,  
Scire volunt secreta domus, atque inde timeri.  
Et quoniam cœpit Græcorum mentio, transi  
115 Gymnasia, atque audi facinus maioris abolla.  
Stoicus occidit Bæream, delator amicum,  
Discipulumque senex ripa nutritus in illa  
Ad quam Gorgonei delapsa est penna caballi.  
Non est Romano cuiquam locus hic, ubi regnat  
120 Protogenes aliquis, vel Diphilus, aut Erimanthus  
Qui gentis vitio, nunquam partitur: amicum  
Solus habet, nam, cum facilem stillauit in aurem  
Exiguam de natura patriæque veneno,  
Limine summonet: perierunt tempora longi  
125 Seruitii, NVNQVAM MINOR est iactura clientis

*Præterea*] De adulatione Græculorum fœda hæc tenus, iam in illorum fœdam libidinem inuehitur: quod Romæ nulla honesta matrona vel virgo sancta, casta, & inuiolata maneat, & ita fit à Græcorum inguine, pene, & membro virili, libidine.

*Ab inguine.*] Ab ipsorum pudendis, quibus omnia conantur polluere.

*Non matrona Laris.*] i. Honesta mater familias, & domus ne tuta quidem ab illis.

*Nec ipse sponsus.*] Cui virgo desponsata est.

*Sed leuis adhuc.*] i. Glaber & imberbis, talem enim ætatem in deliciis habebant Scarabei illi.

*Ante pudicus.*] id est, antequam vel priusquam hæc pestis è Græcia in domum penetraſset.

*Horum si nihil est.*] quod polluat scilicet non matrona, virgo, sponsus, filius.

*Resupinat.*] Inuertit, curiose scrutatur. i. vniuersam domum & aulam amici patroni sui resupinat, & inquirendo singula inuertit, & peruertit. *bas/bas viden ist/oben tumbt.*

*Scire volunt secreta domus.*] De hoc scelere supra dictum est, ad illa verba.

*Qui nunc diligitur nisi conficiat, &c.*

*Atque inde timeri.*] Primum enim non cessant, donec norint. Vbi norint, ibi si à diuitibus exigantur, aut non adeo laute excipiantur, vt prius, miantur se ea reuelaturos. Inde illi à diuitibus timentur.

*Et quoniam:*

*Equaniam cepit Græcorum mentio.* ] Dixit de Græcis inter alia paulo ante, quod omnia resupinenter amicum sciscitentur, & prodant. Inuehitur iam in delatores illos Græcos genus hominum exitiosum, & pestilens. Id est. Quænam Græcorum mentio facta est, ægremiam faciamus turbam, & vulgus, de quo dixi, Græcorum prætereamus: transcamus autem & migremus, ad Gymnasia Philosophorum, ad Stoicos philosophos, sanctioris opinione vulgi, familiaris & sectæ. Est autem abolla species maioris vestis aut pallii philosophici, erat tunica suffulta, & duplex.

SAT. 4. — *Rapin properabas abolla  
Pegasus.*

*Transgymnasia* ] Notanda locutio. i. Migra ad Gymnasia litteraria indocta plebe relicta. *Audi scelus maioris abolla.* ] i. Audi scelus aliquod maioris & sanctioris vestis talaris philosophicæ, i. audi scelus aliquod Sancti, philosophi Stoici.

*Stoicus occidit.* ] Attende inuidiosam & atrocem accusationem, Stoicus delator delatione occidit Boream Soranum amicum suum, quin etiam ille senex præceptor discipulum suum prodidit, cui paternam pietatem debebat. Idque fecit Græcus, qui educatus est in ripa vrbis Tarli Ciliciæ clarissimæ, ubi Pegasus alatus vel pennatus equus lapsus *ταρῷ*, vel plantam fregit. Stoicos à professione. Nam *P. Egnatius auctoritatem Stoica secta præstebat habitum, Cui ore ad exprimendam imaginem honesti exercitii*, ut est apud Tacitum. Dicit non auctor necus fuit, sed occidit, & discipulum quidem, cui tanquam senex præceptor paternam pietatē debebat. De eodem Sat. 1.

*Magni delator amici.*

*Ad quem Gorgonei.* ] Nam ex sanguine Gorgonis Medusæ Chrysaor & Pegasus nati.

*Delapsa est penna* ] quo lapsus *ταρῷ* fregit. Nempe Stoicus philosophus *P. Egnatius* Boream Soranum discipulum apud Neronem detulit & damnauit, & ipse postea Egnatius sub Vespasiano, Musonio Rufo ipsam accusantem damnatus & interfectus est, & dignum delatoribus vitæ exitium inuenit. Vide Neronem D. ouis & Taciti.

*Repsa nutritus in illo* ] A patria crimen exaggerat. Fuit enim Tarfensis. Tarsos appellata autem est à casu Bellerophonis, quod Pegasus equus Bellerophonis in eo loco *ταρῷ* fregit, id est plantam. Id est. Bellerophonis; errauerit in campo cui nomen Aleus à re factum. Testes Dionysius Thrax, & Alexander Polyhistor. A casu autem Pegasi Tarso nomen inditum, quod innuit hoc loco Iuuenalis, innuens Egnatium fuisse Tarsensem, non (ut somniant alii) Bæotiū. Est autem Tarsos Ciuitas Ciliciæ Diui etiam Pauli patria, quam præterfuit amnis Cidnus: Cuius vrbis conditor (ut alii referunt, in Epigram. lib. 1. Epigr. 2.

*Περὶ τὴν πόλιν τὴν ταρῷ κλεισμένην πόλιν.)*

fuit Perseus, qui nomen ciuitati ex facto dedit, quia ibi vna ex talaribus pinnis ei exciderit.

*Non est Romano.* ] Vterius conqueritur nullum quæstum Romæ esse bonis, & honestis viris, ex quo tempore Græculi recepti sint.

*Protogenes* ] Non hic pius ille nobilissimus, aut alius notatur, sed suus ambitiosa & inuidiosa nomina summorum adulatorum & delatorum, qui malis suis artibus apud Imperatorem in summo honore erant. Valet enim Protogenes idem quod primi generis, Diphilus idē quod bonis, & principis amicus, Erimanthus Mathematicus, quasi contentionis vares, Græculis Græca etiam nomina imponit.

*Qui gentis vitio.* ] Id est, qui more & vitio gentis, id est Græcorum, amicum, & Imperatorem non cum aliis partitur, & diuidit, sed vult esse *προφίλος*. Græci soli volunt esse maioribus amicū sese in amicitiam principum & diuitum inuoluunt, statim alios eiiciunt & excludunt.

*Gentis vitio* ] Quasi peculiare Græcorum vitium sit nullum cōsortem admittere. Hoc enim proprium Græcorum genti vitium, amicum solum possidere.

*Nam cum facilem.* ] Id est. Cum Græculus insudit in aurem Domini patroni vel principis sui, facilem ad audiendum & credendum, modicum tantum aliquid de veneno naturæ suæ.

*Facilem stilauit.* ] Mirum enim quam nobiles illi, & diuites sint *ταρῷ*, & quam nouit, ut capidi & auidi. Stilauit, susurrando immisit.

*Exiguam.* ] Id est. Parum tantum, non multum.

*De natura Seneno.*] suæ scilicet Græci, id est, cum diuitem quasi ad suam propriam naturam efformauit, ipsiq; suos mores instillauit.

*Limine submoueor.*] Da heist es. Veteres *migrate clientes*. Ego vetus cliens (a nouo cliente Græculo recepto) domo diuitis mei patroni eiicior.

*Perierunt tempora longi Seruiij.*] Alle Wolthat ist vergessen. Id est. Quidquid officii tot annis prestiti patrono meo, id obliuioni traditur pro vili, & nihilo habetur.

*Minor est.*] i. Minoris momenti esse putatur.

*Iactura clientis.*] Leue damnum reputatur diuiti, antiquum aliquem amicum perdere & amittere, i. Nullo loco minus reputatur, damnum & iactura clientis & pauperis, quam Romæ.

*Iactura.*] summa enim erat iactura tot annorum seruitia periisse. Iactura proprie in naui periculo, cum merces è naui proiciuntur.

130 *Quod porro officium, ne nobis blandiar, aut quod  
Pauperis hic meritum, si curet nocte rogatus  
Currere? cum prator lictorem impellat, & ire  
Præcipitem iubeat dudum vigilantibus orbis  
Ne prior Albinam, aut Modiam collega salutes.  
Diuitis hic serui, claudis latus ingenuorum,  
Filius, alter enim quantum in legione Tribuni  
Accipiunt, donat Caluina, vel Catiena,  
Ut semel atq; iterum super illam palpiter: at tu,  
135 Cum tibi vestiti facies scorti placet, pares,  
Et dubitas alta Chionem deducere sella.*

*Quod porro officium.*] Conqueritur id quod itidem in prima Satyra fecit, pauperum nullum Romæ fructum, vel emolumentum esse, cum sportula & alia à diuitibus ipsis præcipiantur, qui quidem mane certatim & cateruatum, vetulas diuites, & orbas ob sportulam saluent. Sensus hic est. Porro vt veritatem dicam quodam officium nos miseri clientes, Romæ habemus, & quodam meritum, quam mercedem inde habemus?

*Blandiar.*] Blanditias faciam dicendo, nos officia demereri, & inde emolumentum aliquid habere.

*Meritum.*] i. Pauperes nullum meritum & mercedem Romæ habent, vt quæ merces ipsi præripitur, per nobiles illos mendicos per prætorem & tribunum, qui ad sportulam pauperibus præcipiendam, mittunt lictores & ministros suos.

*Si curet nocte rogatus. Currere.*] His verbis probat pauperes nullum emolumentum Romæ habere, i. Anne possunt aliquam mercedem consequi, si vel maxime togam & ægidium inducere, & ad patronum salutandum mane vel à media nocte currere curent & studeant, cum prætores per lictores & ministros suos, sportulam nobis præcipiant. Porro toga viliorum erat clientum, quam summo mane patronos ob sportulam salutaturi inducebant, vel in media nocte etiam, ne ab aliis præuenirentur. Mart. lib. 10. ad Gal.

*Mane vel à media nocte rogatus ero.*

*Cum prator lictorem impellat.*] i. Cum tribuni & prætores suis seruis sibi inuicem & nobis clientibus præuenientes præcipiant. Habebat prætor lictores 6. Consul 12. Qui cum ipsi salutatum ire volebant, seruos vel lictores qui sportulam promererebantur mittebant. Martialis lib. 3. ad Candidum.

*Exipis à nobis operam sine fine rogatum*

*Non eo libertum, sed tibi misto meum.*

*Et ire præcipitem iubeat*] Hac vestes illæ ægidium dicuntur.

*Dudum.]*

*Dandum siglanti bus orbus.]* Viris & mulieribus. His enim non ob sportulam solum salutatio blandiebantur, verum etiam propter testamenti partem.

*Collega.]* Eiusdem sportulæ competitor ad idem munus missus. Porro qui inter salutantes primi fuerant, habebantur magis intimi.

*Diuitis hic serui.]* i. Romæ tantus sportulæ amor est, ut etiam ditissimorum & tribunorum serui, & ingenuorum filii eandem appetant. Vbi obiter reprehendit, quod ingenui dum una cum servis tribunorum vel prætorum ad sportulam currunt, illorum seruorum, (reuerentiæ forte dominorum suorum) latus tegant, .i. illis ad sinistram viliori loco currant, & post illos sportulam accipiant. Notat ingenuorum & præcipuorum civium filios, etiam sportulam illam auide experire, & in hoc concursu se diuitum seruis, & libertis adiungere. Claudius latus suo comitatu stipar: aut in medium diuitis seruum mittit, aut in sinistra claudit. Vel ingenui togati, sicut seruorum comites; quod indignatur.

*Claudius latus]* id Horat. dicit:

*Vixne tegam spurio Dama latus?*

*Alter enim.]* Notat diuites illos, quæ turpiter & inhoneste petunt, turpiter etiâ & inhoneste in meretrices profundere, vel potius dementia illorum notat, qui fordide mane sportulam 100. missellos quadrantes mendicent, vesperi prodigaliter & luxuriose immensam pecuniam in vilissimâ scorta profundant. Est autem hic locus hæcenus nulli (quod sciâs) recte intellectus. Cuius hæc sententia est. Vexat diuites obiter, quorum alter est luxuriosissimus, qui tamen sportulam emendicat, qui immensam pecuniam in scorta conferant, quantum tribunorum salarium sit, pro una atq; altera veneris cõsuetudine. Alter autem frugi sit quem ironice laudat, qui cum vestita & togata meretrice contentus sit; noh nobis meretrici in publico obsequium præstare.

*Quantum Tribuni.]* Illorum solarium maximum erat, hoc opponitur vni atq; alteri consuetudini Veneræ.

*Calpurnia.]* Nobilissimis & famosissimis illo tempore meretricibus.

*Palpites.]* Obscenum hic est, quod Satyra secunda dixit:

*Cœuere, & clunem agitare.*

*At tu.]* i. Attu contra alter è diuitibus sportulam petentibus frugi es, & tua non profunda. Nam cum publica, vestita, togata, & vilis meretrix, tibi satis placeat, tu ambigis, dubitas, & detrectas Chioni nobili meretrici, bona tua conferre, & illum dum in alta sella vel lectica superbe vesta cupit descendere, detrectas eam descendentem, excipere, inq; publico obsequium præstare; Satyrice & irrisorie ipsum laudat.

*DA TESTEM ROMÆ tam sanctum, quam fuit hospes*

*Numinis Idæi, procedat vel Numa, vel qui*

*Seruauit trepidam flagranti ex ade Mineruam,*

140 *PROTINVS AD CELSVM, DE MORIBVS VLTIMA fiet*

*Quæstio, quot pascit seruos, quot possidet agri*

*jugera, quam multa, magnaq; paropside cenat?*

*QVANTVM QVISQVE sua, nummorum seruat in arca,*

*Tantum habet & fides, iures licet & Samothracum,*

145 *Ei nostrorum aras, CONTEMNERE PVLMINA pauper*

*Creditur atq; Deos, Diis ignoscentibus ipsi.*

*Da testem Romæ.]* Conqueritur Romæ patres, & tenuioris fortunæ homines, licet sint optimi, vitæ integri, & nullo crimine deformati, in nullo omnino pretio & honore esse; nullam virtutem sed solas diuitias Romæ spectari, q; vitis bonis, si pauperes sint nulla fides adhibetur.

licet Scipioni Nasicæ, Numæ vel Metello, optimis & sanctissimis viris similes sint. Producat Ro-  
mæ testem vel sanctissimum & integerrimum, &c. Nulla ipsi fides adhibetur, nisi sit diues.

*Hopes Numinis Idæi.*] Scipionem Nasicam intellige, quem propter probitatem, & integri-  
tatem, vitæ Sequatus elegit, ut simulachrum matris Deum à Phrygia allatum domi suæ haberet,  
tam diu, donec ei templum fieret. Hic est Scipio qui oppressit Tyberium Gracchum Leges agrari-  
as ferre conantem; dictus fuit corculum.

*Numa.*] Cui maxima iustitia, magna religio fuit, qui omnium testimonio sanctissimus ha-  
bitus est, vixit Romanis omnis religionis, vel Idolomanie potius auctor.

*Numinis Idæi.*] Cybeles vel Deæ Phrygiæ ex Ida Romam aduectæ.

*Vel qui seruauit.*] Lucium Metellum dicit Pontificem Maximum qui ardente templo Vestæ  
Palladium ex medius ignibus ereptum, abstulit, & caratus est. Qui cum per Latinam viam pro-  
ficisceretur, augurio corui in oculos suos inuolantis reuocatus est, & Palladium ex incendio eti-  
puit.

*Trepidam Minervam.*] Miseram Deam quæ incendium trepidaret.

*Proxiuus ad censum.*] Hæc intellige de examine testium, deq; interrogatoriis. Est autem res  
stolidissima; hoc etiam nostro tempore visitata, ut teste quærat, quam diues sit. Quasi vero  
non pauperes animi longe sæpe sint sanctiores, & conscientie suæ, &c. id est. Si quis testis adhi-  
beatur, nisi diues sit, non admittitur, & quam diues sit omnes quærunt, nemo quam bonus.

*Demoribus.*] Contra quam Cic. 2. offi. præcipit. *Sit omne iudicium, non quam locuples, sed  
qualis quisq; sit.*

*Quot pascat seruos, quot possidet agri, iugera.*] Sunt interrogatoria in examine testium.

*Paropside.*] Quam magno sumptu & apparatu, quam magno vase utatur escatio. Pro obso-  
norum lance, & vase heic ponitur, in quo obsonia reconduntur. In aliis libris parapsia legi-  
tur. Vtrumq; bene. Nam Helychius non paropsidem tantum, sed & parapsidem dici observa-  
uit. Quod ideo dico ut inter mortuum vocabulum in libris repulset.

*Quantum quisq;.*] Sic Horat. *Quia tanti, quantum habes asis.*

Sic Salustius: *Iam ante expertus sum, parum fidei miseris esse.*

Et Lucilius: *Aurum, atq; ambitio specimen virtutis viri, est,  
Tantum habetas, tantum ipse sis tantiq; habearis.*

*Inves lites.*] Id est. Si vel maxime pauper omnes Deos Romanos, & extraneos in testimonio  
vocat, nulla ipsi habetur fides.

*Iures.*] id est. Iuramento in testimonium voces,

*Samothracum.*] id est, per *ἱὺς δῶατες*, vel Diuipotes, qui in Samothrace, *ἑμεγὰς*. Illorum  
Dii idem sunt cum Romanorum. Maximum vero iuramentum habebatur, per Iouem, Iuno-  
nem, Palladem, & Penates, qui ex Samothracia Romam aduecti. Saue autem ures distinc-  
tæ Sami, ut in Synonymia Ortelii videre est.

*Nostrorum aras.*] Vt cum iurarent per Quirinum, Martem.

*Condemnare fulmina pauper.*] Quasi pauperi ob egestatem peieranti Dii non irascantur.

*Fulmina.*] Quibus Iuppiter potuiros punire creditur.

*Dii ignoscentibus ipsis.*] Ipsi dandi casus. Quasi Dii non attendant ad peccatum & scelera  
pauperum, qui ex inopia sæpe peccant, ut veniam apud Deos mereantur.

*QVOD QVOD MATERIAM PRÆBET, causatq; nocum.*

*Omnibus hic idem, si fœda & scissa lacerna,*

*Si toga sordidula est, & rupta calcens aliter*

*Pelle patet: vel si confuso vulnere crassum,*

*Atq; recens linum ostendit, non una cicatrix.*

*NIL HABET INFELIX paupertas durius in se*

*Quam quod ridiculos homines facit, exeat, inquit,*

*Si pudor est, & de puluino surgat equestri,*

155

*Cuius res legi non sufficit, Et sedent hic  
Lenonum pueri quocunque in fornice nati.  
Hic plaudat nitidi praconis filius, inter  
Pinnirapi cultos iuvenes, iuuenescq; lanista.  
Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.*

*Quid quod materiem* ] Vterius miseram conditionem pauperum Romæ exponit, quod passim omnibus deridiculo sint & ludibrio.

*Quid quod.* ] Addit alia incommoda, quæ pauperes olim ludibrio exponant ob laceras & sordidas vestes.

*Omnibus hic idem.* ] Pauper scilicet.

*Si sedit* ] Cui sordida & obsoleta penula.

*Rupta calcem alter pelle* ] i. Corio rupto apertus est, ob fissuram & rupturam.

*Vel consuto.* ] i. Si multiplex cicatrix & rupturæ vestigium, ostendit lineum filum, densum & crassum, i. Si ruptura calcei consuta sit, per crassum & recēs filum, durū cūten dīctē in vestī, sēn Gadēn. Est autem talis constructio. Si non vna cicatrix ostendit crassum lini filum, vbi vulnus consutum est. Vel non vna cicatrix ex consuto vulnere.

*Non vna cicatrix.* ] Paupertatem non vitia derident.

*Exeat inquit.* ] Theatrus scilicet. Loquitur ex consuetudine eius temporis. Dīctum in Domitianum qui Othonis leges reuocauerat, qui iussit eos qui quadringentorum Sestertiorum habebant reditus in numero equitum esse, reliquos licet viros longe optimos, excludebant.

*Si pudor.* ] Si quis modo pudorem habeat, quasi summa impudentia sit, honoratiora loca occupare, ditioribus debita.

*De puluino surgat.* ] Tristissimum est in publico irrideri, & à sede occupata explodi. *Gradus in Theatro erat à lapide: quod vel ex scito illo Aristippi Apophthegmate notum est: qui interroganti: Cui homo eruditio. Huic saltem respondit, ne in theatro lapis sedeat supra lapidem.* Sæpe etiam ex ligno erant. Vnde repetitum vt puluilli insternerentur, idq; primum senatoribus, ne nudis lapidibus vel asseribus insiderent. Postea etiam equiti concessum, vt hic videre est. Quin & pileos Theatralicos latioris marginis, ne infolatione torquerentur, Theatris inferre concessum erat. Conferuandis autem gradibus ceteri præfecti erant, vt illo tempore Lectius quidam & Occamus. Martialis.

*Quadringenta tibi non sunt Cherestrate, surge.*

*Lectum ecce venit.*

*Et sedent hic.* ] Poetæ Iuuenali, vel Vmbritio hæc verba attribui possunt, cum indignatione & Satyrismo in eos prorumpente. Verba enim hic Satyrice cum summa indignatione subterit, quasi præconis adhuc sint, quod monui ad verba illa. Sat. 1.

*Et sic palleat, &c.*

q. d. Nimirum pauperes sæpe optimi viri surgant, & cōtra sedent hic scortorum pueri in quocunque: prostibulo nati.

*Lenonum pueri.* ] Huren Kinder. Tales enim sæpe pro nobilissimis supponebātur vt Sat. 6. dicitur. Vel alias tales solent ex peculiari quadam fortuna ditissimi euadere.

*Hic plaudant.* ] Exultent in equitum sedibus, manus percutiant, laudent, gaudeant, vbi quipiam læti videant. Vel hic in 14. equitum gradibus spectet, & plausum edat filius nitidi & bene culti præconis, vel rerum venalium proclamatoris olim vilissimi, inter cultos & bene habitos iuvenes vel filios Pinnirapi, vel secutoris & gladiatoris, & inter iuvenes lanistæ vel gladiatorum magistri. Indicat autem præcones gladiatores lanistas, & alios olim ignobiles, & vilissimos malis artibus ditissimos factos esse, & illorum filios equites esse factos, & in theatro in gradibus equestribus sedere: Tenuioribus viris optimis explosis.

*Praconis filium* ] Nullis præcipuis maioribus ortus, cuius pater rerum venalium præco fuit.

*Pinnirapi cultos iuuenes.* ] i. Inter Iuuenes retiarii. Galeas cristatas vel pinnas in Galeis gladiatorum Samnites habebant. Cum iis compositi retiarii reti suo, aduersarii caput inuoluere, & vel terram trahere conabantur. Inde pinnas vel cristas rapiebant, & tanquam victores inctabāt.



Hinc Lucilius. *Cum septem incolumis pinnis redit ac recipit se.*

Oraabatur autem pinnis pavonum. Recte autem pinnitapex exponitur retarius, qui pinnam & summitatem galeæ Myrtilionis appetebat, & se piscem qui in ea erat petere clamabat.

*Culos iuvenes.* ] Per filios intelligit filios illorum qui olim vilissimi gladiatores, & eorum ministri fuerant qui sceleribus ad censum equestrem peruenerant.

*Iuuenesq; lausile.* ] Principis gladiatorum qui gladiatores erudiebat.

*Othoni.* ] L. Roscius Ocho legem theatralem tulerat, ut pauperes, & serui separarentur à ditibus, & ne quis in quatuordecim gradibus spectaret, cui non esset census equestris.

160

*QVIS GENER HIC PLACVIT, censu minor, atq; puella*

*Sarcinulis impar? quis pauper scribitur hares?*

*Quando in consilio est Edilibus: agmine facto,*

*Debuerant olim tenues migrasse Quirites.*

*HAUD FACILE emergunt, quorum virtutibus obstat*

165

*Res angusta domi, sed Roma durior illis*

*Conatus: magno hospitium miserabile, magno*

*Sernorum ventres, & frugi cenula magno.*

*FICTILIBVS CENARE PVDET, quod turpe negavit*

*Translatus subito ad Marfos, mensamq; Sabellam,*

170

*Contentusq; illic Veneto duroq; cucullo.*

*Quis gener.* ] Recenset alia pauperum incommoda, quod virgines omni virtute contempta, nulli pauperi nubere, vel quod pauperi cuidam nullus filiam suam elocare velit. Nam diuitias tantum spectant, cum filia sponsus eligendus est. *Rebus Themistocles consultam; Virum homo & iro pauperi, an minus probato filiam suam collocaret: Ego inquit, malo Virum sine pecunia, quam pecuniam sine iro. Sapientius item Pericles Imperator, vel Antigonus Rex, qui duobus filiam cum ambientibus, quorum alter diues & imperitus erat, alter pauper, & studiosus, elocauit eam pauperi inquit, illum qui diues fieri possit, maiorem esse, quam qui iam est.*

*Sarcinulis.* ] Ornamento muliebri, non & quales diuitias habens. Possunt etiam sarcinula pro opibus intelligi. Id est Dori, qui sponsæ diuitiis impar est.

*Quis pauper scribitur hares.* ] In testamenti tabulis. q. d. Nemo.

*Quando in consilio.* ] Nam pauperes non solum parum pii habentur, verum etiam parum sapientes, ideo ad consilia non adhibentur.

*Quando in consilio est Edilibus.* ] Quando pauper cum Edilibus est in consilio? Nunquam. Magistratus de re aliqua cognituri, aut consultaturi sibi aduocabant, quos in consilio haberent Ouidius.

*Curia pauperibus clausa est, dat census honores.*

*Agmine facto.* ] i. iam dudum merito pauperes Quirites Romam reliquissimus, & alio migrassemus, & Coloniam in aliam regionem eduxissimus, cum iam Romæ tam misera nostra sit conditio.

*Haud facile emergunt.* ] Quam sæpe summa ingenia in occulto latent! quæ res angusta & tenuis caput exferere, & emergere non permittit. Sic ille in Emblemate

*Ingenio poteram superas solitare per auras,*

*Ni me paupertas inuida deprimeret.*

*Emergunt.* ] Ex obscuro ad dignitates euehuntur.

*Virtutibus.* ] Ingenio, excellentiæq; naturæ.

*Sed Roma durior illis.* ] i. Vbiuis locorum ita comparatum est, ut pauperes non facile emergant. Sed Romæ ille conatus emergendi longe durior & difficilior est, vbi summo precio etiam vilissima comparantur.

*Durior conatus.* ] Quia Romæ ingens annonæ caritas, omnia etiam vilia magno constant.

*Magno*

*Magna hospitium miserabile* ] Constat scilicet, vel conducitur.

*Magna servorum Ventres* ] Aluntur scilicet.

*Et frugalis magna.* ] i. Frugalis, parca, & pene famelica cœna, Romæ non nisi magno pretio comparatur.

*Fœdibus cenare pudes.* ] Notat multorum splendidam Romæ miseriam, qui cum essent miserissimi tamen ambiciosi erant, & pauperes videri nolebant. Egregiè Seneca. *Magnus ille est qui fœdibus sic vitur, quemadmodum argento: nec ille minor est, qui argento sic vitur, quemadmodum fœdibus.*

*Translatus subito* ] Curium Dentatum intelligunt, de quo in principio Satyræ secundæ dictum. Ille post tot victorias, tot ex hostibus deuictis triumphos. Legatis Samnitum aurum offerentibus, cum ipse in foco rapas torreret. *Malo hac inquit in fœdibus meus esse, & aurum habentibus imperare.* Vt sic, de improvviso ab aratro Romam vocatus, Dictator creatus ad triumphalem dignitatem, quam de Marfis & Sabellis deuictis reportavit, translatus esse intelligatur. Sunt autem Sabelli à Samnitibus quos Curius deiecit. Sic hæc specialiter de Curio Dentato & Scipione interpretantur. Sed satius est generaliter ita interpretari. Ille qui Roma repente vel subita mutatione, ad Marfos, vel Sabellos Italiz populos transfertur, minime putabit id turpe. Ibi enim modestius vivitur, ubi nulla ambitio. Et ubi turpe non ducitur fœdibus cœnare. Miserissimi profecto, qui pauperes cum sint, divites videri volunt. Et quid miserius in mundo pauperes superbo, & elato? qui neque habet neque petere audet. Hoc profecto ambitiosa miseria; & misera, si quidquam aliud, ambitio.

*Contentusq; illic* ] Alii P. Corn. Scipionem intelligunt, sed satius est nullum intelligere, & de illis interpretari, qui Roma aliò ad Marfos, Sabellos, vel alios migrant, ubi modestior & parcius vivendi ratio.

*Veneto cucullo.* ] Crasso habitu quo Veneti piscatores olim vsi. Vel Veneto marini coloris, è crasso panno Vestimento: Venetus color marinis fluctibus similis.

*Cucullo.* ] i. Tegmine similis vel indumento-capitis, rustico & nautico, quo vinitores, piscatores, & milites utebantur.

*Pars magna Italia est, si verum admittimus, in qua*

*Nemo togam sumit, nisi mortuus, ipsa dierum*

*Festorum herbofo colitur si quando theatro*

*Majestas, tandemq; redit ad pulpita notum*

175 *Exodium, cum persona pallentis hiatum*

*In gremio matris formidat rusticus infans;*

*Aequalis habitus illic, similemq; videbis*

*Orchestra, & populum: clari velamen honoris*

*Sufficient tunica summis Edilibus alba.*

180 *Hic ULTRA VIRES HABITVS nitor: hic ALIQUID PLVS,*

*QVAM SATIS EST, interdum aliena sumitur arca.*

*Commune id vitium est: HIC VIVIMVS AMBITIOSA*

*PAUPERTATE OMNES. quid te moror? OMNIA ROMÆ*

*CVM PRETIO. quid das, ut Cossum aliquando salutes?*

185 *Ut te respiciat clauso Veneto labello*

*Ille metit barbam, crinem hic deponit amari*

*Plena domus libis venalibus, accipe, & illud*

*Fermentum tibi habe. prestare tributa clientes*

190 *Cogimur, & cultis augere peculia servis.*

*Pars magna.* ] Laudat iam Vmbrius vitam modestam, in oppidis, & ostendit longe facilius esse ibi vivere, ubi nulla sit ambitio, De vitiis extra Romam intellige, quod

meam posteriore interpretationem valide confirmat. Extra Romam enim in Municipiis, non ille typhus in victu, & amictu, in vestibus, qui Romæ. *Et in quibus (ut Martialis dicebat) summa quies erat; quippe ubi togulam vix inducere solebant.*  
Idem Martialis lib. 1.

*Vixisti vitam semper Line municipalem*

*Qua nihil omnino dulcius esse potest.*

Plinius ad amicum qui rure agebat: *Quousq; regnabis? Quousq; vigilabis cum Sotus? dormies quamdiu Sotus? quousq; calces musquam? toga ferata? liber totos dies.*

*In quam nemo togam sumit.*] Quam Romæ quotidie inducebant, cum patronos salutarent.

*Bie hey uns der Mantel.*

*Nisi mortuus.*] Ritus condendi funus talis erat. Cadaver mortui cubiculo efferebant, & in vestibulo ædium ad ianuam collocabant, & ita quidem, ut corpus mortui foras spectaret, & facie pedibusq; esset in publicum versus. Fortassis eo situ abitione postremam significantes. Deinde ei in Græcia amictus, pallium erat, in Italia toga, quæ alba, & quantum fieri poterat honestissimæ, in vulgo vulgaris toga, in magistratibus prætexta.

*Ipsa dierum.*] i. Quando dierum festorum dignitas, & maiestas colitur vel ornatur Theatro, vel ludis theatralibus. Simplicitas in spectaculis municipalium commendatur. i. si quando solennitas dierum festorum in Municipiis, & urbibus extra Romam colitur, sit illud non ambigose marmoreo aliquo, sed herbois & frondentibus ramis, exornato theatro. Est autem talis sensus. Maiestas, celebritas, vel solennitas dierum festorum, quando in municipiis extra Romam celebratur, non in marmoreo, sed virenti, & herboso theatro, è viuo cespite factis, & arborum frondibus & ramis ornatis, & finitis fabulis ridiculum illud carmen exodium, ad recreandos spectatores in publico recitatur. Et cum infans rusticus, talibus spectaculis non aduersus, in gremio matris sedens horret, & formidat, rictum & oris aperturam deformem personæ laruatæ & pallentis: Ibi, inquam, in spectaculis nulla est ambitio, omnia sunt æqualia, vestes, & habitus. Romæ omnia contra sunt.

*Herbofo theatro.*] Herbis enim cespitibus & frondentibus ramis, faciebant sibi similitudinem amphitheatri in oppidis.

*Tandem.*] Ita dicit nam finitis fabulis demum Exodium recitabatur.

*Ad Pulpita.*] Hic enim recitabatur, i. Demum spectaculis & ludis comicis, & tragicis finitis exodium notum, vel exodiarius ad pulpita venit, & in fine ludum intrat, & ridiculis verbis & gestibus, quicquid lachrymarum, & tristitiæ ex Tragicis coegissent, huius spectaculi risu detegeret. Hinc Sat. 6.

*Rusticus exodio risum monet Atellana*

Et Lucilius. *Principis exitus dignus, exodiumq; sequetur.*

*Exodium autem* in his Atellanis fabulis diuerbium vocatur, quod post Tragædorum & scæna exodon sequatur, vel exitum. Exodiarii hi ridiculi demum iotrarent.

*Notum.*] tritum, visitatum, singulis annis repetitum & recitatum, ob id ait:

*Redi.*] pro rediit, ultimam syllabam ob synopen producit.

*Tandem.*] Alii interpretantur post annum. Mallet ego tandem finitis seuerioribus ludis, & spectaculis:

*Ad pulpita.*] in quibus sedebant carentes sua ridicula exodia.

*Cum persona.*] Exprimit qualia illa fuerint. Cum personati viri horrendam formam, & obscenam vocem rusticus infans, qui talia nondum vidit, trepidat & formidat. Sic Stryanæ apud Homerum armati patris Hectoris terribili specie visa in horruit, & se in nutricis suam conuoluit.

*Hiatum.*] i. Laræ deformem rictum, & oris aperturam. Cine grausame larue.

*Pallentis.*] Laræ enim horribili colore solent imbui.

*Illic.*] In oppidis extra Romam.

*Similem orchestram.* C. S. *populum.*) Romæ omnia aliter.

*Orchestra.*) æqualiter exornatum spatium, in quo saltat Pantomimus, nec, ut in Theatro, alia loca vulgo Romæ, honoratiora equitibus, honoratissima Senatoribus, sed in oppidis omnia loca cunctis spectantibus similia erant. Ab *orchestra* i. saltu.

*Clari Velamen.* ) i. Edilibus vel magistratibus in summo honore constitutis, qui senonæ & ludis præstant, tunice albe, ibi saties sunt; quæ tunice ibi sunt velamen vel vestis, in indicium dari honoris & magistratus.

*Sufficient tunica.* ) Id est summi ædiles, qui illis theatris municipalibus præfecti sunt, in æquum summum honorem, & officii tunicas albas gestant, usque contenti sunt. Erat autem albus color dignissimus, & libertatis proprius.

*Hæc ultra vires.* ) Antapodosis dissimilitudinis. i. Contra hic Romæ omnia superba sunt, & ambitiosa, & quidem supra opes & facultates, ultra quam facultatum sustinere vires possunt, nimis vestium nitore & cultus. i. vestitus splendor maior adhibetur, quam facultates & opes sustinere possunt. Ubi cines ieglichen vermügen.

*Plus quam satis.* ) Vestes aurum splendide, nimis hoc verum est etiam in nostra civitate, & aibi, denique ubique.

*Aliena arte.* ) Mutuato alieno ære, unde sibi emant tam pretiosas vestes, vel furto etiam ablatæ, elegantiore habitu sibi quam fas erat, comparant, vel etiam quod vestem alienam conducant. ut infra de Ogulnia dicitur. *Et spectet ludos conducti Ogulnia Gessam.*

*Commune id vitium.* ) Omnibus & singulis tenuioribus der eimer will dem andern nicht nach geben.

*Ambitiosa paupertate.* ) Elegantissime, si quisquam alius architectis vitatur. Sic i. Satyra dicebat. Lorum lordes. Et 2. S. craticos Cinzdos.

*Nete morer.* ) id est denique.

*Omnia Roma cum pretio.* ) i. Nihil Romæ gratis alicui contigit, nam magnæ omnia comparantur, ut superius dixit.

*Quid das.* ) Ianitoribus scilicet ut intromittaris, ad salutandum Cossam, virum illum nobilem, & ex præcipua familia oriundum: nimirum dimidium lucri vel sportulæ ianitoribus dare cogis.

*Vite respiciat.* ) Fabricius Veiento vir nobilissimus, quod multa probrosa in patres composuisse, tandem codicillis & libris suis famosis exustis, à Nerone Italia expulsi est. Cæterum adeo superbus erat, ut salutantes vix respicere, nedum alloqui dignaretur, quod hoc loco indicat. De hoc & hains coniuge, Satyr. 6. dicitur.

*Ille metis barbam.* ) Ille intellige de clientibus, qui ut in gratia dominorum patronorum manerent, pueris à dominis in deliciis habitis, & catamitis omnis generis officiis palpabantur, id est, ille, ut se in domini aut patroni gratiam insinuet, eius servis, aut pueris primum officium, aut muneribus sibi deinceps, servi barbani condit, pueri amati, & quem in deliciis dominus habet, crinem admittit. Et quia dies ille lætus, quo crines & barba deponeretur, munera & liba illis mittunt. Et miseri clientes, ut in domini gratia sint, servos muneribus, & officiis palpare coguntur.

*Metis barbam.* ) De servo intellige grandiori. Nam Catamiti imberber erant.

*Cremem hic deponit amati.* ) De Cinzdo puero intellige.

*Plena domus libu venalibus.* ) Erat delictarium ex melle, oleo, farre, quale maneris loco mittebatur, cum alicuius dies natalis erat, vel eum aliquis deonderetur.

*Accipe & illud.* ) Conqueritur quod miseri clientes tanquam tributarii singulis annis diuitum servis munera cogebantur offerre. Audi etiam illud malum ob quod merito stomacheris & indigneris.

*Præstare tributa.* ) i. Nos patronorum servis sumus tributarii, & ipsi quotannis certam pecunie summam dare cogimur.

*Cultri.* ) in deliciis habitis, & bene vestitis, Quippe festo die servis munera donare cogimur, ut ad dominos salutandos admittamur.

*Peculia.* ) i. illa bona quæ extrâ potestatem dominorum peculiariter habeantur, in quæ bona pecuni nullum ius erat. q. d. Servi nostris pauperum muneribus discesunt.

*Quis timet, aut timuit gelida Præneste rinam*

*Aut possis nemorosa inter iuga Volsinii, aut*

195

200

*Simplicibus Gabiis, aut proni Tyburis arce?  
 Nos urbem colimus tenui tibicine fulam  
 Magna parte sui, nam sic labentibus obstat  
 Villicus, & veteris rima contexat hiatum.  
 Securos pendente iubet dormire ruina  
 Vivendum est illic, ubi nulla incendia, nulli  
 Nocte metus, iam poscit aquam, iam frivola transfert  
 Vcalegon: tabulata tibi iam tertia sumant,  
 Tu nescis: nam si gradibus trepidatur ab imis  
 Vltimus ardebit quem tegula solat tueri  
 A pluvia, molles ubi reddunt ova columbae.*

*Quis times aut timuit.*) Laudat commoda aliorum oppidorum, extra urbem, & assidua incommoda, & pericula urbis Romæ detestatur, ut erant assidue ruinæ & incendia, à quibus qui extra Romam Præneste, Volturni vel Gabiis, vel qui Tibure habitabant, immunes essent.

*Præneste.*) Oppidum Tuscorum situm & ob id gelidum.

*Gelida.*) Ad urbem refer, non ad Præneste quod neutrius generis. Sic Virg.

*Præneste sub ipsa.*

Vel artificialiter positum est, intelligiturque sub vrbe gelida.

*Ruinam.*) i. Periculum. Ruinam veteris ædificii, qualia ædificia Romæ erant ferme omnia.

*Volturni positis inter iuga nemorosa.*) In Hetruria inter montium colla, sub vertice existentia, arboribus undique cincta.

*Simplicibus Gabiis.*) non dolosis, non ornatis. In via Prænestina siti erant.

*Proni Tyburis.*) Vrbe in præcipiti posita. Quia in declivi longe ex intervallo montis positum videntibus ruenti simillimum erat.

*Nos urbem colimus.*) Antapodosis dissimilitudinis. Contra Romæ ædificia maxima ex parte vetusta sunt, & fulta, assidue ruinam minitantia.

*Vrbem.*) i. Domos in vrbe veteres, & ruinosas.

*Fulam tenui tibicine.*) i. Exili & facile fracto sustentaculo ex rigno, sunt autem tibicinee columellæ, quibus ruiturum ædificium sustentetur.

*Nam sic labentibus obstat Villicus.*) i. Illis ædificiis quæ alias laberentur nisi illis fulcro & sustentaculo subveniretur. i. Sic ruinam minitantibus ædificiis, rusticus occurrat, & villicus ob id ex agro in urbem vocatus.

*Et veteris rima.*) Rimas testudinæ, aut parietis veteris ædificii, modica calce perfundit, & inquilinos iubet manere, tanquam ruinam restaurasset, donec aliquando ruina opprimantur. Divites Romani ruinosas domus locabant, qui cum viderent ruinam imminere, rusticum vel villicum ex agro àvocabant, ut trabem ferret, fulciret, reficeret.

*Contexit.*) Modica calce interrupta contexit, & rursus coniungit.

*Securos pendente.*) i. Postea Villicus quasi omnia probe restauravit securus est, & nos iubet dormire, pendente & assidue imminente ruina vel lege securos. i. iubet securos nos iam esse, de ruina & confidenter dormire.

*Vivendum est illic.*) Pergit ad alia incommoda frequentia scilicet incendia Romæ, quæ alibi non metuantur.

*Nulli nocte metus.*) Vbi nihil opus est ut quis nocte metuat: vbi aliquis securus dormire queat.

*Iam poscit.*) id est, Nam Romæ modo Vcalegon, vel quiuis civis incendium passus est, a quam ad ignem restringendum poscit, modo pauper frivola, & vilia suæ pauperis suppellectilis, ex incendio erepta alio transfert.

*Vcalegon.*

*Vclegen.*] Vt solet, ad Virgilium alludit. *Iam proximus ardet Vclegen.*

ponitur pro ciue quouis. Porro in cœnaculis & tabulatis inquilini habitabant tenuiores.

*Tabulata tibi iam tertia fumant.*] Id est contignationes superiores, in quibus tu inquilinus habitas, indicat domum diuitis multis contignat onibus excellentiam.

*Tabulata tertia*] Ita ait, nam diuitiores superiorem ædium partem inquilinis tenuioribus locabant, quæ cœnacula dicebantur, vt inferius dicitur:

*Rarus Venit in cœnacula miles.*

Imam autem partem sibi reuinebant. Omnium tenuissimi autem cœnacula vel tabulata tegulis proxima habitabant.

*Mortalis:* *Es scilicet habito tribus sed aliis.*

*Fumant*] i. Tertia habitatio vel contignatio domus, in qua tu habitas, iam tibi fumat, & incendium concepit noctis tempore, idque te ignorante, & forte dormiente.

*Tu nescis.*] Tu miser in quiline in superiore contignatione habitans, dormis.

*Nam si.*] Stab ima domus parte ignis incipiat, & si in ima domus parte, ob incendium homines urepudiant. Hinc illud:

*Nam tu ardes agitur paries cum proximus ardet.*

*Quem tegula.*] Tenuissimi cœnacula tegulis proxima conducebant.

*Molles columba.*] Veneres & salaces, quæ gaudent superiori loco domuum.

*Lectus erat Codro Procula minor: Vrcœolifex,*

*Ornamentum abaci: nec non & paruulus infra*

*Cantharus, & recubans sub eodem marmore Chiron,*

*Iamque vetus Græcos seruabat cista libellos,*

*Et diuina Opici rodebant carmina mures.*

*Nil habuit Codrus, quis enim negat? & tamen illud*

*Perdidit infelix totum nil: ultimus autem*

*Ærumna cumulus, quod nudum & frustra rogantem*

*Nemo cibo, nemo hospitio, tectoque inuabit.*

*Si magna Arctur Iccidit domus: horrida mater,*

*Pullati proceres, differt Vadimonia Pretor.*

*Tunc gemimus casus urbis, tunc odimus ignem.*

*Ardet adhuc, & iam accurrit qui marmora donet,*

*Conferat impensas: hic nuda, & candida signa:*

*Hic aliquid præclarum Euphranoris, & Polycleti*

*Phacæsanorum vetera ornamenta Deorum,*

*Hic libros dabis & forulo, mediamque Minervam.*

*Hic modium argenti meliora, & plura reponit,*

*Persicus orborum lautissimus & merito iam*

*Suspectus, tanquam ipse suas incenderit edes.*

*Lectus erat Codro.*] Exemplo Codri, quod dixit, declarat. Quod scilicet misera pauperum Romæ sit conditio. Sensus est. Codrus Poeta erat pauperissimus. Erat illi quippe paupercula suppellex, lectulus brevis, vel breuior Procula coniuge sua breuissima. Erant ipsi præterea sex vrcœoli, vel parua vascula ad aquam hauriendam, erant ei ornamentum & decus Abaci vel repositorii, & paruulus cantharus vel vasculum anatum ad potandum infra abacum erat, & sub abaco pendebat. Et opus Chironis in medicina, ad quam artem potissimum Codrus inopia coactus contulerat, iacebat sub eodem marmoreo abaco.

*Ornamentum abaci.*] q.d. Egregium ornamentum Satyrice & irrisorie: Sic supra dixit Satyra 2.

*Artem Arunci spoliū.*

*Et recubans sub eodem marmore Chiron.*] Vel statuum Chironis Centauri intellige, vel opus Chironis de arte Chirurgica, sub abaco repositum. Quem abacum marmoreum Ironicè & ioculariter dicit. Fuit enim Codrus pauperrimus.

*Iamque vetus.*] Cista iam vetus conseruabat auctorum Græcorum libros, quibus Codrus Poeta ante studuerat.

*Et diuina Opici rodebant.*] Forte indicat hunc Codrum missa Poetica (nam Poetæ huius statim in prima Satyra mentionem fecit, ubi eum raucum appellat) se ad medicinam contulisse paupertate coactum, iamque libros Græcos & Poetas abieciisse, & diuina sua carmina Opici muribus rodendos abieciisse.

*Opici.*] Barbari, inuidi, obsecrati, osci, qui non abstinebant à re tam diuina. Irrisorie & Ironice dicit. Opici Barbari & doctis carminibus infesti. Sat. 6. *Opica castigat amica Verba; & nixus* de iis dicitur qui imperite loquuntur, & frædam vocem habent. Erant autem Opici *apiphetici* nefandæ libidinis & ligurritores. Inde à lingendo Opicos mures dixit. Glossarius ab Heculgarus legit apici.

*Nil habuit Codrus.*] q.d. Summarum summa est, parum habuit Codrus, aut nihil habuit.

*Quis enim negat.*] q.d. Nemo negare potest, ipsum longe fuisse pauperrimum.

*Perdidit infelix totum nil.*] Suam paupertatem omnem, quæ nihili esse videbatur, prodidit incendio miser & infelix.

*Vltimus autem.*] Longe miserrimum fuit incendio suam paupertatem perdere, sed longe miserius fuit, quod rursus à nullo homine subleuabatur. Non enim tam miserum est in calamitates incidere, quàm à nullo hominum subleuari.

*Ærumma cumulus.*] Incrementum aggregatum, & quasi summa.

*Nudum.*] Qualis ex incendio euasit.

*Et frustra.*] Veteres aduerbia in a terminantia, etiam interdum corripuerunt. Ruffus Festus in aratro.

*Ima Gehennæ cæli, luxit dum frustra frequenter.*

Et Serenus: *Curaque nil prodest, nec ducitur ultra cicatrix.*

Melius tamen frustra legitur, pro frustis panis, & fragminibus.

*Testoque.*] Cogebatur miser sub dio cubare. Exprimuntur mira Romanorum erga pauperes inhumanitas.

*Si magna Arcturi.*) Antapodosis dissimilitudinis. q.d. Tum in misericordes & inclementes sunt erga pauperes & calamitosos. Verum si diues aliquis Arcturius vel Carulus incendium patiat, siue domus ruat, omnes certatim ipsi opem ferunt, omnis ciuitas eius casum dolet.

*Si magna Astyrii*) Pauperi si damna patiatur nemo subuenit, diuiti inquit omnes. Astyrius, ut alii, Arcturus vel Arturus pro diuiti & nobili. Arcturius huius supra meminit, cum dixit:

*Vinant Arcturius illic. Et Carulus.*

*Magna*) splendida, superba, magnifica, emineas.

*Horrida mater.*) Roma scilicet, quæ tanquam mater filii, casum luget, & in lugubri veste squalida est.

*Pullati proceres.*) Nigris vel pullis vestibus induti, primores, primates, patres conscripti, Seniores.

*Differt Vadimoniam.*) Sponsiones, fideiussiones, quibus mala plurima dilatis, euenire possunt, & denique omnes causas forenses in alium diem differt, publicum iustitium, tanquam in publica calamitate, indicitur.

*Tunc geminus casus Urbis*) quasi vnus Arcturi calamitas ad totam urbem pertineret.

*Tunc odimus ignem.*) Non solum incendii, verum etiam nostri foci, quod lugentes obseruare solent.

*Arcturi*

*Ardet adhuc* ] Dum Arcturii domus adhuc ardet, statim præsto est aliquis qui ei marmo-  
 ad nouum ædificium extruendum conficit, ad reedificandam splendidam & regalem do-  
 mum. i. Dant materiam ad nouam domum, dant ornamenta nouæ domus, dant argenti ad  
 faciendos sumptus.

*Conferat impensas.* ] Domo adhuc ardente conferunt, vt noua restauretur.

*Nuda.* ] Non fucata, sine tegmine, ex vna materia, vel imagines nudo rum corporum ad vi-  
 uam excitatis in Pario lapide vel marmore ad ornatum.

*Candida signa.* ] Statuas marmoreas.

*Expectantem.* ] Ille teste Fabio, in pingendo & fingendo fuit artificiosissimus, in Polyclete  
 statuario summa diligentia, & decor fuit.

*Phecasiatorum.* ] Pro Phecasiatorum, vexex Phecasis calcistis. Sic Cic. lib. 9. Epist. 6. faml.  
 Menianus Ioppiter pro Meniato dixit. Est autem Phecasisum teste Hesychio calceamentum ru-  
 sticum, Deorum igitur Græciæ & templorum ornamenta Iuuenalis significat. Nam in templis  
 erant tabulæ pictæ, æque signa. Alii legunt Hic Asianorum, vt intelligamus præclaras statuas  
 & imagines Deorum ex Asia Romam deportatorum.

*Hic liberos dedit.* ] i. Omnis generis supellestem necessariam ad ornatum & cultum.

*Et forulas* ] Thecas, capsulas, conditoria librorum.

*Mediam.* ] Non integram, & perfectæ staturæ, sed dimidiatam tantum & vsq; ad umbilicum.  
 Ein Brustbild.

*Hic modum argenti* ] quæ mensura erat librarum 44.

*Meliora & plura repensit Persicum.* ] Notauit Romanos in beneficentia erga Arcturium, iam  
 idem dicit de Persico, qui illo tempore sine liberis erat, & ditissimus. Ob id hereditatæ Vultu-  
 res ita ipsi palpabatur.

*Repensit.* ] Refarcit, reparat.

*Persicum.* ] Ditissimi orbi nomen: dicunt alii eo nomine pro diuitie vsum esse, quia Persæ diui-  
 tes fuisse etiam quod Arcturius, de quo supra, Persa fuerit.

*Orbium lautissimum.* ] i. Inter omnes illos, qui liberos hæredes non habent.

*Inspectus.* ] Sic Martialis de Tongiliano:

*Empta domus fuerat tibi, Tongiliane, Lucentia  
 Abstulit hanc nimium casus in Urbe frequens.  
 Collatum est decies. Rogo non potes ipse videri  
 Incendisse tuam, Tongiliane, domum?*

*Si potes auelli Circensibus, optima Sora  
 Aut Fabrateria domus, aut Frusinone paratur,  
 Quanti nunc tenebras vnum conducit in annum?  
 Hortulus hic puteusque brevis, nec recte mouendus  
 In teneras plantas facili diffunditur haustu.  
 VIVE BIDENTIS amans, & culti Villicus horti,  
 Vnde epulum possis centum dare Pythagoreis.  
 EST ALIQUID quocunque loco, quocunque recessu,  
 Vnius sese dominum fecisse lacerta.  
 Plurimus hic ager moritur vigilando: sed illum  
 Languorem peperit cibus imperfectus, & herens  
 Ardenti stomacho. NAM QUÆ meritoria somnum  
 Admittunt, MAGNIS OPIBUS dormitur in urbe  
 Inde caput morbi, Rhedarnum transiit arcto*





*Vicorum inflexu, & stantis conuicia mandra  
Eripiunt somnum Druso, Vitulisq; marinis.*

*Si poter anello.*) Indicat iam in oppidis extra Romā, optimam habitandi rationem emi posse, illo precio, quo Romæ non domus quidem vilissima conducī poterat. i. Si vana & inanis delectatio ludorum Circensium, te non adeo in vrbe delectat, vt ab illis auelli queas, optima domus illo precio tibi comparatur Soræ, &c. & municipiis aliis Italix, quo precio Romæ tenebrosam tantum domum ad vnum annum conducis. Est autem hic notanda oppositio.

Extra Romam	{ Optima domus. Emitur, In totam vitam.	Romæ	{ Tenebrosa domus, Conducitur, In vnum annum.
Eodem pretio			

*Anello.*) quasi per violentiam. Nam ciues Romani illo tempore teste hoc Iuuenale.

— *Duas tantum res anxij optabant.*

*Panem & Circenses.*

Vsq; adeo studio spectaculorum insaniebant. Sat. 6. de Hippiā:

*Vsq; magis stupeas ludos. Paridemq; reliquit.*

Et Sat. 8. *Qua saturant urbem circo, scenæq; sacantem.*

*Sora.*) Sora vrbs non longe ab Arpino, Tullii patria.

*Frusinone.*) Vrbs Frusino in via Latina, quemadmodum & Fabrateria. Vel, vt Probus ciuitatis Campanix nomen.

*Tenebras.*) Pro tenebrosa domo, aut vili habitatione.

*Hortulus hic.*) Non tam profundus vt recte aut chorda exhaustiendus sit, sed manuali haustu.

*Puteusq; breuis.*) id est. Breui spacio ab horto distans vel non profundus.

*Nec resse monendus.*) Puteus vnde non funibus aut villo labore aqua exhauritur, sed manus possit eam attingere. Puteus brevis, propter propinquos amnes.

*In teneras Plantas.*) hortorum scilicet, facili haustu diffunditur & irrigatur.

*Teneras plantas.*) quæ irrigatione non indigent.

*Vine bidentis amant.*) i. ibi prohibitu iucundissimam agriculturam exerce, hortatur ad agriculturam.

*Bidentis.*) Sarculi lignei, aut ferramentorum rusticorum. Quod autem de oue interpretatur non placet, Paulo enim post meminit Pythagoreorū qui ab omnibus animalibus abstinebant.

*Vnde.*) i. Ex quo horto centum Pythagoreis epulum dare possis. Illi enim olera cruda vel elixa tantum comedebant, & à carnibus abstinebant.

*Lacerta.*) Exigui agri, aut hortuli, vbi lacertæ commorari & apricari soleant, per Metonymiā posuit contentum pro continenti. Sensus est; Ex vrbe migrans quocunq; te receperis, optimū putato domicilium, vbi tuam habeas domum & hortum tam exiguum, vt vix vna ipsum discarnat lacerta.

*Plurimus hic ager.*) Subrexit alia vrbs incommoda, quod ob perpetuum strepitum, diurnum & nocturnū in plateis & foro nemo dormire queat, quod ob id multi ægroti assidua infomnia vel vigilia pereant. Satius est inquit quoquo modo extra urbem viuere, quā vt in vrbe tot molestiis premaris. Martialis.

*Ocia me, somnusq; inuas, qua magna negauit  
Roma mihi.*

*Cibus imperfectus.*) Indigestus, non concoctus. Nimirum qui recte concoqui nequit, ob assiduas vigilias, & ob id crudus & indigestus, ardenti & febricitanti stomacho adhæret.

*Harg.*) Stomachus enim cibum non absoluit, antequam concoxerit.

*Ardenti stomacho.*) quem ardorem efficiunt cruditates, dum cibis ob assiduas vigilias concoqui nequit.

*Nam qua meritoria.*] i. quæ officinæ Romæ admittunt somnum, vel permittunt aliquem dormire?

*Meritoria.*] In quibus mechanici opus meritorium exercent, vel tabernæ quæ labore mercedem promerentur.

*Magnis opibus.*] i. Diuites facile dormire possunt, sed ubique misera pauperum est conditio. i. Si quis Romæ noctu dormire velit, magnas opes exponat necesse est, vel magnarum opum illum precium dare oportet, qui vult habitare in loco aliquo quieto, & habere tranquillum cubiculum, hoc vult; quod à magnis & potentibus dominis vicinis tabernis silentium magno precio imponatur, ita ut somnus magno precio constet.

*Inde caput morbi.*] Quod nemo ibi dormire queat.

*Rhedarum transitus arcto.*] i. Curruum fragor, & strepitus in angustis platearum locis, & mutua maledicta mandræ & mulonis, qui ducit mandram vel mulorum gregem rhedam trahentium. Vel ipsi Druso, homini omnium somnolentissimo, & vel ipsis marinis vitulis, quibus nullum animal arctiori somno premitur, somnum eripiunt, nedum ægro alicui.

*Arcto vicorum inflexu.*] Nam vici vel regiones adeo oblique Romæ erant, ut difficilem vehiculorum, uasculum prohiberent.

*Es stantia cunctia mandra.*] qui subsistere cogitur: hoc loco pro mulione qui alterum à quo impeditus erat maledictis incescit. Proprie autem mandra mulorum est multitudo, qui olim vehicula trahabant.

*Druso.*] Sui temporis hominem maximè somniculosum obiter notat.

*Vitulisq; marinis.*] i. phocis, quibus nullum animal grauiore somno premitur, teste Plinio lib. 9. Virg.

*Sternunt se somno diuersi in littore Phoca.*

240 *Si vacat officium: turba cedente vehetur  
Dinus. Et ingenti curret super ora Liburno  
Atq; obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus  
Namq; facit somnum, clausa lectica fenestra  
Ante tamen veniet. nobis properantibus obstat  
Vnda prior, magno populus premis agmine lumbos,  
245 Qui sequitur: ferit hic cubito, ferit assere duro  
Alter, at hic tignum capiti incutit, ille metreta m.  
Pinguia crura into, planta mox undiq; magna  
Calcor, & in digito clauus mihi militis hæret.*

*Si vacat officium.*) Pauperes ubiq; impediuntur. Si autem Consuli aut diuiti officium faciendum, præmittit qui viam faciant, officium, nuptiæ, pompa, deductio, vel alia celebritas.

*Si vacat.*) Exponit iam, quanta commoditate & celeritate, diuites Romæ quo velint, peruenire possint, contra quantis molestiis & difficultatibus tenuiores pedites incedentes in plateis premantur.

*Turba cedente Vehetur.*) In lectica vel sella gestatus, à seruis baiulis, idq; omni populo locum dante, utpote diuiti.

*Et ingenti currit super ora Liburno.*) Liburnum magnam lecticam dicit, quasi nauem & eius baiulos Liburnos. Est enim nautis species à Liburnis populis, vel intellige de lectica & grandibus à Liburnia seruis, i. à grandibus à Liburnia seruis lecticariis in sublime eleuatis, super ora & capita aliorum alte elatis currit, & velociter vehitur.

*Atq; obiter legit.*) Ibi in lectica sua potest per viam quæ vult agere, idq; interea dum illum locum petit, quo vocatur.

*Namque facit somnum.*] Clausa erat vndique lectica, nisi quod fenestra quædam in ea ad prospectum. Ex ipsâ velo siue linteo tegebantur quod dimouere seu deducere licebat, pro voluntate videntis. Aufidius Bassus de morte Ciceronis. *Cicero paululum remota velo, postquam amatos vidit, ego vero confisso, ait, accede vos, rano, assi hoc saltem potes recto facere, incide cernicem.*  
*Ante tamen venies*] id est citius perueniet, quo voluit, quia ei ceditur. Est Tmesius. Ille stans, legens, scribens, dormiens citius eò, quò voluit perueniet, quam nos tenuiores, vel maxime festinantes.

*Nobis properantibus.*] i. Contra si nos tenuiores aliquo properemus, turba, quæ ante nos est illa nobis obstat, quæ post nos, illa nos premit & molestia afficit.

*Obstat vnde prior.*] Vnde pro populo, ad modum vnde diffuens vel populi multitudo stans ad officium. Nisi legendum potius turba prior.

*Premis agmine.*] Impellit, premit, urget, multitudine agminatim incedente. i. Illi qui ante nos sunt, nobis obstant, & qui post nos sunt, illi nos premunt, urgent, instant. i. à fronte & à tergo, nobis in plateis molestæ. Plane ut apud nos fieri consuevit in portis, cum fontes ad supplicium educuntur.

*Cubito.*] Dum lecticam portat, manu ad asserem lecticæ admota.

*Affere duro.*] Pro amice lecticæ, lecticarios intellige, vel asserem pro ligno eminente, quo lectica continetur. Græcis ut est in Glossario Henr. Steph. *δινδισ*. Sic Sat. 7.

*Perque forum iuuenes longo premit asserem duro.*

**Martialis:** *Ut Canisifinasus nostro Syrus asserem fudit.*

Asserem pro ipsâ lectica dixit.

*At hic tignum.*] Lignum longius, trabem, quam per plateam gestat.

*Metretam.*] Vas quod amphoram capit. Capit 10. sextarios. Sextarius 6. congios.

*Pinguis crura luto.*] Cœcose, obscœna, turpia immunda. i. Calcar vel tibiale clauosum militis, equo insidentis, digito mihi infigitur.

*Magnus planta*] Fo: tassus ingentis cuiusdam baiuli, vel totius multitudinis.

*Clausus mihi militis haret.*] Milites vtebantur in tibialibus multis clavis fabricatis, vnde hærent vestimenta, aut calciamenta clavis infixâ. Iuuenalis Sat. vii.

*Cum duo crura habeas offendere res caligatos  
 Nulla clauorum.*

250 Nonne vides quanto celebretur sportula sumo,  
 Centum conuina: sequitur sua quemque culina.  
 Corbulo vix ferret tot vasa ingentia, tot res  
 Impositas capiti, quod recto vertice portat  
 Seruulus infelix, & cursu ventilat ignem.  
 Scinduntur tunica sarta, modo, longa cornuscas  
 255 Serraco veniente abies, atque altera pinum  
 Plaustra vehunt, nutant alte, populoq; minantur.  
 Nam si procubuit qui saxa Ligustica portat  
 Axis, & euersum fudit super agmina montem,  
 Quid superest de corporibus? quis membra, quis ossa  
 260 Inuenit? obtritum vulgi perit omne cadaver  
 More anima. domus interea secura patellas  
 Iam lauat, & buccâ foculum excitat, & sonat vultis  
 Strigilibus, & pleno componit linæa gutto.  
 Ille inter pueros vario properantur: at ille

*Iam sedet in ripa, totumq; non itis horres  
Porthmea, nec sperat cenosi gurgitis alnum.  
Infelix, nec habet quem porrigat ore tridentem.*

*Nonne Sides quanto.*] Diuitum Romanorum gulam, & sportulæ desiderium iterum infestat, & seruiorum miseriam exponit. Doctissimus Turnebus sportulam hic vel 100. quadrantos non intelligit, sed sportulam, quæ quod initio in sportula dabatur, id nomen meruit vnde *Gracilis dicitur eo arveia*, vel cena in calathis appellatur.

*Celebratur.*] i. Quanto studio petatur.

*Fumo.*] i. x. dicit, quis enim obsonis in cenam in sportula datis, subiciiebatur, ne frigescerent. i. Quanto igni obsonis subiecto, vel festinatione, apparatu, studio.

*Centum conuiuia.*] Illi qui sportulam acceperant, de illa conuiuium sibi faciebant.

*Sequitur sua quamq; culina.*] i. Vnusquisq; sua pulmenta in commune conuiuium confert, vel potius centum cientes suat vel conuiuii vnius domini diuitis sportulam dantis, vel centum dicientes à diuitibus sportulam petunt, & vnumquemq; sequitur supplex culinae varia qua obsonia varia data excipiunt, in ollis, & ignem ipsis subiciunt in sportula tanquam culina. Putat autem vltimos dominos salutes suos patronos, qui seruos cum dominis & ollis igni & culina post se habuerint: vel quod per suos sportulam petierint qui vna vasa & ignem & ollam secum gestauerint.

*Corbulo Six strret.*] De illo Tacitus lib. 13. *Corpore ingens, verbis magnificus, super experientiam, sapientiamq; etiam specie inanimi validus.* Alii dicunt Athletam fuisse, alii genus nauis.

*Tot vasa ingentia.*] Vniuersam fere culinam.

*Quas recto vertice.*] i. Erecto & eminente vertice, ne ius obsoniorum effundatur.

*Et cursu.*] i. Tam velociter currit, ut ignem currendo ventilet, & exfuset lebeti suppositum.

*Ignem.*] Qui obsonis ne frigescerent supponebatur: suppositum lebeti, vel paropsidi.

*Scinduntur tunica.*] Seruorum tunica paulo ante confusa scinduntur & dissecantur, tanto ore, vel ab aliis prementibus, vel stipantibus.

*Longa cornuscat.*] Exponit pericula quæ à vehiculis obueniunt.

*Sarraco.*] Sarracum vehiculi genus fortissimum, quo ligna & lapides vehantur. *Est Bloctwaen.* i. Valido vehiculo vel Sarraco veniente, vel obuiam procedente, longa arbor abies illi vehiculo imposita, respundet, & ex intervallo cornuscat.

*Altera.*] Vicina sarraca vel plaustra.

*Natum alte.*] Illa Sarraca vel plaustra celsæ contremiscunt, vel potius proceræ arbores in ipsa.

*Alte.*] Nam in altis illis vehiculis tales trabes vehantur.

*Mmanetur.*] Exitium scilicet ruina vel casu.

*Nam si procubuit.*] i. Si axis vel currus subuersus, auersus, prostratus, vel fractus fuerit. i. Si mat & homines prætereuntes ruina vel casu obruat.

*Saxa ligustica.*] Ex Liguria in Apenninis montibus inter Galliam & Hetruriam sita, vbi Latomi multi saxa incidentes. Probas ait: Ligustica nomen Insulæ.

*Exersum montem.*] i. Saxa, montis partem vna cum plaustro prostrata, & agmina populi prætereuntes obruentia.

*Montem.*] Saxum montis partem, vel saxum ingens montis instar.

*Quid superest de corporibus.*] scilicet hominum, plaustris & taxis obrutorum. q. d. nil, frustra est, quia frustrillarim obteruntur.

*Obtriturum vulgi perit omne cadaver.*] i. euanescit, & ad nihilum redigitur omne cadaver, & amplius non appareat.

*Mare anima.*] Non Iuuenalis fuit Epicureus, quod vel ex præcedenti patet Satyra, & sequenti; nam paulo post dicit: oppressi animam in ripa sedere, &c. Sed hic sensus: Sicut anima è corpore auolat, & non videntur, ita cadavera minutatim concisa obtruntur, vel ita corpus frustum contritum oculorum fere aciem effugit.

*Satira.*] Lanæ, paropsides, quibus sportulam volunt excipere, sed qui adferre debebat

perit. i. Familia eius, cuius cadauer contritum, nil sciens de morte conferui, secuta aduentum sportulæ exspectat, & patellæ futuræ cœnæ lauat, & bucca vel oris spiritu ad ignem focum excitat.

*Excitat.* ] Exfufcitatur, viuificat.

*Sonat vultus strigilibus.* ] Strigil inter alia lauantium ferreum instrumentum ad radendū corpus. sudoremq; tergendum. Soliti autem veteres priusquam comederent lauare: quare venturo domino ad balneum necessaria parabantur. Alii dicunt strigiles velaria esse, vnde Athletæ post laborem striguntur. Tranquillus scribit *Ostianum etiam laſſe cutem nimio strigili vsu.* Et quia strigil primam corripit, legunt strigilibus &, vt sit Procelestmaticus.

*Et pleno.* ] i. Ordine posuit lintea quibus madida corpora sicceatur, idq; gutto vel vasculo ex cornu, vnde oleum guttatim diffilat, olei pleno.

*Vultu.* ] Oleo perfusus.

*In ripa.* ] Acherontis & Stygis.

*Tetrumq; nonicum.* ] Illa autem de nouo iam recens accedens, cum horrore exspectat terribilem & immanem portitorem & transuectorem Charontem.

*Portitorea.* ] Accusatiuus Græcus à *πορτῆς*, quod non carinam hoc loco significat, vt quidam arbitrati, sed portitorem Charontem.

*Nec sperat.* ] Quia inhumati non credebantur traici, sed 100. annos errare: deinde naulum non habebat. Ergo ait ipsum nauem non sperare, qua traiciatur.

*Cenosi gurgitis.* ] Lutosi, immundi, fœdi fluminis Acherontis vel Stygis.

*Hac interpueros.* ] scilicet diuitis, in domo, vel talia ministeria inter pueros domesticos properanter fiunt, & ad futuram cœnam properantur.

*At ille iam sedet in ripa.* ] Ille miser & infelix seruus, à plaustris faxis obrutus. eius, inquam, anima, cuius cadauer ita contritum & insepultum iacet, ille in ripa Acherontis sedet, transuehi cupiens, sed non tradendus. Nam quorum corpora insepulta sunt, illorum animas 100. annos inter cœlum & terram errare credebatur. Virg. 6. *Æneid.*

*Alnum.* ] Cymbam Charontis ex alno.

*Trientem.* ] i. Non habet tertiam assis partem, quam ore ipsi Charontj nauti loco exhibeat.

*Quem porrigat ore trientem.* ] Solebant Athenienses mortuis uinum vel trientem in os immittere, vel sub linguam ponere, ne errarent apud inferos, sed Charonti stipem vel naulum, aut precium tractus dare posset. Virgilius.

*Hac omnis quam cernis inops inhumataq; turba est.*

*Respice nunc alia, ac diuersa pericula noctis:*

*Quod spatium tectis sublimibus, vnde cerebrum*

270

*Testa ferit, quoties rimosa, & curta fenestris*

*Vasa cadunt, quanto percussum pondere signent,*

*Et ledant silicem, POSSIS IGNAVVS haberi,*

*Et subiti casus impronidus, ad cœnam si*

*Intestatus eas: adeo tot facta, quot illa*

275

*Nocte patent vigiles, te prætereunte, fenestre.*

*Ergo optes, Votumq; feras miserabile tecum,*

*Vt sint contentæ patulas defundere pelues.*

*Respice nunc alia.* ] Recitatalia Romæ incommoda, quod nocturno tempore ex altissimis fenestris testæ, & pelues plenæ immunditiarum, vna cum testis in prætereuntium capita proiciantur.

*Noctis.* ] Emphatice, dixit enim superius de diei incommodis.

*Quod spatium tectis sublimibus.* ] i. Quale & quam altum spatium è sublimibus tectis in terram. i. Quantum à cœnaculis est spatium vsq; in terram à quibus sublimibus tectis testa aliqua decedens, prætereuntium caput vel cerebrum ferit & percutit.

*Sublimi-*

*Sublimibus.* ] Nam in cenaculis ipsi lecto vel tegulis proximis, ipsi inquilini habitabant.

*Rimosa aut curus.* ] Fractæ testæ, aut earum partes. Curta, mutilata, curtata, sine fundo aut ansa.

*Quanto percussum pondere signent.* ] Ita dicit, quia moles illa friuolorum vasorum, in pavimentum siliicibus stratum decedens, pæne siliicem frangebatur, vel saltem magnum vestigium in illis relinquebat. Ob id ait signent.

*Possis ignavus.* ] i. Parum industrius & circumspexus Romæ merito haberi possis, si nocturno tempore Romæ ad cœnam eas, & prius testamentum non condas, tanquam moriturus.

*Ignavus.* ] Nimium supinus, tui securus.

*Es subito casus improvidus.* ] i. Qui tales casus subitaneos antea non mediteris, qui tamen Romæ sunt frequentissimi.

*Intestatus es.* ] Ad cœnam vocatus tanta pericula subiturus prius vel ante testamentum non facies.

*Adco tot facta.* ] Nam ex singulis fenestris aliquid deiici potest, quod prætereuntem interimat.

*Vigiles.* ] In quibus cenaculis inquilini adhuc vigilant.

*Ergo optes.* ] miserabile. Miserum enim est, orare, ut vrina aut immundicia perfundaris, ne in universum occidaris.

*Vt sint contenta.* ] Fenestræ scilicet, ut patulas & capaces pelues effundendo tantum euacueas, ut una etiam ipsas pelues deiicias.

*Ignavus.* ] Ineptus, negligens, inutilis, tui tuorumq; nimis prodigus.

*Tot facta.* ] tot mortis genera, tot pericula.

*Vt sint contenta.* ] ut è fenestris stercore tantum perfundaris, quod in peluibus, quâ alio generi pondere feriaris. Alii defundere pro deorsum fundere.

*Ebrius ac petulans qui nullum forte cecidit*

*Dat pœnas, noctem patitur iugentis amicum.*

180 *Pelesda cubas in faciem, mox deinde supinus.*

*Ergo non aliter poterit dormire? quibusdam.*

*Somnum rixa facit, sed quamvis improbus annis*

*Atq; mero servuens, cautes hunc, quem coccina lana*

*Vitari iubet, & comitum longissimus ordo,*

185 *Multum præterea flammæ, & ænea lampas.*

*Me quem luna soles deducere, vel breve lumen.*

*Candela, cuius dispenso & tempero filum.*

*Contemnit, misera cognosce proœmia rixæ,*

*Si RIXA EST, VBI tu pulsas, ego vapulo tantum.*

190 *Stat contra, stansq; iubet, parere necesse est.*

*NAM QUID AGAS, cum te furiosus cogat & idem.*

*Fortior? unde venis? exclamat? cuius aceto,*

*Cuius conche tumes? quis tecum sectile porrum.*

*Sutor & elixi veruecis labra comedit?*

195 *Nil mihi respondes? aut dic, aut accipe calcem.*

*Ede, ubi consistas, in qua te quero proscencha?*

*Dicere si tentes aliquid, tacitusve recedas*

*Tantumdem est, feriunt pariter. vadimoniam deinde*

*Irati faciunt: LIBERTAS PAVPERIS HÆC EST*

200 *Pulsatus rogat, & pugnis concisus adorat.*

*Vt liceat paucis cum dentibus inde reverti,*

*Ebrius.*) Aliud in commodum, discurrunt petulantes & ebrii, lasciuientes & vniūq; molesti & graues; qui tenuiores obuios percutiant, & nisi aliquem percusserint, dormire nequeunt.

*Petulanus.*) Lasciuienter vnumquemq; molestant.

*Qui nullum.*) Lego quia nullum, id est. Quia ille nocte neminem percussit, dormire non potest, & ob id talem noctem calamitosam patitur qualem Achilles habuit, cum mortem amici sui Patrocli lugeret ab Hectore occisi. Vide vltimum librum Iliad. Homeri.

*Dat penas.*) Est in luctu & dolore, quod neminem percusserit.

*Pauit noctem lugentis amicum.*) Perdat. Id est, Achilles qui audita morte amici carissimi Patrocli, cum quo apud Chironem educatus erat, ab Hectore interfecti nactus est, in somno tota nocte fuit, nec potuit quiescere. Sic petulans hic nebulo. Vide Homerum 24. Iliad. Vnde desumpti sequentes versus.

*Cubat in faciem, mox deinde supinus.*) Describit illos, qui noctis tempore ob res molestas obiectas in omnia vexantur.

*Ergo.*) Indignatio. Itane vero nebulo ille perditissimus aliter dormire non potest, nisi prius aliquem percusserit?

*Ergo non aliter poteris dormire.*) Nisi per malum & damnum alterius aliquem percusserit?

*Quibusdam somnum rixam facit.*) Iuuenis luxuriosi libentius dormiunt, si aliquem ceciderint, id est. Quidam non nisi post rixam dormire possunt, qualem rixam postea describit.

*Sed quamuis.*) i. Et si ianior est, & ob illam ætatem improbius, & petulantior, & licet etiam ebrius sit, & vino ferueat, tamen a magistratu & ditionibus obuiam factis, ne & ipsos petulantes incurrat, abstinere didicit.

*Improbis annis.*) Propter iuuenilem ætatem quæ proteruior.

*Coccinea lana.*) Quæ utebantur diuites, purpurea, vel coccinea, purpurea chlamys. *Erit Obteroc.*

*Es comitum.*) Habebant enim diuites & magistratus in comitatu plurimos seruos & clientes.

*Flammæ.*) Faces multæ prælatæ.

*Ænea lampas.*) Candelabrum ex ære Corynthio, quo etiam Tribuni utebantur.

*Me quem luna.*) i. Contrā me Umbritium hominem pauperem contemnit, floccificat, contumelia afficit, verberat, pulsat.

*Luna.*) Pauperes enim vel ad lunæ lumen domum petebant, vel candelis, auctore Festo utebantur.

*Candela.*) Candelis teste Festo tenuiores & pauperes utebantur.

*Cuius dispenso.*) Iudicat suam temperantiam, & fugalem Parsimoniam, cuius candelæ papyrum temporibus parior, ut duret dispenso, dispono, tempero, ne aut citius ardeat, & extinguatur vel etiam dispenso, ne id crassius ardens subito lucernam loco euacuet.

*Misera.*) Id est. Operæ precium est, considerare exordium nostræ rixæ vel pugnæ.

*Pramus.*) Alii præcemia Id est, Præludia, exordia in certamina rixæ.

*Vbi in pulsus.*) luxuria illud Terentii: *Ego vapulando, ille verberando, Vsq; ambo defessi sumus.* Rixæ autem est inter litigantes & equaliter se defendentes. In rixæ enim & pugna equaliter inter se contendunt.

*Etiam fortior.*) Monet ergo recte Hesiodus,

Νῆπιός ὅς γ' ἐφίλησ' αἰχίαν καὶ σάκος ἀνὰ πτελέων

Νικῶς περὶ τὴν αἰχίαν αἰχίῃσι ἄλλα πύχει,

*Nam quid agas.*) Quid agere debeas vel possis. Sic enim non pareas in maiora incidis incommoda.

*Cuius aceto.*) Cuius vappam pauper & famelicus bibisti. Pauperi insultant ubi cum miseris mendicis, vinum vilissimum & acetosum bibisti? Ita dicit ex lasciuia ac pecculanti malitia, cum quo te vilissimam vappam bibisti, vel cum quo conchem vel vilissimam fabam viridem comedisti?

*Cuius concha tumida.*) Cuius faba inflatus es. Est enim conchis fabæ species.

*Faba*

*Faba.*] quæ cum corticibus suis elixa sunt.

*Qui sutor tecum.*] Non capitatum sed sect. le porrum comedit. Id est, quis homo pauperri-  
mus tecum porrum sectum, & labra vel caput veruecis vel arietis castrati elixi & bulliti comedit. Eiat autem hic cibus vilis & miserorum.

*Scitile porrum.*] Folia porri vel condimentaria intellige. Porrum in frugali & pauperis mensa apponebatur.

*Verueci labra.*] I. Veruecinum caput. Antiquitus in Apophoretis mittebatur caput Veruecinum inter cetera munera. Ebrius igitur aperte interrogat, sciens hoc esse in usum muneris, & pauperis.

*Nil mihi respondes.*] Verba nebulonis petulantis ad pauperem.

*Aut dic.*] Quod ex te quero. responde quod rogo.

*Dic ubi consistas.*] i. Ede & eloquere ubi habitas.

*Profuscha.*] Locus ubi mendici stipem petunt, & victitant, à *profuscha*. Erant autem illo tempore ludzorum fana ita dicta, & loca ubi mendici conueiebant. *Im welchem bettelhause vorheßstu dich.*

*Dicere si tentes aliquid.*] Perinde est siue aliquid loquare, siue taceas, nam siue hoc, siue illud facias vapulare te oportet. Si hoc loco pro siue ponitur. Sic apud Ennium:

*Hac est illa dies qua maxima gloria sese*

*Ostendit nobis, si vivimus, siue morimur.*

*Tantumdem est.*] Perinde est, eodem recidit.

*Ferimus pariter.*] Siue moreris, siue abeas, siue loquare, siue taceas te vapulare necesse est.

*Pariter.*] Vnanimiter, vniformiter, æqualiter.

*Vadimonis.*] Postea cum probe pugnis contuderunt, insuper accusant quasi iusti & prouocati illud fecerint. Vel fidei iuraciones faciunt, ne aliquando rursus ab illis quos læserunt, offendantur. Vel ita. Postea, quando petulantes hi nebulones male aliquem multarunt, iratos se simulant & vadimonis vel fidei iuracionem exigunt, de non offendendo, vel vadem à te antequam te abire sinant, exigunt pro iniuria, quam à te accepisse simulant.

*Libertas pauperis.*] Ironia, indignatione plena.

*Rogat.*] Veniam petit. Exprimitur maxima & intolerabilis molestia.

*Nec tamen hoc tantum metuas, nam qui spoliat te  
Non deerit: clausis domibus, postquam omnis ubiqz.*

*Fixa catenata siluit compago taberne.*

305 *Interdum & ferro subitus grassator agit rem,*

*Armato quoties tuta custode tenentur*

*Et Pontina palus, & Gallinaria pinus.*

*Sic inde huc omnes, tanquam ad vinaria currunt.*

*Nec tamen hoc tantum.*] Aliud incommòdum, spoliatio, & rapina. q. d. nō solum Romæ metuendum ne vapules, sed etiam ne spolieris.

*Clausis domibus.*] i. Postquam domus meritorie clausæ sunt, & nemo in auxilium, iniuriam & vim patienti venire potest.

*Postquam omnis ubiqz.*] i. Postquam noctis tempore, omnis compactio & coagmenratio ex asseribus tabernæ meritorie, catenis munitæ fixa, firma, satis tuta, & clausa silentium fecit, in tempesta nocte.

*Fixa catenata.*] i. Postquam meritorie clausæ sunt, & compago ex asseribus tabernarum, catena munita est, quia catenas grandes ferreas per singulos asseres inducebant.

*Siluit.*] Silentium fecit, qui diurno strepitu & maximo, vicinis molesti erant, vt supra dictum. Nam quæ meritoria somnum admittunt.

Q



*Compage.)* Compactio, Compositio, coniunctio, coagmentatio, conglutinatio, combinatio ex asseribus in taberna meritoria.

*Taberna.)* Caupona, vel Apotheca. Taberna à tabulis vel asseribus dicta.

*Interdum & ferro.)* Aliud incommodum quod latrocinia Romæ noctis tempore exercentur.

*Subitus.)* i. Subito, ex improviso apparens, ut Præga & alibi iam fit.

*Subitus graffator.)* Latio vel miles vias obfidens.

*Armato quæties tuta custode tenentur.)* Loca erant in Campania latronibus abundantia. i. Cum Palus Pontina in antiquo Latio, & pinus vel sylua pinorum Gallinaria, loca insidiis latronum apta, eiectionis latronibus tuta sunt, tum latrones Romam potant & currunt tanquam ad viuarum, vel loca ad victum abunde sufficientia, vel ad paratos pastus.

*Armato.)* Constructio hæc est, quoties Gallinaria pinus, & Pontina palus armato custode tuta tenentur & conseruantur.

*Pontina palus.)* Quem Iulius Cæsar fertur exsicasse.

*Gallinaria pinus.)* Sylua in sinu Cumulano potest intelligi, multis arboribus densa, & in multa stadia protenta.

*Sic inde hæc omnes.)* Quid quoties id fit, & quando latronibus ibi sedes negantur, omnes latrones & facinorosi Romam sic fugiunt, tanquam ad viuarum, & paratos pastus concurrunt.

*Viuarum.)* Loca ad victum abunde sufficientia. Proprie loca sunt, in quibus aues, pisces, & feræ viuæ ad victum custodiuntur.

*Qua fornace graues, qua non incude catena?*

330 *Maximus in vinculis ferri modus: ut timeas, ne*

*Vomer deficiat, ne marra & sarcula defint.*

*Felices proavorum atavos, felicia dicas.*

*Sæcula qua quondam sub regibus atq; Tribunis*

*Viderunt uno contentam carcere Romam.*

335 *His alias poteram, & plures subnectere causas.*

*Sed iumenta vocant, & sol inclinatur, eundem eff.*

*Nam mihi commota iam dudum mulio virga*

*Innuat. Ergo vale nostri memor & quoties te*

*Roma tuo rescit properantem reddet Aquino;*

340 *Me quoq; ad Heluinam Cererem, vestramq; Dianam*

*Conuelleret a Cumis: Satyrarum ego, nupudet illas,*

*Auditor gelidos veniam caligatus in agros.*

*Qua fornace graues.]* Ostendit iam latronum copiam, i. in qua fornace vel in qua incude iam non graues catenæ ad coercendos sceleratos conficiuntur. q. d. In nulla non conficiuntur, & tamen illa omnia nondum sufficiunt, i. in omnibus officinis ferrariis, vincula & catenæ quibus constringantur latrones sunt, nec tamen catenæ illis constringendis satis sunt.

*Incude.)* In qua ferramentum aliquod cuditur.

*Maximus in vinculis.)* i. Maxima ferri mensura, & copia in vinculis faciendis consumitur, ut periculum sit ferrum non restare ad instrumenta rustica facienda.

*Ut timeas ne.)* Ut merito timere possis, ne ferrum deficere incipiat, ad instrumenta rustica facienda & fabricanda.

*Marra. Sarcula.)* Instrumenta rusticorum, & ferramenta quibus terra colitur, & inutiles herbæ exciduntur.

*Sarcula.)* Ferramentum bicornis, quo commouetur terra, dicitur ita à sarriendo vel fodiendo.

*Uno contentam carcere.)* Tulliano scilicet ab Hostilio Tullio ædificato, cuius meminit Sallustius.

*Atque*

*Atque tribunis.]* Qui sedecim annis post exactos reges creabantur.

*Felices proavorum.]* Beatos iam prædicat Romanos, qui sub regibus & tribunis olim tã paucos sceleratos inter se habuerunt, ut vnicui carcere contenti fuerint.

*Proavorum.]* Proavus est avi pater.

*Atavus.]* Atavus est quintus pater.

*Felicia sacula.]* Quibus nondum tanta sceleratorum copia fuit.

*Hic.]* tot à me dictis causis discéssus mei.

*Subnectere.]* Addere, consequenter subtexere.

*Iumentis vocant.]* Equi, muli clitellarii, qui rhedam mearum rerum trahunt.

*Vocant.]* Præcedens & manent me, ut sequar.

*Nam mihi commota virga.]* Scutica vel flagello quassato.

*Mulo.]* Rector vel ductor mulorum.

*Innuis.]* Signum dedit.

*Ergo vale.]* Ultima Vmbritii valedicentis verba.

*Quoties te.]* i. quoties tu Aquinum patriam refici, & recreari cupiens vis inuisere, me quoque ad te conuelle, & abstrahere, id est me ad te accersere, id est quoties Roma te Aquino tuo restituet patriæ tuæ.

*Tuo Aquino.]* Aquinum magna civitas in via latina, & est Iuvenalis patria.

*Tergisti properantem.]* i. Cum refici, & recreari desideras & festinas. i. Cum te molestiarum & vrbis triduum cœpit, ut in secessu patriæ tuæ minus populosè te reficere velis.

*Me quoque conuelle à Cumis.]* i. Me Vmbritium ab vrbe Cumarum auoca, & ad te accersere.

*Eluinam Cererem.]* Apud Aquinum colebatur Ceres Eluina. Dicta Eluina à fonte non longe ab Aquino, qui Eluinus dicebatur ab eluendo, quod ibi eluerentur, & corpora purgarentur.

*Ad Eluinam Cererem.]* i. ad Aquinum, ubi templum est Cereris Aquinæ.

*Vestramq; Dianam.]* Quam vos Aquinates colitis, in loco Minturnensi.

*Conuelle.]* Egredere quasi auelle, tanquam à loco gratissimo.

*Satyrarum.]* i. Ego ad te veniam, & satyras scribere te iuvabo, nisi illas satyras mei auxilii pudeat.

*Satyrarum adiutor.]* i. Ego velut audax, fortis & strenuus miles satyrarum adiutor ibi tibi præsto ero.

*Satyrarum ego mihi pudeat illarum.]* i. Velut audax miles adiutor satyrarum veniam: nisi illas auxilii mei pudeat. Sic Laertian scribit, non defuisse qui Socratem inuisse Euripidem in scribendis tragediis existimaverint.

*Caligatus.]* Vel ut Turnebus de milite intelligit, vel potius quia Aquinum in frigidiorè loco Campaniæ, ob id addit gelidos agros, quia dixit veniam ad frigidos vel frigidulos agros.

## IN SATYRAM IV.

## TABVLA SYNOPTICA

Generalis.

Id priori parte in Crispinum hominem sceleratum inuehitur eiusque notat tum	{ Exdam libidinem & incestum etiam cum vestalibus, à principio vsque ad versum 14. Gulam & luxuriam, qui vnum mullum piscem emerit 6. Stertilis, idque non alteri cuiquam orbo donum, verum sibi & in suam gulam à 15. ad 27.
	Luxuriam & gulam immensam: à versu 28. ad 34.
	Initio Scopiticæ Musas inuocat, tanquam rem memorabilem descripturus. à versu 35. ad 36.
Huius quartæ Satyræ dicitur potissimum sunt partes.	Tempus ingentis rhombi piscis capti, in mari Adriatico: à versu 37. ad 44.
In posteriori in caluum Nerone Domitianum, cuius vitia perstringit, & inprimis	Quomodo Imperatori adiudicatus, metum inquisitorum littoris proditorum imperatoris ei que prope in arce Albana magna adulatione oblatum: à versu 45. ad 71.
Stultitiam, quod super Rhombo pice capto concilium habuerit, quod declarat	Concilium ob defectum patinæ coactum. à 72. ad 74.
Deinde varis circumstantiis describit	{ Quomodo super illo pice coquendo conciliū sit habitū. Vbi describit Confiliarios pallidos & meretricios ut erant
	Pegasus præfectus vrbi, Ictus optimus à 75. ad 80.
	Crispus senex, prudentissimus & cauissimus vir. à versu 81. ad 93.
	Acilius senex cū iuvene optimo, qui nulla arte & astutia crudelitatem imperatoris euitare potuit. à 94. ad 102.
	Rubrius improbus Hypocrita imperatori exosus. à versu 103. ad 105.
	Montanus pinguis. 106.
	Crispinus vnctus 107. ad 108.
	Pompeius delator. 109.
	Falsus à Dacis postea occisus. 110. ad 111.
	Catullus cæcus, cuius amores, improbitatem, turpes adulationes, & alia describit à 112. ad 121.
	Fabritius Veiento. cuius adulationes & vaticinia ridicula de Rhombo exponit. à versu 122. ad 128.
	Conclusum esse, ut integer in noua aliqua olla, per figulum facienda ex consilio Montani hominis aulici veteris & luxuriosi, coqueretur. à versu 129. ad 141.
	Missum concilium, quod irridet, & obiter ignamiam nobilium Romanorum arguit, in quos tanto tempore grassatus sit Domitianus, à cædonibus vilibus tandem interficiendus à versu 143. vsque ad finem.

D. IV.

# D. IUVENII IUVENALIS SATYRARVM LIB. I.

## SATYRA IV.



*ECCE iterum Crispinus adest, mihi saepe vocandus  
Ad parteis monstrum, nulla virtute redemptum  
A vitis, ager solasq; libidine fortis.  
Delicias vidua tantum adspersatur adulter.*

*QVÍD REFERT IGITUR quantis iumenta fatiget  
Portucibus, quanta nemorum veſtetur in umbra,  
Ingere quot vicina foro, quas emerit adeis?*

*NEMO MALVS FELIX, minime corruptor, & idem  
Inceſtus, cum quo nuper vittata iacebat*

*Sanguine adhuc viuo, terram ſubitura ſacerdos.*

*Sed nunc de factis lenioribus: & tamen alter*

*Si feciſſet idem, caderet ſub iudice morum.*

*Nam quod turpe bonis, Tiſio, Scioq; decebat*

*Criſpinum.*

*Ecce iterum Crispinus adest.*) Principium abruptum & Satyricum; orditur enim tanquam de reimprovisa locaturus. Particula autem illa *Ecce* vitur in rebus mirabilibus & improvisis. Vügl. 2. *Æneidos*.

*Ecce autem gemini à Tenedo, tranquilla per alia, &c.*

*Iterum.*) quia in prima Satyra eius meminit, cum dixit:

*Cum pars Nilivaca plebis, &c.*

*Crispinus.*) Acculaturus Domitianum crudelitatis, gulæ, avaritiæ, à Crispino orditur, in quo & principem notat. Nam Domitianus inceſta virginum Vestalium, vt scribit Suetonius variè & leuere coarctuit. Crispino autem adultero notissimo, & virginis Vestalis ſtupratori notissimo, ignoscebat.

*Et est*) Alii libri legunt adest. id est, occurrit mihi ſcripturo Satyram vltro de illo nec querere nec cogitanti, ſequè mihi Satyrice perſtringendam offert. Huius ergo Satyræ duæ poſſimum partes ſunt in priori in Crispinum inuehitur, cuiusque libidinem & luxuriam acerrime perſtringit. In poſteriori Domitianum Imperatorem Scoptice vexat, cuiusque concilium ſuper rhombo piſce captis, ridicule habitum, & Satyrice deſcribit, & ſimul obiter tum Domitiani conſiliatorum quorundam virtutem & prudentiam, & plerorumque ſcelera, proditio- nes, adulationes, luxuriam. Tum ipſus Domitiani ſtultitiam & tyrannidem, cuiusdemque pœnas.

*Mihi saepe Vocandus.*] i. Cuius crebra in ſatyris meis facienda mentio.

*Ad partes.*] Ad Satyras, quæ partes ſunt operis.

*Monstrum.*] Aptè hoc addit: Dixit enim *Ecce*, tanquam rem nouam, & portentum mon- ſtraturus.

*Monstrum.*] adeo fœdis, & in omnem turpitudinem moribus proiectis vixit, vt naturæ monstrum inter homines videri poſſet.

*Nulla virtus.* Quem nulla virtus à consuetis vitiis reuocauerit & à sceleribus liberauerit. *Aeger.* Animi scilicet morbis & sceleribus. q.d. qui alias imbecillus est, & animi morbis valde ægrotat, vna & sola libidine strenuus est & fortis, summa enim fortitudine libidinem exercet, à qua se non defatigari patitur, cum aliis animi morbis prorsus succumbat. Ambiguit & Scopice fortitudinem vocat, nulla libidine, stupris, & adulteriis fatigari. *Solaq. libidine.* i. Fortis & pernix in Venere, qui à nullo adulterii crimine abstinet, præterquam viduæ? Nam egestate non cogitur adire viduas, & anus. Martialis.

*Nunc seditis anus. ô quantum cogit egestas!*

*Delicias vidua.* Probat quod de fortitudine Crispini dixit, q.d. adeo fortiter libidinem exercet, vt à nullo sexu, ætate &c. abstinere vt promiscue viros, feminas, iuuenes, puellas, stupro & adulterio sine defatigatione polluat. Vnico hoc excepto quod à solis tantum viduis abstineat, quas cum fastu contemnit, cum alias omnia adulteriis suis contaminet: vel sua libidine à nulla matrona vel virgine abstinere, adulter cum sit, hoc vno excepto, quod viduas non sectetur.

*Delicias.* Veneceas voluptates.

*Quid refert.* Ostendit Crispinum quamuis dicissimum, ne quis ei forte ob opes inuideat, miserum tamen esse, quod malus sit. i. Nihil ad rem attinet quam diues Crispinus sit, si malus est & ob id felix & beatus esse nequit.

*Iumenta fatiget.* Dum vehitur, Crispinus, vt ex prima satyra videre est, in sua terra Ægypto egentissimus erat. Et postea magister equitum Neronis factus est.

*Fatigent.* Dum vectatur diu in illis porticiis à mulis & iumentis.

*Nemorum.* Viridaria & hortos egregios intellige, in quibus vectabantur & umbram captabant in calore æstatis.

*Iugera quot.* i. Quot spatia domibus & tectis occupata, & iugeribus æqualia eo in loco emerit vbi sunt carissima, in foro nimirum.

*Iugera.* Hortos & spatia in suburbio nimirum, vel ædes & hortos foro vicinos.

*Nemo malus felix.* Egregia sententia cuius rationem reddit. Seneca libr. de prouidentia, quia, non inquit, miscentur contraria. Atque adeo nemini bono male esse, nemini malo bene esse, ne hic quidem, potest. Sed pauci hoc intelligunt. Et Persius inquit.

*Hæc misce, nefas* —

*Minime corruptor.* scilicet felix est, qui in supremo malitiæ gradu quasi est, & ob id minime felix. Hæc dicit. Nam quis forte Crispino inuideat, eiusque opes admiretur. Qualis autem corruptor Crispinus fuerit, supra audiuius, qui à nullis, præter viduas, abstinuit.

*Incestus.* Qui incestu, vel incesto concubitu sepolluit, dum virginem vestalem constupravit, vt sequitur.

*Incestus.* Cestus cingulum veneris, quo utebantur ad honestas nuptias, & à sponso soluebatur. Hinc incestus quod à sacramento veneris cinguloinctum non sit. Est autem incestus qui illegitimam tentat Venerem.

*Vitiata.* Sacerdos virgo vestalis vitiis redimita.

*Sanguine adhuc.* Poena virginum vestalium vitiatarum. vias in parietibus struebantur, aut terra obruebantur. Sic autem à Numa constitutum. Plut. Dionysius lib. 2. Seuere autem puniebatur hæc adulteria Domitianus. Nam Corneliam defodi, & stupratores in comitio ad necem eædi imperauit.

*De factis leuioribus.* Crispini scilicet dicimus, maiora & grauiora flagitia sunt delationes eius, q.d. Hæc Crispini flagitia leuiora adhuc, præ delationibus & aliis grauioribus sceleribus, quæ perpetravit, q.d. iam tantum de leuissimis Crispini flagitiis dicam. Leuissimum enim crimine est incestus eius, si cum aliis grauioribus conferatur.

*Et tamen alter.* Correctio, quasi dicat, quamuis hoc scelus leuius sit, tamen si alter idem flagitium commisisset, à Domitiano iudice morum vel Censore si Dîs placeret damnaretur, & occumberet, atque occideretur.

*Caderet.* Sic inferius: Sed quo cecidit sub iudice?

*Nam*

*Nam quod turpe.*) Probet quod dixit aliis si paria cum Crispino scelera perpetrassent, illa damnosa esse futura: quibus tamen Crispinus in nullam partem incurrit. Nam ob quæ alii viri honesti, tanquam ob turpia dampnantur & puniuntur, illa honori & detori sunt Crispino. Sic infra dicit.

*Ille crucem sceleris precium feret, hic diadema.*

*Titio Seio.*) Viros optimos è vulgo intellige, & quosvis. His enim nominibus videntur Iuriconsulti pro quavis è vulgo & plebe persona.

*Decibat.*) Was andern christlichen Leuten ein Schand ist, das ist Crispino ein Ehr. Ponuntur autem Titius & Seius pro viris quibuscunque bonis, ex vulgo & plebe. Titius & Seius non hic sunt certa nomina propria, sed pro quovis in vulgo ponuntur. Ut & apud Iuriconsultos, hæc nomina usurpantur.

- 15 *quia agas? cum dira et scelerior omni  
Crimine persona est? nullum sex millibus emit.  
Aequantem sane paribus sestertia libris  
Ut perhibent, qui de magnis maiora loquuntur,  
Consilium laudo artificis, si munere tanto,  
Precipuum in tabulis ceram senis abstulit orbi.*
- 20 *Est ratio ulterior, magna si misit amica,  
Quæ vehitur clauso latius specularibus antro  
Nil tale expectes: emit sibi multa, videmus  
Quæ miser, & frugi non fecit Apicius. Hoc tu  
Succinctus patria quondam Crispine papyro,  
25 Hoc pretio squama? potius fortasse minoris  
Piscator, quam piscis emi, provincia tanti  
Vendis agros: sed maiores Apulia vendit.*

*Quid agas.*) Cum tam flagitiosus & sceleratus sit Crispinus, quid agas? qui te continēas, quæ ei obicias, quod quidem in eo est turpissimum. His verbis se ad scribendam Satyræ hortatur in Crispinum.

*Dira.*) verfluchte, habscheuliche. Est autem dirum, horrendum, execrabile, sacerrimum, quasi Deorum ira immissum. Festus.

*Fadior omni crimine.*) q.d. Non est ipsissimum vitium Crispinus, sed ipso vitio turpius quid adhuc, & peius.

*Mullum sex millibus.*) Lasciviz eum condemnavit, iam gulæ & luxuriæ. Mullus piscis qui alias barbus, vel barbo dicitur, ab inferioris barba labri.

*Sex millibus.*) Nummorum scilicet.

*Aequantem.*) Piscem suo pondere sestertia paribus libris æquantem, Id est, qui quot librarum fuit eius pondus tot sestertia eius precium vel qui nullus paria etiam sestertia sex libris æquabat, nempe sex sestertia, vel qui sex sestertia paribus sex libris coequabat. Continet autem sestertia 1000. numos sestertios. Inde piscis sex fuit librarum, & sex sestertia eius precium. Valent autem sex sestertia 150. coronatos Gallicos. Porro ut dictum est numus & Sestertius est rum & idem, & mille numi vel sesterti faciunt singula sestertia in neutro plurali.

*Sane.*) Scopitæ luxuriam quasi laudat & miratur.

*Ut perhibent.*) Divites & gluttones, vel adulatores potius intellige qui semper maiora loquuntur. Cum apud Terentium Thais dicit:

*Magna vero gratias agere Thais mihi: Assentator respondet: ingentes. I. ut attestantur paucis illi esurientes, qui omnia dicendo adaugent, & de quibus superius dixit. Satyra 3.*

——— *Rides maiore cachinno*

*Concinitur.* ———

*Maiores loquuntur.*] Gnathones scilicet, qui in gratiam Thraſonum ſuorum omnia ampliſicant, diceſcentes pro domini ſuū magniſcentia ſingulas libras ſingulis H. S. eſſe emtas.

*Conſilium.*] Occurrit obiectioni, qua quis diceret: Forte tam præclari piſcis munere, alicui ſeni orbo, ac diuiti palpatuſ eſt, & captauit, ſibiſque acquiſiuit potiorem hæreditatiſ in teſtamento partem, vel ſi nobili alicui amicæ hunc piſcem muneris loco miſit. q. d. Tolerari poteſt hæc Crispini profuſio, ſi tam cari & præclari piſcis munere diuitem orbum captauit, aut ſibi diuitem quendam amicum deuiaxit.

*Conſilium*] Commentum, & callidum inuentum.

*Artificiuſ*] Crispini qui ita artiſcioſe alioſ capter.

*Præcipuam ceram.*] Principalem partem in tabula teſtamenti. i. ſi hæreditatem captauit præbi cuiuſdam diuitiſ, aut amorem amicæ locupletis.

*Eſt ratio ſtterior.*] Vel poteſt eſſe aliq̃ adhuc cauſa, cur tanto pretio nullum emiſſe potuerit.

*Magna.*] Prædiuiti.

*Qua gehitur clauſo antro.*] Leſticam clauſam & coopertam dicit, quæ nobiliſſima in leſtica clauſa vehitur, cuiuſ leſtica ſeneſtra vel antrum clauſum eſt latiſ lapidibꝯ ſpecularibꝯ. Eſt autem lapis ſpeculariſ pelluciduſ in tenuiſſimas bractæſ ſectiliſ, quo vtebantur loco ſeneſtrarum nobiliores, vt noſ ſeneſtris vitreiſ vtimur, admiſcendæ luci & excluſendo vento.

*Latiſ ſpecularibꝯ.*] Fenestris vitreiſ è lapide ſpeculari.

*Niſtale exſpecteſ.*] Reſpondet obiectioni negando, quod ſcilicet Crispinuſ neque orbo, neque amicæ cuiſdam hunc nullum emerit, ſed ſibi, ſuæ priuata gulæ.

*Multi ſidemur.*] A Crispino & multiſ conſimilibꝯ fieri.

*Apitiuſ.*] Homo perdituſ ſimæ gulæ illo tempore, qui gulæ exemplum de paranda cœna libroſ, de iuſcellis, & condiendis cibis ſcripſit. Seneca de conſolatione, ad Elbiam matrem pluribꝯ de hoc ſcribit. Et Pliniuſ. Fuit autem luxuriuſſimuſ & ditiſſimuſ. Amplificat ergo luxuriam Crispini, quod Apitiuſ ille ad Crispinũ collatuſ pauper ſit ac frugi, moderatuſ ac temperaſ.

*Hoc tu ſuccinſtuſ.*] Quod non fecit Apitiuſ, hoc tu feciſti peſſime Crispine, qui olim ſeruſ ex Ægypto huc aduectuſ eſ, papyro veſtituſ quæ provenit in tua patria Ægypto.

*Patria Papyro.*] Papyrus naſcitur in paluſtribꝯ Ægypti lociſ, ex quo nauigia texunt, & è libro vela tegeteſque, nec non & veſteſ, ſtragula, ſuneſ. Pliniuſ libr. 9. Oſtendit olim maximam Crispini fuiſſe inopiam, & conditionem fuiſſe viliſſimam, niſi etiam forteſſe Charapolum.

*Hoc præciuſ ſquama.*] Cum interrogatione. Tantumne piſciſ præciuſ fuit. Admiranduſ hoc dicit.

*Potuit forteſſe.*] Multi certe ſeruſ minoris empti ſunt.

*Tantiſ.*] Proſex nimirum ſeſtertiiſ, vel 150. coronatiſ Galliciſ.

*Appuliaſ.*] Id eſt, Italiæ parſ, Apulia vendit pro hoc præciuſ maiores agroſ, quam prouincia quædam extra Italiam, quaſi dicat, vna cœna integruſ agruſ deuorat.

30 *Qualeſ tunc epulaſ ipſuſ glutiffe putemuſ*  
*Induperatoreſ: cum tot ſeſtertia partem*  
*Exiguam, & modica ſumptam de margine cœna,*  
*Purpureuſ magni ruſtaret ſcurra Palati*  
*Iam princepſ equituſ, magna qui voce ſolebat*  
*Vendere municipes fracta de mercede ſiluroſ.*  
*Incipe Calliope, licet hic conſidere: non eſt*  
 35 *Cantandũ, reſ vera agitur, narrate puella*  
*Pierideſ: proſit mihi voſ dixiſſe puellaſ.*

*Cum*

*Cum iam Semianimum laceraret Flavius orbem,  
Ultimus. Et caluo serviret Roma Neroni,  
Incidit Hadriaci spatium admirabile rhombi  
Ante domum Veneris, quam Dorica sustinet Ancon,  
Implevitq; sinus, neq; enim minor haeserat illis,  
Quos operis glacies Maeotica, ruptaq; tandem  
Solibus effundit torpentis ad ostia Ponti.  
Desidia tardos, Et longo frigore pingues.*

*Quales tunc epulae.*] Postquam Crispini scelera exagitavit. Iam Domitianum ipsum per occasionem acculat, in q; immensam eius gulam inuehitur. Neronem autem glutonem dicit, vt Domitianus sub Neronis nomine lateret. Sensus est, si tanti cōstat gula leuissimi hominis Crispini, quanti constabit Imperatoris. Si Crispinus, qui Imperatorii Palatii vilissimus, licet purpureus scorta fuit, vna cœna tot sestertia consumpsit, haud dubie summus Imperator Domitianus longe sumptuosiores epulas absumpsit, argumento à minori ad maius.

*Quales.*] Cœna admiratione. Imo quam caras, quantas, quam magnificas.

*Glutifc.*] Ingurgitasse, deuorasse, *Auffgeschlucket.*

*Induperatorem.*] Scopitice & irriforie dictum. Est autem Epeothetis.

*Cœna ius sefertia.*] Ordo talis: cum Crispinus scurra purpureus Imperatorii palatii tot sestertia vlg; ad ruinationem ingurgitaret quæ Sestertia fuere tantum exigua pars, si ad cœnam Imperatoriam conferantur.

*Sestertia partem exigua.*] Appositio.

*Exigua partem Et modica.*] Dicit respectu mensæ Imperatoris Domitiani, cuius Imperatoris mensæ hæc Crispini cœna, modica adhuc & exigua pars tantum erat.

*Et modica sumptum.*] i. Quæ sestertia fuere tantum exigua pars, sumpta de modica & non nimis luxuriosa Imperatoris cœna. Vult dicere, marginem vel extremam & leuem partem Imperatoris cœnæ, etiam modicæ & frugalis, facile æquare illam Crispini cœnam sex sestertiorū. Indicat ergo cœnæ Imperatoris immodicos sumptus; qui si modicam tantum & frugalem cœnam sibi pareret, illius vltima & extrema pars, tanquam margo mensæ, illam cœnam Crispini, 6.H.S. æquaret.

*Purpureus.*] Inuidiose à vestis colore, erat enim Domitiani satellites.

*Scurra.*] Qui turpiter risum captat, nulla sui & aliorum habita ratione.

*Im princeps equitum.*] i. Magister equitum.

*Magna quis Voce.*] Indignabunde, iam magister equitum, qui olim in municipiis extra Romam, præco piscium venalium vilissimorum erat, & qui viliores erant forte, quam vt Romæ vendi potuerint.

*Municipes.*] In eodem forte municipio ex quo Crispinus natus. Silurus autem piscis in Nilo frequentissimus. Vel venales in Italiae municipiis, nec digni pisces, qui ob vilitatem portentur Romam venales. Dicit Probus: Siluros esse pisces Alexandriae nullius pretii, quos inopes in Ægypto vendunt.

*Fracta de merce.*] Fracto vase vel corbe in quo pisces venales. Inopiam & vilitatem eius indicat, vel quod merx vel piscis fracti & putridi fuerint, vel quod aliorum pisces vendens aliquid de merce furtim abstulerit. Sic dicit Sat. 7. *Et qui dispensas frangit sibi*, i. Furtim inde aliquid aufert.

*Incipe Calliope.*] Sarytici vana & ridicula scripturi, facere Musas innocant, vt rem quam scripturi lanteo magis deridendam proponant, vel, quasi ad rem adeo magnam. Quasi ad piscis magnitudinem exprimentam. dimino Musarum auxilio opus sit. Faciunt autem hoc per irrisionem. Sic Horatius in *odi. me. xlv.*

— *Nunc mihi paucis,*



*Sarmenti Scurra pugnam Messij, Siferri  
Musa Velim memores.*

*Incipe.*] Quasi rem sublimem & arduam aggressurus, quam sine Musarum auxilio pro dignitate exponere nequeat.

*Incipe Calliope.*] i. Ego hic cursum Satyricæ venæ sustinere cogor, nec amplius aliquid dicere possum. Tu ergo Musa quia sequuntur res magnæ & mirabiles memorabile(que, Incipe. Mallem ergo hic legere *consistere*.

*Licer hic considerare.*] In his ab Imperatore tam præclare gestis immorari, vel necesse est ut hic aliquandiu subsistam.

*Non est cantandum.*] Tanquam in iocularibus & fabulosis.

*Considere.*] Quasi, *Zusammen Niderstehen*/ quasi solus sine Musa rem tantam nequeat. Virgilius.

*Vultis & his mecum pariter considerare regni.*

*Res Vera agitur.*] Non fabulosa aut iocularis.

*Prosit mihi vos dixisse puellas.*] Iuuet me & ad laudem vestram sufficiat, vos puellas à me esse nominatas, & inuocatas: Sic Virgilius:

— *Prosit nostris in montibus ortus.*

*Cum iam.*] Tanquam rem memorabile narraturus, primo tempus quo gesta sit prolixè describit, & historiam recitat de thombopisce ingenti capro. Iactat autem hoc conuiuium in Flauium Domitianum, Titi fratrem ac Vespasiani filium, quem caluum Neronem vocat, quod teste Tranquillo caluus ille fuerit, & Neronis vestigia crudelitatis & tyrannide probe insisterit. Vltimus Flauius appellatur hoc loco, quod in eo Flauiorum familia, & Cæsaris origo defecerit & defierit. Sane qui à patris & fratris moribus placidis & quietis alienissimus erat, & de quo non immerito Martialis:

*Flauia gens quantum tibi tertius abstulit haren,  
Pene fuit tanti non habuisse duas.*

Erat autem Vespasianus pater Imperator optimus.

Titus Vespasianus patri similis,  
optimus.

Domitianus Imperator sceleratissimus,  
cuius hic fit mentio.

*Semianimum.*] Male & misere afflictum, semianimum & semimortuum. Sunt qui dicunt hoc scemina in Caluum Neronem Domitianum Iuuenali exilii causam extigisse, sed non potest: nam cum hæc scripsit Domitianus occisus fuit, rex penultimo huius Satyræ versu constat.

*Laceraret.*] Miseris modis affligeret, crudelitate & tyrannide difsecaret, lancinaret.

*Caluo Neroni.*] Ita ait Nam Domitianus per omnia Neroni similis fuit, hoc vno ab ipso distinctus, caluus quod esset. Porro in tantum caluitio suo offende batur, teste Suetonio, ut si cui caluities obiecta fuisset, illud in se dictum existimaret, & dicentem acerrime puniret. Sic Ausonius de hoc. *Frater quem caluum dixit sua Roma Neronem.*

*Seruitres.*] Satyrice & inuidiose dicit. In seruitutem à tyranno redacta, quæ olim fuit longe liberissima, exactis regibus.

*Adriaci Rhombi.*] Piscis in Adriatico mari oueriet, & capti.

*Spacium admirabile rhombi.*] id est. Ingens & incredibilis piscis magnitudo, & admiratione digna amplitudo.

*Incidit.*] casu in portum & sinum venit, prope Anconam.

*Rhombi.*] Plani piscis. *Cinet Plateysen.*

*Ante domum Veneris.*] Ancona Græca ciuitas, quam Dorici vel Græci in Italia condiderant, terminus inter Gallias, & Italiam. In ea Venus colebatur. Quod & Catullus testatur. Per domum Veneris, templum eiusdem intellige. Dicit ergo ante ædem Veneris, quam ciuitas Ancona mari Adriatico vicina à Doricis vel Græcis condita sustinet.

Quam

*Quam continet.*] i. Quam ædes Veneris posita in Ancona ciuitate.

*Impletq, sinus.*] i. Concaua retia. Virgilius:

*Impletq, sinus.*

*Sinus.*] Vel per sinus intelligit angulos & curuaturas eiusdem portus.

*Neg, enim minor.*] Tantę magnitudinis rhombus capiebatur quanti sunt pisces qui in Mæotide palude capiuntur, qui quidem imbranes & pingues ex ipsa tarditate, quia fere sub perpetua glacie hærent. Est autem sensus rhombus iste, de quo dico, maximus erat, & in retibus hæserat, non minor illis ingentibus rhombis, quos glacies Mæotidis paludis tota hyeme operit & regit, & quos glacies illa calore solis rupta & soluta magna copia ad ostia Euxini Ponti, torpentis, ita gentis, & tarde aut parum resurgentis effundit & emittit.

*Solibus.*] Soluta a sole glacie. Salustius. *Itaq, tempestate, piscium qui ponto erupit.*

*Torpentu.*] Segnis, frigidi, glacialis. Alii vt & Probus legit torrentis, i. Perfluentis, currentis, quod ibi rheuma quoddam mare trahat.

*Ostia.*] Fluuiorum exitus, per quos in mari exonerantur.

*Defidia tardas.*] N: mia pinguedine segnes.

*Largo frigore.*] Quo coacti diu in fundo hæserunt, vnde pingues redditi.

- 45 *Destinat hoc monstrum cymba, liniq, magister*  
*Pontifici summo, quis enim proponeretalem*  
*Aut emere audeat? cum plena & litora multo*  
*Delatore forent: dispersi protinus alga*  
*Inquisitores agerent, cum remige nudo,*  
 50 *Non dubitaturi fugitiuum decere piscem,*  
*Depastumq, diu, viuaria Caesaris: indo*  
*Elapsum, veterem ad dominum debere reuertu*  
*Si quid Palsurio, si credimus Armillato.*  
*Quidquid conspicuum, pulcrumq, ex equore toto,*  
 55 *Res fisci est, ubicumq, natat: donabitur ergo*  
*Ne pereat, iam lethifero cedente pruinis*  
*Autumno, iam quartanam sperantibus agris.*  
*Sridebat deformis hyems, pradamq, recentem,*  
*Sernabat: tamen hic properat velut urgeat auster.*  
 60 *Vsq, lacus suberant, ubi, quanquam diruta, seruau*  
*Ignem Troianum, & Vestam colit Alba minorem,*  
*Obstitit intranti miratrix turba parumper,*  
*Ut cessit facili patuerunt cardine Valua.*  
*Exclusi expectant admissa obsonia patres.*

*Destinat hoc monstrum.*] Hunc monströse magnitudinis rhombum tanquam marinam bel-  
 ham leaphæ piscatoris præfectus, adiudicat Domitiano. Er hat es ihm alsbald jage-  
 doch.

*Cymba liniq, magister.*] Piscator. Linum pro rete. Ouidius.

— Nodasq, collire lima.

*Pontifici summo.*] Domitiano. Ironia. Qui sacerdos in Albano Pontifex erat.

*Proponere.*] Alii venalem exponere, ad vendendum, vel in cenam. Nemo priuatorum facile id ausit; Quis piscator talem piscem proponere vel venalem, vel quis cinium Romanorum talem emere auderet?

*Cum plena & littora.*] Ratio, nam ubiq; Romæ delatores, nec in foro solum, verum etiam in littore.

*Cum plena & littora multo delatores forent.*] Hoc loco, &, habet Emphasin. q. d. Non solum Romæ etiam exiguus omnis angulus occulto accusatore & proditore plenus est, verum etiam littora. Alii legunt: Ea littora.

*Littora.*] In quibus piscis capiebatur.

*Dispersi protinus.*] i. inquisitores maris & littoris (die Strand Vögte) illi statim actione & accusationem contra piscatorem nudum & miserum instituerent.

*Alga inquisitores.*] Pro illis qui maris littori præficiuntur. Alga autem vilis illa herba, quam mare in quo nascitur, proiciit.

*Agerent cum remige nudo.*] Illi delatores cum paupere & nudo piscatore, nisi sponte piscem illis relinqueret, cautam agerent eumq; accusarent, vel furti etiam, quod piscem, diu intra cæsaris viuaria retentum, & inde fugituum attingere ausus fuisset.

*Non dubitaturi.*] Certo affirmaturi.

*Fugitivum.*] Qui è viuario cæsaris aufugerit, vel qui in piscinis Imperatoris diu fuerit, in quibus minutos alios pisces depastus sit, & deuorauerit, qui diu in viuaria cæsaris sua enormitate grassatus sit, in minores pisces.

*Si quid Palsurio.*] Palsurius Sura, & Armillatus magni viri, & consulares fuerant, sed postea delatores pessimi, & fisci causas per calumnias agebant, omnia præclara illi adiudicantes.

*Conspicuum.*] Was ansehnlich ist.

*Res fisci est.*] Pertinet ad mensam Imperatoris, ia quacunq; maris parte tandem lateat, vel in quocunq; tandem loco inueniatur.

*Donabitur ergo.*] Fisco vel imperatori ne pereat; quod iam distrahi & tuto retineri nō potest.

*Donabitur ergo ne pereat.*] Hæc quatuor verba sunt piscatoris.

*Ne pereat.*] Fisco scilicet. Nam alias piscatori ab inquisitoribus oblatus fuisset. Vel sic potius intellige hæc. Miser ille piscator maximo opere properabat piscem imperatori offerre, quod opus non fuisset tanta festinatione, quia tempore brumæ, vel sub finem Autumni, piscis non tam cito mortuus esset, aut corruptus computruisset.

*Ille tamen properat.*] Ne pereat vel corrumpatur. Scilicet (ironia est) iam hiemali tempore tam cito peribit.

*Iam lethifero.*] Hi quatuor sequentes versus ita inter se cohzrent: Sub autumnii finem, quo quartana febris leuire soles in amena hiems rigida erat & stridebat, & piscem captum à putrefactione seruabat, tamen delirius piscator iam pisce capto, ita properabat, tanquam Austro flaret æstatis tempore omnia putrefaciens & corrumpens. Deridet ergo piscatorem, quod putrefactionis metu hiemali tempore adeo festinaret.

*Iam lethifero.*] i. Cum morbosum Autumnus hyemi locum daret mense Decembri media hyeme. Dicitur autem lethifer Autumnus, quia morbos & mortes excitat propter mutationes, aliasq; causas medicis & Phyticis satis notas.

*Iam quartanam sperantibus agri.*] *nomos agros*, i. Timentibus. Virgilius.

*Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.*

Nam quartana febris Autumnus vel annua vel lethalis est.

*Pradamq; recentem.*] & à corruptione immunem seruabat; & tamen hic piscator non secus properat, ac si auster, qui veris tempore spirat, & carnes & pisces facile corrumpit, eum urgeat. Nam ille ventus calidus, quo pisces corrumpuntur. Teste Plinio & experientia.

*Sivide.*

*Stridabat.*] Vento & frigore omnia infestabat.

*Recentem servabat.*] Ut integra permaneret & recens nec permittebat ut computresceret.

*Valus vireat.*] Periculo scilicet putredinis.

*Vique lacum superans.*] Ostendit quomodo oblarus sit piscis. Id est cum prope lacus Albanos iam venisset piscator, & delatores comites, vel postquam lacus qui sub montibus Albæ erant piscatori suberat, vel postquam piscator lacus illos superarat, & ad Albam appropinquarat (quæ Alba quamquam à Tullio Hostilio diruta, servat tamen adhuc ignem Troianum, qui perpetuus est & coit Vestram Deam virginitatis. Minorem quidem quam quæ Romæ à Tullio Hostilio coli iussa est, priori sede deleta, quo tamen grandine admoniti priora Vestæ sacra referre coacti sunt Romani.) Porro hic in Albano monte erat Domitianus, ubi etiam Piscis ipsi offerebatur. Romani Tullio Hostilio rege Albam deseruerant dirutam, & sacra Deosque Penates Romam transtulerunt. Cum autem postea magnus imber grandinum & lapidum oriretur, illo prodigio moniti sunt ut Albæ sacra renouarentur, & sacra suis locis non mouenda esse. In hoc Albano monte, obsecrati illi Mineræ sacerdotes à Domitiano constituti erant, quorum Pontificem summum superius Domitianum ioculariter appellavit.

*Diruta*] à Tullio Hostilio.

*Vestam minorem*] Ad differentiam illius Vestæ templi quod condidit Numa in urbe, novum, totandum & maius.

*Obstitit iurantibus*] In illo loco ad Albam.

*Mutrix turba*] Forte sacerdotum Albanorum, qui pessimi erant, & in quorum collegio Domitianus summus Pontifex erat. Mirabantur a piscis enormitatem.

*Virescit*] Locum postea dedit ipsi piscatori, legendum ut. i. Postquam. Sic supra dixit.

*Vique lacum superans?*

*Facile patuerunt*] Ianuæ vel valvæ apertæ sunt cardiæ circa quod ianuæ vertitur facili, vel quod facile patiebatur ianuam aperiri.

*Valvæ*] Regiæ ianuæ. Et valvæ tamen templorum propriæ ianuæ, forte eo adludit, quia superius Pontificem dixit.

*Exclusi expectant*] Constructio talis Patres vel senatores exclusi præ foribus expectant, obsecra vero vel piscis admissus est. Pluris enim faciebat Imperator piscem, quam omnes patres.

*Patres*] qui Domitianum fuerant comitati: Illi exclusi, rhombus admissus, ut plurius piscem, quam senatores Domitianus fecisse videatur.

65 *Innr ad Attridem. Tunc Piscens, accipe dixit,*  
*Privatis maiora focis. Genialis agatur*  
*Iste dies, prope stomachum laxare saginis,*  
*Et tua servatum consume in sacula rhombum.*  
 70 *Ipse capi voluit, quid apertius? Et tamen illi*  
*Surgebant criste. NIHIL EST QVOD CREDERE de se*  
*Non possit, cum laudatur Diis æqua potestas.*

*Innr.*] Pertexit narrationem, & exponit quomodo piscis oblarus sit Imperatori.

*Ad Attridem.*] Scoptice dictum, id est, ad regem & imperatorem. Nam ut Agamemnon summus imperator Græcorum; ita hic Domitianus Romanorum erat.

*Piscens.*] De piscatore intellige, Cuius vel nomen erat, vel saltem gentile, quod piscator fuerit: de provincia ubi piscis captus erat, ex Piceno nempe, quod ad mare Adriaticum situm. Est autem hic piscator adulator pessimus.

*Accipe privatis maiora focis.*] Insignem piscem rhombum, adeo magnum ut à privato quodam in loco coqui & in cibum apponi non debeat, sed dignus sit menia imperatoria. Explicat illud supra dictum:

—*Quin enim proponere talem*

*Aut emere auderet?*—

*Genialis agatur iste dies.*] i. Dies hic, quo hic piscis captus tibi que oblatus est, felix tibi indiget, & tanquam natalis vel genialis opipare & genialiter tibi transigatur. Hinc dicimus indulgere genio.

*Propera & l. f.*] i. Euacua ventrem tuum, cumque maxime capacem redde, & hisce delictis exipiendis illum præpara.

*Et tunc fruatur.*] Qui nec alio tempore capi voluit, quam tuo, ut & te comederetur.

*Ipse capi voluit.*] i. hic Piscis sponte sua ad recta peruenit ut caperetur, & a te comederetur. Est turpissima piscatoris adulatione.

*Quid apertius?*] Et tamen isti surgebant cristæ. Duplici modo hæc explicari possunt. Vel verba illa: *Quid apertius?* Piscatoris sunt adhuc adulantis, tanquam dicat: *Quid manifestius esse potest, quam hunc piscem capi voluisse, ut & te comederetur.* Et sic sequentia verba sunt Poetæ hanc adulationem refutant, & dicentis: Et tamen illi rhombo cristæ vel pinnæ in tergo insurgebant præ indignatione quod captus esset, in indicium, quod capi noluerit, & a tanto tyranno & monstro absumi. Verum sequens explicatio concinnior, ut sint Poetæ verba utrobique dicentis: Hac piscatoris turpi adulatione nihil perquisisse esse apertius & manifestius, & tamen illi Domitianus ex hac turpi adulatione cristas insurrexisset; Quid. Et tamen Domitianus adeo stolidus erat, ut hac tam frigida adulatione elatus & superbus animum attolleret, falsaque laude intumesceret.

*Surgebat cristæ.*] Metaphora ab animalibus. Sic pauoni laudato conchata illa cauda solet insurgere; Eadem figura dixit Horatius:

—*tunc pauper cornua sumit.*

Et contra dicimus: Cristas deprimere, id est de falsa animi concepta opinione & superbia aliquid remittere.

*Nihil est quod credere.*] Exprimitur stoliditas imperatorum & regum, qui turpissime adulantibus, & mendacissime laudantibus se, fidem tamen habeant, cuius exemplum nobis in Pyrgopolinice Plautino proponitur statim in fronte Militis Gloriosi, id est, Domitianus & alii imperatores & tyranni, qui si diis placet, Diis æqualem habeant potentiam, adulatoribus omnia grandia & maxima turpissime de se mentientibus, omnia tamen possunt credere. Late in stolidis patet hæc stoliditas, Perius de consimili:

—*Egregium cum me Vicinia dicat*

*Non credam?*

*Credere de se.*] Aliis mendacibus adulatoribus adfirmantibus. Aliter vir bonus & sapiens, qui, ut cum Persio loquar: *Secum habitant, & se extra se* in aliorum sermone non *quarunt*, sed in propria conscientia. Egregie Horatius:

*Sed vereor de te ne alius plus, quam tibi credas.*

*Cum laudatur diis aqua potestas.*] Scoptice & hoc dicitur, & quidem ex historia. Tantæ enim stoliditatis & amentię fuit Domitianus, ut cum se Deum per libellum nominari audiret, statim edixerit, ne posthac alia præfatione appellaretur quam *Dominus & Deus noster*. Vide quid adulatio possit, quid dignitas & honor. Nimirum

*Stultitiam patiuntur opes.*

Alexander Macedo Magnus itidem eo dementię peruenit, ut Deum se & immortalem crediderit, & adorari iusserit. Verum cum aliquando ex vulnere male habere cœpisset, dixisse fertur ad ministros adulatores suos, ut refert Seneca: *Vos me deum esse dicitis, hoc autem vulnus me hominem esse clamat.*

*Sed decrat pisci patina mensura, vocantur  
Ergo in concilium Proceres, quos oderat ille.*

IN QVORVM FACIE *miseram magnamq; sedebat*  
*Pallor amicitia.*

Describit iam factum stolidi & fatui imperatoris ridiculum & ineptum, & intertextit plerumque de se vitia tyranni, de moribus consiliariorum, & plerorumque malitia, & omnium miseria, ut qui agerent cum truculento tyranno. Cogit autem concilium Senatorum suorum ut deliberent quo pacto piis coqui debeat & apponi, cui ob insolitam magnitudinem nulla portio aequalis erat.

*Patina mensura.* ] i. Vas patens tantæ mensuræ ut integre in eo coqui potuerit. Dicitur patina à patendo, cuius diminutivum patula vel patella.

*Vocantur ergo.* ] O inceptias! Ita nimirum stolidi illi quidquid in buccam venit, imo quicquid somniant stolidi: persequuntur. Quid autem stultius quam Romani imperii procerum concilium cogere ob coquendum piscem?

*Quos oderat ille.* ] Id non ad procerum merita, sed ad mores crudelis tyranni referendum, qui etiam adulatores & delatores suos à medio tollebat. Oderat autem omnes nobiles. Intellegendum enim hoc de nobilibus, in quos atrocissime grassabatur.

*In quorum facie.* ] Describuntur aureæ illæ compedes aulicorum, & vita aulica & amicitia imperatoris magnæ quidem, at miseræ. Id est, in quorum procerum facie apparebat pallor in signum timoris, &c. Quanto illi feliciores qui magnæ principum, regum, imperatorum amicitia insolentes & ignari viuentes latent in obscuro quidem, sed tuto & felices interea. Vide Senecam in Tragediis ferme omnibus. Vnde non absurde à quopiam dictum: *Malle se in camera, quam in aula vivere.*

*Miseria.* ] Miserum est cum tyranno amicitiam colere à quo continua mortis pericula imminuant.

*Pallor.* ] In timoris signum, quis enim non pallescat, qui cum leone, basilisco, & dracone coquatur vivere?

*Primus clamante Liburno,*  
*Currite, iam sedis, raptâ properabat ab olla*  
*Pegasus, attonita positus modo villicus urbi.*  
*Anne aliud tunc præfetti? Quorum optimus, atque*  
*Interpres legum sanctissimus. Omnia quanquam*  
*Temporibus diris tractanda putabat inermi*  
*Iustitia. Venit & Crispi incumbenda Senectus,*  
*Cuius erant mores qualis facundia, mite*  
*Ingenium. Maria & terras, populosque regenti*  
*Quis comes utilior? Si clade & peste sub illâ*  
*Sanctam damnare, & honestum adferre liceret*  
*Consilium?*

Describit iam ordine Senatores, initio dicens de bonis, videlicet de Pegaso, Crispo, Acilio, cum filio, quos laudat.

*Primus.* ] Procerum vel Senatorum.

*Clamante Liburno.*] i. Cum præco è Liburnia oriundus, qui commissionibus præerat, clamaret vocans senatores.

*Currite, iam sedet.*] Verba præconis clamantis. i. Festinate o senatores ad Concilium. Imperatoriam in solio suo sedet deliberaturus de re scilicet grauissima. Graphice vocem clamantis & trepidantis expressit. Verbis enim paucis vitur.

*Raptæ p. a.*] Propere induit tunicam suffultam & duplicem. ne moraretur sœuissimum tyrannum.

*Pegasus.*] Hic ciuis Albanus erat Iurisconsultus multo honore functus, qui multis proniniciis præfuit, postea etiam vrbi Præfectus. Hinc dicitur Ius Pegasusum.

*Postum modo Villicus.*] i. Paulo ante constitutus Præfectus vrbis Romæ. Vocat ipsum Scopitæ ac despectiue villicum, ostendens Romam iam non esse urbem suis priuilegiis suaque libertate gaudentem, sed villam, huiusque præfectum villicum esse. Nam ob nimiam crudelitatem Neronis omnes dignitates viluerant, nec licebat cuius digne suum administrare officium.

*Attonita Vrbi.*] Sarcastice dictum in ignauiam Romanorum, qui iugo tyrannico oppressi metu & sœuitia tyranni plane percussi & obstupescati animum abiecerant. *Sie trahen gar verzagt vnd versuffen vnd gleich vor forcht erstarrt.* Ob id supra villicum dixit, quasi Roma non vrbs amplius neque oppidum aut municipium sit, sed in villæ formam tyranni scelere redacta.

*Modo.*] A Vespasiano electus erat, teste Ælio Spartiano.

*Anne aliud tunc præfuit?*] Probat quod de villico dixit, scilicet Romam quasi villam esse cuiusquam priuati dominio subiectam, eius præfectos nihil aliud esse quam villicos. *Anne aliud,* scilicet erant. q. d. Certe nihil aliud erant.

*Quorum optimus, atque i. l. f.*] Pegasusum intellige, qui inter omnes præfectos fuerit optimus, & lectus integerrimus.

*Omnia quamquam.*] Est leuis quædam correctio. Erat quidem Iurisconsultus sanctissimus, & vir optimus, interea tamen pro iustitia & legibus diris illis temporibus iuxta legum normam non audebat pronunciare, sed omnia tractabat inermi iustitia ac debili, & tempori inferuiens omnia vt sicbant fieri permittebat, illo tempore quo non adeo leges, quam stolida & temeraria imperatoris voluntas imperium Romanum gubernabant.

*Temporibus diris.*] Infesta & execrabili ætate Domitiani, quo non licebat in homines sceleratos imperatori charos, iustitiæ rigorem exercere. Ob id tempori inferuiebat.

*Inermi iustitia.*] Debili & languida, qualis tunc est, cum vel libere non pronunciatur, vel cum executione caret Vtrumque illi sæculo competebar. Nam exempli gratia Crispinum ob tot adulteria, imo tot incestus nemo accusare audebat nedum condemnare & punire. Hoc clausis oculis cogebatur videre conueniendo Pegasus, quia Imperatori Crispinus carus erat. Recte ergo dixit dira tempora, & inermem iustitiam.

*Venit & Crispi.*] Intelligit Vibium Crispum Placentinum cuius & Tacitus meminit: & quem tamen inter potentes potius, quam bonos refert. Et Statius:

*Lumina Nestorei mitis prudentia Crispi.*

Et Lucanus:

— *Fractisq; modestior annis.*

Hic consulatus duos gessit, uxores duas habuit. Possedit bis oo H. S. Omnium principum gratiam appetiuit, sed præcipue Cæsaris, quem iter facientem secutus est pedibus. Hic nullo audiente adolescens adhuc à Nerone interrogatus: Haberetne sicut ipse cum sorore germana consuetudinem, caute ac decenter: *Nondum,* respondit, ne aut negans cum argueret, aut adfirmans semetipsum mendacio turpissimi incestus deformaret.

Hic

Hic Crispus, Tranquillo teste, interroganti cuiquam: *Effetne quis intus cum Casare Domitiano*, respondit, *ne musca quidem*. Domitianus enim initio principatus sui quotidie leceretum horarium sibi fumere solebat, quo muscas captabat, easque stylo præcuto conficebat.

*Crispi senectus*. j. Ipse Crispus senex. Sic Horatius pro Scipione & Lælio dixit:

*Verum Scipiadæ, & mitis sapientia Læli.*

Hic solus ferme inter tot nobiles senescere potuit, in quos Domitianus atrociter & immaniter gressus erat.

*Cum erant mores qualis*. j. Qualis moribus, talis etiam eloquentia erat, Vtrisque erat iucundissimus, dulcis, amicabilis.

*Mite ing.* Blandum, mansuetum, placidum, Germani dicimus ein *Stimpflicher Mann*.

*Maria & terras populo*. j. Imperatori & Monarchæ Domitiano quis utilior Comes adiungi vel Consiliarius potuisset, quam hic Crispus?

*Si clade & peste sub illa saevitiam damnare* ] Adjungit conditionem. i. Nemo hoc Crispo fuisset imperator, utilior, si tyrannus Imperator non esset. & pati posset crudelitatem & vitia comminari, & contra honestis consiliis obtemperaret.

*Clade & peste sub ipsa*. j. i. sub Domitiano qui clades & interitus pestisque fuit omnium nobilium, bonorum præsertim. Fuere enim tempora sub Domitiano longe miserrima.

*Saevitiam damnare*. j. i. in Domitiano tyrannidem & atrocem crudelitatem sine metu libere arguere.

*Et honestum*. ] Utile & salutare. Talia autem non admittebat Domitianus. Imo horum actionibus (zuffimus erat.

— *Sed QUID VIOLENTIVS aure tyranni?*

*Cum quo de pluviis, aut aestibus, aut nimbo*

*Vere locuturi fatum pendebat amici:*

*Ille igitur NVNQVAM DIREXIT brachia contra*

90 *Torrentem, nec cuius erat, qui libera posset*

*Verba animi proferre, & vitam impendere vero.*

*Sic multas hyemes, atq; octogesima vidit*

*Solstitia, his armis illa quoq; tutus in aula.*

Pertexit de Crispi cauta prudentia & Imperatoris crudelitate

*Sed quid, & a. s.?* ] Eximia sententia. i. quid terribilius, formidabiliusque quam auri tyranni, honestæ admonitionis, & salutaris consilii impatiens. Qualis auri admodum tenera, libera admonitione & seвера castigatione exasperari non debet. Persius:

*Sed quid opus teneras mordaci radere Vero*

*Articulus?*

*Cum quo de pluviis*. ] Probat tyranni Domitiani aures violentas esse & delicatas adeo, ut si vel in leuissimis & nugacibus offendantur, mortiferæ sint. i. Quid asperius esse potest illo tyranno, Domitiano scilicet, cum quo si amicus non omnia grata loquatur, sed etiam in leuissimis vi de auri mutatione, de pluviis hyemalibus, de calore æstatis, de vere nimbo & in ætate, ex imprudentia quædam dicat, in mortis pericula se coniciet. Hinc Æsopus ad Solonem, in regum aulis loquendam *id iustus, id iustus, aut paucissima aut inmundissima*.

*De pluviis*. ] In colloquio de re leuicula. Non solum enim in seriis, verum etiam in leuissimis quærebatur occasionem contra nobiles, ut eos interficeret. Quod sæpissime fecit, Teste Suetonio.

*Nimbo*. ] Pluvioso ingrato, & iniucundo futuro.

*Fatum pendebat amici*. j. Mors immincebat, & instabat, quicumque enim ingrata dixissent, illos occidebat.

*Ille igitur nunquam*. ] Laudat Crispi prudentiam qui diris illis temporibus didicerit *non esse laudari, sed vitari*. i. Nunquam quidquam fecit contra impetuosam violentiam tyranni, omnia torrentis instar secum rapientis. Per torrentem obstinatum & effrenem Cæsaris



violentiam notat, cui Crispus nunquam contradixit. Metaphora à natantibus, qui si contra flumen natare velint, fluminis impetu retro aguntur. Hæc virtus Aulicorum præcipua.

*Nec cunctis erat.*] Generaliter loquitur de omnibus, cum tacita nota degeneris ignaviae Romanorum.

*Qui libera posset. &c. p.] Qui vere & libere animi sententiam posset eloqui, ob tyranni crudelitatem, & delatorum copiam.*

*Es vitam impendere vero.*] i. qui vellet pro vero vel veritate, quam palam profiteretur, more Papinianum *Es vitam impendere.* Iuven. Sat. 8.

*Summum crede nefas animam praeferre pudori,*

*Et propter vitam vivendi perdere causas.*

Tanquam qui pro veritate mori veller. Verum non placet: dicit enim posset. Est ergo hæc sententia vera. Qui posset vitam, quam ipsi virtuti & veritati debet, virtuti & veritati tanquam debitum impendere & concedere. Hoc est, qui in sua vita veritatem dicere auderet, vel qui posset vivere & libere veritatem & virtutem profiteri.

*Sic multas hyemes.)* His artibus & prudentia tempori inferuiente octogenarius euasit, & senex factus est in illa aula, in qua iam sub Nerone vixerat.

*Otogeſima ſelfſtria*. Annos octuaginta ipſum natum indicat. Hoc proſecto miraculi loco erat, hominem nobilem ad tantum ſenium Romæ ſub Nerone, & Domitiano perueniſſe.

*Hic armis.*] & artibus aulicis adfentatione, comitare, diffimulatione, quibus munebarur ad-  
versus imperatoris fœuitiam.

*Ita quoque tutus in aula.* ] ἐμμενέων, dixit, quasi diceret: idque in aula tam crudeli, in qua nemo tutus erat.

Proximus eiusdem properabat. Acilius ani,  
Cum iuvene indigno, quem mors tam sana maneres,  
Et domini gladius iam designata. SED OIIM  
PRODIGO PAR EST in nobilitate senectus.  
VNDE FIT ut malim fraterculus esse Gigantum.  
Profuit ergo nihil misero, quod cominus vsas  
Figebat. Numidas Albana nudus arena  
Venator. QVIS ENIM IAM non intelligit artes  
Patricias? quis priscum illud miratur acumen,  
Brute tuum? FACILE EST barbato imponere regi.

Describit iam alios duos Senatores patrem Acilium Glabrium, qui teste Plinio singulari prudentia & fide fuit, quem tamen postea tanquam res novas moliretur exilio multauit, qui tamen & consul sub Domitiano fuit, indignus pati quæ passus est. Filius eius Domitius erat, quem cum Domitianus occidisset, patrem seruauit, vt pœnas orbitatis sentiret.

*Proximus.*] Post Crispum.

*Eiusdem aevi.* Cum Crispo, & ipse Octogenarius.

*Cum inuene indigno.*] Cum optimo filio, qui indigna morte à Domitiano fuit sublatu. Et hic vnus erat confiliatorum.

*Maveret*] Certissime futura expectaret.

*Et domini gladius. Ji. quæ mors iam dudum designata, deputata, & destinata erat gladius Imperatoris. Es wahr ihm vorlenast schon zugesacht.*

*Iam designata.* ji. illo ipso tempore iam morti à Domitiano adjudicatus erat. V. C. meus legit Destinata, male. Destino enim mediam eorripit. Supra autem scriptum est à Commentatore Festinata, id est, properata.

*Sed olim prodigio par est, in nobilitate senectus.]* Vera sententia etiam nostra aetate, qua plerique

que nobiles vitam attrahunt vel luxu, & perporationibus: vel libidine. Dicit autem non suo solum Domitiani tempore nobilibus à tyranno imperatore longam vitam vix indulgeri, sed illudiam olim inde à Neronis tempore vixisse, qui Suetonio teste, nobilissimo cuique animo destinabatur. *Er sieh sie nicht lange leben.*

*Prodigii par* ] Monstro vel ostento simile, & rarissimum quid.

*Vide sit ut malim* ] Ob id quia tātis periculis nobiles expositi sunt, ego volo potius esse ter-  
ratus, ignobilis & oblitus, & ob id à persecutione tyranni tutus. Nobilium enim potentia Imperatori formidolosa erat. Et aliās: *nam in parvis fortuna furit*: Seneca.

*Rerum est felix idemq; senex*

Er alibi *Quot a pari moritur tempore fati*

*Quos felices Cinthia vidit,*

*Vidit miseros abitura dies.*

Ex alio loco: *Quem dies vidit veniens superbum*

*Hunc dies vidit fugiens iacem' em.*

*Fraterculus Gigantum* ] Fektiue & decore à Poeta dictum. Id est terræ filius & villis Gigan-  
tum frater, qui è terra nati linguntur, vt & nomen indicat. Homines autem obscuros, quorum  
partes ignorabantur, è terra natos dicebant. Sic Persius:

— *Terra est iam filius* —

*Profus ergo nihil* ] Probat vel explicat quod dixit Domitio mortem à Domitiano destina-  
tam fuisse, quam nulla arte evitare potuit eximius iuuenis. Cuius virtus & fortitudo, ne Domi-  
tiano formidolosa esset, se bardum & stolidum simulabat, & feras occidebat in theatro, idque  
audus, i. Misero huic iuueni lux artes, quibus invidiam & odium Cæsaris declinare studebat,  
nihil profuerunt, quando nimirum stolidum se simulabat, in aream descendebat, cum leonibus  
audus depugnabat, vt ita imperatori stolidus videretur, & ab illo non timeretur. Stolidi  
enim & pæne infames habebantur nobiles, qui se munere gladiatorio polluebant.

*Quod conuenit Græcis.* ] i. Quod stultitiam simulans, in theatro Albano, in quo Domitianus  
consciendas feras exhibebat, de propinquiore loco ense vel venabulo conficeret, trucidaret, vel  
transligeret.

*Vrsus Numidæ* ] i. Libycas. Nam in Libya feræ maiores. Intelligit autem Leones. Africa e-  
nim, teste Plinio, nullas vrsus habet. Nam vt Romani pro Elephante bouem, Lucani, pro Stru-  
thione passerem, marinum, pro Camelopardali ouem feram, pro Panthera murem Africanum,  
sic Leones qui in Africa & Numidia plurimi noto vel domestico nomine vrsos Libycos vel  
Numidicos appellarunt sic Virgilius Acestem regit

— *Pelle Libysidos Vrsæ,*

Leoninam intellige viro forti Herculis exemplo dignam. Lipsi lib. 2. Elect. cap. 4.

*Nudus.* ] sine armis, imo vestibus. Hoc dicitur Emphatice, quo facto stolidus & impudens  
pater & imprudens videri volebat.

*Albana arena.* ] Nam in Albano Domitianus feras in theatro consciendas exhibebat, & i-  
pse conficiebat, adeo, vt, teste Suetonio, centenas aliquando prostrauerit.

*Quicquid iam non intelligit a p.* ] id est, Quis Imperatorum adeo iam fatuus est, vt callidita-  
tes, artes, & versutias nobilium non intelligat, q. i. more M. Junii Bruti se brutos & stolidos  
simulabant, vt ita tyrannorum crudelitatem euitarent. Sed probe omnia hæc callebat Domi-  
tians.

*Qui priscum s. m. a. B. s.* ] qui Brutus stoliditatem simulabat vt Tarquinii Superbi crudelita-  
tem effugeret, ne interficeretur.

*Priscum acumen.* ] id est, Acutum ingenii tui inuentum priscis temporibus admirandum,  
non hoc serulo, quo nemo talia demeraretur. Longe enim iam versutiores & callidiores  
sunt.

*Brute*] Qui sicca stultitia Tarquinii tyrannidem euitasti.

*Facile est barbato imponere reges.*] i. O Brute, tuum factum nulli iam mirabile videretur. Facile enim erat illo prelo iudi, & simplici tempore, quo reges barbati & intonsi erant, simplicem & rudem regem decipere. Dicuntur hæc ex historia tali. Rege ultimo Tarquinio superbo, cum terribili portento, regis id columna lignea elapsus esset, rex territus, super hoc portento Delphos ad oraculum misit duos filios, quibus additus est Decius Iunius Brutus, ex Tarquinia statore regis natus, iuuenis ingeniosissimus, sed qui stultus videri volebat, ut omnem regis suffraganem de se amoliretur: unde Bruti agnomen tum accepit, & quod de industria non abouit. Ibi incescit capido iuuenum animis sciscitandi, ad quem eorum regnum Romanum esset peruenturum. Ex infima specu responderetur ad illum qui prius matrem exoscularetur. Iuuenes summo opere rem taceri iubent, ut fratrem donsi relictum præterirent. Dumque inter se forte committunt vter matrem oscularetur, patrique succederet, Brutus longe alia spectare oraculum sciens, velut casu in terram prolapsus cecidisset, osculum terræ iunxit, quod ea communis omnium mortalium mater esset. Hoc oraculum postea euentus comprobauit. Nam hic Brutus postea Tarquinium superbum cum filiis ob vitiatam Lucretiam expulit Roma, & primus Consul designatus est.

*Barbato Regi.*] i. Prisco tempore sub iuinio conditæ urbis & imperii viuenti, quo simplici-  
tas magna fuit. vñterrogare leute. Porro illo tempore barbam alebant, quo Romæ consilio  
non dum erant, qui primi ex Sicilia Romam adsciti.

*Imponere.*] Hinc impostores.

*Nec melior vultu quamuis ignobilis ibat  
Rubrius, offensa veteris reus, atq. tacenda,  
105 Et tamen improbius Satyram scribente Cynædo.  
Montani quoq. venter adest, abdomine tardus,  
Et matutino sudans Crispinus amomo,  
Quantum vix redolent duo funera. Senior ille  
Pompeius tenui ingulos aperire susurro,  
Et qui volutribus seruabat viscera Dacis.  
110 Fuscus, marmorea meditatns prælia villa.*

Subiungit iam reliquos Consiliarios adulatores ac delatores pessimos.

*Nec melior Cynædo*] Et ipse pallidus metu, ut Domitius, iuuenis nobilis, quamuis hic nobilis non esset. Certe aula illa atrox & crudelis fuit, in qua etiam malis & nebulonibus pessimis fuit periculum, quibus tamen aula tutissimum solet esse receptaculum.

*Quantum ignobilis.*] Tamen metu æque pallescit, & vultu nihilo confidentior erat, quam Domitius nobilissimus, qui mortis metu pallescit sibi ab imperatore destinata. Porro nobilibus imprimis infestus erat Domitianus, apud quem ignobiles tutiores erant.

*Rubrius*] Gallus. Hanc autem veterem culpam & offensam, ob quam poenam à Domitiano pallidus metuebat, quidam censent, quod contra Cæcionam pro Flauio Gabinio locutus sit, vel ut Probus, quod Tibiam in pueritia corruperit, vel ut V. C. metus cum commentario, quod cæ Domitiani coniuge concubuerit. Tale enim scelus aut consimile fuit: aut enim, offensam tacendam.

*Est tamen improbius*] i. Qui licet veteris culpe reus esset, & sceleratissimus, tamen in alios inuehebatur, quod est inconuenientissimum.

*Satyram scribente Cynædo*] Intelligit forte Neronem qui Pathicus & Cinædus solebat iure Pythagoræ iurasset, & tamen in Quintilianum iidem Pathicus & Cinædus probrosum carmen scribebat, & in alio sua vitia reprehendebat. Vel absolute intellige quemvis hypocritam qui cum Cinædus sit sceleratissimus, in alios tamen Satyram scribat. De quibus dictum Satyra 2. vbi illos & Scauros, & Socraticos Cinædos, eadem qua hic, figura dixit.

*Montani q. vñ adest*] Curtius Montanus ventrosus & pinguis erat, cuius & Tacitus meminit.

Quis

Cuius hoc loco ventrem potius, quam ipsam venisse Scoprice dicit.

*Abdomine tardus.* ji. Ob sumam vel pinguedinem, quæ est sub umbilico ad pubem, defatigatus segnior veniebat. Abdomen, der vnderbauch. Pinguis aqualculus Persio.

*Et matutinus sudans Crispinum amomo.* Scilicet etiam adest vnguentis preciosis orientalibus sudans inacidus, vinctus, delibutus.

*Matutinus.* Vel mane assumto cum non vesperi sed mane balneum intrarit, vel potius amomo, quod in Oriente valcerit, ubi Sol est maturi temporis. Est autem amomum frutex ex ligno le conuolvens in racemi modum flore candido, candidæ violæ vel vitis albæ foliis non absimilis. Nascitur in Assyria.

*Amomo.* Vnguento ex flore Amomi, preciosissimo.

*Sudans.* Madidus distillans.

*Crispinum.* Hunc vbiq; carpit. De quo in fronte huius Satyræ dictum est.

*Quantum vix r. d. f.* i. qui tantum vnguentorum suo corpori impendit, quantum vix impenditur duorum nobilium funeribus. Diuitum enim cadauera opobalsamo, amomo, aliisque preciosis aromaticis inungi & condiri solebant, vt nostro etiam tempore Cæsarum, regum, principum, comitum. Lucretius.

*Tarquinii corpus bona femina lanis & vixit.*

*Et Ovid. de Cello amico:*

*Ille tibi exsequias, & magni funus honoris*

*Fecit & in gelidos vertit aroma sinus.*

*Senior illo Pompeius.* ji. Illo Crispino adhuc crudelior adest Pompeius Ruffus, delator crudelissimus, alter consiliarius Crispinum secutus.

*Senior aperire.* Gracismus. Sic illi dicunt *δύως λίγυν*. i. qui adhuc crudelior erat delationibus suis ad aperendum, incidendumque aliorum iugulos. i. ad alios iugulandos.

*Tempus furro.* ji. Tenui delatione per fufurum clanculum in aurem Domitiani tyranni immissa, iugulos & guttura aliorum ferro aperiebat, & incidebat. i. qui leui fufurro alios apud Dominanum deferens poterat iugulare.

*Et qui vulturibus.* ji. Aderat etiam Cornelius Fuscus, quem Domitianus contra Dacos cum exercitu postea misit, à quibus occisus est.

*Vulturibus Dacus.* ji. Rapacibus crudelibus & feris Dacis, qui quasi vultures erant, & à Germanis Danubio diuidebantur. Quia autem vultures eos appellauit addit viscera, quæ vultures incidueribus potissimum appetunt. Nota est fabula de aquila & Prometheus.

*Seruabat.* Reservabat. Mors enim in illo bello ipsi designata erat.

*Fuscus marmorea m. p. &.* Hunc enim Cornelium Fuscum Domitianus contra Dacos cum exercitu misit, & qui belli imperitus nunquam in acie fuerat, sed in marmorea villa in summo otio, pace, & tranquillitate meditatus erat, quomodo prælia cum Dacis committenda essent. Notum enim, qui cum luxuria diffunderet inter supinas delicias de bello meditabatur.

*Et cum mortifero prudens Veiento Catullo*

*Qui nunquam visa flagrabat amore puella.*

*Grande & conspicuum nostro quoq; tempore monstrum.*

119 *Cæcus, adulator, dirusq; a ponte satelles,*

*Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.*

*Blandaq; denexa iactaret basia rheda.*

Subiungit iam alios duos Consiliarios Fabricium Veientonem & Catullum Messalinum, quorum hæc etiam teste Plinio cæcus fuit, ingenio atroci, qui delationibus suis multis exitio fuit. Ille Veiento fuit nobilissimus, & superbus admodum vt ex præcedenti Satyra videre est. Coniugem habuit Hippiciam pestifera meretricem, quæ cum Sergio quodam gladiatore mæcho in Ægyptum aufugit. Vide Sat. 6.

*Prudens.* vel quia doctus, vel ironice potius, quod deferendi & adulandi fuerit prudens, & impeti interueniens.

*Mortifero Catullo.*] Hic delator fuit atrocissimus, ingenio laevo, non verebatur, non erubescibat, non miserabatur, Qui saepius à Domitiano non secus ac tela, quæ & ipsa cæca & improvida in optimum quemque contorquebat. Iure ergo mortifer dicitur.

*Qui nunquam visa.*] Homo profecto Catullus pessimus fuit, qui senex, & cæcus, & tamen amator, & amabat quod nunquam viderat, mendacii arguens Græcum illud: *ὅς τὸν ὁππότε γίγνεται* & ipse.

*Grande & conspicuum. n. q. t. m.*] i. quamvis nostro tempore multa monstra sint, ut Crispinus & alii, ut monstra nihili fere amplius debeamus admirari propter eorum frequentiam, Tamen hoc etiam nostro monstroso tempore hoc monstrum satis conspicuum & notabile est. Quid enim monstrosum quam quod auctor noster subiungit, quod Catullus fuerit:

*Cæcus, adulator.*] His addi potest, puellæ amator, delator, consiliarius.

*Dirusq; à ponte fasces.*] i. Consiliarius imperatoris à ponte assumptus, ubi cæci & mutilato corpore mendicabant.

*Dirus fasces.*] i. Apparitor, assecla, cliens. Ponitur pro Consiliario. Dirus dicitur ob crudelitatem.

*Dignus Aricinus. q. m. a. a.*] Inuehitur in hoc monstrum dicens ipsum à ponte & mendicitate non fuisse liberandum, sed gravius adhuc torquendum. Quasi diceret. Profecto hic à ponte assumendus non fuisset, sed maiori calamitate adstringendus. Nimirum qui merito à rhedis vel curribus, qui per Aricinum clium vehunt, stipem emendicaret, Et dignus, qui non formosam aliquam puellam quam non videt deosculatur, sed qui ibi blanda verba & oscula eminus vel dedongo iactaret rhedæ declivi & inclinatz, & ab Aricino cliu deorsum tendenti.

*Aricinus.*] Clius Aricinus erat ad portam Aricinam abundans mendicis, ubi & Iudei & Christiani mendicabant, quæ ex vrbe pulsati Ariciam transferant. Erat enim Clius hic extra urbem, ob id ait cum non dignum esse, qui in ponte vrbis mendicet, sed qui extra urbem debeat migrare.

*Ad axes.*] id est, Curros, vel rotas descendentes, qui Ariciam tendebant, & inde rediebant.

*Blanda oscula iactaret.*] More mendicantium & cæcorum, ut eo magis humilem supplicem, quæ se demonstraret, & alios ad misericordiam commoueret. Hoc ait, nam supra eum amatorem dixit puellæ non visæ.

*Dexæ.*] Declivi, de flexu, inclinatz in descensu (Erat enim clius) pronæ.

*Nemo magis rhombum stupuit, nam plurima dixit*

*In laeum conuersus, at illi dextra iacebat*

120

*Bellua. Sic pugnæ Cilicis laudabat & istius*

*Et pagma, & pueros inde ad velaria raptos.*

Describit hoc loco miram & ridiculam quandam adulationem cæci illius Messalini Catulli: qui laudabat rhombum, quem videre non poterat, & tamen videre veridice volebat, & sic faciem ad latus laeum conuerteret, cum piscis ad dextram iaceret.

*Nemo magis.*] i. Nemo tantopere piscem captum cum stupore admirabatur, quam hic Catullus Cæcus.

*Nam plurima dixit.*] In commendationem rhombi.

*At illi dextra i. b.*] Est nominandi casus. Piscis dexter, id est, ad dextram iacens. Bellua. Ob eorum imitationem dixit.

*Sic pugnæ Cilicis. l. et.*] i. Sic turpiter adulatorie & impudenter in theatro laudabat gladiatorem à Cilicia robustissimum eiusque pugnæ, & istius in aduersarium prædicabat, quæ tamen non videbat.

*Et pagma*

*Pegmata*.) De Pegmate Seneca, lis adnumeres machinatores, qui Pegmata per se surgentia excogitant, & tabulata tacite in sublimis crescentia, Martialis.

*Et crescent media pegmata celsa Via.*

Dicitur autem Pegma Græcis πῆγμα à πῆγνυμι quod est compingo, eo quod moles fuerit lignea, varia & oculis arte compacta. Eterat machina vel αἰθρημα in Theatris ludis gladiatoris alii: quæ adhiberi solitum, quod per se cum summa spectatorum admiratione in sublimis infurgebat. Huic pueri solebant imponi, qui repente in sublimis elati ad velaria rapiebantur.

*Inde* à pegmate cui infidebant.

*Ad Velaria*.) Hæc per aerem expansa ad pluuiam & solem accendendum erant purpurea. Testis Xiphilino, quibus theatrum supernæ regebatur. Hæc omnia cæcus ille nebulo laudabat, qui videre non poterat. Et hanc tamen tam foedam, tam viro bono odiosam & intolerabilem adulationem Domitianus poterat ferre.

*Non cedit Veiento, sed ut fanaticus œstro*

*Percussus Bellona tuo diuinat, & ingens*

*Omen habes, inquit, magni, clariq, triumphi.*

125 *Regem aliquem capies, aut de temone Britanno*

*Excidet Arniragus, peregrina est bellua cernis*

*Erectas in terga sedes? Hoc defuit unum*

*Fabricio patriam ut rhombi memoraret, & annos.*

Subterit, quomodo Fabricius Veiento Catulli adulationi nihil concesserit, quin etiam in se per futura ob rhombum captum diuinaverit, & nescio quem triumphum Domitiano pollicitus sit.

*Non cedit Veiento.*.) Hisce Catulli laudationibus & adulationibus.

*Ut fanaticus.*.) Tanquam furiosi, qui in fano insaniebant, & spiritu immundo exagitati delirabant.

*Œstro Bellona percussus.*.) Bellona Minerua Dea belli & armorum, soror & auriga Martia. Hæc Deæ sacerdotes rem diuinam faciebant præ: prii sanguinis effusione, & tunc Bellona percussus, vel d' nino eius adflatus correpti præsentia explicabant, & futura vaticinabantur. Laetant lib. i. Tibullus:

*Hæc ubi Bellona motus est agitata*

Potro apud Ethnicos non nisi furiosi vaticinabantur.

*Œstro.*.) Œstrum genus mulsæ boues exagitans æstatis tempore, dicitur ab *œstia*. Id est insano, poniturque hic pro furoris stimulo, quos antequam stimulet aculeo, fugere compellit.

*Ingens omen.*.) Maximum portentum, iudicium, & signum est hic piscis captus de futura ab hostibus victoria reportanda, deque insigni ex illa victoria triumpho.

*Omen*.) Rei futuræ præfagium.

*Regem aliquem capies.*.) Quem in bello per duces tuos superaueris.

*Aut de temone Britanno.*.) Aruiragus Britannorum rex de imperio, regimine, gubernatione, regni administratione deturbabitur. Quia enim peregrinus & magnus piscis tibi captus est, peregrinum etiam & magnum aliquem regem capturus es.

*De temone.*.) Eo dicitur nam Britanni in præliis curribus utebantur, ex quibus regem victum deturbandum esse vaticinatur. Est autem temo ligamen illud currus, quod inter equos carrum trahentes, excurret, currum regens.

*Peregrina est bellua.*.] Ergo etiam peregrinum regem domiaces. *Ne me diu Bunde-*  
*stus.*

*Arminius.*] Fuit rex Britanniz huius temporis, contra Romanos multum rebellis. Legitatem meus V. C. Excidit, & addit commentatus mortuus est, & de regno expulsus est; tanquam vaticinentur de re præfenti, vel etiam iam facta & præterita.

*Cernis erectas in terga sudes.* ji. Vides quantus confluat in squammas, vides in tergo piscis spinas tanquam sudes erectas; ita etiam hosti tuo in tergo fugienti hastilia insiguntur.

*In terga.]* Pro in tergo.

*Sudes.]* Metaphora, spinas, cristas, pinnas.

*Hoc desuit Enim Fabritio.)* Omnia quæ in laudem & commendationem rhombi dici poterant satis copiose dixit Fabritius Veiento, vno hoc excepto quod eius patriam & annos recensere non potuerit. Nam in causæ genere demonstratio de his addi solet, de patria & ætate.

130 *Quidnam igitur censet? conciditur? Absit ab illo  
Dedecus hoc, Montanus ait, testa alta paretur,*

*Quæ tenui muro spaciosum colligat orbem.*

*Debetur magnus patina subitusq; Prometheus,*

*Argillam atq; rotam citius properate. Sed ex hoc*

*Tempore iam Cæsar figuli tua castra sequantur.*

Suadet hic Montanus rhombum in frustra non esse concidendum, sed capacissimam patinam à figulo quoquam ipsi faciendam esse.

*Quidnam igitur censet? conciditur.)* Verba sunt Imperatoris ad Veientonem. Censetne hunc piscem in frustra concidendum.

*Absit ab illo d. h.)* à tam nobili pisce hæc contumelia absit, qui integer coqui & apponi debet. Hisce verbis ventrosus ille Montanus Imperatori adulat.

*Testa alta paretur.* ji. Propere fiat vas aliquod fictile vastum grande, spaciosum, profundum & tanti piscis capax, & in quo integer coqui possit.

*Quæ tenui muro s. c. o.)* i. quæ non crassa sit, sed tenuem habeat murum è subtili creta, ut eo facilius concoqui possit, sed quæ ampla & lata sit, magnamque habeat amplitudinem.

*Tenui.)* Magna figulorum laus est teste Plinio ut cretam tenuem in conficiendis patinis ducant.

*Spaciosum c. o.)* i. Capacem extremitatem comprehendat. Allusum forte ad Vitellii illud, & quo Plin. lib. 35. cap. 11. At hercule Vitellius in principatu suo ducentis sestertiis condidit patinam, cui faciendæ fornax in campo exædificata erat. Quoniam eo peruenit luxuria ut etiam fictilia pluris essent, quam murhæa. Et noster inferius de decoctore.

*Et quadringenti nummi condire gulosum*

*Fictile.*

*Spaciosum orbem.]* Ein Breitten weiten Rand oder umbkreiß.

*Colligat.]* circuitu comprehendat.

*Debetur magnus patina (p.)* i. Figulus aliquis magoræ æstimationis & nobilis, & qui propere opus aliquod possit facere, huic patinæ faciendæ est adhibendus.

*Magnus.)* Quasi tam præclaræ rei non vulgaris artifex adhibendus sit.

*Subitus.)* Subito inueniens, vel subito operans.

*Prometheus.)* Prudens & ingeniosus figulus, qualis Prometheus, qui hominem primus ex argilla fluxile fingitur. Solerti profecto fictione, Prometheus enim pro Providentia ponitur, quæ profecto hominem produxit.

*Argillam atq; rotam c. p.)* Vox Imperatoris. Vel etiam Montani adhuc.

*Argillam.]* Tenacem terram, & a. m.

*Rotam citius properate.)* Figulinam rotam propere adferre. Hanc Anacharsis Scytha Philosophus inuenisse dicitur, ut alii, Hyperbius Corinthius.

*Sed ex hoc tempore.)* Ut eos scilicet in consimili casu non diu cogaris querere, sed apud te semper & in promptu habeas.

Vici

- 135 *Vixit digna viro sententia. Nouerat ille  
Luxuriam imperii veterem, noctesq, Neronis  
Iam medias, aliamq, famem, cum pulmo Falerno  
Arderet. Nulli maior fuit usus edendi  
Tempestate mea. Circeis nata forent, an  
140 Lucrinum ad saxum, Rutupinone edita fundo  
Ostrea callebat, primo deprendere morsu  
Et semel adpecti litus dicebat, echini,*

Exponit iam quid conclusum sit ex sententia Montani, cuius immensam luxuriam demonstrat & perstringit.

*Vixit sententia* ] i. Hæc sententia potior fuit. Omnes illi subscripserunt, approbata est ab omnibus.

*Digna viro* ] Tanto epulone & gulone voracissimo, crasso & pingui vel Scopitice, tanquam diceret hanc sententiam fuisse virilem.

*Nouerat ille luxuriam imperii veterem.* ] Diu enim & multum in aulis multorum imperatorum versatus fuerat, & luxuriam fomenta accurate pernoscebat. Dicit autem recte imperii luxuriam, qua teste Suetonio, omnes imperatores peccarant. i. Norat quid prisci imperatores in paradisi obolus facere consueuissent.

*Noctesq, Neronis* ] Nero, vt Suetonius testatur, epulas de die media in medias noctes protraheret. Sub Nerone vero iam in aula fuerat hic Montanus, ob id ait eum nosse veterem luxuriam.

*Iam medias* ] Quas inter comestationes solitus erat traducere.

*Aliamq, famem cum p. s. a.* ] i. Nouerat fomenta vel incitamenta ad aliam nouam & exquisitam famem rursus excitandam, vel norat, quibus epulis imperatoris venter vino & epularum copia & varietate obrutus refici, & in famem excitari rursus deberet,

*Cum pulmo Falerno arderet.* ] i. Cum imperator Nero vino Falerno montis Campaniæ ardentissimo incensus incaluerat. Wener sich am hixigen weijn erhitzet hetre. Vel cum stomachus ex nimio cibo & potu crudus concoquere non posset, & cruditatibus esset inflammatus.

*Nulli maior fuit usus edendi tempestate mea.* ] i. Meo tempore nemo Romæ viuuit, qui peritior fuerit in delictu ciborum exquendo, vel nulli maior fuit experientia vel peritia ciborum, atque Montano.

*Tempestate* ] i. ætate mea. Sic & Sallustius loquitur.

*Circeis nata forent* ] i. Montanus hic sitantum semel morsu leuiter gustasset ostrea, poterat dicere, an nata essent in Campania iuxta Circeos, an ad Bruziorum saxum, sinum Lucrinum. i. Fuit omnium pericissimus artifex in diguoscendis cibis, & optimis ferculis, piscibus ostreis. Nā primo gustu callide sciebat internosce, an nata essent Circeis.

*Circeis* ] In mari apud Circeum montem in quo Circes sacellum in fine antiqui Latii, nō procul à Caieta. Hic ostrea proueniebant. Horat.

*Ostrea Circeis Miseno oriuntur echini.*

*An lucrinum ad saxum.* ] Est locus Brutiorum. i. ad scopulum Lucrinum, in lacu Campaniæ in sinu Baiarum contra Puteolos.

*Rutupinone edita fundo* ] Rutupinus Britannię ciuitas & Promontorium in littore situm. Edita, Nata, vel prolata.

*Fundo* ] In maris profunditate nata. Hæc omnia summa Palati dexteritate, actimonia, & acuminis poterat internosce. Persius de consimili *Nec tenuem sollers turdorum nosse saluam.*

*Et semel adpecti litus dicebat Echini* ] i. Cum temel tantum obiter inspexisset echinum, statim dicebat eius litus vel mare in quonatus esset.

*Echini* ] De genere cancrorum piscis semipedalis, spinosus, & hirsutus, & asperissimus in



tantum, ut naui adhærens illam inhibeat, spinæ in illo, loco pedum. Est piscis suauissimus, inque illius seculi delitiis. Ad cuius similitudinem castaneorum putamina solemus echinos appellare.

*Surgitur.* & *misso* proceres exire iubentur  
*Concilio,* quos *Albanam dux magnus in arcem.*

145

*Traxerat,* attonitos, & *festinare coactos*  
*Tanquam de Geticis aliquid, toruisq; Sicambriis*  
*Dicturus: tanquam diuersis partibus orbis*

*Anxia præcipiti venisset Epistola pinna.*

150

*Atq; utinam his nugis potius tota illa dedisset*  
*Tempora seuitiæ, claras quibus abstulit urbi*  
*Ilustresq; animas impune, & vindice nulla:*  
*Sed perit, postquam cerdonibus esse timendus*  
*Cæperat, Hoc nocuit Lamiarum cade madenti.*

Exponitiam, quomodo concilium sit dimissum, quod ob rem nugacissimam fuerat conuocatum.

*Surgitur.* ab omnibus. Soluitur concilium senatorum, vel à concilio surgitur.

*Misso Concilio.* i. Absoluto, dimisso, peracto.

*Proceres.* Senatores, consiliarii.

*Quos Albanam.* i. Quos senatores summus imperator Dominus & Deus noster Domitianus celeriter aduenire compulerat obstupefactos tanquam dere maxime ardua, vel summo Reip. periculo deliberandum esset.

*Albanam arcem.* i. Vbi templum Vestæ erat. Hic enim commorabatur Domitianus.

*Dux magnus.* i. Ironice. qui profecto non nisi (celere & tyrannide magnus dici poterat.

*Traxerat.* i. Principes violenter festinare iusserat.

*Attonitos.* i. quasi repentino tonitru percussos. qui metu erant perterriti, tanquam de repetito periculo Reip. & imperio imminenti esset deliberandum.

*Tanquam de Geticis.* i. De negociis Geticis. Getæ erant Scythæ circa pontum Euxinum, ad quos Ovidius relegatus. Alii legunt Cattris, qui iam dicuntur Hassi: Virgilius.

*Mortem contemnunt laudato vulnere Catti.*

V. M. C. legit Giatris & addit Giatz sunt Scotti.

*Toruisq; Sicambriis.* i. Tanquam rem arduam maximi momenti prolaturus, de hostium irruptionibus. Erant autem Sicambri populi Germaniæ finitimi Cauchis ad Oceanum, Bructeris & Cymbris, ubi iam pars Westphaliæ & Geldriæ. Ideo de his ait, quia Domitianus hos domuerat.

*Toruis* i. Trucibus, immanibus.

*Tanquam diuersis partibus orbis.* i. Tanquam ex variis terræ partibus Gallia, Hispania, Africa, Sicilia, Græcia, Germania aduersi aliquid summa festinatione tanquam pennis vel animum volatu esset allatum.

*Anxia Epistola.* i. Anxietatis index, vel valde festinans more anxiorum. vel quod anxios redderet homines. Venisset. allata esset.

*Præcipiti pinna.* i. Ita vocat cursorem velocissimum propter celeritatem nimiam. Nam & viredari pennam avis gestabant in capite, ob signum velocitatis. Quidam hæc de auibus & columbis intelligunt, quæ litteras pedibus sibi alligatas in castra & urbem detulerunt. Sed illud hoc loco iam non placet. Nulla quippe avis adfueret, ut & Galliis in Daniam vel Scotiam litteras adferret, quod inuit hoc loco dicens: Diuersis partibus orbis, vel mundi. Nam propinquiori loco fieri, ut experientia compertum est, ita posse, facile concedo. Addit M. V. C. quando laureata epistola mitrebat victoria denuntiabat, quando vero pennata populationem & stragem.

*Penna.* i. Est ergo Metaph. Tanquam aduersi quid quasi per volucres præcipiti volatu fuisset denunciatum. Vel de pennata epistola intellige.

Atq;

*Atque vitium his potius nugas*] Excusat iam hoc ridiculum super rhombo habitum concili-um, dicens optandum esse, ut Domitianus in huiusmodi nugis totum potius imperii vel potius tyrannidis suæ tempus arceat. Sic enim tot præclari viri non interempti fuissent. q. d. Sati-ius fuisset ipsum augas, quam tyrannidem & crudelitatem exercuisse.

*Clas quibus abstrus Urbs.*] Ut Cerealem, Salundienum, Acilium, Glabionem, Domitium filium, Lamiam, Saluim Coecianum, Metium, Pomposianum, Sallustium, Lucanum, Iunium, Rusticum, Eluidium, Flavianum Sabinum, & sexcentos alios.

*Abstrus.*] i. E medio sustulit tot illustres viros.

*Impune & vindex nullo.*] Emphatice hoc dicitur. q. d. Idque nullo nobilium vlscerente. Exprobrat nobilibus Romanis ignaviam, qui hoc monstrum exhorrescentes, vilibus cerdonibus trucidandum reliquerint. Magna profecto nobilium ignavia inter quos nemo inuentus qui tam crudele factum suæ vitæ contentu vlsceretur. Egregie Seneca.

*Quisquis suam vitam contempsit, tua dominans est.*

*Sed perit.*] i. Tandem ubi extinctis nobilibus in viles operarios itidem seuire cœpit, ab iis-  
dem occisus est. Q. d. Nisi cerdones homines vilissimi tyrannum Domitianum sustulissent, haud dubie adhuc viveret, suæque passim crudelitate grassaretur.

*Cerdonibus*] Cerdones sunt, qui lucri gratia opus exercent *à m rû ne g'out*. Ponuntur hic pro ignobilibus. Erant autem eius occisores Clodianus Cornicularius, Maximus Parthenii liber-  
tus, Saranus Decurio cubiculariorum, Stephanus procurator Domicillæ, & quidam è gladi-  
atorio Iuda. Confossus est 7. Vulneribus. Suetonius in Domitiano cap. 17.

*Hoc nocuit.*] i. Quamdiu nobiles interemit tutus vixit, & impune omnia egit: Sed postquam nemo nobilium reliquus fuit, & gladium in ignobile vulgus stringere cœpit, occisus est.

*Nocuit.*] i. Hoc exitio fuit.

*Lamiarum cade madenti.*] i. Cum nobilissimorum sanguine se contaminasset, & conspersis-  
set, interfecit, teste Tranquillo, inter alios Ælium Lamiam nobilissimum: & Lamias ponit his  
pro nobilibus, qui à vetustissimo Lamo orti erant. Horat.

*Æli Getaffo nobilis ab Lamo.*

## IN SATYRAM V.

## TABULA SYNOPTICA

Generalis.

In ge-  
nere,  
quodTurpe fit, versu 1.2  
Intolerabile, v. 3.4.  
Sanius mendicare, v. 5. ad 11.

Debetur Trebium à confectandis diuitum mensis tum quidem.

In Specie quod pro magnis molestiis, vix in anno sexies ad cenam vocetur (à 12. ad 13.) In qua offendit

Quod male atque misere tractetur argumentis 12. ex loco dissimilium

1. *Vinum* clienti sit pessimum, Domino vero optimum. v. 24. 37.
2. *Pecula* domino aurea, gemmata, ex electo, clienti vero ex obsceno vitro, & fracta. v. 37. ad 48.
3. *Aqua* domino decocta frigidissima, clienti vero vilior, vers. 49. ad 51.
4. *Minister* clienti deformis Æthiops, Domino vero formosissimus, ex Asia puer preciosissimus superbus. v. 53. ad 66.
5. *Panis* clienti mucidus & antiquitate durissimus: domino candidus & mollis, clienti non tangendus, vel cum dedecore rursus deponendus, vers. 67. ad 79.
6. *Pisces* nobiles domino, asparagis conditi, clienti vero cammari vilissimi. v. 80. ad 85.
7. *Oleum*, domino Venafranum nobilissimum: clienti ex laternis collectum, Africanum, malcolens. v. 86. ad 91.
8. *Pisces* domino multi è Corfyca, Maranæ è Sicilia piscatorum temeritate alataz, clienti vero anguille & viles pisces in latrinis Romæ capti. v. 91. ad 106.
9. (Domini non solum liberaliter clientes suos, vt olim, non tractant, sed & ciuilibiter quidem cum illis cœnare volunt.) v. 107. ad 113.
10. Domino extra anserum, altilis, apri, tubera gulonum delitiæ, v. 119. quæ omnia structores solempni ritu dominis diuidant. v. 124. Clientis vero ad hæc non hiscere audet, quem dominus superbe contemnit quod pauper est, si diues esset eundem honoraturus maxime si orbis esset; quamuis etiam non orbem modo diues esset. vers. 125. vsque ad 145.
11. *Fungi* periculosi clienti, delicati boleti vero domino. vers. 146. ad 148.
12. *Poma* optima domino, vilia & scabiosa clienti v. 149. ad 155.

Quare clientes  
& parafiti tam  
male à domi-  
nis tractentur.  
NempeVt illis ægre faciant, quorum miseria delectentur. vers. 156. ad 159  
Quod iure ventris mancipia ita contumeliose merito tractentur.  
vers. 160. ad 165.  
Quod grauiori pœna, & flagris digni sint, vers. 170. ad finem.

D. IV-

D. IVNII IVVENA-  
LIS SATYRARVM LIB. I.

## SATYRA V.

**S**ic te propositi nondum pudet, atq. eadem est mens  
Vt bona summa putes aliena vinere quadra?

Sic potes ista pati, qua nec Sarmentus iniquas  
Cæsaris ad mensas, nec vilis Galba tulisset:

Quamuis iurato metuum tibi credere testis.



ATYRA hæc in Trebium quendam scripta, de Parasitis inscribitur, in qua duo potissimum tractat Poeta: Primo miseram conditionem Parasitorum & clientum, qui diuitum cœnas sectabantur, notat; Deinde avaritiam & malitiã diuitum perstringit, qui tam miserrime assecclas suos, & tam sordidissime tractarent cum ipsi interim delicatissime viverent.

*Sic te propositi.* Initio Trebium à confectandis diuitum cœnis dehortatur ostendens propositum illud turpe esse, intolerabilia esse, quæ ibi pati ipsam oporteat, ibi ipsum miserrime tractari, adeo ut longe satius sit mendicare. Lego autem initio Sic, non S, ut omnes libri manuscripti & excusi legunt, & ex qua praua lectione nulla prorsus coherentia aut commoda sententia potest elici. Si vero Sic, legas sensus est prorsus euident & conspicuus. Atque ita est initio interrogatio cum exclamatione mixta, cum indignatione coniuncta, hoc modo: Sic tunc te non dum turpis illius tui propositi pudet? Itane vero in priori tuo turpi atque in honesto adulandi proposito perseueras. Sic, ergo valet, Siccine? Sic e: go? Itane vero?

*Propositi.* Illius turpis confectandi diuitum cœnas.

*Atq. eadem est mens.* Siccine perstas in priori mente & sententia.

*Vi bona sp.* Vt summæ felicitatis, & supremæ beatitudinis loco habeas.

*Aliena vinere quadra.* Pane in quadram scisso, super quem carnes & alia pingua obsonia incidebant, quales panes nos dicimus Musæ nominamus, Eo quod pauperibus Eleemosynas loco dari soleat. Virgilius etiam mensas vocat.

— *Etiã mensas absumimus inquit Iulus.*

Et alibi inquit

— *patulis nec parcere quadris.*

*Sic potes ista pati.* Itane vero tam intolerabilia opprobria, tam indignas homine libero iniurias & contumelias, potes sustinere, idque apud priuatum ciuem Romanum, quæ vilissimi Scuræ Sarmentus & Galba, ne in Cæsaris quidem Augusti mensa vnquam tolerassent.

*Qua nec Sarmentus.* Nobilis scurra tempore Cæsaris Augusti celebris, & ab Horatio nobilitatus, cuius scurrilem pugnam cum Messio Cicero Musas inuocans in Hódæporico suo ridicule describit, lib. 1. Sat. 5.

*Nunc mihi paucis*

*Sarmenti scurra pugnam, Messiq. Cicerræ*

*Musa scilicet memores.*

Hic urbanitate & audacia notus, Eques Romanus se in gratiam Cæsaris Augusti insinuat: Huius & Plutarchus meminit in Antonio.

*Iniquas.* Probra enim & contumelias tales scuræ deuotare cogebantur.

*Casaris ad mensas* [Emphatice. Quæ scurra vilissimus ac in mensa quidem optimi & maximi Augusti Casaris perferret, hæc tu perferre potes in mensa cuiusdam priuati.

*Vilius Galba* ] Scurra sub Tiberio nobilis Apitius Galba dictus, cuius crebram mentionem facit Martial s.

*Quamuis i m t c t j i*. Quamuis iures, ô Trebi, hæc iniquissima tibi non molesta esse tamen non credam tibi vel iuranti. Rationem statim addit auctor, quare iurato nolit credere: Quia scilicet naturam cuiusque frugalem, & ventrem paucis contentum esse, & omnes à natura ab iniuriis & opprobriis contumeliosis abhorre, quæ ibi perferenda erant.

*Iurato teste*. j i. Tibi iuranti, quod hæc tibi molesta non sint, vel quod te non pudeat & poeniteat tui propositi, vel quod ista opprobria æquo animo perferre possis. iurato actiue possum.

Plautus Amphitruone.

*Nam iniurato scio plus credes mihi, quam iurato tibi.*

*VENTRE nihil noni frugalius. Hoc tamen ipsum.*

*Defecisse puta, quod inani sufficit aluo:*

*Nulla crepido vacat, nusquam pons; & tegetis pars*

*Dimidia breuior? tantine iniuria cena?*

10

*Tam ieiuna fames, Quin possis honestius illic*

*Et tremere, & sordes farris mordere canini.*

Indicat satius esse mendicum agere, quam talem assecclam.

*Ventre.* ] Non de Trebii ventre intellige, sed in genere dicitur illud, quod toties à Seneca inculcatur: Naturam paucis esse contentam: Sic enim ille in Epistolis: *Panem & aquam natura desiderat. Nemo ad hac pauper est intra qua quisque desiderium suum claudit, cum ipso tone de felicitate queat contendere. Idem: Natura minimum nobis constituit, minimoque contentos esse iubet. Idem, Venter præcepta non audit, poscit, appellat, non est molestus creditor simodo das illi quod debes, non quod optas. Ibidem. Non est horrida res aqua & polenta, aut etiam frustum hordeacei panis. Sed summa voluptas est posse capere, etiam ex his voluptatem, & ad id se reduxisse quod eripere nulla fortuna iniquitas possit. Verum ut idem alibi ait: Plerisque maior fames, quam venter. Est ergo hic sensus. Venter paucissimo contentus est: Et si hoc paucissimum, quo contentus est forte tibi desit, nonne satius est te illud mendicando acquirere quam adulando. Longe certe honestius est mendicum, quam adulatorem agere.*

*Hoc tamen ipsum d. p.* ] Concessio vel potius conditio. Age iam ponamus illud paruum tibi deesse, quo venter tuus dimittitur. At vero num propterea parasitum agere debes: Nonne loci fiat ubi stipem emendicare potius possis, & mendicando illud paucum, quo viuere possis, corrådere. Cum satius sit mendicum libere viuere, quam diuitum Parasitum misere & scruliter. Hoc ipsum. Cibus & potum paucum & modicum:

*Defecisse puta* ] Age ponamus illud tibi deesse. Est *inani*.

*Quod inani s. a.* ] i. quod ieiuno, vacuo, & famelico ventri implendo satis sit. daß den Lâhren Bauch erfüllen maq.

*Nulla crepido vacat:* ] i. Nullibi locus est ubi mendices? Est autem crepido ora littoris, quam aqua aliuens, & altidens crepirat. Est hic abrupti saxi altitudo, extremitas, & cauerna, sub qua pauperes solent mendicare, vel cauerna in muro.

*Nusquam pons?* ] Vbi mendicando stipem petas. In ponte mendici mendicabant, eo quod ibi maxima semper hominum frequentia per pontes transiret. Saryra præcedenti dictum

— *Diuisq; à ponte satelles.*

*Et tegetis pars dimidia breuior.* ] i. Tegetes mutilata, vel minima eius pars: tales tegetes de scirpo fiebant. Ein Stucke von der Bettel decke! Possimus etiam Proscuchas vel mendicantium casas vetustate minutas & diruras tegetibus decurtatis testas intelligere, die mit Alsten lumpen gedecket waren.

*Dimidia*

*Dimidia breuior.* Ji. Teges non diffidiata amplius, sed parua eius lacinia minor quam dimidia.

*Tantum iniuria cœna?* Tantum tibi est iniuriosa & contumeliosa cœna ut propter eam turpissimum adulatorum velis agere, & tot mala, tot opprobria & contumelias potius perferre velis quam mendicare.

*Iniuria cœna?* *Et 2/3 d/5.* Sic supra dixit: Facunda senectus.

*Tam ieiuna famel.* Tanti scilicet tibi est. Talem nempe ieiunam famem in mensa diuivis cogoris sustinere. Misere enim cibabantur, & plerunque ieiuni dimittebantur. i. Tantumne apud te valet probrosa illa & famelica ieiuna tractatio apud diuitem. ut propter eam tanta mala velis perpetui?

*Quin potius h. i.* Hæc mea lectio vera est. Si enim legas, cum possis percat versus. i. Quin tu longe honestius postulas & præoptas mendicando potius tremere, & sordidum panem comedere, quam turpiter adulando idem facere in diuitum mensis. Vbi nihil lautius tractaris, quam si mendicus esses.

*Potius tremere.* Sic Persius

—Pappare minutum

Potius.

*Illic.* Emphatice. Longe rectius & honestius illic in ponte vel ubi mendices illud ages, quam in mensa diuitum, ubi nulla tibi melior conditio: q. d. Siquidem utrobique misere tibi viuendum est, longè honestius est ut mendicando illic in ponte misere viuas, quam adulando & paratando in mensa diuitum.

*Tremere.* More mendicantium, qui male vestiti, frigore horrentium, quod idem in mensa diuitum rualè & contumeliose tractati faciebant.

*Et sordes faris mordere canini.* Qualis ex hordeo sordidus panis mendicis & canibus obiciebatur. i. Sordidum caninum panem è farre: i. Siquidem miser utrobique esse cogoris, miser potius mendicus, quam scurra esto.

*Primo sige loco, quod tu discumbere iussus*

*Mercedem solidam veterum capis officiorum.*

*Fructus amicitia magna cibus! Imputat hunc rex*

15 *Et quamvis rarum tamen imputat. Ergo duos post*

*Si libuit menses neglectum adhibere clientem*

*(Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto)*

*Vna simus ait. Votorum summa, Quid ultra*

*Queris? habet Trebius propter quod rumpere somnum*

16 *Debeas, & ligulas dimittere sollicitus ne*

*Tota salutatrix iam turba peregerit orbem.*

*Sideribus dubiis, aut illo tempore, quo se*

*Frigida circumagunt pigri Sarraca Boota.*

Ostendit iam in specie diuitum mensas non esse sectandas, eo quod pro summis vigiliis & molestiis rarissime mensæ vel cœnæ adhibeantur, quod ipsum tamen rex vel patronus clientibus tanquam summum beneficium impuret.

*Primo sige loco.* i. Primo omnium loco hoc pone, quod te merito à diuitum mensa consentanda deteruerit, quod quādo te patronus tuus aliquando ad cœnam vocat, existimas omnia tua disturbata officia & labores se satis solide compensasse, q. d. Hoc prima causa est, quæ te detertere debet, quod patronus tuus censeat, te ob multiplicia tua vetera officia satis solidam & amplam mercedem recipere, si semel aliquando ad cōuiuium voceris. Quasi magno beneficio cum te semel ad cœnam vocauit, te adfecerit.

*Quid tu discumbere iussus.* Ji. Si iubearis à diuite ad cœnam, vel mensam discumbere, & secū comedere, mercedē habes tot tuarum vigiliarum & laborum. Est ergo hoc primum argumē-

tum, quod par gratia pro tantis molestiis & laboribus clientibus vna atque altera fordida & famelica cœna non reponatur.

*Mercedem solidam capis.*] i. Iudicaris capere, vel patronus tuus censet te hoc ipso mercedem iustum pro veteribus tuis officiis recipere.

*Solidam.*] Ironice. Egregiam, totam, integram, vt nihil amplius tibi debeat. *Er meine Er habe dir ein große wolthat gethan.*

*Veterum.*] Pro seruitio tot dierum, imo mensium & annorum.

*Fructus amicitia m.c.*] i. Ex magna illa, quam cum diuite habes amicitia hunc fructum capis, quod interdum, quamuis rarissime vilem cibum in domo eius capis, in cœna quasi recta.

*Imputat hunc rex.*] i. Reputat hunc cibum mercedis loco datum tibi. Vt nos Germani dicimus. *Er rechnet es dir zu/ Er schlägt es dir am Lohne abe.*

*Rex.*] Patronus tuus. Sic enim vocabantur. Sic Sat. 1. dixit: Rex horum.

*Et quamvis rarum tamen imputat.*] i. Quamvis raro ad cœnam voceris tamen id tibi mercedis loco imputatur. Imputatur. *Er rechnet es dir zu/ Er schlägt es dir abe.* Quæ vero hæc merces, pro singularum dierum assiduâ salutationib. viz post duos menses semel ad cœnâ vocari,

*Ergo duos post s. l. m.*] explicat quod dixit. Si dominus te clientem diutissime neglectum post duos menses tandem aliquando semel ad cœnam vocet (quod tamen non facit vt tibi prosit, sed vt culcitram trichlinarem tantum impleat) tu laborum & votorum tuorum fructum & finem abunde consecutus es.

*Si libuit.*] Regi & patrono tuo.

*Neglectum adhibere.*] i. Te Parasitum tandem ad cœnam vocare. Alii libri legunt accire.

*Tertia ne vacuo.*] Salse dictum. Tu non tui boni gratia iuuitaris, neque quod tua præsentia dominus magnopere delectetur, sed ne locus vacet, vel tu tantum tanquam supplementum culcitæ trichlinaris vocaris, cum forte vocatorum electorum conuiuiarum quispiam se excusauit, quo trichlinium certo conuiuiarum numero impleatur. Porro veteres discumbentes mandebant, & culcitæ, quæ formam litteræ Sigma C. vel dimidiatæ lunæ referebat, tres lectuli erant, unde culcitra trichlinaris dicebatur, quæ ad summum 7. hominum capax. Mart.

*Septem Sigma capit sex sumus. adde Lupum.*

*Vna sumus, ait.*] Dominus clienti suo, hodie apud me in cœna vna erimus.

*Tertia culcitra.*] Tertia & extremum latus culcitæ, in quo minus honorati iacebant.

*Vacuo lecto cessaret.*] i. Ociofa esset & vacaret, cum nemo in eius lecto, vel puluinari, quo inisternebatur, recumberet.

*Votorum summa.*] i. Hoc ipso summum tuum bonum consecutus es, nihil ultra voris potes concipere, i. quando apud patronum tuum in cœna es, consummationem & plenitudinem votorum tuorum habes.

*Quid ultra quæris.*] Vltius nihil sperare potes. i. magis vultu meo.

*Habet T. cibum propter quod rumpere s. d.*] Mutat ironice Personam. i. Trebius semel ad cœnam vocatus, omnium suorum officiorum (quod de nocte surgit, & propere ad Patronum salutandum currit) fructum plenissime iam capis. Actis hic Ironia.

*Habet.*] Propositi sui finem & summum quali bonum.

*Propter quod r. s. d.*] Propter quod mane, imo mediæ noctis tempore somnum abrumpere, & ad patronum salutandum properare debeat.

*Est ligulas dimittere.*] i. Negligere, vestibus circumiectis præ nimia festinatione, ne salutantum vltimas sit.

*Ligulas dimittere.*] Deorsum mittere. *die Gencel hängen lassen* vel dimittere: negligere, quibus ligulis vestes vel braccæ thoraci alligantur. Vel etiam ligulas calceorum intellige.

*Sollicitus ne s. i. t. p. o.*] Valde anxius & timens, ne tu iater salutantes vltimus sis, qui iam ante te ordine patronum salutauerint.

*Saluatritx turbs.*] i. Omnis multitudo clientum, tuorum competitorum.

Ordm

*Orbem peregerit.*] Ordine quasi in orbem circumstantes omnes patronum salutarint, ut ita circumus salutantium iam absolutus sit. Qui primi eam venerant magis intimi habebantur. Quod & superius notatum. Sat. 3.

*Ne prior Albinam aut Modiam collega salutes.*

*Sideribus dubijs.*] i. Dubia luce, crepusculo, summo mane vel diluculo, cum sidera ob dici aduentum dubia quasi & incerta occultari incipiunt.

*Aut illo tempore quo se, &c.*] i. Vel à media nocte cum in septentrione plaustra circumagunt. Sic Martial.

*Mane vel à media nocte rogatus ero.*

*Quo se frigida, &c.*] Quo tempore frigida plaustra in Septentrione Bootæ vel Arctophylaciæ pignæ & tarde se commouentis, se flectunt, quod media nocte fieri obseruatur. Mouent quidè se æque die ac nocte, & se in gyrum agunt, sed nocte illud tantum obseruatur. Est ergo noctis descriptio.

*Frigida plaustra circumagunt.*] Est descriptio medix noctis. Sic alter Poeta dixit de eodem tempore;

*Flexaq, lenta pigri plaustra Bootæ erant.*

*Frigida.*] utpote in septentrione quod mundi clima frigidissimum.

*Saraca.*] Plaustra, currus, Græcis ἄρμα, vix duæ Helicæ & Cynosura.

*Pigri.*] Lente & tarde circumagunt, quia polo vicinissimus, Quo veto stellæ à polo remotiores, hoc magis incitato cursu mouentur.

*Boa.*] Est signum proximum septem stellis vrsæ maioris, quod ob id alias dicitur Arctophylax, cullos Erimanthidos vrsæ,

*Qualis cæna tamen? Vinum quod succida nolis*

*Lana pati. De conuina Corybanta videbis.*

25 *Jurgia proludunt. Sed mox & poculatorques*

*Sancius, & rubra detoges vulnera mappa,*

*Inter vos quotiens, libertorumq, cohortem.*

*Pugna Saguntina feruæ commissa lagena.*

*Ipse capillato diffusum consule porat,*

30 *Calcat amq, tenet bellis socialibus vnam,*

*Cardiaco nunquam cyathum missurus amico*

*Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de*

*Setinis, cuius patriam titulumq, senectus*

*Deleuit multa veteris fuligine testa,*

35 *Quale coronati Thrasæ, Heluidiusq, bibebant*

*Brutorum & Cæsaris natalibus.*

Dicit superius, quod Trebius, pro tot officiis, quæ etiam de media nocte obire cogatur à patrono suo ratissime ad cœnam vocetur, & quidem ad cœnam iniuriosam, ieiunam, & famelicam. Probat hoc de iniuriosa & misera cœna 12. argumentis ex dissimilium loco, quod patroni sortidissime clientes suos tractarent, & ipsi interim delicatissime viuerent. Primum argumentum, quod vilissima vappa clientibus, patrono verò optimum vinum apponatur.

*Qualis cæna tamen*] q.d. Inuitantur quidem ad cœnam, quamuis raro. At videamus, qualis illa cœna sit, ad quam vocentur.

*Vinum quod succida nolis Lana pati.*] i. Lana humida, quæ sine discrimine omnem humorem imbibit, tam crassam, spissam, & feculentam viam quod vobis apponitur, respiceret, non admitteret, imbibere non posset, vel quod vinum tam vile & insipidum sit, ut ne ad lanas quidem inungendas adhiberi posset.



*Succida.* ] i. Succo adhuc sudans, quæ ab ouibus sudantibus recens detonsa est, & quæ lana eodem die viliori vino, oleo, adipe suillo, cera, teste Varrone inungebatur & preparabatur, ut alium colorem citius imbiberet.

*De conuiuia Corybantis Videbis.* ] i. Factum propter malum vicinū. Vel vinum malum ita mentem tibi perturbat, ut ex conuiuia Corybantum vnus factus iudicari posses, vel ut Corybantis cuiusdam more furiosus insanias. Erant Corybantes Cybeles ministri, qui Bacchico vel Diabolico spiritu adflati, & furore correpti, cum strepitu, fragore, clamoribus, cymbalis, tympanis, armis inter sacrificandum caput vibrabant, & rotabant. i. Videbis è conuiujs sanis furiosos & insanos esse factos.

*Iurgia proludunt.* ] i. Conuiuæ qui tam malum vinum bibunt furiosi facti altercationibus & conuiujs præludium, vel proœmium futuri certaminis faciunt, vel pro ludia iurgiorum primo fieri incipiunt, quæ mox subsequitur vera pugna. Est enim pro ludium imitatio veræ rei, cum quis exercet ludum similitudine veritatis. Paulo post ex velitatione & pugna ioculari, seria insituitur pugna cum cantharis & poculis.

*Sed mox & pocula torques faucibus.* ] i. Non diu post verberatus & vulneratus ab illo in quem conuiuia dixeras, ut illum vlciscaris pocula rursus in eum impellis & proicis.

*Et rubra d. & m.* ] i. Sanguineo & cruentato mantili detergis vulnera tibi infixa.

*Rubra mappa,* ] quam rubram & cruentā tuo sanguine profuso ex vulnere reddidisti. Mappa.

*Fischus.*

*Intr vos quoties.* ] i. quoties inter vos clientes & parasitos, & inter libertos domini regis & patroni vestri, qui non accumbunt, pugna exorta est.

*Pugna feruet.* ] i. Cum summo feruore & animi concitatione committitur.

*Saguntina lagena.* ] i. Fictili poculo vel vase, quod è Sagunto, Hispaniæ oppido Romam aduectum.

*Ipsè capillato.* ] Ostendit iam è contrario vel dissimilitudinis Antapodosi lautitias cæcæ domini regis & patroni. i. Rex vester vobis vappam, & pessimum vinum bibentibus, interea bibit vina generosissima & antiquissima, quæ in dolia diffusa sunt priscis seculis, cum consules antiqui adhuc comam alebant & intonsi & barbati erant, ut superiori Satyra dixit de Tarquinio rege. Ouidius.

*Hoc apud intenses nomen habebat aues.*

*Diffusum.* ] E dolio in craterem, & è Cratere in pateram fufum, vel ex vuis expressum & decorum in dolia defusum prisco seculo. Sic Horat.

*Vina bibes iterum Tauro diffusa.*

Vtrobique etiam defusum legi potest. Porro in amphoris vinum recondabatur, & addebatur nomen Consulis quo: & patris ubi natum erat, ut ita sciretur unde & quanti temporis vinum esset.

*Calcetamq, temes bellis socialibus Guam.* ] i. Rex vester in phiala tenet liquorem, qui calcibus ex vuis expressus est, Iulio Cesare, & M. Philippo, vel etiam L. Opimio & C. quo tempore bellum sociale gestum fuit teste Floro.

*Cardiaco nunquam.* ] i. Amico vel clienti suo ægroto, & cordis dolore laboranti ne cyathum quidem, vel medicam mensuram daturus. Vel si amicū clientem ægroto à morte liberare posset, ne cyathum quidem de suo bono vino ei concederet. Cardiacus dolor est, cum cor palpitat & adfigitur, cui adfectioni bonum vinum medetur, teste Plinio.

*Cyathum.* ] Emphatice. Ne exigua quidem mensuram. Cyathus enim 4. continet ligulas, vter Löffel. Et duodecim Cyathi constituunt Sextarium. Est ergo cyathus Sextarii pars duodecima, vel vnus quartæ pars tertia.  $\frac{1}{3}$  ex  $\frac{1}{4}$ . Ein drithheil eines Drthes. In alio quoque exemplari legitur:

*Cardiaco cyathum non porrecturus amico.*

*Cras bibes Albanis.* ] i. Hodie bibit hoc vinum vetustissimum, & optimum cras aliud (nam varietate intemperantia & luxuria delectatur) ex Albanis montibus. Erant à Albani montes non procul ab vrbe, vix prædulces, rari austeræ. Teste Plinio, lib. 14.

*Aude*

*Aut de Setini.*] Setini montes erant iuxta Pontinos campos. Porro Divus Augustus Setinum omnibus vinis præferebat. Teste eodem Plinio ibidem.

*Cuius patriam, &c.*] Vinum commendat vetustas. Ita vetus, inquit, ut non possit amplius ex inspectione vetustate deleta cognosci, unde, & quanti sit temporis. Ita dicit: Nam amphoræ vel cadi in quibus vinum erat conditum notis & titulis signabatur: quibus signabatur quo consule conditum, & ubi natum esset, ut ita patria & ætas cognosci posset. Has igitur notas antiquitate deletas inquit, quo ipso vinum commendat, utpote vetustissimum.

*Veteris fuligine testa.*] Copiosa & densa fuligine, mucore, vel situ antiquissimi vasis. Fuligine multa. Durch den diesen Schimmel. Tali enim mucore vasa ex antiquitate obduci solent.

*Testa*] Vasis fictilis in quo illo tempore vina adseruabantur.

*Quale coronari.*] i. Quale optimum vinum Thraseas Pætus, & Helvidius socer libertatis & patriæ amatores bibebant illo die natali, quo olim D. Iunius Brutus primus Consul, M. Brutus, & Cassius patriæ liberatores nati erant, quem sanctum putabant, & ob id genio & voluptati optimum vinum bibentes largiter indulgebant. Erant a. horum æmuli, qui & ipsi Neronem libenter è medio sustulissent. De his proluxius Tacitus in Nerone. Thraseas quidem Pætus, cum Nero in Senatu de nece matris ageret, patricidium damnans è curia se proripuit, etiam ex urbe discessurus. Accusatus ergo crimine maiestatis defendi se noluit, & mori iussus sctum suorum admiranda constantia compescuit, secandasq; venas præbuit. Conuersusque ad Demetrium Cynicum imitatus fortitudinem Socratis: Hanc sanguinem, inquit, libemus Ioui Liberatori, & sic inter complexus amicorum suorum exanimatus est. Post huius damnationem Helvidius Priscus interdicta sibi Italia Apolloniam concessit, & post occitum Neronem à Galba restitutus est.

*Coronari.*] Pampineis sortis & floribus diebus natalibus optima bibebant vinum.

*Bruturum.*] Ita dicit. Nam D. Iunius Brutus patriam liberauerat eiecto Tarquinio superbo ultimo rege, & M. Brutus cum Cassio, occiso Caio Iulio Cæsare libertatem affererat.

— Ipse capaces

*Heliadum crustas & inaequales Beryllos*

*Virro tenet phialas, tibi non committitur aurum;*

*Vel si quando datur custos adfixus ibidem.*

40 *Qui numeret gemmas unguesq; obseruet acutos.*

*Da veniam: præclara illic laudatur Iaspis,*

*Nam Virro ut multi gemmas ad pocula transfert*

*Ad digitis, quas in vagina fronte solebat*

*Ponere Zelotypos iuuenis prælatus Hiarba.*

45 *Tu Beneuentani futoris nomen habentem.*

*Siccabis calicem nasorum quattuor, & iam*

*Quassatum, & rupto poscentem sulphura vitro.*

Primum argumentum hætenus de vino, sequitur secundum de poculis, quod dominus bibat ex poculis ex electro beryllo factis, aureis & gemmatis, miseri clientes ex vilibus vitreis iamque fractis poculis. Est autem talis ordo. Ipse Virro tenet capaces phialas:

*Phidas Heliadum crustas.*] *inîtyqous.* Id est. Phialas ex electro vel beryllo factas.

V 2

Per Heliadum crustas grassum electrum vel succinum in poculum excavatum intelligit. Heliades enim Solis filix Phaethusa, Lampethusa, & reliquæ ob casum Phaetontis tam diu fuisse dicuntur, ut mortuæ in alnos arbores conuersæ sint, quæ arbores adhuc lacrumantur, & quæ lacrumæ in electrum vertuntur. Idem alibi dicit Heliadum lacrimas. Nihil enim aliud est, quam lachryma vel resina arborum odoratarum pini, & pinastri præsertim, in aquis durata & concreta. Idem aliter dicitur Succinum, Bernstein/Agstein.

*Beryllus.*] i. Calicis beryllis aut aliis preciosis lapidibus distinctas. Est a. Beryllus gemma sub viridis & transparentis. In æqualis dicitur, nam sexangula forma fingitur ab artificibus. Alias hebescit, & eundem colorem non habet. Potest & eo in æqualis dici, quod dum in phiala distinguitur, & disponitur aliquam in æqualitatem gignat. Inferebantur enim phialis.

*Tibi non committitur aurum.*] Id est. Poculum ex auro ut bibas tibi non conceditur, aut conceditur.

*Vel si q. d. custos adfixus ibidem est.*] Exprimitur magna clientum miseria, qui ne tantum quidem fidei apud patronum habuerint, ut soli sine custode ex aurea Phiala biberint.

*Adfixus.*] Sceptice. q. d. Immutus quasi ad te adfixus tibi astat, observans ne quid furtim abradas.

*Qui numeret gemmas.*] Preciosos lapillos poculis insertos.

*Vinguesq; observet acutos.*] Aduncos, furaces & rapaces, quibus gemmas effodias vel abradas.

*Da veniam.*] Excusat Sceptice hoc factum diuitis. quasi dicat veniam danda est si custodiaria, cum acceperis phialam auream, cui preciosæ gemmæ insertæ sunt, & preciosa lapsis in illo poculo fulget, quam si furto auferres non id maximo heri tui damno fieret.

*Lapsus.*] Satis nota gemma viridis, interdum & fului coloris.

*Nam Virro ut multis.*] In luxuriam Romanorum dictum, qui pocula gulæ & luxuriæ instrumenta præclaris gemmis exornant, quibus pater ille fortissimus Romani sanguinis Æneas arma & gladium suum ornabat. Notat Romanos à fortitudine proavorum suorum ad luxum descivisse.

*A digitis.*] Ab anulis.

*Quas in vagina fronte i.*] Est *Æneid. vi. 841* Æneæ, id est, quas gemmas Æneas, qui Hiarbæ regi Libyæ apud Elysiam vel Didonem (ut 4. lib. Æneidos Virgilianæ videre est) in amore prælatus vel præpositus est solebat gerere in maxime specioso & eminenti loco, nempe in vaginæ fronte, hoc est capulo vel manubrio ensis. Testatur hoc Virgilius cum Æneæ dicit, 4. Æneid.

— *Stellatus lappide fulva*

*Ensis erat.* —

*Zelotype.*] Nempe qui quod prælatus esset, erat ob amorem æmulus, iratus, suspiciosus, invidiosus Æneæ.

*Tu Beneuentani sutoris matrem b.*] Est Apodosis huius secundi Argumenti. i. Tu cliens contra & calice villi atq; deformi vitreo bibes, qualem habuit Vatinius sutor Beneventanus, qui quatuor rostra instar nasorum protensa habuit.

*Beneuentani sutoris.*] i. Tanquam deformis illius vitrum sit, quod ille sutor habuit. Huius sutoris meminit Tacitus lib. 15. Et Martial.

*Vilia sutoris calices monimentum Vatinio*

*Accipe, sed nasum longior ille fuit*

id est. Quatuor oblongos nasos habet ille Vatinianus calix, sed longior illis fuit ipse Vatinius, vel ipsius Vatinii nasus. Vbi notat etiam callide ut nasutum & sagacem inquisitorem & criminatorem. Fuit alias longioris nasi, teste Probo. V. M. C. ait Vatinium hunc fuisse meribibum & pororem qui è magnis & vilibus poculis biberit. Vade adhuc magna vasa vilia & lignea Vatiniana dicantur.

*Succedebat.*] Ebibendo exhaustus,

*Et iam*

*Et iam quassatum.*] i. qui calix iam ruptus sit. Zerbrochen.

*Erupit possentem S.P.*] Vani illi interpretes qui censent sulphure fracta vitra consolidari. Hoc vult quod vitrum ruptum & fractum postulet pro sulphuratis ramentis permutari. Ita enim fracta vitrea solebant permutari. Talia enim fragmina ad vitriarios rursus deferbantur, qui inde faciebant nova & integra: pro quibus fragminibus dabant sulphurata ramenta, res vilissimas. Martialis:

*Qui pallentia sulphurata fractis*

*Permutat Vitreum. —*

Et alibi: *Qua sulphurato molit emta ramento*

*Vasissimum proxeneta fractorum.*

Et Sat. Syl. 1.

— *Quisqua comminuta*

*Permutat Vitreum gregale sulphur.*

*Si stomachus domini fernet vinorum ciborum,  
Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.*

10 *Non eadem poni vobis modo vina querebar,  
Vos aliam potatis aquam.*

Sequitur tertium argumentum, de *Aqua*, quod domino aqua decocta frigidissima, clientibus vilissima sponatur.

*Si stomachus.*] i. Si luxuria & nimia ingurgitatione cibi & potus incaluerit stomachus vel ventriculus patroni sui Virronis.

*Fernet.*] ob cruditates, ex nimia repletionem obortas.

*Petit decocta.*] i. Adfertur ipsi Domino aqua decocta. Neronis inventum fuit aquam decoctam vitæ; densissimam in nives refrigerare. Ita voluptas frigoris contingebat sine vitæ niui.

*Frigidior Geticis pruinis.*] i. Niuiibus, quæ perpetuæ in altissimis Scythiæ montibus ac scopulis. Erat autem Scythica regio frigidissima, & Septentrionalis.

*Non eadem.*] i. Panko ante querebar quod eadem vina dominis & vobis clientibus non appoerentur. Imo vero peiorem etiam aquam bibitis. Fuit insignis avaritia, clientibus ac illam quidem aquam communicasse, quam domini biberint. Cum aquis nihil sit vilius.

*Aliam aquam.*] Peiorem, indecoctam, crudam.

*Tibi pocula cursor*

*Getulus dabit aut nigri manus ossæ Mauri,*

*Es cui per mediam motis occurrere noctem*

*Clinosa veheris dum per monumenta Latina.*

11 *Flos Asia ante ipsum precio maiore paratus,*

*Quam fuit & Tulli census pugnacis & Anci,*

*Et, ne te teneam Romanorum omnia regum*

*Frimola. Quod cum ita sit, tu Getulum Ganymedem*

*Respice cum sities. Nescit tot millibus emptus*

60 *Pauperibus miscere puer. Sed forma, sed etas*

*Digna supercilio. Quando ad te pervenit ille?*

*Quando vocatus adest calida gelidaq; minister?*

*Quippe indignatur veteri parere clienti,*

*Quodq; aliquid possat, & quod te stantem recumbas.*

Quartum argumentum, de famulis vel ministris, quod clientibus ministrant nigri & desertores Æthiopes; Dominis vero ex Asia pueri formosissimi.

*Tibi.]* Clienti, & Parasito.

*Curfor Getulus.]* Niger pincerna ex Getulia Africa regione, vel pocillabitur tibi niger Aethiops.

*Manus offesa.]* i. Agrestis vel dura ut os existimes, vel putes hominis esse mortui, cuius præter ossa omnia contabuerint.

*Es cui per mediam.]* i. Cui non libenter media nocte occurreres cum transis per sepulchra viz Flaminez aut Latinez. Nam existimares *μορμολύκνοι*, mortui umbram, phantasma, vel oscum spectrum esse.

*Clinosa.]* i. Dum veheris noctis tempore per sepulchra viz Latinez, cliuosa, & inæqualis ob cliuos. Nota: Ceruos Mauros admodum deformes, & male curatos, qui ministrabant clientibus.

*Flos Asia.]* Apodosis dissimilium. i. Contra pulcherrimus puer, & quasi Flos ex Asia antequam Virronem stabit, & ministrabit.

*Precio maiore.]* i. Qui puer maiori precio emtus fuit, quam omnium 7. regum Romanorum pauperculæ opes fuerunt. Vel cuius precium superauit omnium septem regum Romanorum pauperculas diuitias.

*Quam fuit & Tullius census.]* i. Opes vel substantia Tulli Hostilii illius bellicosi, qui Albam subegit. Et qui tertius Romanorum rex Romulo pugnacior & ferocior fuit.

*Es Ancus.]* Qui quod bellicosus esset Martius dictus. Hos etiam coniungit Horatius:

*Quo pinx Aeneas, quo Tullus dices & Ancus.*

*Es, ne te teneam, Romanorum omnia regum friuola.]* i. Denique omnium regum Romanorum bona friuola & tenuia. i. Quam fuisse omnium 7. regum Romanorum opes & diuitias.

*Teneam.]* Multa verborum circuitio.

*Friuola.]* i. Nugæcia & nullius momenti bona si ad huius sæculi opes, vel etiam ad precium pueri Asiatici referantur. Eò dicit. Nam initio imperii Romani regum opes pauperculæ erant & tenues, quas auctoris nostri tempore multorum priuatorum opes longo intervallo superabant.

*Quod cum ita sit.]* Ut nimirum dominus formosissimus, cliens deformem & nigrum ministrum & pincernam habeat.

*Tu Getulum Ganimedem r.c.f.]* i. Tu cliens cum voles bibere respice ad pincernam tuam ex Getulia. Iterum suo more false coniungit contraria. Sic Germani diceremus, *den Schwartzen Teufelskopf/ den schönen Knaben*. Fuit enim Ganimedes filius Troos regis Troiani, & Callirhoes, propter eximiam pulchritudinem aquilæ ministerio in caelum raptus, & Iouis pinceræ a delectus ut fabulatur Homerus. Getuli vero vel Mauri sunt nigri monstrosi & deformes. i. Cum bibere voles non ad formosum illum domini tui puerum, sed ad tuum nigrum pincernam respice.

*Nescis res milibus emtus pauper m p.]* i. Ille pulcherrimus domini pincerna, qui tot millibus numorum emtus est, ille non vult pauperibus clientibus infundere. Quia te pauperem superbe contemnit.

*Sed forma sed as ad f.]* Rationem superbiz addit, quia & puer sit, & formosus, & quod ob id merito superbiat, vel valde pulcher & formosus est, & digna est illa formositas superbia, vel ob quam superbiat.

*Quando ad p. i.]* Ut tibi ministrat ille formosus puer? Nunquam.

*Quando & adest.]* i. Ille pulcherrimus domini Catamitus, quando ille ad te vocatus adest, ut tibi vocanti aquam calidam vel gelidam administret? q. d. Nunquam ad te venit. Frigidam vel gelidam aquam in conuiuio adhiberi fuisse solitam notum est, & ex superiori loco huius Satyræ constat. Calidæ etiam aquæ in conuiuio vsus frequentissimus, præsertim hieme, ut & Græcis. Vnde Athenæi illud lib. 2. cap. 2. *αποπινον ύδωρ ή μολι χυμωδις ή ήμερα θέρμη ής μέλιση, ή δέ τή σίγη ή ψυχρόν*. Quin non solum Romanis in vsu aqua erat calida, sed delictis etiam. Nescio, vero an etiam ex sanitate. Plinius ait: *Nullum aliud animal præter hominem calidos potus sequi. Idem* etque non esse naturales.

*Quippe indignatur Veteri.*] Rationem addit, cur formosus ille puer clienti non ministraret. Tum quod sit vilis elicias, tum quod sit vetus.

*Indignatur.*] Egredere formosulus ille pusio.

*Veteri*] Emphaticum habet. Nam omnia Vetera facile evadescunt:

*Post tres saepe dies Vilescit piscis & hostes.*

[Non vult tibi veteri clienti inferuire, qui vetustate & longo servitio contemptum tibi contraxisti. Nam omnia noua gratiora; & nouis clientibus, ut eos allicerent, blandiebantur.

*Quodque aliquid poscas.*] Tibi porrigi vel ministrari à se. Putat enim se longe meliorem quam tu, & digniorem.

*Et quod se stans recumbas.*] Egredere hac serui serunt praesertim illi venustiores, quod se stantes clientes recumbunt, quibus tanquam vilioribus inferuire indignantur.

65 *MAXIMA QUAEQUE domus seruis est plena superbis.*

*Ecce alius quanto porrexisti murmure panem*

*Vix fractum, solida iam mucida frustra farina,*

*Quae genuinum agitant, non admittentia morsum.*

*Sed tener, & niueus mollique filigine factus*

70 *Servatur domino, dextram cohibere memento.*

*Salua sit Artopta reuerentia. Finge tamen te*

*Improbulum, superest illis, qui ponere cogas:*

*Vin tu consuetis audax conuina canistris*

*Impleri, panisq; tui nonisse colorem?*

75 *Scilicet hoc fueras propter quod saepe relictâ*

*Coniuge per montem aduersum, gelidâq; cucurri*

*Esquilias, fremeret saua cum grandine vernus*

*Iuppiter, & multo stillaret penula nimbo.*

Quintum argumentum de pane qui domino apponitur filiginosus & niueus, clientibus atter, mucidus, & sordidus. Quis per impudentiam domini niueum panem velint tangere, cum de decore cogentur eundem rursus deponere.

*Maxima quaeque.*] Descriptio magnarum familiarum, & aulæ imprimis. i. Omnis domus magnorum patronorum & diuitum seruis fastu rumentibus plena est, qui pauperes & miseros Cyclope contemnunt.

*Ecce.*] q. d. Aliud maius incommodum de pane.

*Alius.*] E seruis & libertis superbis.

*Quanto murmure.*] Stomacho, indignatione, proiecit tibi panem secundarium & vilissimum.

*Panem vix fractum.*] Non scissum, quod ob duritiem fieri non poterat, sed vix consummum difficultate fractum. Panis enim vetustate ita induratur.

*Solida iam mucida (ff.)* i. Panem macidum, qui in solidum induruit.

*Solida farina.*] i. Panis coaglutinati, indurati. Materia pro materiato.

*Frusta iam mucida.*] i. fragmenta durissimi panis, quæ iam mucorem longa vetustate contraxerunt.

*Quæ genuinum agitant.*] i. Quæ frustra, cum ob duritiem masticationem vel morsum non admittunt, solidum & robustissimum dentem à genis dependentem, & inter molares fortissimum delassent & defatigant.

Perfusa Sat. 1.

— *Et genuinum fregit in illis.*

*Sed tener & niueus.*] Apodosis huius 5. argumenti. Contra optimus panis domino Virroni apponitur.

*Molle filigine.*] Ex alica, sine villo surfure mollis candidus & tener admodum.

*Dextram cohibere memento.*] i. Caue dexteram tuam extendas ad panem illum mollem non tibi destinatum.

*Solus sit artocopi reuerentia.*] i. Pistoris, qui illum domino, non autem clienti coritacuerentia, honor, & dignitas illi esse maneat. Vel caue lædas existimationem pistoris, qui illum panem domino, non autem tibi præparauit. Alii explicant Artocopi, elaborari panis: quod ab illo pane candido & studiose elaborato abstinere debeat, cum reuerentia quadam. Verum nulla illud auctoritate faciunt. *Ἀρτοποις* enim vel *ἄρτοποις* pistorem significat. Alii legunt Artopiz, quod idem significet, quasi *τῷ ἀρτοποιῷ*, vel panem coquens. Verum non placet. Legendum vero est Artopiz, & *ἄρτοποις* hic non pistorem significat, vt ab *ἄρτιος* deriuetur quod significat torreo (cuius quidem rei exemplo non scio, nec putem ab *ἄρτιος* talia deriuari.) Verum *ἄρτοποις* ab *ἄρτιος* deriuatur: Et significat dispensatorem vel obseruatorem & custodem panis, plane vt dicitur *ἄρτοποις*, qui tunc obseruat, *ἄρτοποις*, vini inspector. Et sic sensus vel puerio pateat. Momen enim vt panis custodem non contemnat, sed illi reuerentiam sartam saluamque teneat, qui alias panem candidiorem domini ipsi è manibus sic excussurus.

*Finge tamen te improbulum.*] i. Age finge te improbulum & impudentiorem, vt etiam domini panem candidiorem velis tangere.

*Improbulum.*] i. Inuerecundum, importuniorem cum ioco tamen.

*Super est illis qui ponere cogat.*] i. super te atq; obseruator vel custos panis *ἄρτοποις*, qui candidum illum domini panem quem tetigisti, te rursus cogat deponere, teque sequentibus verbis compellat.

*Vini tu consuetio.*] Et hæc mea lectio vera haud dubie. Nam siue vix, siue vis legas, nullamquam concinnam hinc sententiam extruxeris. Persius eodem verbo in eadem re ferme vsus:

— *Vini tu gaudere reliquis?*

Est autem hic sensus. Visae tu audax hospes, & coniuua importunæ (sunt enim verba increpantis *ἄρτοποις* siue papis custodis) consuetis canistris, id est, panibus quibus soles impleri & saturari, & panis tui hordeacei, & durioris, quo quotidie cibaris colorem nosse? quin per summam impudentiam etiam candidum domini panem non tibi destinatum & appositum, attingas. Est autem legendum cum interrogatione.

*Canistris.*] Pro pane in canistris contento, continens pro contento, Panis tui Hordeacii, & secundarii, quo quotidie pasceris.

*Scilicet hoc fuerat.*] Verba sunt Parasiti vel clientis, cum dolore & indignatione de hac contumelia sibi illata, & de ingratitude patroni sui conquerentis. Qd. Hæc est illa cœna, quam tanto labore quæsiui. Qd. Hocine præmium officiorum & laborum meorum, quod toties media nocte per pluuias & tempestates per gelidos vrbis Romæ colles ad patronum salutandum cucurri.

*Scilicet.*] Acerba ironia, qua sibi ipse insultat.

*Hoc fuerat.*] i. Illa causa, vt scilicet tanta adficeret contumelia,

*Relicta coniuge.*] i. Lecto in quo coniux iacebat. Sæpe enim de media nocte surgebant.

*Per montem aduersum.*] Per collem quendam, qui mihi in magna cum difficultate ascendendus, cum patronum meum Vitronem deberem salutare.

*Aduersum.*] Mihi obiectum, qui superandus erat.

*Gelidus Esquilias.*] Montem illum vento ob altitudinem expositum & frigidum, vel etiam ob noctem. Hic plurimi habitabant diuites.

*Fremetis seuac.g.*] i. Cum aer veris tempore niue, grandine, & pluuiæ fremet, & horreret.

*Iupiter.*] Aer ventosus & pluuiosus. Iupiter, teste Varrone, aer & cælum dicitur.

*Et multo stillaret penula nimbis.*] i. Cum exterior villosa vestis contra frigus assumpta aqua madida diffunderet.

*Penula.*] Vestis super tunica scorteæ. Solebat fieri ex pellibus inuersis aduersus imbres.

*Aspice quam longo distendat pectore lancem  
Quæ fertur domino squilla, & quibus undique septa  
Asparagis, quâ despiciat conniua candâ*

*Cum venit excelsi manibus sublata ministri.*

*Sed tibi dimidio constrictus cammarus ovo*

*Ponitur exigua feralis cœna patellâ.*

Argumentum sextum, quo demonstrat diuersa oblationia diuersimodè dominis & clientibus apponi.

*Aspice.*] i. O Trebi aspice, squilla illa, quæ domino tuo Virroni apponitur, & in cibum adfertur, quam longo extento & exporrecto pectore lancem quasi distendat. Indicat squillæ magnitudinem, quæ is suo pectore vel corporis magnitudine lancem quasi distendat, dilatat, & quæ magnitudine quasi ampliorem faciat.

*Distendat.*] quasi distendat, impleat. Metaph.

*Pectore.*] Magno & amplo, & longo ut dixit.

*Lancem.*] Vas escarium. diē schussell.

*Squilla.*] Est piscis delicatus. Dicitur Squilla gibba. Belgis cijn Garter. Nobis forte ignotus piscis.

*Quibus vndique /*] i. Quibus asparagis & condimentis delicatissimis ille piscis vndique & circumdatus. Sont autem asparagi acules in summis habiti delitiis, qui cumino addito inflationes stomachi & coli discutiunt.

*Quæ despiciat conuini cauda.*] i. quam longa cauda ille piscis ad mensam allatus quasi conuina decolus: aspiciat, cum superbe & alte ad mensam in altum eleuata adfertur. Depingit habitum ministri cibum ad mensam adferentis.

*Despiciat.*] Deorsum quasi in mensam aspiciat, cum superbe & alte portatur.

*Conuina.*] Mensam & accumbentes intellige.

*Cum veniat.*] Exponit id quod dixit, despiciat. i. eum ad mensam adfertur.

*Excelsi.*] Proceri & oblongi famuli: Tales enim lecticarios, & ferculorum ministros habebant, ut omnia maiora & sublimiora viderentur.

*Sublata.*] In altum eleuata, & sublimata.

*Sed tibi dimidio.*] Apodosus. i. Contra tibi vilissimus piscis apponitur. Cammarus inter cætos marinos vilissimi saporis, alias ostacus dicitur, qui oua, ut cancri, sub cauda gerunt, quæ nonulno constricti & imminuti sunt.

*Dimidio ovo.*] Potest intelligi de ouis Gammari ut dixi: Potest etiam de Gallinæ ouis, quæ in piscis condimentum addita fuit.

*Dimidio.*] Notat sordes Virronis in clientes.

*Constrictus.*] Rarus & semiplenus, decrepescens luna. Schmachtrige/ vnd dörre Seetrebs.

*Constrictus.*] Eingezogen.

*Ponitur exigua.*] Apponitur in exigua lance vel patina, & reuera talis cœna feralis & famelica, quæ mortuis dari solet, quo manes placabantur. Vide Lipf. lib. 7. Tacit. Mortuorum autem sepulcris inferebatur lac, mel, aqua, vinum, oliua: flores etiam spargebantur. Apuleius.

75 *Ipse Venafrano piscem perfundit, at hic, qui  
Pallidus offertur misero tibi caulis olebit  
Lucernam. Illud enim vestris datur alueolis, quod  
Canna Micipsarum prorâ subuexit acutâ:  
Propter quod Roma cum Boccare nemo lauat,ur,  
90 Quod tutos etiam facit à serpentibus Afria.*

Argumentum 7. de oleo, quod domino optimum, clienti pessimum daretur.

*Ipse.*] Dominus vester Virro.

*Venafrano.*] Oleo optimo quod prouenit Venafræ in Campania. Horat.

*Pressa Venafrano quod bacca refundit olino.*

*Pallidus caulis.*] Brassica languens & flaccidescens quæ tibi misero offertur, illa condita est oleo ex lucernis collecto. Vel oleo Africano vilissimo, quo utebantur in lucernis.



*Pallidus.*] Olus lactuæ vetustate languens flaccidum, & pallidum.

*Olebit lucernam.*] i. Oleum vilissimum præ se feret odorem lucernæ quod quia vile & male olens in lucernis comburi consuevit.

*Alueolis.*] Sunt vasa lignea concava. Forte quod ex illis olus vel brassicam comederint. Interpretes per Alueolos ventriculos intelligunt. Malo autem Paropides & lanceos intelligi.

*Canna.*] i. quod oleum vile in Africanis cannis Romam fuit aduectum.

*Canna.*] Alii explicant nauim Africanam Gapeciam, sed non placet. Probus censet esse dolium factum ex canna. Refert enim Strabo in Africa cannas mixæ crassitie nasci vt mirum non sit in illis oleum Romam naui aduectum. Vt sensus sit. Quod vasculum vel dolium è cannis Africanorum illud oleum naui Romam subuxerit.

*Micipsarum.*] i. Afrorum. Micipsa enim nomen proprium Africani regis. Nam post Siphacem Masinissa, post hæc Micipsa imperauit.

*Præ acuta subuxit.*] i. Naui Romam in cannis reportauit vel canna Afrorum vexit id vile oleum naui Romam.

*Propter quod Roma.*] i. Illud Africanum oleum adeo maleolens & foetidum est, vt cum Africani illo inungantur, tam foede redoleant, vt nemo cum ipsis lauare sustineat. Malo enim illo odore id balneis vicinis molesti sunt, & foetore illo olci.

*Cum Boccare.*] Cum Numida, Afro vel Ægypto. Fuit enim Boccaris rex Ægypti & Lybie. Et hic pro omnibus Afris ponitur, vt & superius Micipsarum dixit.

*Quod tutos etiam.*] Non lædunt illos, qui illo oleo inuncti sunt, eius enim olci terribilium odorem sustinere non possunt. Malum profecto oleum sit oportet, quod sua graueolentia venena possit auertere.

*Afris.*] i. Africanis. Multum enim ibi serpentes ob loci calorem. V. M. C. legit atris, id est diuinis, nigris, luridis.

*Mullus erit domino quem misit Corsica, vel quem*

*Tauromenitana rupes, quando omne peractum est,*

*Et intra defecit nostrum mare: dum gula seuit*

*Retibus assiduis penitus scrutante macello*

95

*Proxima, nec patitur Tyrrhenum crescere piscem,*

*Instruit ergo focum prouincia, sumitur illinc*

*Quod captator emat Lenas, Aurelia vendat.*

*Virroni murana datur, quæ maxima venit*

*Gurgite de Siculo: Nam dum se continet Auster,*

100

*Dum sedet, & siccat madidas in carcere pennas*

*CONTEMNUNT MEDIAM temeraria lina Charibdim*

*Vos anguilla manet longa cognata colubra,*

*Aut glacie adpersus maculis Tiberinus, & ipse*

*Vermula riparum pinguis torrente cloaca,*

105

*Et solitus media cryptam penetrare Suburra.*

Argumentum 8: de piscibus, quod nulli & muræ nobilissimi pisces dominis, Clientibus vero anguilla vel piscis in Tiberi captus, cloacis vrbis Romæ pinguis redditus.

*Mullus.*] Nobilissimus piscis, quem Crispinus, emerat sex millibus numorum, vt præcedenti Satyra dictum est.

*Misse.*] Romam. Vel quem produxit.

*Corsica.*] Insula Tyrrheni maris, Græcis Cynos. Notat gulam Romanorum qui è longinquis regionibus suas sibi procurarunt delicias.

*Tauromenitana rupes.*] In mari captus iuxta Taurominum oppidum Siciliæ, loco longo à Roma intervallo distans.

*Quando*

*Quando oritur per.*] Scopitice in luxuriam Romanorum dictum, quibus suam mare non sufficiebat, imo qui ex luxu continuis piscationibus Tyrrheum mare exhauserint, ita ut è mari Siculo delicias suas petere cogantur.

*Quando.*] i. Siquidem mare Romanum Tyrrhenum iam exhaustum est.

*Omne nostrum mare per altum est.*] i. Omne inanitum, euacuatum, & expiscatum est.

*Defecit.*] Piscibus inanitum est & vacuum.

*Dum gula sauit.*] i. Dum gulosis & luxuria vehementissima est, & immensa. Merito enim exclamat Seneca. Dii boni quot homines vna venter exercet.

*Retibus assidue.*] i. Dum quilibet piscator, qui pisces in macello vendit assidue retibus proxima & vicina mar. a perscrutatur, & penitus quidem ut nihil ferme piscium ipsi relinquatur. Reddit vero rationem cur mare Italicum proximum defecerit.

*Scrutante.*] Penitissimos angulos inquirente, inuestigante & euacuante.

*Macello.*] Pro quolibet piscatore, qui in macello vendit.

*Proxima.*] Intelligit mare Tyrrhenum siue superum Romæ proximum.

*Nec peritur.*] i. Dum gula Romanorum non permittit piscem in mari Tyrrhenoproximo crescere, ob assiduam piscationem.

*Tyrrhenum.*] Piscem in Tyrrheno, maris mediterranei & meridionalis parte.

*Instruit ergo focum provinciam.*] i. Quia in mari Italico & Romano nihil piscium reliquum est. Insulæ Corsica, Sardinia, Sicilia & reliquæ provinciae instruunt nostrum focum obsoniis & piscibus.

*Instruit focum.*] Nostræ culinæ obsonia præbet, & subministrat pisces, quibus focus instruitur.

*Provincia.*] Aliæ regiones extra Italiam in Prouinciā redactæ, & à Romanis subactæ, eiusque tributariæ.

*Sumitur illuc.*] Ex Sicilia & aliis provinciis accipitur.

*Quod captator erant Lenas.*] Heredipetæ captatores pisces magno precio ex diffitis longo regionibus comparatos orbis dabant, eosque sibi hisce muneribus deuinciebant, ut ita præcipuis in tabulis testamenti partes consequerentur, ut dictum Sat. præcedenti ad illa verba.

*Consilium laudo artificis.*

*Aurelia vendat.*] Forte piscium venditricem dicit. Interpretes diuitem matronam orbam intelligunt, quæ pisces à captatoribus missos vendere coacta sit ob illorum copiam ne contempnerentur.

*Vitrini murana datur.*] Dixit de nullo idē iam dicit de murænis. Neunauge/ Pricter. Est autem nobis piscis notissimus, Romæ in summis delitiis, anguillæ non absumilis.

*Gurgite Siculo.*] i. Ex medio Siciliæ mari periculoso & formidabili.

*Quæ maxima venit.*] i. Aduecta est ex mari vorticoso Siciliæ.

*Nam dum se continet Ausser.*] Quia rem prope incredibilem dixit in Siculo mari pisces capere posse, in quo Scylla & Charibdis erant. Reddit iam huius rei causam. Cum enim, inquit, Ausser non fiat, & mare tranquillum est, etiam temerarii piscatores in media Charibdi piscantur.

*Continet.*] Dum non fiat, dum se continet, in carcere scilicet, quod sequitur. i. Ventus ille meridionalis aquosus dum non fiat.

*Dum sedet.*] i. Dum non tumultuatur, hoc est dum summa maris est tranquillitas & serenitas.

*Et siccat madidas pennas.*] Ad naturam illius venti respicit, qui aquosus & pluuia.

*Siccat.*] Postquam diu multumque pluit.

*Pennas.*] Ob velocitatem ventis pennæ adfinguntur, quos Poetæ alatos fingunt.

*In carcere.*] Æolio. Poetice dicit iuxta Virg. i. Æneid.

— Illa se iactat in aula

Eolus, & clauso ventorum carcere regnat.

X

Ethiœnoſter inſra:

*In Corum atque Eurum ſolitus ſauire flagellis  
Barbarus, Æolia nunquam hoc in carcere paſſos.*

*Contemnant mediam.*) i. Temerarii piſcatores cum liniis & retibus ſuis ingrediuntur mediam voraginem Siculi maris, & ibi murænas capiunt.

*Lina.*) Intelligit ipſos piſcatores cymbæ linique magiſtros, homines ob lacrum audaces, vitæ prodigos, & temerarios.

*Charibdis.*) Locus in mari Siculo ante Meſſanam urbem, adiunctus Peloro, profundus & immenſus, quo inundatione freti naues mirum in modum diſtrahuntur per magnas circumductiones, & vortices præcipitant. Erat autem Charibdis in dextra, Scylla in ſiniſtra parte, cumque vnum volebant euitare, in alterum incidebant, vnde Prouerbiū: *Incidiſ in Scyllam qui ſuſiſ vitare Charibdis.*

*Vos anguilla manet.*) Apodoſis diſſimilitudinis. Contra vos loco muræna anguilla viliffimas comeditis, quæ murænaæ correſpondet.

*Manet.*) Exſpectat vel reſeruatur vobis dum muræna domino apponitur.

*Longa cognata colubra.*) Similis vel eiſdem ſpeciei. nam ſecundum vulgus anguilla ex colubra nata creditur, & cum colubra coire.

*Et glacie aſperſus maculis.*) i. Piſcis vilis in Tybri captus ob glaciem maculoſus. Forte lupum intelligit, qui ſine maculis melior creditur. Haſ autem maculas glacie & frigore contrahere creduntur.

*Et ipſe Vernulari parum.*) i. Qui & ipſe Tiberinus piſcis alumnus eſt in ripis Tibris vagans, & ibi vernaliter laſciuens, cum nempe Tibris plenior ripas ingreditur. Piſces autem Tiberini viliores erant.

*Pinguis torrente cloaca.*) i. qui pinguis eſt ex ſordibus latrinæ in Tibrim deſluentibus.

*Et ſolitus media.*) i. qui ſubterraneos illos meatus, qui ſunt ſub Subura, per quos ſordes in Tibrim deſluunt, ingreditur. De admirandis cloacarum ductibus, & ſubterraneis meatibus vide Lipſ. in de Admiranda urbis Romæ magnitudine. De Subura ſupra dictum.

*Penetrare.*) Penitus intrare.

*Ipfæ pauca velim ſacilem ſi prabeat aurem.  
Nemo petit, modicis quæ mittebantur amicis  
A Senecâ, quæ Piſo bonus, quæ Cotta ſolebas,  
Largiri. NAMQUE ET TITVLIS ES ſaſcibus olim  
Maior habebatur donandi gloria. Solum  
Poſcimus vt cœnes ciuilitè. Hoc face, ES eſſo:  
Eſſo vt nunc multi, diues tibi, pauper amicis.*

BIO.

Epanorthos ſi Poetæ ad ipſum Virronem obiter directâ, quæ ipſum ob hæſe ſordes obiurgat, cupiens vt cum ſuis clientibus ſaltem ciuilitè communibus ſerculis cœnet.

*Ipfæ.*) Virroni ſcilicet homini auariſſimo, pauca velim dicere, ni moleſtum ſit.

*Nemo petit.*) Non ingentia dona à te requirimus, quæ Piſo, Seneca, & alii viri liberales & optimi clientibus ſuis donabant. Hoc ſolum petimus, vt ad cœnam vocati iſdem ſerculis tecum perſuamur. i. nemo clientum poſtulat à te patrono ſuo ſibi dari, &c.

*Modicis quæ m. a. d. s.*) i. Qualia eximia munera Anneus Seneca mediocriſ fortunæ tenuioribus clientibus dabat. L. Anneus Seneca Cordubeniſ & inter Stoicos Philoſophus, & inter Ethnicos facile omnium optimus & ſanctiſſimus, Neronis præceptor, à quo extinctus fuit diſſiſſimus, & liberaliſſimus.

*Piſo bonus.*) C. Piſo Calpurnius, ſub Claudio vixit teſte Probo, qui teſte Tacito lib. 15. à Galba adoptatus, in amicos pariter & ignotos liberalitatem exercuit.

*Cotta.*) Aurelius Cotta & ipſe Neronis tempore vixit in amicos liberaliſſimus.

*Namque*

*Namq. & titulis.* i. Olim liberalitatis & donandi, & magnificentiam exercendi gloria, longe maior & excellentior habebatur, quam tituli honores & magistratus. i. Homines putabant in liberalitate plus firmum esse gloriæ & veræ laudis, quam in titulis honoribus, & fascibus. Liberalitas dignior habebatur nobilitate & maiorum imaginibus, &c. i. olim longe maior honor, & gloria ex largitionibus & magnificentia ipsius diuitibus erat, quam ex titulis & honoribus.

*Titulus.* ] Fumosis maiorum imaginibus, cum inscriptione.

*Fascibus.* ] Imperio, magistratu, dignitate.

*Solum poscimus & carnes ciuilibiter.* i. Hoc vnum & solum nos miseri clientes à te poscimus, vt solum communibus sumptibus, sine iniuria clientum carnes.

*Ciuilibiter.* i. Communibus epulis. i. cum raro clientes ad coenam vocentur, saltem in raris illis cenis communibus cum dominis perfruantur epulis.

*Hoc fac, & esto.* i. Si tantum hoc in coena facias in aliis pro voluntate tua ages, & viues, tibi luxuriosus, amicis pauper & sordidus. Hoc Sat. 1. appellauit : Luxuriæ sordes.

*Anseris ante ipsum magni iecur, anseribus par*

*Altilis, & flami dignus ferro Meleagri*

115

*Fumat aper, post hunc raduntur tubera, si ver*

*Tunc erit, & facient optata tonitrua cœnas*

*Maiores. Tibi habe frumentum Alledius, inquit,*

*O Libye disjunge boves dum tubera mittas.*

Argumentum 9. quod omnis generis delictiæ anserum exta, altilia, apri, tubera domino apponantur, & per diribitorem solemnè manuū elegantia distribuuntur: ad quæ omnia, vt sequitur, cliens ne quidem h. fecere audeat.

*Ante ipsum.* ) Patronum Virronem tuum.

*Anser iecur.* ] Exta anserum in summis deliciis habebantur. Perfrus Sat. vii.

*Vis tuus iste nepos olim Satur anseris extis.*

*Altilis.* i. Aues domesticæ ad victum altæ, vt gallinæ, anates alixq. quæ ad saginam alebantur, pares & magnitudine æquales anserum extis vel intestinis.

*Et aper dignus ferro flami Meleagri.* i. Magnus aper coctus & domino integer appositus fumat. Qui tam grandis fuit vt à Meleagro merito debuerit occidi, vt aper Caledonius olim, quæ interemit Meleager, q. d. Qui Caledonio apro à Meleagro occiso non fuit assimilis.

*Flami.* ] Epitheton Homeri, à quo *Flamis* dicitur, à capillis. Nota hæc fabula ex Metamorph. Ouidiana. Vbi Diana indignata, quod contempta esset ab Oeneo in sacrificiis agris suis Caledonii immensum aprum omnia vastantem immittit, ad quem occidendum Meleager Oenei filius multos insignes iuuenes vocauit, & tandem confecit.

*Fumat.* ] Coctus & disiti appositus.

*Post hunc raduntur.* i. Ad escam præparantur tubera, quæ in summis deliciis Romæ habebantur. Martialis:

*Tubera boletis poma secunda summi.*

Tuber dicitur alias rapum terræ, Erdapsel / Schweinbror.

*Si ver tunc eris.* ] Nascuntur enim veris tempore cum imbres æstivales sunt & tonitrua. Ultra annum non durant. Tenerrima & laudatissima in Africa proueniebant.

*Optata tonitrua.* ] A luxuriosis, quibus tunc crescebant tubera, qui ob id tonitrua optabant, quæ plerumq. segetibus & aliis damnofa. Dicimus tonitrus & tonitrua.

*Maiores carnes.* ) Quas nimirum tuberibus augebunt, quæ secunda poma apud Martialem.

*Tibi habe frumentum.* i. Alledius vir gulosus & maximus tuberum vorator optat, vt frumentum potius Africani retineant, modo tubera mitterent, tanto illorum tenebatur desiderio.

*Tibi habe.* i. ô Libye Africæ regio exintæ fertilitatis serues tibi tantum tuum frumentum, nolo vt tuum nobis frumentum mittas, modo tubera habeamus.

*Disjunge boves.* ) Nihil ares, vt frumenti causa tubera crescere prohibeas.

*Dum*] i. Dummodo tubera illa tua nobis mittas, frumentum nihil moramur.

120

*Structorem interea (ne qua indignatio desit)*  
*Saltantem spectas. & Cheironomonta volanti*  
*Cultello, donec peragat dictata magistri*  
*Omnia. NEC MINIMO SANE discrimine refert*  
*Quo gestu lepores, & quo gallina secetur.*

Superaddit iam structorem, Apuleio diribitorem, qui fercula puerorum masibus allata com-  
 mode disponebant, collocabant, & manuum gestu admodum festiuo omnia obsonia singulari  
 artificio, elegantia & decore concidebant.

*Structorem spectas saltantem.*] i. Qui structor quodam quasi corporis tripudio, & singulari  
 manuum gestificatione fercula fecat, & domino proponit.

*Saltantem.*] Ad Chironomiam respicit, & Pantomimicam, in qua certi numeri obseruaban-  
 tur, vt in saltatione; Cum hisce enim comparat illam structoris artem.

*Ne qua indignatio.*] i. Vt nihil non sit ob quod indigneris, qui videas domino non solum o-  
 mnia lautissima apponi, sed etiam singulari elegantia dissecari & apponi: Cum tu interea vir  
 sordidum caninum panem habes.

*Chironomonta.*] i. Qui non aliter gesticulatur inter concidendum, atque Chironomi solent  
 facere, qui taciti præscriptis motibus & nutibus cum manuum gestificatione saltant, quod fie-  
 bat certis legibus & ritibus gestibusque manus obseruatis. Vnde *Asporonia* dicebatur.

*Volanti cultello.*] i. Agiliter in manu versato cultro. Nam artificiose, & singulari elegantia &  
 solertia apposita fercula scindebant, & agiliter cultellum in manu versabant. Petronius hoc ex-  
 ponit cum inquit: Processit statim scissor & ad Simphoniam ita gesticulatus lacerauit obsoniū,  
 vt putares Darium hydraule cantantem pugnare. Erant Romæ Trypherus, & alii diribitorum  
 magistri, qui eam artem profitebantur in coena vinea & liguea. Nam omne genus alitilium a-  
 uium & ferarum ligno formatum habebant, & docebant discipulos eiusmodi lignea alitilia &  
 animalia ligneo cultello cum solemnī manuum & gestuum elegantia dissecare. Noster infra  
 sat. 10.

*Sed nec structor eris, cui cedere debeat omnis*

*Pergula, discipulus Trypheri doctoris*

*Donec peragat dictata magistri omnia.*] i. Donec persequatur omnia præcepta sui magistri, qui  
 ipsum artificiose fercula incidere docuit, ne quid præceptorum intermitteret.

*Nec minimo sane.*] Ironice taxat luxum & vanam illam artem, q. d. Nam magnum discrimē,  
 & ingens discrimen est inter dissectionem gallinæ & leporis. Et longe alii gestus requiruntur  
 ad hanc incidendum atq; ad illam.

*Duceris planta velut istus ab Hercule Cacus*  
*Et ponere focis, si quid tentaueris unquam*  
*Hiscere, tanquam habeas tria nomina. Quando propinas*  
*Virro tibi, sumitq; tuis contacta labellis*  
*Pocula. Quis vestrum temerarius usq; adeo, quis*  
*Perditus, ut dicas regi, bibe. PLVRIMA SYNT QVA*

130

*Non audent homines pertusa dicere lana.*

Decimum argumentum, vel aliud genus contumeliæ, quod in mensa diuitum clientibus nulla  
 dicendi libertas, nedum comportandi & conuiuandi familiariter cum Domino.

*Duceris.*] Tu, ô Trebi, si quid in mensa patroni tui vel hiscere ausus nedum familiariter & li-  
 bere aliquid loqui, tanquam qui libertus sis. Tum velut Cacus pedibus tractus extra domum  
 patroni tui eiecristis.

*Velut istus.*] Virgilius de Caco, *Æneid.* 8.

— *Pedibusq; informe cadauen*

*Protrahitur.* —

Fabula notissima est. Cacus Vulcani Herculi ex Hispania redienti è oues furto ablatas noctu  
 cauda

truda in antrum suum protraxerat. Quo furto aperto, Hercules in antrum Caci irruit, ipsum clausum & occisum, pedibus foras protraxit.

*Epouereforis.*] Sic nos Germani. *Hinaus mit ihm/man soll ihn für die Thür legen.*

*Si quid tentaveris.*] Supradicta caim omnia faciebat dominus, ut elicet ad iram commoveret, qui si iracundus tantum hucere tentaret, statim eontumeliose è mensa per pedes tractus domo extrudebatur.

*Miscere.*] Mutare, leuiter contradicere.

*Tanquam h. r. m.*] i. Tanquam qui ciuis Romanus, tui iuris, tuus, & ob id libere loqui audeas: Perfusus

*Vindicta postquam meum à pratore recessi*

*Cur mihi non liceat insus quodcumq; volueris.*

Habebant a. ingenui tria nomina prænomen, nomen, agnomen. Vt Publius Cornelius, Scipio. Alii, forte minus recte, ita explicant: tanquam pessimus seruus sis, & tribus nominibus appellatus Cappadox, Cilix, Cretensis. Vnde illud Græcum

*ἡδὴ καὶ πρὸς κακίστην.*

*Tria pessima capra.*

Non desunt qui per tria nomina intellegant trium litterarum hominem & nomen. Tanquam nempe fur sit & nequam seruus, male tractandus. Sed prior explicatio melior.

*Quando propinat.*] Notat fastum & contemptum patronorum, qui non dignos deputabant clientes quibuscum biberent.

*Sauitq; tuus.*] Adeo tu ipsi nauiscam moues, adeo te fastidit.

*Qui vestrum.*] Temerarius & perditus. Qui nimirum temeritate sua se perderet, ut qui tantam perniciem dicendi: libertate erga patronum suum uteretur.

*Læna pertusa.*] rimarum plena. Porro Romani utebantur læna cœnatoria pallii vice.

*Plurima suis qua.*] i. Homines pauperes quorum læna, vestis palliumve detritum & pertusum est, non habent libertatem loquedi. Qui etiam optima loquentes contempti sunt & ludibria. Est tamen

*Πολλὰ καὶ κατὰ τὴν πολλὰ καὶ εὐνοῖαν.*

Tanquam diceret, quod & Sat. 3. conquectus est pauperes contemni, quia pauperes sunt. Ob id iam subiecit & inquit:

*QVADRINGENTA TIBI SI quis Deus, aut similis Diis*

*Et melior satis donaret, homuncio quantus*

*Ex nihilo fieres! quantus Virronis amicus!*

*Da Trebio, pone ad Trebium, vis, frater, ab istis*

*Ilibus? O NUMMI? VOBIS HVNC prestat honorem:*

*Vos estis fratres. DOMINVS TAMEN, & domini rex*

*Si vis tu fieri, nullus tibi paruius aula*

*Luserit & Aneas, nec filia dulcior illo.*

*IVCVNDVM ET CARVM sterilis facit vxor amicvm.*

*Sed tua nunc Mygale pariat licet, & pueros tres*

*In gremium patris fundat: Simul ipse loquaci*

*Gandeat nido, viridem & thoraca iubeat*

*Adferri, minimasq; nuces, assomq; rogatum*

*Ad mensam quoties Parasitus venerit infans.*

Contemptus clientum rationem supra exposuit, quia essent pauperes. Vtlerius iam contra demonstrat, quanto iidem in honore futuri essent, si euaderent diuites, honoratioribus tamen ad hoc forebissent.

Ostend' ergo Trebium iam contemptum in summo honore habitum iri, si diues euadat.

*Quadringenta.*) H.S. scilicet, censum equestrem, qui valet 10000. coronatos Gallicos.

*Similis Dijs.*) Heros aliquis beneficus, & magnus. Nemo n. teste Scaeca propius ad Deum accedit, quam qui hominibus salutem dat, & beneficium.

*Melior satis.*) Fata enim pauperem & miserum se esse voluerunt, contra huius beneficio dignes & felix euaderes.

*Homuncio quantus.*) Ita distingo, & ut spero, recte. Quid enim absurdius hac distinctione: ut ad præcedentia referatur homuncio, q.d. Si quis homuncio similis Diis aut heros tibi dederit. Quid? heros Diis similem homuncionem dixisset, quod in imminutione & contemptu dicitur, ut homulus & homullus: Cum hominibus subueniri opus Dei sit, & hominis Deo similis magni & excellentis:

Quid. *Regia crede mihi res est succurrere lapsis.*

Ergo ad sequentia transfer cum hoc sensu: Si repente Deum aut hominum munere diues euaderes, tunc tu, qui iam es homuncio nullius precii, quam magnus & honorabilis continuo euaderes! Coniungit a. suo more, contraria.

*Quantus amicus.*) Qui iam vilis minuentq; es affleca.

*Da Trebio.*) Mimetis. Hæc enim verba Virroni adtingit, quæ Trebio, si diues esset, dicturus esset, inter cœcandum. His verbis a. Structorem compellaret Virro: Da de hoc delicato ferculo Trebio.

*Pone ad Trebium.*) Appone hoc Trebio, ut comedit.

*Vn frater ab illis libus.*) i. P. scium intestinis delicatis. F. arris a. nomen erat blandissimum.

*Onummi vobis.*) i. Nummi in honore habentur, non homo ipse. De hac re dixit. Sat. 1,

*Quandoquidem inter nos sanctissima diuitiarum.*

*Maiesas.*

*Dominus tamen.*) Correctio est, illius quasi, quod dixerat: Si diues fueris in magno quidem honore habebertis, fraterq; appellaberis: Si autem insuper orbus fueris, in maiori adhuc honoris, & dominus, & rex ab illis vocaberis: Tunc enim Virro te captabit, & à te sibi aliquid sperare potest. Huic plane responder Græco illi Epigrammati Palladz:

Η' ἰ φίλῳ ἡ λαβὴ, δόμιν φερέει δὲ τὸς ἑταίρους,

Η' δ' αὖ μὴ τι λαβὴ τὸ φερέει ἀπὸ μόνου.

Ὡς γὰρ καὶ ταῦτα πρὸς τοὺς φίλους, αὐτὸς ἑταίρος

Οὐκ ἔχει δόμιν, ἔγὼ δ' ἔχω δόμους.

id est. Si non solum siater vis appellari, verum etiam dominus & rex dici à Virrone: Non solum debes diues esse, sed etiam orbus, ita ut nullus paruulus filius hæres in tua domo luseret. Alias o. illi captatores tui non adeo te amabunt, quia cum ipse liberos habeas, hæreditatem tuam illi sperare nequeunt.

*Dominus.*) Hæc enim domioorum & regum appellationes maiorem adhuc reuerentiam, obseruantiam, & honorem denotabant.

*Dominus rex.*) Ut Virro dominum te suum dominum & regem vocet.

*Paruulus Æneas.*) i. Non filiorum tuorum quispiam in domo tua ludat. Ponitur enim paruulus Æneas pro quouis hærede. Sumptum ex Virg. lii 4. Æneid. vbi Dido Æneam tam diu retinere desiderat, donec filium ex ipso genuerit. Verba eius:

— Si quis mihi paruulus aula

Luserit Æneas, qui te tantum ore referret,

Haec id equidem omnino capta ac deserta videret.

*Dulcior illo.*) Filio gratior ipsi patri, vel qui filius & filia dulciortibi & carior sit, quam captator Virro.

*Incundum & carum.*) Hæredipetis captatoribus, quibus orbi tales incundi & cari sunt.

*Sed tua vixit Mygale.*) Est altera correctionis correctio. Quasi dicat: Veruntamen, quamvis orbus non sis, sed liberos habeas; Si modo diues es, non ingratus Virroni & cuicumque futurus es. Vel: Et tamen, licet liberos habeas, modo diues sis in honore habebertis, à Virrone.

Imo

vero verosipse Virro tuis pueris etiam munuscula dabit. Quamvis orbus gratior futurus esset. Ostendit quantum diuitiæ Romæ valeant.

*Mygale*.) i. Vxor tua cum qua commiseris, licet tibi liberos pariat. Nomen fictum à concubitu vel mixtione, à verbo *μύγγω*.

*Et pueros tres*.) i. Licet tua vxor sæcundissima multos filios generet, & simul tres tibi pueros pariat, & vna vice, vno tempore simul tergemina sobole te patrem faciat.

*Ipse loquaci gaudebit nudo*.) i. Ipse tamen Virro, quia diues es, puerilitate, loquacitate garrulitate & ludis tergeminoz filioz tuoz gaudebit, se tamen tibi amicum simulabit, & garrulitate libezoz tuoz non offenderetur. Quia etiam vestes & munuscula liberis tuis donabit. Omnia ea causa, quia diues es. Alias ne casta quidem auce te & tuos donarit. Scit enim diuitem gratiam referre. Gratis enim nihil datur, iuxta Græcum illud: *δὲ τίς, ὃ ἀδύνα*.

*Loquaci nudo*.) Metaphora ab auibus.

*Viridem & thoraca iubebis adferri*.) i. Vestimentum pectoris viridis coloris quo puer delectatur, per famulum adferri curat, & puero donat.

*Minimaq; nuces*.) Auellanas, si uctum corili. Talibus enim pueri delectantur.

*Assensq; rogatum*.) à puero, qui notosita compellat. Da mihi numulum, poma, pyra, nucas. Hoc rectè itabitur illa lectio. Sat.

*Hoc monstrans vetula pueris poscentibus assens.*

Vbi quidam contendunt legendum: Repentibus assens.

*Ad mensam quoties*.) i. Quoties tuis filiis in ædes Vitronis ad mensam venerit. Parasitus. Tanquam qui alienas meas ob vilia munuscula tanquam parasitus sc̄ctetur. V.M. Commentator locum hunc aliter de adulterinis pueris ex pellicatu susceptis interpretatur, per Mygalem, meretricem intelligens, & concubinam. Tanquam ex tali pueros liceat cum captatorum venia vel tres vna vice suscipere. Quibus pueris blandiatur captator, munuscula & dona ipsi dans, nihil veritus, quasi ab illis adulterinis impediatur: hæredicatem Trebii adire nequeat. Iudicium penes doctiores esto.

145 *Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,  
Boletus domino. Sed qualem Claudius edit  
Ante illum vxoris, post quem nihil amplius edit.  
Virro sibi & reliquis Virronibus illa inbebit  
Poma dari, quorum solo pascaris odore,  
150 Qualia perpetuus Phæacum autemum habebat,  
Credere qua posses surrepta sororibus Afris.  
Tu scabie frueris mali, quod in aggere rodit  
Qui tegitur parma & galea, metuensq; flagelli  
Discit ab hirsuta iaculum torquere capella.*

Sabinusgit iam vltimum argumentū, quod Vitroni delicatissimi boleti, & poma optima; clientibus ancipites fungi, & poma scabiola apponantur.

*Vilibus amicis*.) Clientibus, quos supra modicos amicos vocauit.

*Ponentur*.) Apponentur. Simplex pro composito.

*Ancipites fungi*.) Venenati & mortiferi fortassis, & periculosi. De quibus dubitare possis, mortiferam salutes sint. Fungienim, nisi ante 3. diem ex quo nati sunt, legantur, mortiferi sunt, & totas sæpe familias è medio sustulerunt. Sic Martialis:

*Sani tibi boleti, fungos ego sumo faullos,*

*Boletus domino*.) Boletus species fungorum solus innocuus, Romanis in summis delictis, Martial.

*Argentum atq; aurum facile est, lanamq; rogamy,*

*Mittere boletos mittere difficile est.*

Postea boletus immenso exemplo in crimen adductus est, quod Agrippina Claudium imperatorem coniugem venenato boleto Locustæ veneficæ auxilio interemerit. Delectabatur enim ille mirum in modum boletis, quod etiam hic notatur.



*Ante illam vxoris.*] i. Antequam comederet mortiferum illum boletum ab vxore Agrippina datum, comedebat optimos & electissimos. Martialis.

*Boletum, qualem Claudius edit, edas.*

Et noster Sat. sequenti.

— *Mimū ergo nocens erit Agrippina. Boletus.*

*Et reliquis Virronibus.*] Qui Vitroni opibus & lautitiis pares sint.

*illa poma*] Qualia erant orbiculata, Massilia, medica, & alius generis delicatissima.

*Quorum solo pascaris odore.*] i. Tu nihil inde percipis præter odores Virro a. cum sui similibus illa gi stat, & comedit.

*Qualia perpetuus.*] i. Qualia poma, iuxta Homerum Phæaces, & illorum rex Alcinoüs habuerunt, Odyss. 8. Vbi hori describuntur perpetuos fructus ferentes, nulloque tempore frugibus deficientes. Ob id ait perpetuus autumnus. Nam: Poma dat autumnus.

*Credere quæ posui surrepta.*] Atlas Mauritaniz rex speciosissimum pomarium habuit in quo aurea poma nascebantur, illaque hortum tenuerunt Atlantis filiz. Hesperides, Ægle, Arethusa, Hyperthusa, eumq; Draco quidam peruigil custodiebat. Huc missus ab Eurythzo Hercules perempto Dracone fructus illos in Græciam pertulit. Varro non poma, sed oues attulisse refert, aitque errorem esse in ambiguo vocabulo *μήλα*.

*Subrepta.*] Ab Hercule. i. quæ talia sunt, qualia Homerus & alii Herculem Hesperidibus eripuisse fabulantur.

*Tu scabies.*] Apod. i. Tu contra scabiosa mala comedis.

*Quod in aggere radit.*] i. quod scabiosum & immaturum pomum miles tyro leuiss stipendii & famelicus deuorat in aggere castrorum.

*Qui legitur parma & galea.*] Descriptio militis tyronis, qui discabat iaculari sub magistro. Ob id ait metuens flagelli. Nam vapulabant, qui non didicissent.

*Ab hirsuta capella.*] Intelligunt hic lorum vel armentum è corio capelle factum, hasta alligatum, quo missa retrahi poterat. Alii censent Capellam viuam scopi loco positam vel alligatam fuisse, ad quam iacularentur, ut hac ratione à scopio illius capelle iaculari discerent. Alii denique censent Capellam quendam fuisse gladiatorem iaculatorem optimum, à quo tyrones iaculandi didicerint, qui quod hirtus corpore esset, Capelle nomen sortitus sit. Sicutem legendum esset hirsuta.

155

*Forſitan impenſa Virronem parcere credas.*

*Hoc agit, ut doleas. Nam quæ Comædia, Mimū*

*Quis melior plorante gula? Ergo omnia ſunt.*

*Si neſcis, ut per lacrimas effundere bilem.*

*Cogaris, preſſoq; diu ſtridere molari.*

160

*Tu tibi liber homo, & regis conſpectui videris,*

*Captum te nidore ſua putat ille culina.*

*Nec male coniecit. Quis enim tam nudus, ut illum*

*Bis ſeras Hetruſcum puero ſi contigit aurum,*

*Vel nodus tantum, & ſignum de paupere loro?*

Exponitiam cauſam, quare patroni ſuos clientes tam miſere tractent: Atq; eſſe non auaritiā ſed petulantem malitiā & maliuolentiā, non quod ſumptui parcant, ſed quod illis cupiant egre facere, illorq; ridere.

*Forſitan.*] i. Forte exiſtimas Virronem nolle aliquid impendere, qui nimirum tam tenuiter vos tractet.

*Ut doleas.*] Ut ſteas, & ipſi ſpectaculum inuendiſſimum in menſa exhibeas.

*Nam quæ Comædia.*] i. Nulla Comædia, nullus Mimū tanta voluptate quempiam adſecuti, quam tu Virronem, dum tu cloris & ploras.

*Mimū.*] Qui geſtibus mores factaq; hominum imitatur.

*Plorans.*] Præ ſano & inſpectu.

*Delius.*

*Melin.*) incundior, & accommodatior ad excitandum risum.

*Ergo omnia sunt. s. n.*) Repetit quod dixit, q. d. Ergo si nescis, ego tibi dicam: Omnia tam contumeliosa in mensa diuinitum sunt, ut per amaram bilem, vel iram, vel præ ira lacrimas effundere cogaris.

*Effundere.*) i. Egerere & testari iram lacrimando.

*Pressus.*) i. Compresso & frendente dente in signum tacite iræ. More iratorum qui dentibus fremunt, frendunt, strident. Sunt a. molares dentes ultimi, qui præmorsa à prioribus dentibus postea molunt.

*Tu tibi l. ber.*) i. Reddit rationē ulterius, cur tam contumeliose clientem tractet, & monstrat iure & merito servos & vilia mancipia ita tractari. Talem enim Trebium esse ostendit.

*Liber homo.*) Censeste omnium liberrimum quantis precii hominem & regis conuiuiam, cum sis ventris & alieni cibifascia omnium mancipiorum pessimum.

*Regis conuiuiam.*) Scoptice ludit ambiguitate vocabuli regis.

(tractari.

*Captum te.*) i. Ille contra Virro censet te servum & mancipium suum esse, & ob id merito ita *Captum videre.*) Exhalatione & odore ciborum suæ culinæ, suum mancipium ob culinam, quia famelicus edere cupias.

*Nec male comest.*) Quia eius & tui ventris pessimum es mancipium.

*Quis enim tam nudus.*) Vltior ratio cur mancipium sit, quia semel contumeliosissime tractatus, tamen mensam diuitis non deserat. i. Quis adeo pauper & miser est, siue ingenuus sit, siue libertinus conditionis, qui cuiusmodi contumelias bis velit perpeti, & ubi semel passus sit deinde velit redire. q. d. Ne pauperissimi quidem quibus vel gutta libertatis inesset, & ingenuitatis, hanc contumeliam bis paterentur.

*Ut illum bis ferat.*) Virronem eiusque ignominiosam tractationem, ut denuo ad eam redeat.

*Hetruscum puero.*) i. Si ingenuus sit. Ita ait: nam ingenuorum & nobilium pueri bullas aureas & argenteas gestabant. Libertini tenuiores aliquod signum vel nodum lori, in libertatis indicium. H. truscum dicit. Nam illam consuetudinē bullam auream gestandi Tullus Hostilius ex Hetruria primum Romam aduexit.

(litis.

*Signum.*) Bulla figuram cordis representabat. Vel potius bullæ, in indicium humanæ fragi-

165  
*Spes bene cœnandi vos decipit. Ecce dabit iam  
 Semesum leporem, atq; aliquid de clunibus apri,  
 Ad nos iam veniet minor altilis. Inde parato  
 Intactosq; omnes, & stricte pane taceatis.  
 Ille sapit, qui te sic utitur. Omnia ferre  
 170  
 Si potes, & debes, pulsandum vertice raso  
 Præbebis quandoq; caput, nec dura timebis  
 Flagra pati his epulis, & tali dignus amico.*

Reddit rationem cur Parasiti in suo proposito perseverent, quia semper sperent fore, ut melius occent, & tractentur.

*Ecce dabit iam semesum leporem.*) i. Dicitis vos assecle in animo vestro Virro nobis de suorum ferculorum reliquiis aliquid dabit, de semicomesto lepore, apro, gallina. Misericlientes, qui tantum ferculorum reliquias sperauerint, & tamen falsi & frustrati sint.

*De clunibus apri.*) Wilde Schweinsschüncken.

*Ad nos iam veniet minor altilis.*) De gallina aliquid. Nam anser maior altilis dici poterat. Ita apud Persium Sat. 2. ille qui inanis sacrificiis bona sua prodigebat se consolatur.

*Iam debetur iam iano.*

*Inde parato intactosq; omnes.*) i. Inde, quia leporem & altilem expectatis, panem paratum habens, ut cum aliquid à domino missum fuerit comedatis.

*Parato.*) Præparato ad lautitias quas à domino speratis mittendas, quas cum pane iam parato vultis comedere.

*Iam de.*) Non a. tangitis panem spe fore, ut lautitias vobis apponantur.

*Strictopana.*) i. Arcto duro, constricto, vt supra dixit, dasi hanc iusamem gedderet ist.

—*Solida iam inuicta frustra farina.*

*Tacetis.*) Spe alicuius obsonii cum silencio expectatis. Vel indignationem animo componentes tacetis, nec quidquam in dominum quamuis irari dicere audetis.

*Ille sapit, qui se sic vituit.*) i. Ille Virro patronus tuus profecto sapiens est, qui te Gnathonem suum tam misere & recte quidem tractare potest, q. d. Tu es stultissimus, ille vero sapit.

*Omnia ferres si potes & debes.*) i. Si quidem omnia contumeliosa tolerare potes, equum etiam est, vt illa omnia etiam patiaris. Est conclusio q. d. Quia Parasitum optimum agis, & omnia que Parasiti patiuntur pati potes, æquum est vt non solum epulis à domino tuo male tracteris, sed verberibus etiam & plagis. Malus ille Parasitus apud Terentium qui ait: At ego infelix neque sidiculus esse, neque plagas pati possam. Et Plaut. Capteiuus.

*Nisi quis colaphis perpeti*

*Potest parasitus, frangit, anlar in caput.*

*Pulsandum verrice raso.*) In dedecus & irrisionem contumeliosam raso & detonso capite a-lapas accipies, & caput colaphis pulsandum exhibebis. Hoc enim equum est te Parasitum perpeti.

*Quandoq;*) Hic valet aliquando. Persius.

*Qui quandoq;, ingum pertusa ad compita figit.*

*Nec dura r. f. p.*) q. d. Aliquidem omnia ferre, & verum Parasitum potes agere, æquum erit te hæc quoq; tunc personæ conuenientia, æquo animo ferre.

*Hu epula.*) i. Parasitus, & ob hunc pessimum tuum vitæ genus dignus, qui talibus epulis vilissimis, & miserrimis tractetur, & talem etiam amicum dominum & patronum habeat, qui in se suum Parasitum tam contumeliosus, & iniurius sit.

*Finis Satyræ Quintæ.*

*IN LIB.*

IN LIB. II. I V V E  
NALIS SATYRAM VI

## TABELLA SYNOPTICA

1. Libidinosæ, quod dissimili ostendit: Forte pudicitiam Saturno regnante viguisse  
vers. 1. ad 14: quæ sub loue perierit, à 15 ad 24. Idque in omnibus & singulis, etiam  
in rusticis & pauperibus, à 55. ad 66. quæ ament adulteros, Comædos, Tragicos,  
Citharædos, Choraulos, gladiatores, à vers. 67. ad 81. Probat hoc exemplo Hippie  
Veientonis coniugis, quæ cum gladiatore adultero in Ægyptum profugit à 82. ad  
113. Et Messalinæ Claudii Cæsaris coniugis, quæ lupanar noctu clam ingressa cor-  
pus suum publicauit, à vers. 114. ad 132.  
Vbi objectioni respondet, quod Cæcænia & Bibula laudentur tanquam optimæ &  
coniugæ, hæc ob formam, illa ob dotem, à vers. 136. ad 148.
2. Morosæ, superciliosæ, procaces, viris imperent, 149. ad 160.
3. Superciliosæ & intolerabiles sint, si forte pudicæ, v. 161. ad 183.
4. Græcam linguam putide adfectent, v. 184. ad 199.
5. Dominentur viris, à v. 200. ad 230.
6. Ingeniosissimæ sint in conciliandis adulteriis, 231. ad 241.
7. Causas agant, 242. ad 245.
8. Gladiatores sint, v. 246. ad 264.
9. Rixosæ, & maritis contentiosæ, 265. ad 278.
10. Quæ in atrocibus sceleribus deprehensæ se excusare possint, v. 279. ad 285. Obiter  
quærit causam horum scelerum, Pacem videlicet & opes Romanorum, v. 186. ad 300.
11. Temulentæ inter se concumbant, inque bonæ Dææ sacris scelerata multa perpetræ-  
tæ, quod probat exemplo Clodii, v. 301. ad 345.
12. Prodigæ & profusæ, 350. ad 365.
13. Eunuchos optime mentulatos, tibicines, citharædos, adulteros argunt, 365. ad  
401.
14. Omnia noua sciscitentur, 402. ad 411.
15. Sint crudelissimæ, 413. ad 417.
16. In ædibus procaces, imperiosæ, sæuæ, v. 418. ad 433.
17. Criticæ, doctæ oratrices, v. 434. ad 460.
18. Apud maritos immundæ & squalidæ, mœchis vero se lauent, ornent, facient, vers.  
461. ad 473.
19. Crudelissimæ in familiam si à maritis nocte non sint amatæ v. 474. ad 486.
20. In ornatu & mundo, & polienda forma nimis, à 487. ad 507.
21. Superstitiosæ, effascinatæ à Sacerdotibus Matris Deum, ludæis, auspiciis, Chal-  
dæis, Astrologis, sortilegis, v. 511. ad 571.
22. Ipse sint Astrologæ, 572. ad 580.
23. Auguria, & sortes sciscitentur à 581. ad 591.
24. Ditiotes nolint ætumnas partus subire, conceptum partum poculis abortiuis abi-  
gunt, postea matris supposititium partum offerant, v. 592. ad 609.
25. Veneficiis vel in furorem agant, vel occidant maritos suos, à 610. ad 626.
26. Priuigios imo proprios liberos propter opes occidunt, à 627. ad 642.
27. Veneno maritos interimant, ferro idem faciunt, si veneno non possent, à 643. ad  
661. ad finem.

3. Hæc Satyra Vitiis ab vxore diceuda dehorantur, monstrans facies esse mori à vers. 5. ad  
34. Horribilla mulierum scelerata nocturna, quod facit

# D. IVNII IVVENA-

## LIS SATYRARVM LIB. II.

### SATYRA VI.



**S**UPERIORI ergo libro in virorum vitia inuectus est. Hac tota Satyra lib. 1. mulierum horrenda scelera exagitat. Idque tanta mordacitate & acrimonia, ut humili Satyrico stylo deserto tragediam quandam debacchari videatur. Scripta est ad Vrsidium Posthumum, cuius libidinem non sine morbo notat, & quem, tanquam parum sanum irridet, qui vxorem illo perditissimo seculo ducere velit, quo nulla fere proba & honesta videatur, & inueniatur.

**C**REDO PUDICITIAM SATVRNO *rege moratam*  
*In terris, visumque diu, cum frigida paruas*  
*Præberet spelunca domos ignemq, laremq,*  
*Especeus, & dominos communi clauderet umbræ:*  
*Siluestrem montana thorum cum sterneret uxor*  
*Frondisbus, & culmo, vicinarumq, ferarum*  
*Pellibus: haud similis tibi Cynthia, nec tibi cuius*  
*Turbauit nitidos extinctus passer ocellos.*  
*Sed potanda ferens infantibus ubera magnis,*  
*Et sepe horridior glandem ructante marito,*  
*QUIPPE ALITER TVNC orbe nono, cælogq, recenti*  
*Viuebant homines, qui rupto robore nati,*  
*Compositique luto nullos habuere parentes.*

Protalis dissimilium est. Vultenim dicere pudicitiam in mulieribus viguisse aureo seculo sub Saturno, quæ ætate Iouis perierit, qualibido regnare occeperit, quæ ex illo tempore semper creuerit: Adeo ut suo tempore nulla fere casta inueniatur. Vnde probat vesaniam Vrsidii, qui velit suo tempore vxorem ducere. Recitat autem initio tria secula, aureum, argenteum, ferreum.

*Saturno rege moratam.*] i. Regnante Saturno aureo seculo, quo omnis virtus colebatur, viguisse aliquandiu in terris. Erat autem Saturnus Cæli vel Uranii & Vestæ filius, Titiæ frater.

**Virgilius:** *Aureaq, & perhibens illo sub rege fuerunt*  
*Sacula sic placida populos in paceregebat.*  
*Deterior donce paulatim, & decolor ætas*  
*Est belli rabies, & amor successit habendi.*

Vide de hoc Hesiodum *æpica*. Vbi aureum seculum sub Saturno fuisse dicit. Homerus vero fuisse dicit tempore Gigantum & Cyclopi, quos post diluuium montium cacumina tenuisse, inque speluncis viciasse dicit omnis generis fructus terra sponte sua producente.

*Cum frigida paruas.*] i. Cum subterranea crypta & cauerna in terra & rupibus excavata humiles domunculas habitantibus præberet. i. Cum homines in cauernis terræ viuebant. Porro Hyperbius & Euryalus fratres lateritias domos primi Athenis extruxerunt.

*Frigida.*) Vtpote sub terra.

*Ignemq; Laremq;.*) i. Cum frigida spelunca ignem foci & larem, & pecus quo primis temporibus vivebant, & dominos vel pastores vna aliqua communi umbra clauderet & circumdaret. *Larem.*) Familiarem Deum, domus custodem, quem colebant in foco, qui Deorum penatium ara erat.

*Communis Umbra.*) i. Specu, pecori & domino communi. Gubile enim, & stabulum vna camera erat.

*Siluestrem thorum.*) Nam ex herba, frondibus & foliis stramenta faciebant teste Varone. Dicitur autem thorus à tortis herbis, ut lectus à lectis.

*Montana Vxor.*) in montibus & silvis de gens habitansque.

*Calma.*) Calamis segetum paleisque stramine.

*Vicinorumq;.*) propinquarum, ioter quas versabantur, quippe qui sine dominis ferarum more debebant & errabant. i. De pellibus leonum, virorum, luporum.

*Haud similis.*) i. Quæ non adeo ambiciose culta & ornata fuit, ut Cynthia Propertii amica. De qua ipse Propertius.

*Cynthia sola sui miserum nos capis ocella.*

*Es captum nullis ante cupidinibus.*

Fuit autem hæc formosissima & cultissima.

*Nec tibi, cuius.*) Lesbiam Catalli amicam intellige, quæ mortuum passerem deservit. De qua

Catallus ipse: *Passer mortuum est mea puella,*

*Quem plus illa oculis suis amabat.*

*Turbavit ocellos.*) Lacrumis. Nam ob illum in lacrumis & mœrore erat.

Catallus: *Tua nunc opera mea puella*

*Plendo turpiduli rubent ocelli.*

*Sed potanda serena.*) Non sugenda sed potanda vbera exhibens. Credibile enim est illo tempore infantes grandiores natos fuisse. Contra, ut noster hic inferius:

*Terra malos homines nunc educat, atq; pusillos.*

Dicit Hesiodus primo sæculo natos centum annis sub matris imperio stetisse tanquam adhuc infantes.

*Horridior.*) i. Quæ nullum ornatum adhiberet: neglectior in victu & amictu atque ipse matius. Contra fieri consuevit. Femina enim longe superbiores viris.

*Glandem rusticante.*) Eo dicit, nam pristino suo glandibus, fragis, pomis, pyris albis arborum & herbarum fructibus vesciebantur. Ait ergo rusticante tanquam qui glandes ad saturitatem & rationem usque deuoraret. Virg.

*Liber & alma Ceres, Vestro si munere tellus*

*Chæoniam pingui glandem mutat arista.*

*Tunc arbe nouo.*) Notanda hæc initii mundi testimonia.

*Carbq; recentis.*) Quod nouiter à Deo exstructum paullo ante fuit.

*Aliter vivebant.*) A voluptatum deliciis maiorum escis alienissimi.

*Quirupto robore nati.*) Ex sigmento Poetico loquitur, & Virgilium respicit

*Genq; virum truncis, & rupto robore mato.*

Et Statius:

—populos Umbrosa creauit

*Fraxinus, & facta Viridis puer excidit arno.*

Hanc fabulam eo natam dicit V. C. quod prisca antequam domos conderet: in excavatis arboribus noctu quieuerint: unde mane egressi, rudibus huius fabulæ occasionem præbuerint. Alii hæc ad duritiam mortalium referunt.

*Compositus, laro.*) Vel à Deo, vel à Prometheo, qui hominem è limo terræ formasse fingitur. *Nullis habere parentes.*) A quibus scelera discerent.

*Multa pudicitia veteris vestigia forsan,*

*Aut aliqua exstiterant & sub Ioue, sed Ioue nondum*

*Barbato, nondum Gracis iurare paratis*

*Per caput alterius, cum furem nemo timeret,*

*Canibus aut pomis & aperto vinct et horto*

*Paullatim deinde ad superos Astræa recessit  
Hæc comite, atque dua pariter fugere sorores.*

20

Hactenus de prima, sequitur iam de secunda ætate sub Ioue, vel de seculo argenteo, quo pudicitia per Iouem incipit deficere.

*Multa* ) i. Fuere forte sub Ioue etiam adhuc reliquæ illius præcæ pudicitia, quæ sub Saturno fuit.

*Forſan.* ) Dubitanter merito loquitur ob incredibilem salacitatem illius nebulonis Iouis.

*Aut aliqua.* ) Saltem.

*Existerant* & *sub* ) i. Superfuerunt reliqua etiam sub Ioue.

*Sed Ioue nondum barbato.* ) Sæpe Deum suum irridet, i. Ioue nondum adulto, nondum ad virilem ætatem perducto ut possit adulterum agere. Illo enim adultiore mores sæculi cum rege mutati sunt, cum nullis non libidinibus frena diffusissime laxabat. Hinc illud

*Ζῆλος ἄνθρωπος, ταῦτος, οὐκ ἄλλος, ἡρώδης δι' ἰσχύος,*

*Λήδης. Διώνης, Ἀΐδου, Δανάης.*

Nimirum qui	} ob {	Lædam.
adulter vel		Europam.
scortator se		Antiope.
transmutasse		Danac.
dicitur, in		Iunonem sororem.
		Alciden.
		Alcmena.

*Nondum Græci iurare parati.* ) Græcis perfidia nota passim ab auctoribus inuritur, i. Cum nondum Di essent per quos iurarent, cum nondum homines per caput alterius hominis iurarent & peierarent. Cum nondum esset periurium.

*Alterius.* ) Hoc verbo indicat se sciuisse Deos illos Ethaicorum homines fuisse, & homines iurare per caput Iouis, Apollinis, Herculis, qui homines fuerunt.

*Cum furum nemo t.c. s.p.* ) i. Cum diuitiæ & opes nondum essent, & ob id nondum etiam fures erant. Cum olera, quibus illo tempore vivebant abunde omnibus & ungulis suppetebant, ita ut nemo illa furaretur. Vel ad integritatem animorum, & iustitiam hominum respicit, cum illo tempore Astræa & pudicitia viguerint.

*Et aperto Sineser horto.* ) Sine ullo furum & raptorum metu.

*Paullatim* ) Astræa iustitia filia Astræi, qui Cui & Eurybie filius, ut Hesiodus ait: qui addit *Αἰδὸς Νίμω* vna cum Astræa superos repetisse.

*Quid.* ) *Vista iacet pietas, & Virgo cade madentes*

*Ultima caelestium terras Astræa reliquit.*

*Paullatim.* ) Improbate & libidine ipsius Iouis suorumque subditorum.

*Hæc comite.* ) Pudore scilicet, vel castitate.

*Dua pariter fugere sorores* ) i. Iustitia & pudicitia indiuidue sorores vno tempore auferunt, sceleratam terram deferentes,

*ANTIQUVM ET VETVS EST alienum Posthume lectum*

*Concutere, & sacri genium contemnere fulcra.*

*Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas,*

*Viderunt primos argentea sæcula mæchos:*

25 *Conuentum tamen, & pactum, & sponsalia, nostræ*

*Tempestate paræ: Iamq, a consore magistro*

*Petieris, & digito pignus fortasse dedisti,*

*Certè sanus eras. Vxorem Posthume ducis?*

*Dic quæ Tisiphone, quibus exagitare colubris?*

PIARRÉ

30 FERRE POTES DOMINAM *salvis tot restibus ullam?*

*Cum pateant alia caligantēq; fenestra?*

*Cum tibi vicinum se prebeat Æmilius pons?*

Applicat, quæ supra dixit, suo proposito, Libidinem nempe in mulieribus inde ab argenteo sæculo vigere, & tamen Vrsidiam Posthumum adeo iosanum esse, vt vxorem castam se inuenturum speret, quam ducat, cum longe satius sit se suspendere, vel quoniam modo interimere, quam vxorem ducere.

*Antiquum.*] inde scilicet à Iouis tempore,

*Alicuius lectum concutere.*] i. Adulterium committere, alteriusque mariti lectum ascendere, turbare, violare.

*Es sacri genium contemnere fulcri.*] i. Coniugalis vel matrimonialis fulcri genium præsidem, qui matrimonio præest contemnere. Sacri ait, Nam matrimonium legitimum sacramento fit,

*Fulcri.*] quo lectus fulcitur. *dic Schragett.* intelligit lectum geniale vel matrimoniale, ponitque partem pro toto.

*Omne aliud cr.*] i. Post argenteum sæculum ferrea ætas mox omnia reliqua scelera produxit, præter adulterium, quod iam priori sæculo fuit, & inter vitia omnium primum.

*Viderunt primos.*] i. Sæculo argenteo primi adulteri, & primi scelerati visi sunt Iupiter, Neptunus, Mars, &c. qui omnium moechorum, quotquot vixerunt famosissimi, & turpissimi à Poetis celebrantur.

*Conuenit tamen.*] Sententia hæc est. Cum inde à Iouis tempore nulla castitas, nullus pudor matronis fuerit, quæ dementia & insania est, te hisce vltimis perditissimis temporibus aliquam castam te inuenturum sperare, cumque illa matrimonium velle contrahere? q. d. Nihilominus tu paras ducere vxorem.

*Conuenit.*] Amicorum super sponsalibus, & nuptiis.

*Pactum.*] Cum sponsa, eiusque amicis Pactum est Cicerone teste, quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum putatur, vt merito præstari debeat.

*Sponsalia.*] futurarum nuptiarum promissiones.

*Nostra tempestate.*] Sic Salustius creberrime. i. nostro sæculo pessimo, quo tot regnant adulteria. Nam si argenteo sæculo moechi fuerunt, multo magis nostro.

*Iamq; à tempore m.*] Desisti pueros sectari, qui iam vxori munera miseris, & solito diligentius adulteris crinibus tonderis, vt vxori placeas cui anulum dedisti.

*Et digito pignus.*] Annulas ferreus ipso nuptiarum die sponsæ mitti solebat. Macrobius lib. 7. Communis quidam assensus in digito, qui minimo vicinus est, & manu præcipue sinistra gestandum esse persuasit. Quoniam nervus quidam à corde natus, vsque ad digitum manus finitæ minimo proximum pergit, & illic desinit implicatis cæteris eiusdem digiti nervis. Ideoque visum veteribus, vt ille digitus anulo tanquam corona circumdaretur, quo quidem anulo vtriusque coniugis amor coniungi solet.

*Certe sanus eras.*] i. Olim eras liber, rationis & mentis compos, iam vero in furorem raperis, & furialis.

*Vxorem Posthume ducis?*] Interrogatorie admiratur insaniam & furorem Posthumi, vxorem ducturi. Metelli Numidici de ducendis vxoribus ad populum hæc verba fuerunt, teste Agellio lib. 1. cap. 6. Si sine vxore Quirites esse possemus, omnes ea molestia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit vt nec cum illis satis commode, nec sine illis vlllo modo viui possit, salui perpetuz potius, quam breui voluptati consulendum.

*Dic qua Tisiphone.*] i. quibus tu Furis agitaris? Sunt autem furæ tres Acherontis filiz Alecto, Tisiphone, Megera, quæ colubros & serpentes loco crinium habent. Cic. pro Roscio quid furæ sint, explicat his verbis: Nolite putare vt in fabulis sæpe videmus eos, qui aliquid impie sceleratæque commiserunt, agitari & perterrerî tædis ardentibus. Sæa quemque fraus & suus error maxime vexat, suum quemque scelus agitat, amentia adficit, suæ malæ cogitationes conscientizque animi terrent. Hæc sunt impiis assidue domesticæque furæ, quæ dies noctesque parentum poenas à sceleratissimis filiis repetant.



*Colubris.]* Inde dicuntur Ophion (quod colubros loco trinum habeant)

*Νοκτερας νυκτας, οφιοι οφιοι. Φοβεραντες.*

*Ferre potes dominam.]* Cum tot restes adhuc, reliquæ sint, & super sint quibus te possis suspendere, quæ te de nocte vexat, ut vxorem velis tolerare, quæ tibi dominabitur, cuiusque tibi feruus necessarius futurus es.

*Cum pate int alia fenestra.]* De quibus te potius præcipitem dares.

*Caligantesq.]* Quæ tantæ altitudinis ut squalem & caliginem visui obducant. Vel caligantes nocturno tempore, ne metu altissimi casus à morte reuocaris.

*Cum tibi Vicinum.]* Ve scilicet inde te in aquam præcípites, & submergas. Fuit autem pons Æmilii à Marco Æmilio Scauro in via Flaminia ductus & conditus. Distabat vno ab vrbe lapide, super Tibrim porrectus. q.d. Cum possis te suspendere, præcipitare in terram & aquam, cur ducis coniugem imperiosam mulierem? de qua postea dicit:

*Imperat ergo viro.*

*Aut si de multis nullus placet exitus illud*

*Nonne putas melius, quod tecum pugio dormis?*

35 *Pugio, qui noctu non litigat, exigit à te*

*Nulla iacens istic munuscula, nec queritur quod*

*Es lateri parcas, nec quantum insit anheles.*

Scoptice iam ex ipso querit, si te ipsum è medio nolit tollere, cur non in priori sua libidine & puerorum amore perseveret?

*De multis nullus placet exitus.]* Sic de Marcolpho scribitur, quod cum rex Salomon suspensum ipsi minitaretur, orando à rege impetravit, ut sibi liceret arborem suspendii eligere, quam postea in tota Ægypto & Palæstina reperire non potuit.

*Nonne putas melius.]* Malum, imo sceleratissimum auctoris nostri consilium foret, si Versidii horrendum pueri concubitus potius, quam matrimonium serio suaderet. Verum minime existimandus est Iuuenalis Saryricus morum & honestatis magister integerrimus illius alii auctor esse quod ipse Sat. 1. 2. & aliis infinitis locis condemnat. Verum scoptice & hyperbolice notat omnia potius mala toleranda, omne scelus perpetrandum esse, quam vxorem ducere. Et falsè ac Saryrice ludit Versidium, quasi dicat: Itane vero, ô Versidi, tu iam adeo sanctus evadis, ut pueros Pathicos, quibus hætenus usus es, relinquendos censeas, cum quibus tamen longe melior conditio tibi esse, videbatur? quam cum vxore. Existimaram longe satius tibi esse, ut puer pathicus tecum dormiret. Ludit ergo falsè & scoptice Posthumum.

*Pugio qui noctu non litigat.]* Antiquè pugio puer, & pusa puera vel puella dicebatur. Hoc loco pro puero Pathico ponitur. Apul. At vero adulter bellissimus ille pugio inclinatam dolio pro nam vxorem fabri super incurvatus secure dedolabat.

*Litiget.]* Vel ut effera libidinis mulieres percussam à maritis absolui cupientes: Vel ob alias causas, de quibus inferius inquit:

*Semper habet licet, alternaq; iurgia latens*

*In quo mæpta tacet, &c.*

*Exigit à te n. i. s. m.]* Pro concubitu, more illarum, quæ temperantiores vel continentiores videri volunt.

*Nec queritur quod Es lateri parcas.]* Ea enim pars immoderato concubitu insigniter lædatur. In Priapeis: *Deficit later, Es periculosum,*

*Cum tussis miser expne salivam.*

Et Martialis

— *Vsq; dum mihi*

*Veni iocosa molle ruperis later.*

*Nec quantum insit anheles.]* i. Fatiges te nimio concubitu, quod feminæ facere consueverunt, quibus non satis est bis terque ascendere.

*Sed placet Versidii lex Italia: tollere dulcem*

*Cogitat heredem, cariturus turture magno*

*Mulierumq;*

- 40 *Mulorumq; inbis, & captatore macello.*  
*Quid fieri non posse putas, si iungitur vlla*  
*Vrsidio? si mæchorum notissimus olim*  
*Sulta maritali iam porrigat ora capistro.*  
*Quem toties textu periturus cista Latini?*
- 41 *Quid? quod & antiquis vxor de moribus illis*  
*Queritur. O medici mediam pertundite venam.*  
*Delicias hominis! TAKPRIVM LIMEN ADORA*  
*Pronus, & auratam Iunoni cede bidentem,*
- 50 *Si tibi contigerit capitis matrona pudici.*

Scoptice & irrisorie hæc dicuntur in insaniam Vrsidii.

*Sed placet.*] Cui legi nimirum obedire vult, quæ lata est de adulteris puniendis, postquam diu satis adulterum egit. De lege Iulia audiuius Sat. 1.

*Tollere d. c. h.*] i. Vult legitimos hæredes ex coniuge suscipere, eosque suos filios educare, & nutrire, non vult captari ab hæredipetis.

*Cariturum tuiture magna.*] Est turtur nobilis avis & piscis. Hic de pisce potius intellige, quia magoo dicit. Talia autem munera orbis à captatoribus mitti solebant,

*Mulorum inbis.*] *Aspis, cristis, vel barbis.* nam duplicem barbam à latere oris habeat. Talia mitti solita fuisse orbis ex Sat. 4. vidimus, in verbis illis

— *mulum sex millibus emit.*

Ex paullo post: *Consilium laudo artificum.*

*Captare macello.*] Obsoniis, quæ à macello à captatoribus emta orbis mittebantur. Sic Sat. precedenti. *Pemius sicut ante macello. Proxima.* Et: *Summis illius*

*Quod captator emat Laniæ, Aurelia vendat.*

*Quid fieri non p. p.*] Q. d. iam

*Vnda dabis flammæ, & dabis ignis aquas.*

Omnia iam sunt possibilia, siquidem Vrsidius, qui paullo ante omnium mæchorum turpissimus fuit, iam matrimonii vincula cogitat subire. Quis hoc unquam credidisset?

*Vlla.*] vxor vel coniux in matrimonium.

*Si mæchorum notissimus.*] Famosissimus. Valde hoc confirmat superiorem meam ad illa verba explicationem. Nonne putas melius, &c.

*Maritali capistro.*] Matrimoniali vinculo, coniugali iugo, vel freno. Est metaphora ab equis.

*Quem toties textu p. c. L.*] Qui toties adulter superueniente marito sub cista exlatus est, qualem Lanius Mimus in mimo vel ludo expressit. Nam ille in Mimo adulterum representabat in cista conditum subito mariti interuentu, ne deprehenderetur, aut occideretur. Ob id perituri dicit. i. Qui adulter sarpis sub cista absconditus fuit, vt Lanius talem casum in Mimo representauit. Probus ait, quod Lanius Mimus mæchus in cistam deuolutus superueniente marito cecidit. Et qui postea ob adulterium Messalinæ punitus fuit, quod ob id perituri dixerit. Iudicat ergo Vrsidium consimilia perinde sæpe expertum esse.

*Quid? quod & antiquis vxor de moribus i. q.*] Auget indignationem suam & stultitiam Vrsidii. Primo enim absurdum esse dixit mæchorum famosissimum matrimonium cum vxore quaquam velle contrahere. Deinde quod cum ipse sit turpissimus, matronam honestam & castam & antiquis moribus præditam sibi querat.

*Quid?*] Non solum vxorem ducere desiderat, verum etiam honestam sibi postulat.

*Antiquis moribus.*] Quales vixerunt aureo sæculo sub Saturno, vt dictum.

*O Medici mediam pertundite venam.*] Ex liberate Vrsidium à furore & insaniam, qui furiosus est, dum impudico sæculo ipse impudicus pudicam querit. Porro media vena in brachio iuncta solent huiusmodi furiosis.

*Delicias hominis.*] Est exclamatio. Sic nos Germani diceremus: *Wanne wilt ein Ecker ist der/ magstu anders nicht?* Interiectio enim ò sæpe omittitur. q. d. O hominem delicatum & mollem, qui quidem moribus suis, & suis sæculi non contentus electissimam uxorem quærat, idque ab alio requirat, quod ipse non præstet.

*Tarpeia lime adora.*] Sic nos. du magst Gott wol dankē befohmstu ein Ehrlich weib. id est, Si tu adeo felix es, ut non sine singulari Deum providentia & benignitate hoc sæculo turpissimo casta matrona tibi contingat. Acquissimum profecto erit, ut Iovem adores, eique gratias agas. Per Tarpeium limea Iovem Capitolium intelligit, in introitu arcis Tarpeia, ubi Iovis, Iunonis, & Mineræ templum.

*Prostratus.*] In terram cum maxima animi devotione prostratus.

*Et antalam.*] Iunoni ait, quod illa mulieribus impudicis pellicib. & adulteris maxime infecta esset, & cui vincla iugalia curæ. Maiores autem hostiæ auratis cornibus immolabantur. teste Plin. lib. 33. cap. 4.

*Si tibi contigerit.*] qualis hoc tempore non invenitur, & quali tu etiam non dignus es.

*Tibi.*] Cum Emphasis dictum. Indignus enim turpissimus & ortator honesta matrona.

*PAUCE ADEO CERERIS VIRTUS CONTINGERE DIGNE,*

*Quarum non timeat pater oscula. Necte coronam*

*Postibus, & densos per limina tende corimbo,*

*Vnus Iberina vir sufficit. Ocyus illud*

§§ *Extorquebis, ut hac oculo contenta sit vno.*

Indicat quam rara Romæ castitas sit in matronis, & quam periculosum sit contingere ducere.

*Paucæ.*] Matronæ dictæ sunt, quæ Cereris sacerdotes stant, & votum castitatis præstent. Vel quæ dignæ iudicaturæ essent, quæ tanquam castæ & honestæ Cereris virtus contingant; quod ab impudicis fieri nefarium putabatur.

Virg.

— *Manibusq; cruentis*

*Virgineas ausa Dina contingere virtus.*

Quid.

*Parva bona Cereris, sint modo casta, placent.*

*Quarum non timeat.*] Tanquam parum casta oscula, & non honestæ caritatis, sed turpis libidinis indicia. Eo dicit, nam occurrentes cognatos & notos veteri instituto osculari solebant. V. C. ait, filias impudicas patris osculo priuari iustitias fuisse, quod magnæ pœnæ loco sit habitum.

*Necte coronam.*] Sallæ Vmbritium vexat, Ironice ipsum exhortans ad matrimonium. i. O Viridi, para te ad futuras nuptias, & coronis vel fertis orna postes domus tuæ. Et limina ædium tuarum densis hederis, & corymbis instrue. Nam Romæ scilicet inuenta est tibi vxor Iberina, quæ vno viro contenta est, & pudica est.

*Postibus.*] Eo dicit, nam ipso nuptiarum die postes & ianux coronabantur.

*Corimbo.*] Fructum & racemos hederæ.

*Vnus Iberina.*] Scopitice hæc dicit. Fuit autem hand dubie Iberine illa, quam ducere voluit Viridius. q. d. Nimirum Iberine tua casta est.

*Ocyus illud.*] Explicat ironiam. imo vero illa vno oculo potius contenta esse velit, quam vno viro, vel, maneat vno oculo potius orbati quam suis mœchiis. q. d. ipsam suis oculis mœchos citiores habere.

*Extorquebis.*] Magna difficultate ab illa impetrabis.

*Magna tamen fama est, cuiusdam rare paternos*

*Vincentis. Vinat Gabiis, ut vixit in agro:*

*Vinat Fidenis, & agello cede paterno.*

*Quis tamen adfirmat, nihil actum in montibus, aut in*

60 *Speluncis. Adeon' senuerunt Iuppiter, & Mars?*

Obiectio. quod in agro quædam casta inveniatur. q. d. Si Iberina casta non est, saltem extra Romam in agro quædam casta invenitur.

*Magna*

*Magna fama.*] De castitate & pudicitia eius.

*Vixit Gabius & vixit in agro.*] Responder Poeta, illud non tam virginis ingenio deberi, quā loco. Nam si vel Gabius vel Fidecia in vilibus illis vrbibus degat (nec dum Romę) statim corrumpetur, & degeneraret. Quod si in vilibus illis opidis pudice vixerit, concessurum se ait illam castam in paterno agro vixisse. Illa n. casta non est, quę non impudice vixit, ad quod locus & occasio sæpe aliquem adiuvet, sed quę animum pudicum habet, & etiam inter impudicos scortatores pudicitiam suam potest retinere.

*Gabii.*] Gabii & Fideciae vilia opida in Hetruria erant. Hic iuvenes paulo comptiores vixerunt, & in agro. Et hic peccandi occasionem haberet, quę ipsi in paterno agro forte negata fuit.

*Qui tamen adfirmat.*] Corrigit illud quod concessit, q. d. & tunc quis iurare velit ipsam etiam in patrio agro caste vixisse. Vixit ad eone Mars, Neptunus, Iuppiter, & alii qui passim in montibus & speluncis agrorum scortabantur seu uerunt, ut puellę rusticę ab illorum incurribus tuta fuit? Vido quālo quali honore Deos suos addiciat, & quam probe illos vixeret.

*Nihil actum.*] Licet enim palam forte stuprata non est, clam illud fecisse poterit. Plures enim famam, pauci conscientiam verentur.

*Seuervunt.*] Adeo ut scio impediti rusticas virgines amplius corrumpere non possint.

*Iuppiter & Mars.*] Qui passim in montibus speluncis & antris stupra nefanda cum rusticis commiserunt.

*Porticibusne tibi monstratur scemina, voto  
Digna tuo? cuneis an habent spectacula totis,  
Quod securus ames, quodq; inde excerpere possis?  
Chironomon Ladam, molli saltante Bathylo  
Thuscia vesica non imperat, Appula gannit,  
Sicut in amplexu, subitum & miserabile, longum  
Attendit Thymele, Thymele tunc rustica discis.*

Ostendit iam, quam d. facile sit honestam matronam Romę iouenire.

*Porticibus.*] Intelligit porticum Pompeii & Iulidis in qua mulieres conveniebant.

*Voto digna tuo.*] i. Quę desiderio tuo satisfaciat, quę sit ex animi tui sententia. i. Quę pudici sit, & talis, qualem tu ex voto nuncyges.

*Cuneis an habent.*] i. An in totis & vniuersis Amphitheatris, & eorum cuneis, sedibus, gradibus, & receptaculis, in quibus tot centena mulierum conveniunt, aliquid habetur, quod sine cura & metu de eius libidine, & incontinentia secure diligere & amare possis.

*Cuneis.*] Intelligit receptacula & capacitates graduum instar cuneorum.

*Excerpere.*] Tibi diligere, & diligere.

*Chironomon Ladam.*] Quia de Theatro dixit, reddit iam rationē quare mulieres Romanę tam parum pudice fuit. Id fieri ait spectaculis ludorum leuissimorum, & propter multas voluptates, & libidinum illecebras. i. Dum in theatro mollis ille & levis saltator Pantomimus Bathyllus saltando representat Ladam illam insignem saltatricem, (quod cetera manuum & pedum lege & motu fiebat unde *χρησμός* dicitur.) Tunc eius spectaculo mulier ex Thuscia libidine incenditur.

*Chironomon Ladam.*] i. Saltationem Ladam vocatam, quę *χρησμός*, i. gestulationibus & legibus manuum observatis fit. Superiori Sat. dixit *χρησμός* illum, qui singulari manuum gestulatione proposita fercula dissecabat. Dicit hic Chironomon in genere feminino imitatione Gręca, quę composita in *Θ* sunt generis feminini. i. Dum mollis ille Pantomimus illud saltationis genus, quod Leda dicitur, saltando representat.

*Thuscia vesica non imperat.*] De mulieribus libidine inflammatis inferius dicitur ad illam vestium:

— *quantum*  
*Ille uero Victor per cuncta madentia torrent.*

*Autibus atq; oculis concepta vrinam mouetur.*

illo spectaculo incitata vrinam cohibere non potest, vq; adeo Libidinis furore corripitur. Vel prout libidinis pruritu vrinam retinere non potest.

*Appula gannit.* ] Per hæc nomina Thufcia & Appula, videtur innuere mulieres ex Thufcia vel Apulia, rusticas, quæ corruptantur Romæ tam obsecris & lasciuis spectaculis. Gannit id est gannitu obmurmurat non secus ac si qui cum concumberet. Apuleius in *metamorph.* Inter gannitus & subantis voculas.

*Sicut in amplexu* ] i. illo spectaculo incensa gannitum & voculas illas amantiam edit, quales inter se amplexantes & amantes. q. d. Non secus ac si tenacissimis complexibus mimum quem videt ad coitum complexura esset. Videntur a. hæc commode cum sequentibus coniungi possent. Gannit subitum & miserabile. i. Edix subitas & miserabiles voculas. Alii per hæc: Subitum, miserabile, longum, intelligunt nomina gestuum, quos exprimebat mimus, vt docet Iulius Pollux. Et quos gestus tanto studio Thymele illa mulier rustica obseruat, non aliter ac si illos vellet discere.

*Longum.* ] Pollux, vt dixi nomen gestus intelligit. Probus intelligit penem, qualis erat in Mimo. Hæc a. omnia eo spectant vt demonstret etiam rusticarum libidinem. q. d. Si honestæ hæc rustica essent, huiusmodi improbis spectaculis abstinere, aut illis non commouerentur.

*Ast alia quoties aulae recondita cessant,  
Et vacuo clausoq; sonant fora sola theatro,  
Atq; a plebeus longe Megalefia tristes,  
Personam, Thyrsūq; tenent, & subligar Acel,  
Vrbicū exodio risum mouet Atellana  
Gestibus Autonoeis Hunc diligit Eliapauper.  
Soluuntur his magno comædi fibula. Sunt qua  
Chrysegonum cantare vetent. Hispulla Tragædo  
Gaudet. An expectas vt Quintiliannus ametur?  
& Accipis uxorem de qua Citharædus Echion  
& Aut Glaphyrus fiat pater, Ambrosiusq; Choraulas.  
Longa per angustos figantur pulpita viscos  
Ornentur postes, & grandi ianna lauro  
Vt testudineo tibi Lentule Conopeo  
Nobilis Euryalum Mirmillonem exprimat infans.*

Ostendit iam quantopere adulteræ mulieres Romæ ament Ludios Mimos, comædos, Tragædos, Citharædos, Choraulas, gladiatores.

*Ast alia.* ] Dicitur hoc in illas mulieres, quæ finitis ludis mimorum tractabant ornamenta, ludosq; agebant. I. quoties ludi iam finiti sunt. i. Aliæ mulieres Romanæ, quando spectacula non exhibentur, sed aulae & rapetia, quibus theatra ornantur, in suum locum reposita cessant & non suspenduntur. i. quando Mimorum ludi in theatris non exhibentur.

*Aulae.* ] Erant vestes peregrinæ, vel etiam vela depicta theatri ornamenta.

*Et vacuo clausoq;.* ] i. cum Amphitheatrum vacuum & clausum est & fora sola, in quibus insiditur, sonant.

*Fora sola.* ) Quia theatrum prius etiam sonuerat ob ipsos ludos exhibitos.

*Atq; a plebeus longe Megalefia.* ] i. Cum Ludi magnæ Deûm matris Cybeles longe absunt a plebeis ludis, vel longo tempore intermituntur, & longissimè post illos ludos plebeios tempore

pare exhibentur: Interea illæ lascivæ mulieres tristes ob intermissos ludos, ipsæ agunt inter se illos ludos, & mimerum veites, & ornamenta tractant. Dicebatur ita quod magis Deum mætriserent spectacula, ei à M. L. nio Bruto dedicata.

*Plen.*] Fecerunt forte vulgares ludi, post quæ longo tempore celebrata sunt Megaleia, quoniam illæ tenebantur desiderio.

*Longe.*] absint vel post exhibentur.

*Tristes.*] Lascivæ illæ adulteræ ob intermissa spectacula.

*Personam thyrsismq; tenent.*] i. Tum tenent interea moræ illius impatientes larnum & Personarum faciem, & hantam pampinis inolutam. Et rerum quas in theatro viderant, quandam tenent speciem.

*Tenent.*] apud se retinent & interim custodiunt, seq; illis oblectant.

*Subligar.*] Subligaculum, quo virilia Accii illius Mimi inter agendum religabantur.

*Ein Understend.*

*Viribus.*] Ordo & sensus est. Viribus ille actor movet risum inter mulieres illas in privato spectaculo. Exodio inculto illo & lascivo ac ridiculo carmine, in ridicula illa fabula de Autonoe.

*Viribus.*] Ti rnebus intelligit Actorum & Poetarum certum aliquod genus, qui virbane & incunde carmina sua proferrent.

*Exodium.*] Erat hoc in Atellanis fabulis (quæ ab vrbe Atella dictæ) exodium, ridiculum & oblectrum carmen, quod Tragedis egressis apud Latinos solebat ab Exodiaris recitari ad exhilarandos spectatores, si quam illi ex Tragico eventu mortitiam contraxerant, ad illam discutiendam.

*Atellana Autonoes gestibus.*] risum movet. Dum recitat adhibitis gestibus ridiculum exodium in Atellana fabula conscriptæ de Autonoe Cadmi filia. Matræ Actoris in ceruum conversi. Cum gestibus Atellana fabulæ Autonoes, vel de Autonoe, vel dum agit fabulam Atellanicam de Autonoe. Intelligit ergo ridiculam fabulam de Autonoe. Erant autem fabulæ Atellanae propriæ, quæ res serias in risum vertebant dictæ ab Atella Ostorum ciuitate, in qua primum cæpit.

*Hunc diligit Elia p.*] Fuit Elia familia Romæ pauperrima teste Tacito & Val. Maximo. Hæc diligebat virbicum exodiarium. Exodiaris enim viliores erant. *Als die Bauren in der Comædi.*

*Soluitur his magno Comædi fibula.*] i. Aliæ ditiores adulteræ mulieres magno precio à Comædis, quos amant, impetrant ut fibulam solvant, & secum concumbant. Aliæ ditiores dato munere actores ad iuam concubitum pelliciunt.

*Magno.*] scilicet precio, ut cum illis postquam lascivis illorum gestibus incitatæ sint possint concumbere. Fibula a. viebantur Comædi & Tragædi, non tam ut velarent pudenda, quam ut à coitu, ne rancescerent, prohiberetur. Coitus n. statim vocem inuadit & deprauat. Vnde omnes pæci & Comædi & Tragædi elegantioris vocis fibulas in naturis habebant, ne coirent. Hinc post paulo dicitur.

*Bigaudes cantu, nullum fibula durat.*

Erat autem fibula circulus æneus.

*Sunt qua Chrysofonum cantare vetant.*] Qui scilicet toties precio à lascivis mulieribus ad concubum inuitatus, ut rancus factus cantare non possit. Chrysofonus fuit Cytharædus, & cantor.

*Hispulla Tragæda gaudet.*] Hispulla hæc crassa atq; pinguis matrona fuit: Ob id inferius

*Sat. 12.* *Pinguior Hispulla traheretur turpis.*

*An expellat.*] Mulieres adulteræ mimos & histriones amant non bonos & doctos viros, qualis thetor Fabius Quinctilianus i. Vxor tua non viros honestos amabit, quod tibi solatium esse querat, sed ludos histriones, & mimos, qui pene & pene infames erant. Ob id ait:

*Accipio turpem de qua.*] Id est. Tu Viridi aliquam virorem ducis, è qua prolem per

adulterium suscipiat & pater fiat non tu, sed alius quisquam histrio. Glaphyrus, & ille Circeæceus.

*Choraulæ.*] Tibicen, qui in choro fistulam inflat.

*Longa per angustos.*] Ironia & amara in illos irrisio, qui coniuges ducebant. i. Nos nuptias magnis sumptibus faciamus, vt alii histriones, ludii, & pugiles ex nostris vxoribus per adulterii liberos suscipiant, quos nos tanquam nobiles, & ex nobis natos nutriamus.

*Longa pulcra.*] In quibus nuptiarum ludi agebantur.

*Per angustos viros.*] Per angustos, quod cum summa difficultate fiebat: vel angustos, ob multitudinem spectatorum. Hoc autem solebant facere in nuptiis.

*Ornatus postea.*] i. Domus nostra frondibus è lauru in honorem nuptiarum ornatur, & omnia fiant, quæ pertinent ad solemnitates nuptiales, & infans tuus, qui ex te natus & nobilis putatur, gladiatoris alicuius vel retiarii sui veri patris faciem exprimat & repræsentet. Erat autem ornatus festus laurus & lucerna.

*Grandi lauro.*] i. Ingentibus ramis laureis.

*Vt tibi Lentule.*] i. Nobilissimo.

*Sub seculineo Conopeo.*] i. Sub velo culicari ex lino tenuissimo quo culices arcebantur. Talibus enim circumdabantur nobilissimorum liberi in cunis.

*Nobilis infans.*] Quem filium tu tuum esse censet, & nobilem.

*Exprimat.*] Imagine vel facie sua, & vultu.

*Euryalum mirmillanem.*] Gladiatorem vilem & infamem. Hi gladiatores securis & gladiis armati cum retiariis componebantur, qui in galea pisces gestabant.

*Nupta senatori comitata est Hippiæ ludium.*

*Ad Pharon & Nilum, famosa, mœnia Lagi*

*Prodigia & mores urbis damnanter Canopo.*

*Immemor illa domus & coniugis atq; sororis*

*Nil patria indulsit. Plorantes improba gnatos*

*Vtq; magis stupeas, Ludos Paridemq; reliquit.*

*Sed quanquam in magnis opibus, plumaq; paterna*

*Et segmentatis dormisset paruula cunis.*

*Contempsit pelagus: FAMAM COMTEMSE RAT OLIM.*

*CVIVS APVD molles minima est iactura cathedras.*

Quod de gladiatore vel Mirmillone adultero dixit, demonstrat iam memorabili exemplo Hippiæ, quæ fuit mœcha famosissima, & cum Sergio quodam gladiatore mœcho suo in Ægyptum profugit. Fuit a. Fabricii Veientonis Senatoris, & consiliarii Cæsaris coniux, cuius supra sæpius facta iam mentio. Huius etiam Hippiæ meminit inferius, cum ait:

— Quot amauerit Hippiæ mœchos.

*Nupta senatori.*] Fabricio Veientoni tumido & superbo.

*Comitata est.*] Adulterum mœcha secuta.

*Ludium.*] Athletam, gladiatorem Sergium. Est a. versus Hypermeter. Sic dicit inferius.

— Sic veniunt ad mistellaneæ Ludj.

*Ludj.*] proprie dic Greyschyster/vnd Schwerthdänker, qui gladiis & parmis in ludis, & pompis saltabant.

*Ad Pharon.*] Insulam Ægypti Alexandriæ oppositam, & eidem ponto iunctam.

*Nilum.*] Nobile Ægypti flumen.

*Famosa, mœnia Lagi.*] i. Alexandriam, quam Lagus pater Cleopatrz, & Ptolomæi tenuit.

*Famosa.*] Vel quod reges pessime ibi vixerint, vel famosa Pompæi cæde, vel ob luxum virorū & mulierum famosa.

*Prodigia & mores.*] Exaggerat scelus. i. Ita etiam vt Canopus Ægypti ciuitas, quāvis propter libidinem & luxum infamis, tam è ob huius sceleris prodigiū, & ob turpissimos Romanæ urbis mores

mores hoc factum Hippiae de testare tur. q. d. Tantum flagitium etiam homines flagitiosi condemnabant. D. Stabat autem Canopus centum & viginti stadiis terrestri itinere ab Alexandria in quadam Nili insula ubi erat Serapidis templum ad cuius solennia ingens turba per fossam ex Alexandria descendebat. Nam die ac nocte illa fossa nauticis plena virorum & mulierum impudenter canentium & saltantium.

*Prodigia* [Prodigio profecto simile erat cinem & nobilem maroniam Romanam in Egyptum vique gladiatorem sequi.

*Canopo.* [Hoc Emphatice dicit q. d. Cum apud Alexandriam & Canopum tam flagitiose viveret, condemnabant tamen urbis Romae mores tanquam turpiores.

*Immemor illa domus.* [Ob mœchi amorem omnium suorum oblita fuit.

*Nil patrie indulsit.* [Pietatis & amoris. Nulla patrie charitate commota fuit.

*Plorantes improba matos reliquit.* [Paulatim magis magisque exaggerat hoc scelus, inter alia inhumana & horrida, & immani.

*Vix, magis stupens, ludas Paridemq.* [Scoptice hoc dicit in Romanorum ocia & delicias quod ludas circenses & Theatralibus vitam & spiritum ducebant. Vade supra dixit:

*Si potes avelli Circensibus—*

*Item* *Duas tantum res auxilium optat.*

*Pantem & Circenses—*

*Stupens magis.* [Quasi non tam mirandum sit, quod maritum & liberos reliquerit, quam quod ludos Circenses, & festivissimum illum histrionem Paridem. His enim ante omnia delectabantur Romani.

*Paridem.* [Nobilem illum histrionem & Pantomimum Domitiano charum, qui Iuvenali causa ut inferius exponitur. Hic quod Domitiani coniugem constuprasset ab eodem occisus est.

*Sed quamquam.* [i. Licet mollissime & delicatissime educata esset, tamen amore turpis mœchi mœte intrare sustinuit.

*Pluma paternus.* [Molli lecto in domo patris, molli bus plumis suffulta.

*Parvula.* [i. Ex toto illo tempore, quo parva adhuc puella fuit, ut ita in supinis deliciis quasi nutrita sit.

*Segmentatis cinctus.* [Erant segmenta vittæ pendentes de vestibus auro intextæ, vel fasciolar, quæ affiguntur extremis vestium oris, ornatus causa.

*Contempsit Pelagum.* [Quod quidem in tali educatione miraculum erat.

*Famam contempserat olim.* [Et pudorem. Quem qui contemnit, facile illa omnia contemnit.

*Cum apud molles minima esset.* [i. Cuius honestæ famæ amissio apud delicatas & molliter educatas virgines nullius momenti esse reputatur.

*Molles cathedras.* [i. Apud illas, quæ in molli bus, & pulvinaribus suffultis cathedris vel lectis civescantur, non magni momenti est. Talis enim fortuna facile famam negligit. Vere dixit. Nam castitas & pudor ferme priuata & pauperum bona sunt. Fama autem diuitibus illis matronis, quæ in molli bus plumis ociosæ sedent, & quas ocia vitia doceat, parvipenditur.

*Tyrhenos igitur fluctus, lateq. sonantem.*

95 *Pertulis Ionium constanti pectore, quamvis*

*Mutandum toties esset mare. Iusta pericli*

*Si ratio est, & honesta, timent pauidog. gelantur*

*Pectore, nec tremulis possunt insistere plantis.*

*FORTEM ANIMVM præstant rebus, quas turpiter audens.*

*Siubeat coninx durum est conscendere navim.*

100 *Tunc sentina gravis, tunc summus vertitur aer.*

*Quæ mœchum sequitur stomacho valet. Illa maritum.*



*Conuomit hac inter nautas & prandet & errat.  
Per puppim, & duros gaudet tractare rudentes.*

Pertex & ulterius ceptam h. storiam, simulque malitiam adulteratam demonstrat, quæ in honestis rebus molles & fractæ, in sceleribus suis perpetrandis robustæ fortes, & audaces essent.

*Tyrrhenos.*] i. Fluctus Tyrrheni maris siue inferi, quod pars mediterranei à meridie versus Africam. Hoc mare Alexandriam petantibus transeundum.

*Late sonantem Ionium.*] Dum fluctus in scopulis franguntur. Porro per Tyrrhenum, Ionium Ægeum, & per longum illum tractum maris mediterranei illi transeundum. Vndarum & fluctuum impetu late crepitantem. Virg.

— *Sonat Ionio Vagus Hadria ponto.*

Est a. Ionium mare pars maris mediterranei inter Siciliam & Cretam.

*Quamuis mutandum.*] Vt dictum enim per Tyrrhenum, Ionium, Ægeum, illi transeundum erat.

*Iusta periculi ratio.*] i. Si ex honesta aliqua causa maris periculum subire debuisset, anxia & trepida fuisset.

*Pauisq; p. ji.* Pauore & timore tanquam frigore gelido congelantur. vel præ formidine frigore & gælu torpescunt. *Sic erstarren vor forcht.*

*Nec tremulis possunt insistere p. ji.* Præ anxietate trepulantibus, turbantibus, & vacillantibus plantis firmiter stare non possunt.

*Fortem animum præstant.*] Eximia sententia. i. Fortissimo animo sunt in rebus turpissimis.

*Si iubeat coniux.*] In honesta scilicet & iusta causa. Tunc sunt mollissimæ, & delicatæ nimis. Tum illis lasciuia mœchis durissimum videtur mare ingredi.

*Tum sentina grauis ji.* Tum conqueritur aquam illam in imo vel fundo nauis graueolentem esse, & teterrimi odor s, & vomitum progocare, & stomachum subuertere.

*Summus vertitur aer. ji.* Conqueritur aerem, qui superiori loco ante, vel summus erat, veti ad inferiore locum. *Es geht mit ihr rund vmb.* Hoc ex nausea fieri consuevit.

*Quæ mœchum sequitur.*] Contra vero quæ per scelus mœchum suum gladiatorem Sergium sequitur, illa sine omni difficultate, nulla nausea premitur. Est autem hic collatio dissimilium.

*Illæ maritum conuomit.*] Quæ maritum vero sequitur, illa nauseabunda maritum suum vomitu conspurcat, & conspuat. Contra quæ mœchum, sequitur illa valet. Ob id ait.

*Hæc inter nautas.*] Inter foetidos & maleolentes nautas, prandium capit, & huc illuc læta currit. *Spatiatur per postero rem nauis partem.*

*Et duros gaudet.*] i. Delectatur si contingat chordas, quibus vela nautica, siue malus ligantur, & firmanantur.

*Quæ tamen exarsit forma, quæ capta iuuenta est?*

*Hippia? quid vidit propter quod Lusia dici*

*Sustinuit? Nam Sergiolus iam radere guttur*

*Cœperat, & secto requiem sporare lacerto.*

*Præterea multa in faciem deformia, Sic ut*

*Attritus galea, medijsq; in naribus ingens*

*Gibbus, & lacre malum semper stillantis ocelli.*

*Sed gladiator erat. Facit hoc illos Hyacinthos,*

*Hoc pueris patriaq; hoc prætulit illa sorori,*

*Atque viro. Ferrum est quod amant, Hic Sergius idem.*

*Accepta rude cœpisset Veiento videri.*

205

210

iam inuestigat causam amoris Hippiae in Sergium, quam ait esse non formam, aut iuuenilem etatem, (ait enim quod senior & admodum deformis fuerit) sed quod crudelis & quod cunctis gladiator esset.

*Qua tamen exarsit.* ) Q. d. Profecto operæ precium est considerare & inquirere amoris causam.

*Qua forma.* ) Haud dubie eximia, ob quam maritum, natos, sororem patriam, tot & tanta suffragia relinquere. Necessè est ipsam incredibili pulchritudine & venustate & iuuenili admodum etate præditum fuisse.

*Propter quod ludia.* ) Ludionis & gladiatoris vxor potius, quam Senatoria. Q. d. necessè est fuisse causas grauissimas.

*Nam Serpionem.* ) Respondet quasi ad superiora interrogata Sergium neque iuuenem, neque formosum fuisse. Ait autem Sergiolus per Ironiam quasi dicat. Pulchellus ille Sergiolus (fuit autem admodum deformis, ut sequitur) ceperat iam, utpote senior plenam barbam alere, & guttur radere inter tendendum. Fuit enim iam grandævus & non iuuenis amplius. Rursus hic contraria coniungit.

*Es scdo requiem sperare l.* ) i. Rudem vel missionem à munere gladiatorio cum brachium aliquando ab aduersario ipsi ruptum vel scissum esset. Porro gladiatores membro aliquo mutilato missionem impetrabant, & rude donabantur.

*Probus ait, quod Bellenarium se feceris, qui mos in talibus sacris lacertes suas secare.*

*Præterea multa.* ) i. Multa erant ad deformitatem faciei, vel habebat multa, quæ faciem eius deformarent.

*Sicut attritus.* ) Refert illa, quæ faciem Sergii deformabant. Multis erat deturpatus vibicibus & galea etiam quam in capite gestauerat attritus erat. Apparet cum secutorem fuisse.

*Medis que in moribus ingens gibbus.* ) Deformis tumor ex percussione.

*Es acre malum.* ) Præterea lippus erat, & vehementi aspero & difficili malo & morbo lippitudinis infestabatur, quo oculi illi semper fluebant.

*Sed gladiator erat.* ) Exponit causam, quare Sergium adamauerit, quia ferrum mulieres amant, & sic gladiatoris Sergii crudelitas tantam vultus deformitatem decorabat, eumque formosum reddidit.

*Facit hoc illos hyacinthos.* ) i. Hoc facit ex illis turpissimis & deformibus gladiatoribus formosissimos, qualis Hyacinthus ille ab Apolline adamatus, à quo inter ludendum imprudenter disco occisus est. Fuit ille Oebeli filius, & in florem sui nominis conuersus fuit.

*Hocqueris.* ) Nimirum maritum gladiatorem haberi.

*Patriasque.* ) Quæ nemo bonus non plurimum amat.

*Ferrum est quod amant.* ) Q. d. Non amant formosos vel iuuenes, sed amant crudeles gladiatores.

*Hic Sergius idem.* ) i. Mulier illa Hippia tanto amore gladiatoris flagrabat, ut si Sergius rudem accepisset, & gladiator esse desineret, statim ex Sergio gladiatore Veiento fieret. i. Relinqueret Sergium non aliter atque priorem maritum Fabritium Veiatonem. Vel, Hic Sergius gladiator non per se, sed ob gladiatoriam amabatur: qui: Si rudem emeritus acciperet & gladiatoriam non amplius exerceret. Continuo deformis, & non formosus amplius Hippiae videretur. Sed inciperet talis videri, qualis Veiento qui ipsi Hippiae turpis & deformis videbatur, (utpote non gladiator) & ob id ipsum etiam deseruit.

115 *Quid priuata domus, quid feceris Hippia curas?*

*Respice rinales Dinorum. Claudius audi*

*Quæ tulerit. Dormire virum cum senserat vxor,*

*Ausa Palatino tegotem præferre cubili,*

*Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos*

120 *Linguebat comite ancilla non amplius una*

*Et nigrum flauo crinem abscondente galero  
Intravit calidum veteri centone lupanar,  
Et cellam vacuum atq. suam.*

Dixit de Hippia vxore priuata Veientonis subiungit iam aliud exemplum malus monstrum libidinis in Messalina coniuge Imperatoris Claudii. Atque ita paulatim per gradus maiores dignitatum ad maiora mulierum scelera progreditur. Nam Messalina habitu meretricio noctu publicum Lupanar ingressa. De qua *Plinius lib. 10. cap. 72. Cateris animantibus satietas in concubitu, hominis pane nulla, Messalina Claudii Caesaris coniux, hanc regalem exsistens in palam, legis in id certamen, nobilissimum est prostitutis ancillam mercenaria stipendi, eamque die ac nocte superauit quinto & sexagesimo concubitu. Et Tacitus, iam Messalina facilitate adulteriorum in fastidium versa ad incognitas libidines profuebat. Mater erat Octauæ & Britannici. Quæ quod nouas Sillii speciosi cuiusdam iuuenis nuptias adornasset, à Claudio interfecta est, vt Sat. 13. dicitur.*

*Quid priuata domus* ]i. Tunc curiose demiraris quid priuata Fabricii Veientonis domus fecerit. Hoc nihil adhuc est præ illis, quæ sequuntur, quæ ad rem publicam spectant, utpote ad Imperatorem.

*Respice riuales Diuorum.* ] Quid Riuales Fabricii Veientonis vnus tantum erat gladiator Sergius. Respice autem ad plurimos riuales imperatoris, qui sunt infames gancones. i. Respice quot & quales adulteros riuales habuerit Imperator.

*Diuorum* ] Irtiforie. Nam Imperatores inter Deos haberi volebant, & volebant Diui videri. Erant autem riuales Diuorum turpissimi & leuissimi scurræ & gancones, quæ Messalinæ in lupanari miscebantur, vt sequitur.

*Qua tuleris.* ] Opprobria & contumelias ab vxore Messalina.

*Dormire virum cum senserit vxor linquebat.* ] Narrat incredibile libidinis facinus. Messalinæ igitur tantæ libidinis fuit, vt se, viro Claudio dormiente immutaret habitu, & cum vna ancilla descenderet de palatio, atque publice noctu in lupanari prostaret pro meretrice. Est autem hæc constructio. Cum senserat virum dormire, deseruit & linquebat maritum.

*Ansa palatino.* ] Hi duo versus Parenthesi debent includi. Alias longius à se remouerentur verba illa coniungenda virum linquebat.

*Præferre tegetem palatino cubili.* ] Thalamo imperatorio in Imperatoris palatio, vilem matrem obsecrati meretricii cubilis deferere ausa est:

*Tegetem.* ] Quæ cellæ meretriciæ tegebantur, vel etiam quæ erat in cella meretricia.

*Augusta meretrix.* ] Hæc verba etiam sapiunt quandam contrarietatem de qua supra toties dictum. Imperatoria coniux ex Augusto stemmate agens meretricem. ]

*Sumere.* ] Ausa scilicet est.

*Nocturnos cucullos.* ] Breue & vile capitis tegmen ad pluuiam nocte arcendam, quo nocte vasa fuit cognosci nolens.

*Coma ancilla.* ] Cum ante innumeris famulis tanquam imperatoria coniux stiparetur. Hanc autem elegerat in certamen libidinis.

*Et nigrum flauo.* ] i. Habitu meretricio incedens, nigros suos capillos, quales matronæ pleræque habebant, flauo pileo abscondebat, vt meretrix publica videretur, quæ flauos capillos alebant.

*Et flauo galero.* ] crinem nigrum, quem matrona alebat, supposito rotundo muliebri capitis tegumento in modum galæ facto, quo utebantur meretrices. Hoc faciebat, vt meretrix publica videretur.

*Nigrum.* ] Sic ait, quia matronis nunquam flaua coma erat, sed nigra. E diuerso, meretricibus erat coma flaua.

*Intravit calidum lupanar.* ] Vel frequentatum, vel quod vetus cento calorem retinebat. Contraxerat autem cum meretrice Lyeïsa nobilissima, & à multis ganconibus petita.

*Venerit*

*Veteri Costume*] Laneo panno diuersis coloribus texto, super quem coibant, villosa & detrita.

*Vacuam*] E qua paulo ante exierat Lysica, à qua illam conduxerat.

*Suam*] Quippe quam Messalina iam conduxerat, à Lycisca in suum usum sed interdiu Lyciscæ concesserat.

—Tunc nuda papillis

- 125 *Constitis auratis titulum mentita Lycisca,  
Ostendisq. tuum generose Britannice ventrem.  
Excepit blanda intrantes atq. era poposcit.  
Mox lenone suas iam dimittente puellas,  
Tristis abis. Sed quod potuit tamen, vltima cellam  
Clasit, adhuc ardens rigida tentigine vulua,  
130 Et resupina iacens multorum aborbuit ictus  
Et lassata viris nondum satiata recessit.  
Obscurisq. genis turpis fumoq. lucerna  
Fæda Lupanari tulit ad puluinar odorem.*

*Penerit obscenissimi* nam illam historiam verbis pudendis & obscenis.

*Tauranda*] In prostibulo constitit habens papillas nudas auro vndique redimitas, in circuitu.

*Titulum mentita Lycisca*] i. Præfigens cellæ suæ titulum Lyciscæ, quasi meretrix Lycisca in cella illa prostaret. In cellis autem nomina meretricum solebant præfigi, & superferibi. Et ita se gerebat pro meretrice Lycisca.

*Ostendisq. tuum*] i. O generose & nobilissime Britannice, qui generosus es in Imperatoris domo natus à Claudio scilicet, si credere fas est; Tua mater Messalina ventrem tuum ex quo tu prodisti vel proditurus eras ostendit. Hæc erat ille Britannicus, quem Nero concissa Agrippina opera Locustæ veneficæ in conuiuio veneno extinxit.

*Generose Britannice*] quasi minime generosus, qui forte ganeonides filius. Hæc rursus contraria sapiunt. Nam hæc male conueniunt illum generosum esse, cuius mater meretrix pudenda sua ganeonibus ostenderit.

*Blanda*] Blanditiis alliciens, meretricum more.

*Atq. era poposcit*] i. Scupi scilicet mercedem, ut crederetur vere publica meretrix esse.

*Mox lenone suas*] i. Cum leno meretrices suas quarum dominus erat, sub noctem ferme mediam iam dormitum dimitteret.

*Tristis abis*] Quod ipsi tam subito discedendum esset, cum adhuc libidine æstuarer.

*Sed quod potuit*] i. Extrema, quæ potuit tentauit, ut cum citius ipsi meretricibus discedendum esset, saltem vltima esset iater discedentes.

*Adhuc ardens*] insaniens, furens, & feruens prurigne atque tentigine rigida, per spiritum & libidinem inflata & tumida vultu.

*Et resupina iacens*] Obscenus, ut plerique hi versus, i. resupinata à stupratoribus.

*Multorum aborbuit*] Quippe quæ plurimos admisit illa nocte, cum ancillam suam viginti quinque vicibus superauerit.

*Lassata viris*] Defatigata à stupratoribus.

*Nondum satiata*] Nondum exsaturata inde ex lupanari recessit.

*Obscurisq. genis turpis*] i. Deturpata, & denigrata fuligine in sordido lupanari, vel turpato æbreo tactu, crebrisque oculis amplexantium.

*Fumoq. lucerna fæda*] i. Fuligine lucernæ fædata. Horat.

—Sub clara nuda lucerna

*Quæcumq. excepit turgentis verbera cauda.*

*Lupanari tulit ad p. o.*] i. Turpem, sordidam, & obscenum odorem lupanaris portulit ad puluinar vel lectum maritalem Imperatoris.

*Hippomanes, carmenq, loquar, coctumq, venenum.*  
*Pruiignoq, datum.* FACIUNT GRAVIORA COACTA  
*Imperio sexus, minimumq, libidine peccant.*  
*Optima sed quare Casennia teste marito?*  
*Bis quingenta dedit, tanti vocat ille pudicam.*  
*Nec, Veneris pharetris macer est, & lampade fernet.*  
 140 *Inde facies ardent, VENIUNT A DOTE sagitta*  
*LIBERTAS EMITVR. Coram licet innuat atq,*  
*Rescribat, VIDVA EST LOCUPLES qua nupsit auara.*  
*Cur desiderio Bibula Sertorius ardet?*  
*Si verum excutias, FACIES NON UXOR amatur.*  
 145 *Tres ruga subeant, & se cutis arida laxet,*  
*Fiant, obscuri dentes, oculiq, minores,*  
*Collige sarcinulas dicet libertus, & exi,*  
*Iam grauis es nobis, & saepe emungeris exi*  
*Ocyus, & propera, sicco venit altera naso.*

*Hippomanes.*] Tangit iam alia mulierum scelera, quæ libidine longe erant peiora. i. Descendit hanc iam veneficia & amatoria pocula. Est autem Hippomanes quod de partu equarum rapitur à fronte pulli, caricæ magnitudine, & colore nigro, quod statim edito partu deuorat tota equa mater, aut pullum ad vbera non admittit. Est & Hippomanes virus ab inguine distillas dum libidinis furore eque agitantur, & vnde proprie nomen habet. Virg. lib. 3. Georg.

*Hinc demum Hippomanes Vero quod nomine dicunt,*  
*Pastores, sentum distillat ab inguine Virum*  
*Hippomanes, quod saepe mala legere nouerca.*

Hoc veneficæ ad philtra, furorem conciliandum, & ad veneficia sua vtebantur Virg.

*Et fronti praruptus amor.*  
 Et noster infra.

*Cui totam Tremuli frontem Casonia pulli*  
*Infudit.*

*Carmen.*] Iacantatorium, quo amatorum animos fascinant. Virg.

*Et alibi:* *Carmina Vel calo possunt deducere Lunam,*  
*Miscueruntq, herbas & non innoxia Verba.*

*Coctum Venenum*) Temperatum, & admixtum dulcibus cibis.

*Pruiignoq, datum.*] Inter pruiignum & nouercam semper similitates, si non palam, clam saltem exerceantur. Possumus hoc etiam de amatorio poculo intelligere: Vide Senecam in Hippolyto.

*Faciunt grauiora.*] Duplici sensu hæc dici videntur. Vel. Illæ coactæ ab imperio sexus muliebris (ab odio, ira, inuidia, & reliquis) adfectibus, quos, muliebris sexus imperium vocat, grauiora adhuc scelera committunt, atque illa sunt, quæ faciunt ob libidinem. Vel per imperium sexus, muliebræ vel foemineum sexum vocat subditum virili vel maritali, q. d. viri imperium ægre ferunt, & libenter illud excuterent, inde semper in veritum nituntur, multa sæpe machinantur, multa interdum etiam perpetrant, quippe quibus pectus natua dolo instruxit, sed vires acquirit. Licet prior sententia videatur concinnior.

*Minimum peccant libidine.*] Præ aliis grauioribus sceleribus, quæ committunt ira, odio, vi-

Et cupidine, avaritia. Talia erant veneficia, cædes, parricidia. ut sub finem Saryæ dicitur.

*Optima, sed quare.* ] A' *hæb. p. p.* Ostendit hæcenus ditium & pauperum exemplis nullam fore Romæ feminam castam inveniri, quam quis secure amare possit. Obicitur iam exemplum Cæcenniae & Bibulæ, quæ vel maritorum testimoniis castæ, optimæ, & pudicæ inveniuntur.

*Sed quare.* ] Cum tu dicas omnes malas esse & impudicas.

*Bis quingenta dedis.* ] Respondet auctor noster, maritum Cæcenniam coniugem ipsam castam vocare, quia ipsi contulit amplissimam dotem, quæ forsitan alias impudica est. Sunt autem bis quingenta. i. Mille Sestertia vel talenta. Ut enim sexcenta ab auctoribus pro multis poni solent, Sic decies centena pro ingenti & prægrandi summa. Sic hoc loco bis quingenta, vel decies centena milliapro immensa dote ponuntur. Sic Sat. 10. dicit

— *Ritu decies centena dabuntur*

*Antiquæ.*

Et Horat. lib. 1. Sat. 3.

— *Decies centena dedisses*

*Huic puero.* —

*Tanti vocat ille pudicam.* ] i. Ob tantam dotem maritus eam pudicam vocat.

*Nec Veneris pharetra.* ] nacer est. i. Maceratur Veneris cupidine, non seruet flammis Veneris, sed dotis flagrat amore. i. Non emaciatus est iaculis Veneris, sed iaculis Plutonis vel Dei diuitiarum, qui ipsum corripit.

*Lampade.* ] Non Tæda vel flamma Veneris & Cupidinis, sed dotis amore flagrat.

*Inde.* ] A dotis flammæ amoris ardent in marito.

*Sapientia.* ] Iacula amoris & castitatis veniunt à dote, non à virtute.

*Libertas emittitur.* ] i. Libertas facienda quidquid libet emittitur à mulieribus diuitibus dote. Plautus. *Vxorem accipi, dote imperium vendido.*

*Coram licet inuuant.* ] i. Dives & dotata mulier etiam præsentem marito omnia flagitia designat, & tamen à marito tanquam pudica laudatur. Et licitum est etiam ei coram vel præsentem marito mœcho inuere, illique rescribere quæcunque velit. Nam viri, quidquid mulieres agunt illud laudant, cum sint dotatæ.

*Inuuant.* ] In indicium consensus, quod nimirum velit ad ipsum certo loco & tempore venire.

*Rescribat.* ] De his inferius.

*Illæ docet missa à corruptore tabellis*

*Nil rude, nil simplex rescribere.*

*Vidua est locuples.* ] i. Dives mulier quæ avaro alicui nupsit, illa in coniugio æque libera est ac si esset vidua. ac si nulli matrimonio iuncta esset. Vel, quibus voluerit, illis cōmiscetur tanquam vidua esset, & maritum non haberet. Vel dives mulier tanquam vidua sine crimine peccat, tanquam adulterium non admittat.

*Cur desiderio Bibula.* ] Altera obiectio de Bibula. i. Cur Sertorius maritus tanto amore atque desiderio teneret erga Bibulam coniugem.

*Si verum excutias.* ] i. Si ipsam veritatem accuratius aliquanto perscrutaris. Excutere propriis significat sub vestibus abscondita inquirere, & indagare.

*Facies non Vxor.* ] i. Non amat eam ut bonam, sed ut formosam.

*Vxor.* ] Vxor enim est respectu animi.

*Tres raga subeant.* ] Probat quod dixit, ipsam non ob formam, sed virtutem amari, nam si se-  
nio deformetur dicit auctor non fore, ut statim à marito rursus eiiciatur, vel dum per ætatem  
formosa est à marito adamatur, qua forma perennata & flaccescente amor mariti etiam flaccet-  
cit, qui eam paulo post domo eiiciet.

*Tres raga.* ] Ipsam inuadant, corripiant, vel in faciem eius succedant.

*Et se cutis.* ] i. Deficiente succo & sanguine arida cutis se laxam faciat, inque raga se ex laxitate contrahat. i. Succus carnis exarescat paulatim laxa cure.

*Arida.* ] Exsueca, marcida, senilis.  
*Fiant obscuro dentes.* ] quod fit senio, nigrescant.  
*Oculiq; minores.* ] Contrahantur quod idem præ senectute fit. i. Fiat annus.  
*Collige sarcinulas.* ] Verba liberti eam iam animum domo eicientis : sarcinulas. Reculas tuas, tuamque supellectilem, Num dein arme leuere vnde Pacte dich.  
*Exi.]* E domo heri mei.  
*Iam grapi es nobis.* ] Hac tua senili ætate nobis es molesta, quia fœda & deformis anus es.  
*Sape emungeris.* ] Vetus enim stiria de aduicis naribus semper dependet.  
*Sicco venit altera nase.* ] Iuuenis & formosa tibi successura substituetur, quæ se ob senilem ætatem toties non emungeret.

150

*Interea calet & regnat, poscitq; maritum.*  
*Pastores, & ouem Canusiuam, vlmofq; Falernæ.*  
*Quantulum in hoc? Pueros omnes, ergastula tota.*  
*Quodq; domi non est, & habet vicinus, ematur*  
*Mense quidem bruma, cum iam mercator Iason.*

155

*Clausus, & armatis obstat casa candida nautis*  
*Grandia tolluntur crystallina, maxima rursus*  
*Myrrhina, Deinde Adamas notissimus, & Berenice*  
*In digito factus preciosior, hunc dedit olim*  
*Barbarus incesta, dedit hunc Agrippa sorori.*  
*Observant ubi festa mero pede Sabbata reges*  
*Et vetus indulget senibus clementia, porcis.*

160

Notat iam mulierum procacem petulantiam, & in viros imperium, dum adhuc iuuenes & formosa sunt.

*Interea.* ] Dum adhuc adolescentula & speciosa est.

*Cales.* ] Viget, Vegeta, viuida est. *Est ist Metrig.* Sic contra dicitur frigere & algere.

— *Probitas laudatur, & alget.*

*Regnat.* ] In domo viro imperans.

*Poscet maritum pastores.* ] i. Poscit à marito quid quid volet, & impetrat, pastores & greges omnium in Galabria, vineas in Falerno, & alia preciosa. Vt pastores cum ouibus alat.

*Ouem Canusiuam.* ] Canusium oppidum Dauniorum in Apulia, vbi optimæ oues, & preciosa lana.

*Vlmofq; Falernæ.* ] quæ viti maritandæ supponitur vlmus est. Sumitur hic pro vite, & vino. i. Nobilissima vina ex Falerno Campaniæ monte.

*Quantulum in hoc?* ] quod poscit scilicet quid minimum adhuc illud est si reliqua spectes. In his. Quæ minima adhuc & parua sunt præ grauioribus aliis, quæ poscit.]

*Pueros — Omnes.* ] in seruitium sibi emi à marito postulat, magnam seruorum multitudinem à marito exigit.

*Ergastula tota.* ] Emanant ipsi: Omnes seruos vinetos in ergastulo, & ibi opus facientes. Ergastula proprie sunt illa loca, in quibus ad poenam vineti opus faciunt.

*Quodq; domi non est.* ] i. Quidquid ipsa non habet, sed vicinus habet.

*Mense quidem bruma.* ] Notat seruitia & misoram conditionem maritorum, qui hiemali tempore, cum reliqui mercatores, & negotiatores cessant propter frigus, coguntur vxoribus suis crystallina & myrrhina pocula, & preciosos lapillos, non sine vitæ discrimine adferre.

*Mense bruma.* ] Cum bruma leuit & horret,

Cum

*Cum i. m. l. cl.*] Iason (de quo Satyra prima. qui in pontum aurei velleris gratia profectus) hic pro quovis mercatore vel negotiatore nauigante ponitur. Clausus dicitur. Quia per hiemem mare nauigaturis clauditur. Vel *Clausus* in ciuitate vel domo sua conclusus cum nauigare nequeat.

*Iason.*] Mercator, qui lucri gratia nauim conscendit, vt Iason Colchida ob aureum vellus petebat.

*Et armatis obstat.*] i. Cum casa vel domuncula nautarum candida, & niuibus conspersa, vel hyemis inclementia niuibus omnia tegens, nautis obstat, qui alias instrumentis suis ad nauigandum armati, parati, accincti, & instructi sunt.

*Grandia tolluntur.*] i. Tunc ab imperiosa illa domina maritus iubetur & cogitur nauigare, vt grandia vasa è crystallo facta ipsi reporteret. Vel tunc è longinquis regionibus vasa crystallina à marito tolluntur, & vxori adferuntur.

*Myrrhina*] Pocula de myrrha facta, quæ primus in urbem inuexit Pompeius. Talia ob varietatem colorum, & gratum odorem habebantur in maximo precio.

*Deride adamans notissimus.*] Notissimus ille & durissimus lapis, qui hircino sanguine tinctus demum transigitur, tollitur vel comparatur à marito.

*Notissimus*] De certo quodam adamante hæc intellige.

*Et Berenice.*] Quod regina Iudææ Herodis vxor cum in annulo gesserit. Scoprice dicitur. i. Qui adamans preciolior adhuc censetur, quod Berenice regina Ægypti soror Ptolomæi & Cleopatæ eundem anulum preciosissimum in digito gesserit. Alii intelligunt Berenicem, quæ teste Iosepho post Herodis mortem tunc Agrippa prioris coniugis fratre concubuit.

*Hunc dedit olim.*] Repetitur bis hoc loco dedit. Q. d. Hunc nobilissimum adamantem, Barbarus ille rex Iudææ Herodes Agrippa dedit incestæ suæ sorori Berenicæ, cum qua incestum commiserat teste Iosepho lib. 20. & quæ ante nupta erat patruo suo Herodi. Deridet Satyrice, quod mulieres viris impent, & iubeant ornamenta adferri ex Ægypto, eaque in precio habeant, quod reginæ olim cum gustauerint. Nempe in digito incestæ reginæ lapis preciosior redditus est. Ironice.

*Observans.*] Est de scriptio Iudææ. i. Ibi in Palæstina hoc factum est, (vel inde hic annulus petitus) vbi reges nudis pedibus festa sabbata observant. Vel, dedit hunc lapidem sorori suæ in Iudæa vbi reges meris vel nudis pedibus sancta sabbata religiose observant & colunt. Ridet obiter Iudæos.

*Et veteri indulget.*] Apud Iudæos, inquit Tacitus, senescunt porci, & veteri lege Iudæis prohibitam ne velerentur porcis. Vnde cum porci non occiderentur senescebant. Hæc de re Sat. 14. falsus dicitur. Quia autem Iudæorum meminit, non loquitur de Antiocho vel Cleopatra, sed de Herode Agrippa.

*Veteri clementia.*] i. Clementia quæ ex veteri more & lege introducta fuit.

*Indulget*] Longam vitam & senectutem, vt valde senescant.

*Nullane de tantis gregibus tibi digna videtur?*

*Sit formosa, decens, diues, formosa, vetustos*

*Porticibus distinet, auos, intactior omni*

165 *Crinibus effusis bellam dirimente Sabina,*

*Rara avis in terris nigroque simillima cygno.*

*Qvis ferit vxorem cui constant omnia. Malo*

*Malo Venusinam, quam te Cornelia mater*

*Gracchorum si cum magnis virtutibus adfers*

170 *Grande supercilium, & numeras in dote triumphos.*

*Tolle tuum precor Annibalem, victumque Siphacem.*

*In castris, & cum tota Carthagine migra*



Ostendit ulterius nullam vxorem esse ducendam. Probauit hoc de malis, de quibus hactenus & iam quasi concludit ex illis, de quibus dixi, nullam vxorem esse ducendam. Subiungit postea Idem quasi optimæ feminae, quam postea ostendit raro inueniri, & vt maxime inueniatur, fore superbam propter illas suas animi & corporis dotes, & ob superbiam illam fore intolerabilem.

*Nullane.* ji. Anne quædam ex illis, quas memorauimus, digna tibi videretur tuo matrimonio.

*Sit formosa.* ] Iam è contrariio ostendit ne optimas quidem ducendas esse, ob fastum & elationem suam. Describitur ergo quædam ex voto mulier, non qualis datur, sed qualis merito esse deberet, si daretur. Et quæ si vel maxime daretur ob fastum esset intolerabilis.

*Sit formosa.* ] Est concessio. Age sit alia optima: & quasi idea bonæ feminae. illa quam tu desideras sit speciosa.

*Decens.* ] De moribus intellige venustis.

*Diues.* ] De quibus prima quæstio esse solet.

*Fecunda.* ] Quæ fecunditate sua coniugium reddat lætius.

*Verustos porticibus.* ji. Sit etiam nobilis & generosa. Vel cuius aui triumphantes in imaginibus picti sint, & in porticu ordine dispositi. Tales maiorum nobilissimorum triumphales statuas in limine ædium, & porticibus solebant ponere.

*Intactior omni.* ) De moribus ultimo loco dicit, ex consuetudine perditum tempus. Sit etiam castior & inuiolator Sabinis mulieribus castissimis, qui bellum inter Tatum & Romulum dirimebant, & fœdera faciebant. Vide Ouid. 3. Fastorum. & Liliam in initio. Porro illæ præco & rudi sæculo castissimæ fuerunt.

*Crimibus effusis.* ] Sparsis & passis, & veste scissa infestas acies utrinque dirimente.

*Rara avis.* ] Sicut Phoenix, quæ vna auis in terris tantum reperiri dicitur. Hanc consimilem optare licet, consequi non licet, & ratio est, quia non datur.

*Quis ferat vxorem.* ) i. Prædicta omnia si maxime vni vxori adessent, quis illam ferre posset. Nam ob hæc dotes superba esset, & propter superbiam intolerabilis.

*Ferat.* ] Superbam propter tot animi & corporis dotes.

*Cui constant.* ] Cui præsto sunt & adsunt prædicta omnia.

*Malo malo Venufinam.* ji. Satius est parvæ rem ex Venufino oppido sibi vxorem ducere quam Corneliam Gracchorum matrem nobilem, diuitem, superbam, sibi dominam introducere. Hæc Cornelia fuit insignis pudicitia Scipionis Africanæ filia, quæ nupsit Cornelio Graccho, mater Cai & Tiberii Gracchorum.

*Venufinam.* ] inter Apuliam & Lucaniam mulierem rusticam & ignobilem & pauperem, quam te, o Cornelia, Gracchorum mater, quæ casta, nobilis, formosa, & diues fuisti, & fecunda.

*Si cum magnis.* ji. Si cum his raris & prædictis virtutibus, pulchritudine, decore, diuitiis, fecunditate, castitate, superbiam tecum adfers.

*Supercilium.* ] Magnam superbiam & fastum, qui in supercilio.

*Et numerus in dote triumphos.* ji. Si triumphos maiorum tuorum Scipionum loco dotis tecum adfers. i. Si triumphos, quos maiores tui Scipiones deuictis Carthaginensibus sibi compararunt loco dotis habeas. i. Si propter nobilitatem & gloriam maiorum tuorum tibi subiectus esse cogar & tanquam propter dotem tibi parere.

*Tolle tuum precor.* ji. Ne nobilitatem tuam & te mihi semper obicias, exi potius à me & triumphos maiorum tuorum, de deuicto Annibale, Siphace, Carthagine, quos dotis loco tecum attulisti rursus aufer. Hæc verbis indicat satius esse talem superbam vxorē desererere, & dimittere, quam illi cohabitare.

*Annibalem tuum.* ] quem toties mihi obiciis exprobrando, Quomodo autem Annibal à Scipione deuictus sit apud Liuium existat.

*Victum Siphacem.* ] Scipio maior cognomento Africanus in Africam tota mole conuersus Asdrubalis & Siphacis copias iuuantem Masinissam fudit, & utriusque castra facibus illarum vna nocte deleuit, Florus.

*Et cum tota Civ. ]* Recedet domo mea cum tota gloria Scipionum malorum tuorum, quos retulerunt ex Carthagine devicta. Vnus enim Carthaginem tributariam fecit, alter vero totam deleuit.

*Parce precor Paan, & tu depone sagittas,  
Nil pueri faciunt, ipsam configite matrem,  
Amphion clamat. Sed Paan contrahit arcum.  
Extulit ergo gregem natorum ipsumq; parentem.  
Dum sibi nobilior Latona gente videtur,  
Atq; eadem Scropha Niobæ fecundior alba.  
QVÆ TANTI GRAVITAS, quæ forma ut setibi semper  
Imputet. HVIVS ENIM RARI summiq; voluptas  
Nulla boni, quoties animo corrupta superbo  
Plus aloes quam mellis habet. Quis deditus autem  
Vsq; adeo est, ut non illam, quam laudibus effert,  
Horreat, inq; dies septenis oderit horis.*

Mulierum superbiam intolerabilem esse, qua vel Deos contemunt, indicat exemplo Niobæ. Amphion fuit Iouis ex Antiope filius, qui cum vxore Niobæ, Tantali filia quatuordecim filios, & septem filias, ut in genealogiis meis videre est, suscepit. Quæ tali nobilitate & fecunditate superba, Thebanas mulieres Latonæ sacrificantes redarguit sibi sacrificandum esse dictitans, quæ, (cum 2. liberos habeat, Latona vero tantum duos, Apollinem scilicet, & Dianam) ipsa Latonæ ob numerosam prolem merito fuerit anteponenda. Quæ matris iniuria Diana & Apollo filii Latonæ commoti Niobes filios ad vnum omnes vna die sagittis confecerunt. Vnde mater Niobæ præ dolore in saxum fuit conuersa.

*Parce precor Paan*) Est initio Prosopopœia Amphionis deprecantis mortem liberorum suorum à Diana & Apolline sagittis confectorum. i. O. Paan Apollo parce meis liberis.

*Estu depone sagittas.*] Tu Diana scilicet.

*Nil pueri faciunt.*] i. Nihil culpe liberi in se admiserunt. Lucanus;

*Crimine quo parui eadem potuere mereri?*

*Ipsam configite matrem.*] Niobem quæ sua superbia hanc calamitatem concitauit.

*Sed Paan contrahit arcum.*] i. Apollo nihil commotus miserabili voce patris, omnes filios immisericorditer sagittis conficit & trucidat.

*Contrahit arcum.*] In dexterum utraque manu trahit, ut feriat filios Amphionis.

*Extulit ergo gregem natorum.*] Ad sepulturam vna cum patre Amphione adfert.

*Gregem natorum.*] i. Multitudinem 14. filiorum, & 7. filiarum. Alii 7. filios numerant.

*Natorum* ab Apolline & Diana sagittis confessorum.

*Ipsamq; parentem.*] i. ipsum Amphionem, qui calamitate filiorum, & morte eorundem concitauit.

*Dum sibi nobilior*] Dum Niobæ existimat se generosiorē esse quā Diana & Apollo, dumq; videtur sibi fecundior, quam alba illa Scropha quæ triginta filios peperit, de qua Virgilius.

*Triginta caputum satius enixa iacebat*

*Alba solum recubans, albi circum sbera nati.*

*Quæ tanti gravitas*] Demonstrat ulterius superbiam mulierum esse intolerabilem, quæ si vel maxime cum honestate & pulchritudine coniuncta sit, plus aloes quam mellis viris adferat, & omnes virtutes coniunctas odiosas reddat, & contamine. i. Quæ morum gravitas & honestas, & quæ pulchritudo & formositas tanta esse potest, ut patiaturs æquo animo, ut per superbiam

se & suas dotes virtutes & formam tibi obiciat & exprobet. Vt seipsam tanquam maximum beneficium tibi semper exprobet, suas virtutes in exprobrationem tui extollat.

*Fr se tibi*) i. Vt suam virtutem & pulcritudinem tibi obiciat, & illam tibi semper exprobet.

*Huius enim*) i. Vt vel maxime formosam, nobilem, & castam ducas (quod tamen rarissimum inuentu) si superbia accedat, nulla inde ad te voluptas perueniet. Et plus aloes vel amaritudinis ex superbia eius, quam mellis & dulcedinis ex formositate & castitate eius consequatur. i. Huius summi quidem & rari boni nulla prorsus est gratia.

*Quoties animo corrupta superbo*) i. Quando illa gratia & voluptas omnem suam iuauitatem deperdit per animi fastum & superbiam. Quo malo mulieres potissimum laborant.

*Plus aloes*) i. Plus amaritudinis, quam mellis & dulcedinis. Est autem aloes graui odore, gustu amara, laudatissima ex Asia adfertur Plin. lib. 27.

*Quis deditus autem*) i. Quis vsque adeo vxori suae superbae addictus est, vel indulget, vel quis superbam vxorem tantopere amore prosequitur ob castitatem, & superbiam, ut illam non maiori odio prosequatur.

*Deditus*) Obnoxius, indulgens.

*Quam laudibus effert*) Ob morum grauitatem, & corporis pulcritudinem.

*Horreat*) Ob superbiam & fastum.

*Itaq; dies*] i. Vt illam plus oderit quam amet, ut singulis diebus illam septem horis oderit, quinque tantum amet. i. maiori diei parte oderit, quam amet.

*Septem horis oderit*] Dies singuli Romanis in duodecim horas diuidebantur. Longiori ergo tempore illam oderit nimirum 7. horis, & quinque tantum amauerit.

185

*Quedam \*parca quidem, sed non toleranda maritis.*

\*(Parua)

*Nam quid rancidum, quam quod se non putet vlla*

*Formosam, nisi qua de Thuscia Gracula facta est,*

*De Sulmonensi mera Cecropis. Omnia Grace*

*Cum sit turpe magis nostris nescire Latine.*

190

*Hoc sermone pauent. Hoc iram gaudia, curas*

*Hoc cuncta effundunt animi secreta. Quid ultra?*

*Concumbunt Grace. Dones tamen, illa puellis.*

*Tunc etiam, quam sextus & octogesima annus*

*Pulsat, adhuc Grace? NON EST HIC SERMO pudicus*

195

*In vetula, quoties lasciuum interuenit illud:*

*Zw. 12. 17. 18. MODO SVB LODICE RELICTIS*

*Vieris in turba? QVOD ENIM non excitat inguen*

*Vox blanda & nequam? Digitos habet. Vt tamen omnes*

*Subsidant penna. Dicat hac mollius Hemo*

200

*Quanquam & Carphoro. Facies tua computat annos.*

Alia mulierum reprehensio, quod Graecum mollem, & effeminatum sermonem adfectarent, ut formosiores, & gratiores viderentur. i. Referam quaedam modica, & exilia vitia grauiorum respectu. Sed viris tamen non toleranda. Vel *parca* hoc loco lege & sic interpretare. Quaedam mulier *parca* quidem est, non superba, & magnifica, & sumtuosa. Sed tamen non toleranda est, quod Graeco sermone ut blandior videatur utatur. Ille enim sermo blanditiarum feracissimus.

*Nam quid rancidum*] Intolerabilius, corruptius, turpius, putidius, scedius.

*Quam quod se non putet vlla*] Mulier Romana venustam & formosam, pulchram, nisi quae

Giz-

Græco sermone vtatur, Vel nisi, quæ ante Romana, Italæ, vel Thuscæ lingua vernacula, & mater-  
na vsa, Græca lingua vtatur.

*Gracula* ] Contemptum dixit. Sic Sat. 3. *Graculam esuriens.*

*Salmoneis* ] Sulmo Italiz vrbis, patria Ouidii.

*Mera Cæropis* ] Prorsus & tota Attica est, vel Atheniensis Cæropis in genere feminino, in  
Mæculia Cæropides vt Sat. 7. à Cærope Athenarum primo rege originem ducentes.

*Omnia Græce* ] i. Ipse libidinose mulieres omnia Græce dicunt & proferunt, existimantes  
eo sermone venustatem & elegantiam sibi conciliaturæ.

*Cum sit turpe magis* ] Cum Latinis turpius esse reputetur omnia Græce nescire, quam Lati-  
ne. Sed durius hoc. Aliiter & forte rectius. Cum tamen nostris Romanis pro summa turpitu-  
dine habeatur Latine loqui nescire, & vernaculam linguam ignorare. Mallem hoc loco legis  
Cum sit turpe minus.

*Hoc sermone pascunt* ] i. Græco sermone omnes adfectus, & secteta animi proferunt, & pa-  
nores, timorem, & anxietatem animi expriment.

*Iræ, gaudia, curas* ] Omnes animi perturbationes.

*Quid ultra* ] i. Quid progrediar ulterius singulos adfectus recitando.

*Concumbunt Græce* ] Græco more, vel dum inter se concumbunt Græco sermone vtu-  
tur.

*Dones tamen ista puellis* ] Concessio, qua innuit hanc Græce linguae adfectionem puellæ  
iuniori esse condonandam, & concedendam. i. Concedas vel condones ista prædicta puellis &  
iunenculis vt Græco sermone vtantur, quibus propter ætatem multa sunt condonanda. indi-  
cat in iuueniculis vel puellis forte hanc linguae Græcicæ adfectionem tolerari posse, in ve-  
tulis vero prorsus esse intolerabilem.

*Tunc etiam* ] i. Quis ferat 86. annorum decrepitas vetulas & anus sibi has Græce linguae de-  
licias usurpare.

*Pulset* ] Concutit, inaminiuit, Senio & langiore verat.

*Adhuc* ] Græce. Concumbis vel loqueris. Vel Græco adhuc sermone vteris.

*Non est hic sermo pudicus* ] i. Hic sermo Græcus, etiam in vetula turpis, & impudicus est, præ-  
sertim si lasciuia illa verba inferantur quibus Lais nobilissima illa meretrix in concubitu iue-  
nibus ad blandiebatur: Ζωὴ καὶ ψυχὴ. Mea vita, mea anima.

*Lascivum* ] Quo lasciuæ vtuntur.

*Modo sub lodiçe relictu* ] Indignatio. Tu pessima vetula vteris in populo vel communi ser-  
mone illis verbis lasciuis Græcis, quibus paullo ante in contubitu cum scortatore vtebaris, vel  
quæ paullo ante sub lodiçe, stragulo, vel coopertorio lecti reliquisti, cum paullo ante fuisti in  
concubitu.

*In turba* ] in publico sermone ad quosvis homines.

*Quod enim non excitat inguen* ] i. Quem hominem non excitat vel incitat in libidinem hu-  
iusmodi nimis blanda & nequam Græcorum vox, quæ nimis insidiosa est homini pudico. Ob-  
id nequam appellatur. Porniciosum esse demonstrat lasciuia illa verba, & gannitus, & subantum  
vocalis, quibus libidinosi in complexu vtuntur, in publico velle vt, quæ suis blanditiis libidi-  
nem excitent. Ouid.

*Quis furor est, quæ nocte latent in luce fateri,  
Es quæ clam facias, facta referre palam.*

Sic Persius.

*Cum carmina lumbum*

*Entrant, & tremulo scilpantur vbi intima versu.*

*Vox blanda excitat* ] i. Lasciuæ vocis Græcicæ quem non ad libidinem irritant.

*Nequam* ] quæ profecto multa mala docet.

*Dignus habet* ] i. illa vox non minus libidinem excitat, quam si admota impudicæ mulieris

manu libido excitetur, Eo dicit, quod manu impudicarum mulierum libido excitari queat etiam in admodum senibus.

—quibus incendi iam frigidus axis  
Laomedontades Vel Nestoris bernia possit.

Sicut tactus mulierum mouet intima, ita vox lasciuia & effœminata non animum modo, sed iugum etiam & obfœcra corporis excitat, tanquam manu palpetur.

*Vt tamen omnes*] Hæc ita explico (nam interpretes vix Oedipus intellexerit) Quamuis hisce tuis lasciuis verbis vel maxime auditores ad libidinem excitentur, & omnes libidinis pruriginis subsistant, & inferius in inguina delabantur: & quamuis maxime lasciuie hæc dicas, tamen quia facies tua annos computat tuos, & deformis vetula es, nemo te amat, appetit, desiderat. Vel irridet irritum conatum vetularum, quæ vt vel maxime omnes ingenii neruus adhibeant, & Græcum sermonem mollissime pronuntiant, & illa nefaria Græci sermonis & lasciuia verba, nullum tamen amatorem sibi comparare possint, cum sint vetulæ.

*Subsidant pinna.*] Metaphora ab auibus. Ingenii nerui vel pinnae quasi ex superiori loco deorsum vocentur. Possumus etiam pinnas hoc loco intelligere in cacumine turrium rotundos apices. i. Quamuis illa quæ suprema sunt sermone tuo quasi deorsum voces, videtur esse prouerbialis quædam figura.

*Dicas hac mollis Hæmo.*] i. Lasciuus, Hæmus & Carpophorus illa ætate nobilissimi mimicerant, qui mulierum sermones & blanditias mira vocis iucunditate exprimebant. i. Licet Græca illa verba mollius, & effœminatius, fractius & lasciuus pronunties, quam Hæmus & Carpophorus mollissimi mimi & histiones: Tamen facies tua cum te turpem & deformem vetulam esse prodant non à quoquam amaris.

*Computat annos.*] Enumerat ætatem tuam, quia vox tua Iuenculæ est, facies vero est rugosa & decrepita vetulæ.

205 *Si tibi legitimis pactam, iunctamq; tabellis.  
Non es amaturus, ducendi nulla videtur  
Causa, nec est quare cœnam, & mustacea perdas  
Labente officio, crudis donanda. Nec illud  
Quod prima pro nocte datur, cum lance beata.  
Dacicus, & scripto radiat Germanicus anno.  
Si tibi simplicitas vxoria, deditus vni  
Est animus, submitte caput cervice parata.  
Ferre iugum, N. ILLAM INVENIES, que parcat amanti.*  
210 *ARDEAT IPSA LICET, tormentis gaudet amanti,  
Et spoliis. Igitur longe minus utilis illi  
Vxor, quisquis erit bonus optandusq; maritus.*

Pergit Vrsidio persuadere vxorem non esse ducendam hoc argumento, Aut amabis à te datam vxorem, aut non amabis. Si non amabis, causa nulla est, cur vxorem ducas. Si vero amabis, miser eris, & ab vxore tua misere torqueris, & excruciaris.

*Legitima pactam & iunctam tabellis.*] i. Certis sponsalibus & instrumentis. Instrumentis super futuro matrimonio legitime confectis, vxorem tibi ductam tibi que coniunctam.

*Nec est quare cœnam & m. p.*] i. Nulla causa est quare impensas facias, & cœnam nuptialem, & digestiua fercula, quæ cum iam officium, vel celebritas nuptialis labitur, vel ad finem, & exitum perducitur vel inclinat, amicis cruditate & crapula laborantibus dari solet.

*Cœnam*

*Cenae*) Nuptialem,

*Mustacea*) sunt lenia cibaria ad stomachum reconciliandum, & fercula facillimæ digestio-  
nis, quæ dabantur crudis, & qui imbecillioris erat stomachi & ingurgitatione nimia, aut vari-  
etate ferculorum in nuptiis.

*Labente officio*.] Pro abeunte. Cum iam illi abeunt, qui officii gratia conuenerunt. Solebant  
enim ante quam abirent hospites nuptiales illis dulcia mustacea erogare loco Apophoreto-  
rum.

*Nec illud quod prima*.] Pro virginitatis flore prima nocte decerpendo, donum, quod nouæ  
nuptæ à marito datur.

*Cum læce beata*.] Est descriptio illius matutini muneris. i. cum in diuite læce, numis & au-  
ro plena, numus aureus radiat insculptus & figuratus imagine Domitiani. qui à Dacis & Ger-  
manis deuictis Dacicum & Germanicum sese appellauit.

*Beata*.] Plena, ampla, Vel diuite. Sat. i. *Qui se laetant atque beatum*. Item *Setula Vesica*  
*beata*.

*Dacicum*.] i. Numus aureus cui Dacicus, & Germanicus Domitianus impressus, vel insculptus  
est. Solebant aurem in læce nouæ nuptæ huiusmodi munera offerri.

*Scripta*.] Cui litteræ quasi inscriptæ & insculptæ sunt.

*Sibi simplicitas vxoris*.] Alterum membrum, sin simpliciter & omnino vxorem coniugem  
vis amare: necessarium est te esse miserum. i. Si vnica tantum simpliciter vis amare in con-  
iugio, & non multis in coniugio promiscue vti. Vel si simpliciter vni vxori animus tuus deditus  
est.

*Simplicitas vxoris*.] Placet, vel cordi est. Vel consimile quid.

*Deditus vni*.] i. Si vni solummodo vxori animum dedisti.

*Submiste capus*.] Expedias te ad iugum subeundum, & mala innumera ferenda. Inclina caput  
tuum ad capistrum & seruitium, & ceruix tua parata sit iugum & seruitium vxoris patienter  
ferre.

*Nullam muenies*.] i. Nulla inuenitur vxor, quæ, si sentiat maritum se amare, amantem mari-  
tum non miserum habeat, quæ tormentis & miseria mariti sui non delectetur.

*Ardeat ipsa licet*.] i. Licet ipsa vxor maritum redamet, & suo amore vehementissimo marito  
respondeat: Tamen tanta in ipsa est malitia, vt naturaliter gaudeat tormentis sui mariti se-  
amantis, & vt delectetur, si amatorem suum torqueat.

*Igitur longe minus Grilis illi vxor*.] Concludit. Ergo quo quis melior erit, suamque vxorem  
debito honore magis est complexurus. hoc minus utilis illi vxori est: Et hoc magis ille à mulie-  
re cruciabitur. Infert ergo quod quo quis melior maritus sit, eo miserior futurus sit, vel qui ve-  
hementer vxorem suam amaturus sit, vehementer ab eadem sit ex cruciandus.

*Bonus optendus q̃r*.] Qualem virum matrona merito sibi optet.

*Nil unquam inuista donabis coniuge, vendas,*

*Hac obstante nihil, nihil hæc si nolit emetur,*

*Hac dabit adfectus, ille excludetur amicus*

*Iam senior, cuius barbam tua ianua vidit*

*Testandi cum sit lenonibus atq; lanistis*

*Libertas, & iuris idem contingat arena,*

*Non vnus tibi rivalis dictabitur heres.*

Offendit iam quale imperium vxor in virum exerceat, à quo se amari scania.

*Nisquam.* i. Nihil cuiquam muneris loco dare poteris, si vxor tua hoc nolit.

*Iamta coniuge.* ] nolente & reluctantē.

*Vendes hac obstante nihil.* ] i. Eius arbitrio donatio, emptio & venditio instruitur.

*Hac dabit adfectus.* ] Amoris, ita, odii, erga vel aduersus alios, ut nullū amare vel odisse queas nisi quemcunque illa voluerit.

*Illo excludetur.* ) i. Hac vxore tua insignante vetustissimus & optimus tuus amicus, qui tibi pueri notus & familiaris fuit qui domum & ianuam tuam frequentauit iuuenis adhuc, cum barbam alere inciperet, ille inquam, hoc imperante & insignante ē domo tua eiicitur, & excludetur.

*Cuius barbam.* ] i. Qui iuuenis tuus cliens fuit, domumque tuam salutare solebat, cum adhuc esset iuuenis, & primam barbam alere inciperet.

*Testandi cum sis.* ) Aliud incommodum, quod maritus non suo, sed vxoris arbitratu testamentum condere cogatur, & sepe suos rituales hoc est vxoris suae adulteros heredes scribere, & suorum bonorum ex testamento constituere. Sensus est. Cum etiam homines infames, vel venenos, gladiatorum magistri, & gladiatores ipsi ius habeant pro suo arbitrio testamentum constituere, fingere, & retingere. Contra tibi forma testamenti ab vxore tua dictabitur: Tu libertatem illam non habebis, sed pro arbitratu vxoris tuae rituales etiam tuos, idque non vnum sed multos in testamento tuo heredes bonorum tuorum relinques.

*Es iuris idem.* ) Cum idem ius, & eandem libertatem habeant gladiatores qui in arena theatri versantur.

*Tibi* ) Emphatice. Tibi soli & vni contra.

*Dictabitur.* ) Satyrice. Quemadmodum discipulis, quibus imperamus, & qui morem nobis gerunt, etiam coactis & nolentibus scribenda dictamus.

*Non vnum.* ] Sed multi.

- 220 *Pone crucem seruo. Meruit quo crimine seruus  
Supplicium? Quis testis adest? Quis detulit? Audi,  
Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa.  
O demens! Ita seruus homo est? Nil feceris, esto  
Hoc volo, sic in beo, sit pro ratione voluntas.*
- 225 *Imperat ergo viro: sed mox hac regna relinquit,  
Permutatq; domos, & flammea conterit. Inde  
Auolat, & spreti repetit vestigia lecti.  
Ornatas paullo ante fores pendentia linquit  
Vela domus, & adhuc virides in limine ramos.*
- 230 *Sic crescit numerus. Sic sunt octo marii.  
Quinq; per autumnos. Titulo res digna sepulcri.*

Exponitiam per Dialogismum vxoris cum marito, crudelitatem mulierum, quae etiam sine ulla causa seruos a mariis interfici, & supplicio adfici & crucifigi volebant.

*Pone crucem.* ) Sunt verba mulieris viro imperantis, ut seruum cruci adfigendo ē medio iol-  
lat. i. Constitue crucem.

*Meruit q. c.* ) Responso miseri illius mariti, quare non ergo puerum, & causam supplicii ab vxore percunctantis. Quid peccati commisit, quis testis criminis cum conuincit, quis accusauit.

*Quis testis.* ] Cuius testimonio ille tanti sceleris conuincitur.

*Quis detulit.* ] i. Quis indicauit crimen eius, eumque accusauit.

*Audi. Nulla vnquam.* ] Pulcra & egregia sententia, sed interpretibus mi fallor parsi haecenus perspe-

perfecta, qui illam ita explicant tanquam sint verba Poetæ, quod nulla mora & longa deliberatio de morte hominis serui apud mulieres fiat. Quasi illæ non diu deliberent, sed statim servum ad crucis supplicium condemnent, nullis consideratis circumstantiis & causis. Verum nobilior hinc sententia eruenta. Sunt verba adhuc mariti ad uxorem, uxorem suam admonentis: Audi o mea coniux. Non tam subito, & inconsiderate de morte alicuius hominis statuo dum est, non tam subito condonandus est servus inaudita causa. Sed probe & accurate considerandum, an etiam reus sit. Nam nulla cunctatio, nulla mora, nulla deliberatio de morte hominis potest esse nimis longa. Nec omnia nimis accurate in iudicio capitis observari possunt. Vel non nimis diu index deliberare & cunctari potest, ante quam sententiam ferat, de morte hominis.

Er san fch nicht zu wol bedenken.

*O demens! Ita servus homo est.*] Verba vxoris maritum suum imperiose obiurgantis & increpantis: O demens, stulte, & stultide vir! Itane vero servus etiam homo est? vel tam vilissimus servus etiam homo indicandus est. Age esto quod nihil fecerit, & peccati in se admiserit. Ego volo & iubeo ipsum interfici. Et si causam vel rationem supplicii eius quaeras. Scias me ita velle. Negat autem servum esse hominem ex muliebri fastu & superbia.

*Imperat ergo Viro*) Eandem rem confirmat. Quod mulieres dominium imperiose in maritos exerceant.

Sunt hæc intelligenda de diuite matrona, quæ cum volet, virum relinquit, & cum alio permutat, & alteri viro, cui itidem vt priori dominatur adhærere incipit. Mira profecto Romæ illo seculo mulierum licentia. *Cato senior de vxoria potestate dixerat: Omnibus hominibus vxores imperant nos omnibus hominibus, nobis autem vxores. Dixerat Cyprianus Themistocles: O vxor, Athenienses Græci imperant ego Atheniensibus tu mihi, sibi filius. O pudor! qui dominantur viris, seruiunt mulieribus.*

*Sed mox hæc regna*) Dum secum sua regna ad alium maritum transfert. i. Paulo post priorem domum, in qua regnavit, relinquit, & maritum repudiat.

*Permutatq; domos.*) Dum ab vno marito ad alium, ex vna domo ad aliam secedit.

*Et flammeas conterit.*] Toties aliis atq; aliis nubit, vt frequenti vsu vestes nuptiales flammeas, quibus nouæ nuptæ velabantur, conterat, & perdat. Conterit Sic verschleissf.

*Flammea.*] Velamenta erant admodum rubei coloris, ob ruborem, & pudorem custodiendū. *Inde auolat.*] Mox ad alium. Inde rursus ad alium, auolat. Rectius ad palum ignominiosum. *Unden Dranger.* i. Si ita libitum fuerit, celeriter quasi volans inde rursus auolat, & ad priorem maritum, quem paulo ante spreuerat rursus, reuertitur.

*Auolat.*] Metaph. ab auibus, quæ vario volatu, mox hunc, mox illum locum petunt.

*Et spreit*] Repertit rursus priorem maritum, quo spreto se paulo ante ad alium contulerat.

*Repetit Vestigia.*] Per eadem vestigia, eandemq; viam per quam maritum deferuerat, ad maritum reuertitur.

*Ornatas paulo ante.*] i. Fores secundi mariti in nuptiis frondibus exornatas relinquit, & se ad alium confert. Vel deserit fores vel ædes secundi mariti, quas paulo ante in festiuitate nuptiali exornauerat, velis, aulæis, & taperibus & lauro ac viridibus ramis.

*Paulo ante.*) Facile enim tales bestias alicuius mariti fastidium capit.

*Pendensia.*] i. Die adhuc nuptiali, vel saltem paulo post nuptias cum vela vel aula adhuc pensata sunt.

*Adhuc Virides ramos.*] Indicat quod paulo post nuptias nouum maritum relinquant. i. Relinquit nondum arefactos arborum ramos, quibus limina domus, vbi nuptiæ celebrabantur ornari solebant.

*Si crescit numerus.*] Scoprice hæc dicuntur, & sensus est. Hac ratione dum vxores viros frequenter deferunt, fit vt numerus maritorum exiguo tempore valde crescat, & vt quinq; autumnis vel annis vna mulier octo maritis nubat.

*Et sunt octo mariti.*] Ad octauum enim maritum licet bar vxori nubere. Martialis lib. 6.

*Aut minus, aut certe non plus tricesima lux est*

*Et nubis decimo iam Thelesina viro.*

*Qua nubis, scitens non nubis adulter, a lege.*



*Quinq; per autumnos.*] i. Quinq; annis. Recitat Valla in Italia contigisse, vt par hominum è plebe matrimonio coniugarètur vir, qui ante viginti vxores sepelierat. Mulier quæ iam vigesimum secundum maritum duxerat. Summa ergo omnium fuit expectatio, quis quem educret & sepeliret. Vicit a. maritus, & totius vrbs populi confluyente multitudine tanquam victor ancipitis certaminis & fortissimi aduersarii coronatus est.

*Titulo res digna sepulchri.*] Sceptice, quæ res digna est, quæ in memoriam apud posteros lapidi sepulchri incidatur. Eo dicit, nam maritorum nomina sepulchris vxorum inscribi solebāt. Martialis:

*Inf. ripsis tumulo septem celebrata virorum  
Se fecisse Chloæ, quid pote simplicius?*

DESPERANDA TIBI SALVA concordia socra.

*Illa docet spoliis nudi gaudere mariti,*

*Illa docet missis a corruptore tabellis*

253

*Nil rude, nil simplex rescribere. Decipit illa*

*Custodes, aut are domat. Tunc corpore sano*

*Aduocat Archigenem, onerosaq; pallia iactat,*

*Abditus interea lateet, & secretus adulter,*

*Impatiensq; mora tacet, & preputia ducit.*

240

SCILICET EXSPECTES, vt tradat mater honestos

*Aut alios mores, quam quos habet. VT ILI PORRO*

*FILIOLAM TVRPI vetula producere turpem.*

Aliud matrimonii incommedum, quod socrus vel vxoris mater filiam suam ad omne matrem erudiat, quæ socrus quamdiu superstes sit & viuæ, negat concordiam & amorem conjugalem sperari posse.

*Salua.*] Viua, superstitice, incolumi.

*Illa docet.*] Illa filiam suam ad omnia mala contra virum suum instigat. Illa docet filiam suam vt sumptuofo victu & vestitu omnibus bonis miserum maritum spoliet, & nudum reliquat. Vel docet filiam marito suo omnia clam subripere, maritum spoliare, & interea gaudere.

*A Corruptore.*] Mœchum vel adulterum intelligit.

*Missis tabellis rescribere.*] id est. Epistolis vel litteris à mœcho missis, accurate respondera sic supra:

— Coram licet innuas, atq;

*Rescribas.* —

*Nil rude.*] Ita vt mater filiam suam ad adulteria erudiat, eiq; viam, præcat, enaq; doceat non ruditer, simpliciter & rustice. Sed docte & caute, éléganter & artificiose respondere.

*Decipit illa custodes.*] Socrus vel mater coniugis, custodes, qui à marito coniugi adhibebantur custodiendæ pudicitia, decipit, vel pecunia data corrumpit, vt mœchi tuto filiam adire possint. Vel mater docet filiam admittere adulterum custodibus deceptis, vel pecunia & muneribus corruptis.

*Tunc corpore sano, &c.*] Exprimit dolum & artes, quibus custodes & maritum decipiant (hæc a. vna via est, qua custodes & maritum fallabant.) Fingit a. socrus filiam ægrotare, & Archigenem (nobilem medicum Domitiani tempore) aduocat. Vt sub medici nimirum persona quis adulter intrare possit.

*Corpore sano.*] Filia quæ ægrotat non est, sed valens sano corpore. Cuius tamen ægritudinem simulat, vt habeat filia facultatem ad se vocandi sub persona medici quemuis adulterum.

*Archigenes.*] Sub Domitiano magai nominis medicus. Hoc pro quouis medico ponitur. Martialis.

*Præterea*

*Vxorera, Charedeme, tuam sin ipse, finitq;  
A medico fuitus. Vix sine febre mori?*

*Onerosaq; pallia iactat.* ] i. Mater abiicit pallia & alia, quibus filia in lecto tegitur, tanquam illa onerosa sint sicut aegrotanti, & tanquam illa ferre nequeat.

*Abditus interea.* ] i. Interea dum visitur à medico, adulter, qui sub persona medici etiam intra-  
re potuit, in aliquo secreto loco abditus latet, & moram vel cunctationem, quam medicus facit  
non sustinere potens silentium agit & libidinem interea excitat.

*Impatiens mora.* ] Ex veneris cunctis desiderio.

*Pavet.* ] Timet vel formidat ne videatur. Verum hæc lectio mihi non placet. Nam si anxie  
metu paveret, haud dubie illa obscena non faceret, quæ sequuntur. Melius ergo legitur: *Silet.*

*Propterea ducit.* ] Masturbatorem agit. Hæc ultima obscena atque scelerata sunt, intelligen-  
da de illis, quos D. Paulus molles. *De Weichling* ad Romanos primo, vocat. Hic ultimus  
obscenus versus iuxta Probum in quibusdam exemplaribus non invenitur.

*Scilices exspectes.* ] Alloquitur Viridium quasi, dicens non absurdum esse, si ex mala matre,  
mala etiam filia progignatur. Mater filiam meliores mores atque ipsa habet docere non po-  
test. Matrem sequitur sua proles. Et quidquid aliquis ipse non habet in alium conferre non  
potest.

*Scilices exspectes.* ] q. d. Frustra profectio exspectas, si hoc facis.

*Vile porro* ] Deinde vile etiam est turpi matri vetulæ sibi similem filiam turpem, & adulte-  
ram filiam producere: Scortationibus enim & adulteriis filia mater sustentatur, vestitur, nu-  
titur.

*Producere.* ] *παρὰ τὴν γυναῖκα*, quod inter alia significat prostituere. Ait ergo vile ei esse prode-  
dere vel prostituere filiam, & ita quæstum facere.

245 *Nulla fere causa est in qua non femina litem  
Mouerit, accusas Manilia si rea non est,  
Componunt ipse per se formantq; libellos,  
Principium atq; locos Cello dictare parata,  
Endromidas Tyrias, & femineum ceroma  
Quis nescit? aut quis non vidit vulnera palis  
Quem cauat assiduus sudibus, scutoq; laceffit,  
250 Atq; omnes implet numeros. Dignissima prorsus  
Floralis matrona tuba. Nisi si quid in illo  
Pectore plus agitat, veraq; paratur arena.  
Quem prestare potest mulier galeata pudorem,  
Quæ fugit a sexu, vires amat. Hac tamen ipsa  
255 Vir nollet fieri, Nam quantula nostra voluptas.*

Subterit iam alia, quod mulieres in foro causas agant, & in arena vel theatro gladiatoriam ex-  
erceant.

*Nulla fere.* ] q. d. Pene in omnibus causis, quæ in foro agitantur feminae litem mouent, vel  
alios accusant & reos agunt.

*Litem mouent.* ] Dum aut accusant, aut accusantur.

*Accusas Manilia.* ] i. Mulier si non defendentis partes & pro reo loquitur, habet accusantis.  
Reddit ergo rationem, quomodo lites mouerint.

*Manilia.* ] Hac illa meretricis est, qua ut ait Gellius libro quarto, capite quarto. Au-  
lum Hostilium Manerium. quidem curulem lapide noctu percussit. Accusauit ergo eam Hostilius

ad populum vulausq; ostendit. Manilia v. ad Tribunos Plebis promouant, & dixit Mancius, cum in eius ædes vi irrupisset lapidibus fuisse depulsum. Ab ea ergo lunenalis nomen desumpsit. *Componunt ipsa per se.*] Notat illas mulieres in litibus & causis forensibus probe versatas. i. Formulam vel libellum accusatorium componitur propria industria & ope, sine auxilio virorum lictorum & aduocatorum.

*Formant libellos.*] Effingunt supplices, petitorios, accusatorios, defensorios.

*Principium atq; l.*] Ad eo versatæ sunt in causis forensibus, & orationibus vt Cornelio Cello oratori & Icto eximio, orationis exordium, & locos argumentorum rhetoricos tanquam discipulo dictare promptæ atq; paratæ sint.

*Principium.*] Exordium & insinuationem.

*Locos.*] Vnde argumenta desumuntur, argumentorum sedes.

*Cello.*] Iunio Cello oratori, qui illo tempore in dicendi arte præstans septem libros institutionum oratoriarum reliquit.

*Endromydas.*] Arguit iam mulieres, quæ vestibus, & vnguentis athletarum utebantur in Gymnasio, & in campo Martio more tyronum exercebantur. Sensus est: Quis ignorat vestes gymnasticas athletarum Endromydas purpureas & Tyrio cocco tinctas, quibus feminæ utuntur, & ceroma, vel vnguentum athletarum, scæminæ, vel quo scæminæ vtuntur.

*Endromydas.*] Pallia & oblongæ suffultæ vestes athletarum, quibus mulieres utebantur. Sed purpureas, & lanæ mollioris. his utebantur, qui exercebant se in Gymnasticis & Palæstricis, ac post certamen, & sudorem inde contractum refrigerarent.

*Ceroma.*] Erat vnguentum quo Athletæ utebantur, & erat ex oleo & terra in speciem luti. De hoc Sat. 3. ad illa verba;

*Et ceromatico fert micetæria collo.*

*Quis non vidit Vulnera pali.*] Nam more tyronum ad palum exercebantur, & pugnabant. Figebatur a. palus in terra sex pedum, contra quem tyro tanquam cōtra aduersarium, cum cratæ & clauæ velut cum gladio se exercebat.

*Vulnera pali.*] Quæ mulier gladiatoris more infert cum sudibus & fustibus, eminus & cominus tanquam res cum vero hoste ageretur.

*Vulnera pali.*] Transfixiones vel percussiones cum sudibus, quibus palum obtundit, medians pugnas.

*Quem cauat.*] Perforat, continuis hastis non ferratis, & sudibus, dum se exercet. Et quem palum scuto suo tanquam aduersarium laceffit, & prouocat.

*Scuto.*] Cratæ rotunda. Nam de vimine in modum cratium clypei tyronibus fiebant.

*Atque omnes implet numeros.*] i. Nil omittit ex legitima exercitatione, implet omnem præceptorum ordinem, vniuersa dictata peragit, vt tantum in exercitio valeat, quantum gladiator id est omnia facit, quæ ad athleticam spectant, & quæ ad lanistæ vel magistro gladiatorum dicuntur.

*Dignissima prorsus.*] Has mulieres quæ ad palum exercebantur dignas ait esse, quæ audæ in Floralibus, se exponant, ad quæ Floralia per tubam reliquas meretrices conuocaret.

*Floralis tuba.*] Qua conmittuntur ludi Florales in quibus meretrices nudatis eorporibus per varias ludendi artes discurrebant, & armis gladiatoris certabant & depugnabāt. Hi ludi à meretrice Flora instituti sunt in honorem Floræ Deæ, quæ floribus præest. Ludi erant infames & impudici, ad quos ludos meretrices per tubam conuocabant. Tali tubæ eam adhibendam dicit.

*Nisi si quid.*] Correctio: Nisi forte in eius matronæ pectore virilius aliquid adhuc, & magis masculinum sese mouet, quam vt ad Floralia vocetur, & nisi forte eo se ad palum exercet, vt postea in vera arena vel certamine more aliorum gladiatorum athleticam veram, & non figuratam vel vmbrailem exerceat. i. Nisi fortasse omnino virile pectus habet, & ideo se exercet vt aliquando in arena vel theatro veram pugnam edat.

Plus

*Plus agitat.*] i. Plus agitur, movetur: vel plus se movet & agitat. Agitat passivo positum.

*Veram paratur.*] i. Nisi forte sese parat & disponit ad veram pugnam, ut aliquando vere in arena more gladiatorum depugnet.

*Quem praeferre potest.*] q. d. nullum pudorem aut honestatem unquam illa mulier praestiterit, quae mutato sexu galeam induerit, quasi dicat, illa necessario frontem insigniter perfricuit, quae à sexu suo naturali semine fugit, & arma virorum induit, & vires vel robur virorum amittit.

*Vires amittit.*] id est, Artem gladiatoriam, in qua vires & robur corporis potissimum valet: & quam viri exercent.

*Hac tamen ipsa.*] q. d. Haec tamen ipsa mulier, quae sic virilia exerceat, si facultas in virum evadendi ipsi contingeret, vir fieri & evadere recusaret, eo quod nostra virorum voluptas in re Venerea paene nulla, aut saltem perexigua sit, cum illarum contra mulierum sit maxima. Quae decorem voluptatis capiunt, cum contra viri vix viciam obtineant, ut Physici dixerunt.

*Vix nolle fieri.*] Ratio est, quia viri cito, mulieres nunquam voluptate coitus satiantur. Fabula est apud Ovidium in Metamorphosi. Vbi hac ipsa de re inter Iovem & Iunonem conventionem ortam suo arbitrio dirimit Tiresias, qui utrumque sexum fuerat expertus. Vtpote quia ex viro in feminam mutatus septem annos femina vixit, inde rursus vir factus est. Ille postea pro Iove pronunciat, indicans mulierum voluptatem immenso intervallo maiorem esse.

*Quantula.*] Quam parva & exigua.

*Quale decus rerum, si coniugis auctio fiat.*

*Baltheus, & manica, & crista, & crurisq; sinistri*

*Dimidium tegmen. Vel si diversa movebit*

*Prælia, tu felix ocreas vendente puellâ.*

260 *Haec sunt, quae tenui sudant in Cyclade, quarum*

*Delicias & panniculus bombycinus vrit.*

*Aspice, quo fremitu monstratos perferat ictus,*

*Et quanto galea curvetur pondere, quanta*

*Poplitibus sedeat, quam densa fascia libro,*

265 *Et ride positis scaphium cum sumitur armis.*

Perssequitur eandem rem ostendens mulieres arma & instrumenta virorum, gladiatorum, militumque sibi comparare. Loquitur autem ironice & sensus est:

*Quale decus.*] i. Quam egregium & eximium ornamentum vestium muliebrium venum exponeretur si vestimenta coniugis tuae sub hasta vel auctione venderentur. Qualem mundum & ornatum muliebrem videres.

*Coniugis.*] Vestimentorum, farsinarum, supellectilium, & ornamentorum tuae coniugis sub auctione venditio institueretur.

*Auctio.*] Est publica venditio rerum privatarum, sub auctione.

*Baltheus.*] scilicet exponeretur, vel cinctura militaris inveniretur in mundo tuae uxoris.

*Manica.*] Quibus manus muniuntur inter pugnandum, armatura manuum, ferrea digitalia.

*Crista.*] Pinnæ vel ornamenta galearum in cono galeæ, desig. foliæ.

*Crurisq; sinistri dem. teg.*] Ita dicit, nam crus sinistrum tegmine ferreo tegebant, & quidem dimidium tantum crus, ne nimium ponderosum esset, reliquam partem clypeo tegebant. Porro congressuri cum aduersario sinistrum pedem protendebant, quine lædederetur tegmine illum tegebant.

*Vel si diversa movebit prælia.*] ironice, ut omnia, quod si vxor tua etiam diversa prælia recitatorum, secutorum, mirmillonum, & alia pugnarum varia genera obire velit, tu felix eris.

Nimirum cuius puella vel coniux etiam ocreas vendit, quales retiarii & secutores habent.

*Tu felix.*] ironice. Summæ tibi erit laudi si tunc puella vel vxor tua in auctione etiam ocreas vendit, quales gerunt retiarii & secutores. q. d. minime felix. Cui hæc res dedecori & pudori erit.

*Hæ sunt quæ tenui*] Perstringit ferocissimas illas mulieres, quæ tamen alias admodum delicatæ erant, & videri volebant. i. hæc mulieres cum adeo impudicæ, robustæ & feroces virgines fiant, delicatæ tamen & molles videri voluat, & aliàs adeo teneræ sunt, ut etiam in tenuissima rotunda veste cyclade sudent.

*Cyclado.*] i. in circulari rotunda veste ex tenuissimo filo facta.

*Sudant.*] Adeo molles & delicatæ sunt. Vel simulant se sudare.

*Quarum delicias.*] i. Quarum tenerum & delicatum corpus pannus etiam bombycinus, tenuissimus, leuissimus & mollissimus, vel pannus sericeus vrit, suo pondere vrget, grauat, molestat.

*Panniculus.*] Diminutivum à panno.

*Bombycinus.*] Sericus, quæ etiam leuissimis vestibus sericis grauatur.

*Aspice quo fremitu.*] Gestum mulierum pugnantium exprimit. i. Aspice quam magno pondere, quanto fremitu, qua ferocia, perferat & excipiat ictus à campi doctore ipsi monstratos, vel à lanista, & gladiatorum magistro.

*Quanto galeæ curuetur pondere.*] i. Quam magno pondere & onere galeæ, ipsa inter pugnam dum incuruetur, dum virilem galeam ponderosam gestat.

*Curuetur.*] Inter pugnam dum ictum declinat. Habitum pugnantis ob oculos ponit.

*Quanta poplitibus sedeas.*] Flexura genitus ad evitandos ictus. i. quam extenta & magna illa in poplitibus vel suris suis sedeat, dum flectit genua inter pugnam.

*Quam densa fascia libro.*] i. Fasciæ vestium purpureæ & longæ quando volumine & complicatione vestis cōtensentur, dum se incuruat. i. quam densa volumine & complicatione vestes eius sinuentur & complicantur. Eo dicit, nam succinctæ pugnant, & dum fasciæ succingebantur vestimenta eius densa volumine colligebantur, & complicabatur.

*Et ride posui.*] Scaphium pro vase vel matella, in quam mulieres immittere solent, ponit hoc loco. Merito autem rideas, si quem in armis virum esse ratus es, eam mingentem mulierem esse videas.

*Posui armis.*] Cum deposuerit arma post meditationem pugnae.

*Ride.*] Nam vides, quod latebat.

Dicite vos neptes Lepidi, cecine Metelli,  
Gurgitis aut Fabii, qua Ludi sumseris unquam  
Hos habitus? quando ad patrum gemat uxor Asyli.  
SEMPER HABET LITRES, alternaq; iurgia lectus  
In quo nupta iacet. Minimum dormitur in illo.  
Tum grauis illa viro, tunc orbâ tigride peior  
Cum simulat gemitus occulti conscia facti,  
Aut odit pueros, aut sistit à pellice plorat  
Vberibus semper lacrimis, semperq; paratis  
In statione sua, atque expectantibus illam,  
Quo iubeat manare modo. Tu credis amorem,  
Tu tibi tunc curruca places, fletumq; labellis  
Absorbes, qua scripta, & quas visere tabellas  
Si tibi zelotypa retlegantur scrinia mæcha.

Ironice hætenus in illam mulierum turpitudinem fuit inuictus. Iam acriter eas obiurgat & per-

& perstringit, quod nobilissimæ matronæ per ingens dedecus gladiatorum strama induant, quod ne vilissimæ quidem gladiatorum vxores faciant.

*Dicite vos neptes.*] i. Vos ô nobilissimæ matronæ Romanæ, quæ Lepidi, Metelli, Fabii Gurgitis censorum neptes estis. Dicite vos, quæ vnquam ludia vel gladiatoris vxor hunc gladiatorum habitum, quem vos induitis, induit? q. d. Nulla.

M. Æmilius Lepidus Censor vir optimus fuit, qui moriturus filiis suis præcepit, vt lecto sine linteis strato, & sine purpura funus suum efferrent.

*Gaii Metelli.*] De hoc Metello Censore & Pontifice maximo, qui

*Servauit trepidam flagranti ex ade Minervam.*

Et ob id flammis visum amisit. Superius dictum.

*Gurgis aut Fabii.*] Qui primo patrimonium suum dissipauit, vnde gurgis dictus. Inde ad frangem reuersus exemplum abstinentiæ & omnium virtutum fuit. Erat Fabii Maximi filius, & summus belli Imperator.

*Quæ ludia*] q. d. Vos nobilissimorum virorum neptes matronæ Romanæ, illam in vos raptitudinem admittitis, quam ne leuissimæ quidem gladiatorum vxores.

*Quando ad palum.*] Quando vxor illa Asyli gladiatoris ad palum sese exerceat per summum dedecus, vt matronæ nobilissimæ faciunt. Et quando illa delassata vel de fatigata gemitum faciat ad palum, quem iectibus lacerat. Ostendit nobilissimas fœminas leuiculis & vilibus mulierculis esse infamiores.

*Semper habet lites.*] Aliud incommodum matrimonii, quod non interdum solum, sed nocte etiam in lecto vxores cum maritis, & vicissim mariti cum vxoribus contendunt & litigunt.

*Semper.*] quæ lites ne noctu quidem quiescunt.

*Alternaturgia.*] quæ alternis vicibus, modo à viro, modo ab vxore mouentur.

*Nupta.*] Legitima coniux.

*Maximum dormitur in illo.*] Quando ne nox quidem & quietis locus rixæ finem & quietem potest imponere.

*Tunc grauius illa viro.*] Exprimetur insignis mulierum malitia, quæ quo grauius scelus in se admerant, hoc grauius cum marito contendebant, eumque eo grauius accusabant, vt ita omnem de se suspicionem amolirentur. E. g. Cum adulterium vel aliud grande scelus occultum admisisset, viris suis omoiium grauissimæ & crudelissimæ erant. i. Cum flagitium & adulterium admisit, tunc prius maritum adulterii infimulat, vt aut ipsi litigandi non sit locus, vel ne mariti de illarum adulterio cogitent.

*Orba tigrisde peior.*] i. Tunc læuior, immamior, & truculētiore est, tigrisde cui catuli ablati sunt, quod cum gemitus & dolorem simulat, præ se ferens, quod de marito adulterium suspicetur, Tuiissimè autem facit, quæ maritum peccasse simulat, vt suum peccatum lateat. Porro tigris tremende velocitatis animal, cui cum fœtus, qui numerosus plerumque est, ab insidiante, qui velocissimo equo insidet aufertur, mater vacuo cubili reperto horrendo fremitu, & incredibili velocitate odore raptoris vestigia insinit, quam cum raptor appropinquantem videt, fœtum vnum abicit, quem illa morsu in cubile reportat, & rursus insequitur. Interea raptor cum reliquis natum conscendit Plinius.

*Cum simulat gemitus.*] Dum maritum scelerum & adulteriorum infimulant, & ob id simulatos gemitus exprimunt, & fingunt se pellices habere, & ob id ingemiscit & plorat, vt maritus credat se vehementer ab vxore amari, & vt ipsæ hac ratione tutius mœchari queant.

*Aut odit pueros.*] Tanto odio nimirum virum anersatur propter peccatum, cuius virum immenico infimulat, vt etiam pueros sibi ex illo natos odio prosequatur.

*Pueros.*] Eo quod ex te suscepit, quem odit, quemque alteri pellici adharere fingit.

*Aut ficit pellice plorat.*] Simulat se pellicem habere, quam maritus amet, & ob id ploret, tanquam maritum maximopere amet, & quasi doleat, quod nō redametur. Hoc autem facit ne quis mali maritus de illa suspicari possit. Malus quando bonum se simulat, tunc est pessimus.

*Vberibus semper lacrumis.]* Ex natura mulierum quæ

*Vt fletum oculis erudere suos.*

*Vberibus.]* Copiosis, abundantibus, exuberantibus, cui lacrumarum copia semper suppetit. *In statione sua.]* Metaphora à militibus, qui stant in loco vel statione sua parati, ut signo dato excurrant, quo imperator iubeat, ut sic lacrumæ etiam effluant & excurrant, cum iubeantur.

*Atque expectantibus illam.]* i. Eius imperium & iussa respectantibus, quo modo, quo loco & tempore illas manare & effluere iubeat.

*Tu credis amorem.]* Iucundissimus locus. Est autem apostrophe ad maritum. i. Tu ô miserrime vir quando vides vxorem tuam ita plorare, credis quod tui amore id faciat, & ex zelotypia, quæ scilicet putet te alteri cuipiam adhærere.

*Tu tibi tunc curruca.]* i. Tu ô miserrime cucule gaudes & tibi places quod vxorem consecutus sis, quæ tanto tui amore teneatur.

*Curruca.]* Similis es aui curruæ (Ein grassmucke) quæ aliena cuculi oua, pro propriis fouet & excludit, ita tu alienos liberos pro tuis.

*Places tibi.]* Cum vxorem tuam plorare vides tibi gratularis, qui vxorem habeas, quæ tanto opere te amet.

*Fletumq; labellis.]* i. Coniugem tuam consolaris, amplecteris, oscularis, & fletum & lacrimas eius fictas labellis tuis inter osculandum absorbes, vel, vxorem tuam mœcham, tui odii potius, quam amore fentem, amplecteris, cuiusque lacrumarum guttas osculando exsorbis.

*Quæ scripta & quas.]* i. O miserrime vir, qui tibi tantopere places ob amorem coniugis, quæ scripta & quas literas à mœchis vxori tuæ missas visurus & lecturus esses, si scrinia vxoris tuæ perscrutareris vel si capsa & cista vxoris tuæ tibi retegeretur & aperiretur:

*Zelotypa mœcha.]* Iterum antichebis, & elegantissime quidem vitur. i. coniugis tuæ pessimæ adulteræ, quæ se tamen optimam & zelotypam simulat. Exprimit pessimum illud genus mulierum, quod cum esset flagitiosissimum, zelotypum tamen videri volebat, & miseras ac innoceas mulieres vagæ libidinis, cui se infensissimas esse simulant, accusant, & decipiunt.

280

*Sed iacet in seruis complexibus, aut Equitis, dic,*

*Dic aliquem sodes, dic, Quintiliane, colorem.*

*Hæremus. Dic ipsa. Olim conuenerat, inquit,*

*Vt faceres tu quod velles, nec non ego possem*

*Indulgere mihi. Clames licet, & mare cælo*

285

*Confundas. homo sum. Nihil est avdacijs illis*

*Deprensus, iram atque animos a crimine sumunt,*

Persequitur hanc rem & amplificat, quod matronæ Romanæ non solum occulte mœchantur, verum etiam palam à maritis in adulteriis deprehensæ, rationes purgandi se inuenire possint, quod ne clarissimis quidem oratoribus possibile esset.

*In seruis complexibus.]* in adulterio commisso cum seruo, vel equite.

*Dic aliquem sodes.]* i. Age tu ô Quintiliane oratorum disertissime, dic aliquem colorem quo hoc tantum scelus possis excusare. Est Apostrophe Poetæ ad Quintilianum.

*Hæremus.]* Verbum Quintilianum: Nos oratores hic hæremus & substissimus nihilque inuenimus, quo tantum scelus excusari possit.

*Dic ipsa.]* Verba Poetæ per Apostrophem ad ipsam mulierem, in adulterio deprehensam. Dic ipsa, o mulier, quomodo te purgabis?

*Olim conuenerat, inquit.]* Verba se purgantis adulteræ satis procacia & malitiosa, audacis & confidentiæ plena: Conuenit inter me & maritum iam olim inde à contractis nuptiis, ut ille

le viue

veniret ut sibi complacitum esset, & ego iidem mihi indulgere possem, quodcunque vellem. *Nec non ego possem.*) Me ad alium animi gratia convertere.

*Clames licet.*) i. Licet præ indignatione ob hanc tantam confidentiam exclamans cælum & terram confundas, & præ zelotypia exclames cælum & terram mariaque Neptunia: illæ se excusare possunt & dicunt Homo sum, fragilis sexus. Hæc verba ita possunt Poetæ attribui. Verum commodius adhuc ipsi mulieri. q. d. O vir licet præ indignatione exclamans cælum & terram confundas; Nihil profeceris, nec me aliter adfucfeceris: nam homo sum, & talis nata, quæ ex sexus imbecillitate peccet, & veniam mereatur.

*Mare calo.*) Sic Sat. 2. *Quis cælum terris non misceat & mare calo.*

*Homo sum.*) Refutatur hoc loco validissime vana & pestilens illorum opinio, qui apud auctores vocabulum hominis de femineo genere usurpari negant.

*Nihil est audacius illis dep.*) Verba Poetæ incredibilem illarum moecharum audaciam & impudentiam detestantis. i. illis mulieribus in adulterio deprehenfis nihil est confidentius & animosius.

*Iram atq. animos.*) Ut quo maius crimen, hoc maior illis sit audacia; ut quo enormius scelus admiserunt, hoc etiam maiorem animi confidentiam, & audaciam, & indignationem etiam animo concipiant.

*A crimine.*) A magnitudine & enormitate sceleris.

*Vnde hæc monstra tamen, vel quo de fonte, requiris:*

*PRÆTABAT CASTAS humilis fortuna Latinas*

*Quondam, NEC VITIIS CONTINGI parva sinebat*

*Tecta labor, somniq. breves, & vellere Thusco*

*Vexata duræq. manus, & proximus urbi*

*Annibal, & stantes Collinâ in turre mariti.*

*NUNC PATIMVR LONGÆ pacis mala. SÆVIOR ARMIS*

*LUXVRIA INCUBVIT. victumq. ulciscitur orbem.*

Inquit iam Poeta, quænam sit causa huius mali, quod vix vlla Romæ femina bona & pudica iuveniatur: Causam vero esse inquit otium & luxuriam, & pacem omniumque serum abundantiam.

*Hæc monstra.*) Hæc scelerum ostenta, portenta & prodigia, quæ numeravit.

*Vel quo de fonte.*) Ex qua causa, quæris, oriantur hæc scelera.

*Prætabat castas.*) Ostendit è contrario quod paupertas, labor, vigilia olim Italas vel Romanas mulieres castas & pudicas conservavit. i. Olim pauperes & humiles castæ erant, iam cum paupertate pudor & castitas profligata sunt, & cum opibus & potentia, luxuria, impudentia, & libido introducta sunt.

*Humilis fortuna.*) Paupertas, quæ continentæ mater, & genetrix omnium virtutum, & magistra.

*Nec vitia.*) Ordo est: Nec labor & assiduitas sinebat vel permittebat parva & humilia tecta à vitis turpitudine atque libidine infici & contingi. Ouid. de Remed. Amoris:

*Otiâs tollas periere Cupidinis arcus,*

*Contemtaq. iacent & sine luce faces.*

*Otia dant vitia.*

*Parva.*) Paupertas. Priscis enim temporibus Romanis nondum tantæ opes, & nondum ex opibus luxuria.

*Somni breves.*) Vigiliæ, & labor nocturnus.

*Et vellere Thusco.*) Lanam tractando, vel lanificio matronæ tunc temporis pudicitiam servabant, ut & fecit Penelope. Nam hoc vult fabulæ Mythologia. Dicit autem Thusco.

Dd



Nam in vico Thusco Romæ lanificium exercebatur. i. Manus mulierum assidue opere induratz, & vexatz & exercitatz lanificio, vel vellentibus ex ouibus Thusciæ. In tali lanificio honestissimo deprehensa est Lucretia à Tarquinio.

*Et proximum vrbis Annibal.*] Assidua bella cum Carthaginensibus. Porro Annibal supra A-mienem ad tertium ab vrbelapidein castra posuit. Eo dicit, nam tempore belli cum exercerentur viri & fœminæ timidæ & meticulosæ non facile libidini fenestra patebat.

*Et stantes Collina.*] i. Mariti Romani stantes vel excubantes ad portas Collinam, & Esquilinam in turri contra Annibalem, cum tertio ab vrbelapide castra posuisset.

*Nunc patimur longa pacis mala.*] Apodosis contrariorum. i. lam contra longa pace omnia mala nobis nata sunt, & luxuria imprimis, quæ omni hoste scruior & immanior, nunc Romanos punit & adfligit, & orbem à Romanis deuictum & superatum vlciscitur & vindicat. q. d. Cum iam Romani tanto tempore pacem habeant, nec super sit, quem ipsi armis vincant, ipsi luxuria & vitiis vincuntur. Sic Alexander Magnus vt refert Seneca:

*Armis viciis, vitium vicius est.*

*Sanior armis luxuria.*] Verissima sententia. Certe luxuria Romanos, Græcos, Alexandrum Magnum, Germanos, & quos nullus hostis vnquam superauit, domuit, deque illis triumphum egit.

*Incubuit.*] Inuasi & oppugnavit.

*Vitiumq; vlciscitur.*] Mundum quem nos subegimus, gula & luxus, qui nos inuasi, & superauit, vlciscitur. q. d. Melius erat orbem non superasse, ne nos luxuria superaret. Theognia.

*Πολλὲ τοι πλεονεύς λιμὲν κόρη & ὀλέσσει ἀνδρῶν.*

295 Nullum crimen abest facinusq; libidinis, ex quo  
 Paupertas Romana perit. Hinc fluxit ad istos  
 Et Sibaridis colles, hinc & Rhodus, & Miletos,  
 Atque coronatum petulans, madidumq; Tarentum.  
 300 PRIMA PEREGRINOS obscena pecunia mores  
 Intulit, & TYRPI FREGERVNT secula luxu  
 Diuitia molles. QUID ENIM VENUS ebria curat  
 Inguinis & capitis quæ sint discrimina nescit.

Pertexit quod cepit, monstrans ex abundantia, affluentia omnium rerum & potentia luxuriam & omnia scelera esse nata.

*Paupertas Romana.*] i. Ex quo Romani pauperes esse desierunt, & magnas opes, summam potentiam sunt consecuti.

*Perit.*] pro Periit.

*Hinc fluxit ad istos.*] Alii legunt Istros. quasi dicat, Romanos suis vitiis luxu & libidine etiam alios homines tanquam contagio inficere. Erant autem Istri populi in littore Illyrico. Verum legendum, istos, hoc perspicuo sensu. Hinc ex opulencia, potentia, & luxuria Græcorum mores Romam venerunt, & ad illos septem vrbis Romæ colles fluxerunt.

*Et Sybaris.*] Oppidum ab Achiuis conditum, situm inter Crathidem, & Sybaridem flumines, cuius ciues delitiis & luxuria disfluebant. Vide Prouerb. *Sybaritica sua.*

*Et Rhodos.*] Insula in Lycia, Homerii patria.

*Miletus.*] Insula in mari Siculo, Thaletis patria, iam Malta dicitur. Vide Prouerb. *Fœne quondam strenuus Milessii.*

Conquestus est itidem Saryr. 3. Urbem Romam esse Græcorum malis moribus Græcam factam. Illud hic repetit.

*Atque coronatum.*] i. Tarentini, qui inter potandum coronis ornantur, petulantes, madidi, & vino disfluents, & vnguents madentes. Tarentum ciuitas Apuliz, olim Calabria caput possum in ipſis Adriatici maris faucibus.

*Petulans.*

*Petulant* ) Lascivum, procax, malitiosum.

*Madidum* ) Vino & vnguento diffuens.

*Prima peregrinos* ) Ostendit quid castitate conservari, labor scilicet & assiduitas, & parvis contenta frugalitas. Iam demonstrat, quid eandem expulerit pecunia scilicet, & rerum copia, otium, & luxus.

*Prima* ) Horum omnium malorum causa.

*Obscena pecunia* ) Ab effectu, quod vitam turpitudine & obscenitate deformarit, castitate prodigata.

*Peregrinos* ) Externos, impudicos, turpes Græcorum mores.

*Intulit* ) In urbem Romam.

*Et turpi* ) i. Diuit æ, quæ homines molles & effeminosos faciunt, fregerunt & corrumpunt sæcula & ætates Romanorum, turpi & obsceno luxu.

*Molles* ) Metonymia effecti Sic supra: Obscena pecunia.

*Quid enim Venus ebria* ) Egregia sententia. Si enim Venus furiosa alio furore ebrietatis incitetur, facile omnem honestatem contemnit, nihilque pensi habet. Certe mirabile monstrum est mulier libidinosa & ebria. Nempæ:

*Vino sape sum nescit amica virum.*

*Inguina & capitis* ) Proverbialiter dictum. Notat autem tales mulieres quod nimia libidine etiam fellatrices sint. Deinde quod imbadet, versus obscenus notans, quod caput cum inguine sepe commisceant scelerata illæ fellatrices. i. Nescit ebria femina vulvæ & oris differentias. De talibus Horatius: — *Superbo praevoce ab inguine*

*Ore adlaborandum est tibi.*

*Grandia quæ mediis iam noctibus ostrea mordet,*

*Cum perfusa mero spumant vnguenta Falerno,*

305 *Cum bibitur concha, cum iam vertigine tectum*

*Ambulat, & geminis exsurgit mensa lucernis:*

*Inunc & dubita, quæ sorbeat æra sannâ*

*Tullia, quid dicat nota Collatia Mauræ,*

*Mauræ pudicitia veterem dum præterit aram.*

310 *Noctibus hic ponunt lecticas, micturunt hic,*

*Effugiunt, Dea longis Siphonibus implent,*

*Inq, vices equitant, & Lunâ teste moventur:*

*Inde domos abeunt: tu calceas luce reuersâ*

*Coniugis urinam magnos visurus amicos.*

*Grandia quæ* ) Cohærent hæc cum antecedentibus. i. Quæ ebria & luxuriosa Venus etiam media nocte fomenta libidinis adhibet, & ostrea comedit ad prouocandam libidinem.

*Ostrea* ) ad Venerem miris modis instigant, inde turpissimæ illæ bestię ostrea comedebant, ut ad Venerem promptiores essent.

*Cum perfusa* ) i. Cum vnguenta puro Falerno vino perfusa & delibuta spumant, & effervescent, id est, Cum vino & vnguento madidæ sunt. Notat, quod illæ etiam ætate mulieres se inebriant.

*Cum bibitur concha* ) Ex amplo vase. Erat autem vas vinarium, in quod è dolio hauritur vinum.

*Cum iam Vertigine tectum ambulat* ] Cum ipis valde ebriis tectum in gyrum & volubilitatem circumagi & volui videtur. Cum superior ædificii pars ob capitis vertiginem & circumgyrationem ambulare videtur, quod sit cum spiritus copiosi è ventriculo adscendentes cerebrum perturbant.

*Et geminis* ] Cum omnia quæ videntur gemina & bina apparent, cæius rei rationem vide apud Alexandrum Aphrodisæum in Problematicis.

*Exsurgit.*] Exsurgere videtur.

*Inunc & dubita.*] Damnat iam mulieres fellatrices. Quid Adeo inebriantur pessimæ illæ bestiæ: Non ergo dubites vel demeritis quod sint fellatrices, aut cuonifingæ.

*Qua fanna.*] i. Cum vides tales mulieres ad capitis vertiginem se inebriare, est ne causa, quare ambigas, quæ & quali fanna vel narium sono fellatrix illa mulier Tullia sorbeat, & cum somitu, dum in sordo illo opere occupatur, respiret. Vel quo sonitu & roncho narium aërem & spiritum per nares sorbeat, dum os lingendo occupatum est in sordo illo opere.

*Quid dicat nota Collaria M.*] Perstringitiam mulieres, quæ inuicem libidinem suam exercerent, nocturno tempore ad aram vel imaginem pudicitiz, ubi inter se concumbebant, id est, Quæ turpia & libidinosæ verba Collaria illa mulier dicat Mauræ alteri mulieri sibi cognitz propter stupri, & crissationis consuetudinem.

*Nota.*] Familiar, ob mutuam crissandi consuetudinem, vel famosæ.

*Mauræ pudicitia.*] i. Dum illa veterem illam & venerandam pudicitiz aram prætergreditur. Pudicitiz dixit Emphatice, quod ad statuam illius veterem imprudicæ essent, suamque libidinem exercerent. Ad hanc enim pudicitiz aram impudicæ illæ matronæ conueniebant, & inter se concumbebant, & vrina deæ effigiem perpluebant. Hoc vero erat pudicitiam colere.

*Noctibus hic ponunt.*] i. Hic ad pudicitiz aram matronæ leſticis veſtæ conueniunt, & inter se concumbunt.

*Assurunt.*] Prurigne libidinis correptæ.

*Effigiemq; Deæ.*] i. Statuam deæ longis vrinæ vel vesicæ meatibus tanquam Siphonibus turpat & contaminant.

*Siphonibus.*] Metaphora à fistulis in fontibus, quibus aqua emittitur. Ponuntur hic pro longis vesicæ & naturæ canalibus, per quos vrinam emittunt.

*Inque vicis eq.*] i. Alternis vicibus vna aliam crissando ascendit: ceuent, crissant, & super se alternis vicibus palpitant. Nam & mulieres inter se libidinis coitum obibant, & quæ agebat, reſpæt vel frictrix dicebatur. De his Paulus I. ad Romanos.

*Luna teste mouentur.*] i. Nocturnum illud faciunt, nec quenquam suorum facinorum testem vel conscium habere censent. Verum falluntur, nam

—Sidera testes. intendunt oculos.

*Mouentur.*] i. Subiguntur & agitantur à se inuicem.

*Inde domos abeunt.*] Post tanta perpetrata facinora.

*Tu calcas.*] i. Tu o maritæ, cum mane surgis & magnos tuos patronos visitaturus, & sportulæ gratia salutaturus es, dum in platea pudicitiz aram prætergredieris, coniugis tuæ vrinam, quam ibi sparsit, pedibus inter ambulandum conculcas, quam præterita nocte libidinem exerceas ibi reddidit. Alii ſci. Tu mane antequam surgas magnos amicos salutaturus prius cum vxore tuâ concumbis, sed vrinam eius tantum calcas, cum sperma euacuaris. Verum non placet illorum interpretum commentum, qui ex obscœnis obscœniora faciunt, cum alias hic ſcœnis sirobscœnitatum.

- 315      *Nota Bona secreta Deæ cum tibia lumbos  
Incitat, & cornu pariter vinoq; feruntur  
Attonita, crinemq; rotant, volutantq; Priapi  
Manades. O quantus tunc illis mentibus ardor  
Concubitus! qua vox saltante libidine, quantus*
- 320      *Ille meri veteris per crura madentia torrens.  
Lenonum ancillas positâ Lanfella coronâ  
Prouocat, & tollis pendentis premia coxæ.*

*Ipsa Medullina frictum crissantis adorat,  
 Palmam inter dominas virtus natalibus aequat.  
 Nil ibi per ludam simulabitur. Omnia sunt,  
 Ad verum, quibus incendi iam frigidus aeno  
 Laomedontiades, vel Nestoris hernia possis.*

Notat iam portentosam mulierum libidinem, quam in templo & sacris Bonæ Deæ admittēbāt. De his dictum etiam. Sat. 1.

*Nota*] Scelera & flagitia, quæ in secreto in sacris Bonæ Deæ admittuntur, satis omnibus iam cognita sunt. Opponuntur, *Nota: secretum.*

*Cum tibia lumbos incitat.*] i. Cum in his sacris matronæ saltant ad tibiam, vel ut in Bacchanalibus. De hac re vide Plutarchum in Cæsare. Alii hunc locum aliter, quasi tibix cantu in lumbis libido exciteret, ut Petrus ait:

— cum carmina lumbum.

*Intrant.*

Verum non placeat. Ait enim illos ad tibix concentum saltare. Porro fiebat hoc in Sacris Bonæ Deæ. Propterea sub Platriæ persona Clodius in sacra Bonæ Deæ: quo alias viri non admittēbāt, penetrabat & Cæsaris uxorem constuprabat.

*Incitat.*] Ad saltandum concentu suo commouet.

*Ex cornu.*] i. Cum ad saltandum cornu canente, & vino pariter quod immodice biberunt insigante agitantur.

*Attenta.*] instigare, obstupefactæ & q. extra se rapte.

*Crinemq; rotant.*] Circumducunt crinem sparsum Bacchantium furiosarum more. i. Cum præ libidine more Bacchantium furiosæ capillos suos dissolutos rotant, & in gyrum circumuolunt.

*Plurantiq; Priapi Mænades.*] i. Cum tanquam ipsius Priapi furiosæ & insanæ Bacchæ vel Mænades cum vlulatu resonant. Nam ut Bacchæ Bacchum cum vlulatu inclamabant. Ita illæ Priapi. Hinc ingeniose illas vocat Priapi Mænades, non Bacchi. Nam teste Plutarcho in his sacris multa Bacchanalibus similia fiebant.

*Mænades.*] Mænades, est furiosus Bacchi sacerdos *ἄνθρωπος μαινῶν*.

*O quantus*] i. O quam vehementi desiderio concubitus vel coitus tunc, cum ita Bacchanalia Priapi furiosæ agunt, tenentur!

*Illis mentibus.*] i. Illis mulieribus in mente & animo.

*Ardor.*] Ardens desiderium.

*Quæ vox saltante libidine!*] id est. Quam lasciuæ, & obscenæ illarum voces sunt, cum pruriginæ & tentiginæ libidinis etiam subilire coguntur. Vel obsceniora adhuc hic latent, ut saltante sit exultante, & quasi mota tentigine, & pruriginē ipsius vuluæ.

*Quantus ille meri Veteris.*] i. Quam abunde ob libidinis impatientiam à mulieribus vino vetri potis, & libidine instigatis inter saltandum vrina emittitur.

*Quantus torrens.*] i. quam copiosius riuus, vel fluxus. Nam ob libidinem inter saltandum vrinam retinere nequeunt, ut supra dictum est.

*Meri Veteris.*] Optimi vini, quo se inebriantur,

*Per curam madentia.*] Per quæ vrina defluit. Hoc & sequenti loco auctor noster verè Saryticum agit, & obscenissima palam recitat & damnat.

*Lenonum ancillas.*] Inuehitur iam in infames illas Tribades sese inuicem ad certamen libidinis proposito præmio prouocantes. Sensus est. Laufella matrona Romana proposita coronæ, vel præmio victoriæ prouocat in certamen libidinis Sodomiticæ ancillas lenonum, vel lenonum meretrices prostitutas, easque vincit, & tanquam victrix præmia victricia proposita auferit.

*Promoveat posita corona.* ] Vtra citius delasseretur, illæ ancillæ tribades incubando agentes, vel illa Laufella inferiori loco patiendo.

*Et tollit pendentis pramiam.* ] Tanquam quæ vicerit.

*Pendentis coxa.* ) Quod succubuerit, & tribadem sublimi coxa incumbentem exceperit. Hæc tribades vel frictrices utebantur *ἀλίσκος* vel mentula coriacea, qua se inuicem subigebant, tanquam viri fœminas.

*Ipsa Medullina.* ] Vt supra Laufellam inferiori loco, ita hoc loco superiori loco tribadem egisse notat. i. Laufella quæ antea inferior patiebatur lenonum ancillis sibi incubantibus: illa iam superior incumbit Medullinæ, & dum illi incumbit genibus eam quasi adorat. i. Laufella ipsa incumbendo superiori loco genua flectit & eam ita adorat flexis genibus atterens vel fricans *ἀλίσκος* Medullinam, crissantem, & muliebriter se mouentem.

*Medullina.* ) Hæc Valerio Claudio nupta fuit, & omnibus probrix nota.

*Frictrum.* ) Fricationem & pruriginem libidinofam, quando illam *ἀλίσκος* armata tanquam viri incumbendo & adorando fricabat. Hinc frictrices dicebantur.

*Crissantem.* ) Inferiori loco se apre mouentis, & iacentis.

*Crissare* mulierum est, *ceuerere* virorum. Vnde ceuetes molles & obscœni appellabantur.

*Adorat.* ) Adorare est genu flectere. Tribas a genu flectit, dum incumbit.

*Palmam inter dominas.* ) Generosior existimatur inter illas, quæ melius crissat. i. ipsa crissandi vel patiendi virtus & potestas exæquat palmam vel victoriam in certamine illo crissandi, cum ipsis natalibus vel generis nobilitate. Vel virtus & robur atque valentia in obscœno illo opere, æqualem facit palmam & victoriam in hoc certamine cum generis nobilitate. Vel inter has dominas & matronas quo quis fortior in actu illo, hoc etiam habetur generosior.

*Inter dominas.* ) Inter feminas frictrices & victrices.

*Nihil ibi per ludum simulabitur.* ) i. Non inter se ludunt, aut simulacra libidinis exercent, sed vere & carnaliter inter se coeunt & tanta quidem lasciuia ut illas intuenso senior etiam Priamus & Nestor ad libidinem incedi possit. Persequitur eandem rem vterius. i. ibi in sacris Bonæ Deæ abominandis.

*Per ludum simulabitur.* ) Non ludi aut simulacra libidinis ibi effinguntur, sed omnia vero quasi virorum concubitu fiunt, & quidem ita ad viuum ut illarum adpectu etiam Laomedontis filius Priamus, quamvis iam senior & æuo frigidior, ad libidinem inflammari possit.

*Nestor.* ) Membrum virile Nestoris, qui iam tertiam ætatem vivebat hernia laborans.

*Ad verum.* ) Tanquam virili membro *ἀλίσκος* armati.

*Hernia* ) i. Decepmi senis testium sacculus contractior. Est a. hernia proprie cum omento rupto intestina in testiculorum tunicam vel scrotum deuoluuntur.

*Tunc prurigo mora impatiens, tunc fœmina simplex,*

*Et pariter toto repetitur clamor ab antro*

330 *Iam fas est? admitte viros, dormitat adulter?*

*Ille iubet sumpto inuenem properare cucullo:*

*Si nihil est seruis incurritur, abstuleris spem.*

*Servorum veniet conductus aquarius. Hic si*

*Queritur & desunt homines, mora nulla per ipsam,*

335 *Quo minus imposito clunem submittat asello.*

Eandem mulierum turpitudinem persequitur, quam exercebant cum sacra Bonæ Deæ nocturno tempore faciunt. Sensus est: Tunc cum saltatione, vino, & obscœno illo spectaculo & actu probe ad libidinem excitatæ sunt, tentigo & prurigo libidinis excitata vterius moram & delationem ferre nequit.

*Prurigo.* )

*Prurigo.*) Teneo, libido prorsus ardens & inflammata.

*Mora impatiens.*) Non potest ulterius expectare virorum absentiam.

*Fœmina simplex.*) i. Fœmina tunc simpliciter fœmina esse videtur, & viri opera se indigere fatetur. q. d. quæ ante virili instrumento se quidem armarat, videt illud fictitium instrumentum non sufficere, & fœminam illo armatam esse tamen & manere simpliciter fœminam, neq; vere viri opus obire posse: Sed umbratili tantum opus, quo libido non satietur, sed excitetur potius. Valet ergo hic simplex, nihil virile potens, sed virum desiderans.

*Simplex.*) quamvis *æliæ* membro virili fictitio armata, manet tamen simplex fœmina, & virum verum agere nequit.

*Et pariter toto.*) i. Ab omnibus mulieribus similiter in toto antro in quod libidinis excrendæ ergo conveniunt, clamor in ieq̃uentia verba sæpe iteratur.

*Iam fas est.*) Verba mulierum præ libidine clamantium: O Ianitrix iam non amplius nefas est virum Bonæ Deæ sacra adire. Tu vero iam viros intro ad nos admitte, an adulteri iam dormiant, qui ad nos in sine sacrorum venire solent? Ante solemnī voce per præficam viri excludantur, quos sacris Bonæ Deæ interesse nefas erat. Postea ad libidinem accendit miro virorum desiderio tenebantur.

*Admitte.*) Mulierem præficam iantricem inelamant.

*Dormitis adulter?*) Indignatur mulier, quod nemo adulter veniret. Hæc cum interrogatione rectius leguntur.

*Ille iubes sumpto.*) Una ex illis per ancillam iubet iuvenem adulterum properanter ad se venire, cucullo sumpto, ne cognoscatur. Erat enim vestis muliebriæ. Sic supra:

*Sumere nocturnos meretrices angustia cucullos.*

*Si nihil est servus incurritur.*) i. Si iuvenem adulterum ancilla missa non inveniat tum serpos sollicitat.

*Incurritur.*) Impetus in illum fit, cui se matrona prostituit:

Sic supra: *Sed iacet in servi complexibus.*

*Abstuleris spem, &c.*) i. Si servi non adsint, nec illorum adventus spes sit, vilissimus lixa qui mercede constituta ad aquam gestandam conductus est, ille veniet ad matronam.

*Hic si quaritur.*) Et non invenitur.

*Mora nulla per ipsam.*) i. Cum nulli homines, & ne vilissimi quidem adsint, supponit se asello, & ut libidinem expleat, per extremam enormitatem ab asello se subagitari patitur. O prodigiosam & incredibilem libidinem!

*Atq; utinam ritus veteres, & publica saltem.*

*His intacta malis agerentur sacra. Sed omnes*

*Noverrunt Mauri atq; Indi, quæ psaltria penem.*

*Maiorem, quam sint duo Cæsaris Anticasoneæ:*

340 *Illuc restituli sibi conscius unde fugit mus,*

*Intulerit, ubi velari pictura iubetur,*

*Quacumq; alterius sexus imitata figuram est.*

Conqueritur in sequentibus, quod passim publica sacra, & veteres religiosi sacrificiorum ritus à Numa instituti huiusmodi libidinibus, & sceleribus polluerentur. Qua occasione invehitur in Clodium, qui in domum Cæsaris sub Psaltriæ habitu ad sacra Bonæ Deæ penetravit, ibique Pompeiam Cæsaris uxorem contupsit.

*Atq; sciam.*) Utinam privata tantum sacra, & non simul etiam publica polluerentur. Nam quæ sacra Bonæ Deæ in privatis etiam ædibus celebrabantur.

*Remo Veteres.*) A maioribus Romanis, & à Numa constituti.

*Huius intella malis.*] Incorrupta & integra à libidine, stupris, & adulteriis.

*Sed omnes nouerunt Mauri.*] Sedius est. Iam vero publica etiam sacra talibus sceleribus polluantur. Nam omnib. Mauris atq; Indis à nobis remotissimis, atq; adeo toti mundo notum est, quæ psalteria, vel quis adulter sub psalterii habitu maximum virile suum membrum in sacra Bonæ Deæ intulerit, quo virum accedere nefas: Nam

*Sacra Bonæ maribus non adenda Dea.*

*Mauri & Indi.*] Populi à nobis in extremo orbe remoti.

*Quæ Psalteria.*] Maximus adulterorum Clodius tangitur. qui teste Plutarcho in Cæsare sub Psalterii specie noctu domum Cæsaris ingressus, vbi Pompeia Cæsaris vxor sacra Bonæ Deæ celebravit, eamq; ibi constuprauit.

*Penem maiorem.*] i. Maius virile membrum quam sunt duo volumina Cæsaris contra Catonem scripta, illuc in domum Cæsaris vbi mulieres sacra Bonæ Deæ peragebant, intulerit.

*Anticatones.*] Cæsar bello ciuili cognita Catonis morte (cuius virtutem Dialogo, qui inscribitur Cato, Cicero etiam laudauit) libros duos famosissimos in vitam Catonis edidit, quos Anticatones inscripsit. Inuoluebantur a. chartæ in modum Cylandri, qui penem quodammodo repræsentat. Pugillares membranei replicati & teretes. Dicit a. penem Clodii maiorem fuisse, quam duo illa volumina simul coniuncta.

*Cæsaris.*) Magna hic *satyrica*. Obiter vexat Cæsarem ob Anticatones scriptos. Et si mulctæ innuit, illam infamiam suæ vxori esse illatam, quæ maior fuerat, quam illa probra Catoni immerito in Anticatone obiecta.

*Illic testiculi.*] Ridicule & Satyrice dixit quasi eum locum ob reuerentiam etiam mures mascululi fugiant. Ad quem locum vel murem masculum intrare nefas, qui sciat se habere testiculum.

*Vbi Gelari.*) Testatur hoc Seneca Epistola 98. *Submotis extra conspectum omnibus Suis, si p. Extra quoq; masculorum animalium contegantur;*

*Alterius Sexus.*) Masculini.

345 *Et quis tunc hominum contemptor numinis, & quis  
Simpunium ridere Numa, nigrumq; Catinum,  
Et Vaticano fragiles de monte patellas  
Ausus erat? SED NUNC AD QVAS non Clodius aras?  
Audio, quid veteres olim moneatis amici:  
Pone seram, cohibe. SED QVIS CVSTODIET ipsos  
Custodes? Cauta est, & ab illis incipit vxor.*

350 *IAMQVE EADEM SYMMIS PARITER minimisq; libido est,  
Nec melior pedibus silicem qua conterit atrum;  
Quam qua longorum vehitur cervice Syrorum.*

Iam è contrario demonstrat, quanta religionis obseruantia pristino seculo fuerit, & quantus eiusdem suo tempore contemptus, & profanatio.

*Ecquis tunc.*) i. Anne tunc, prisco nimirum seculo quisquam inuentus fuit, qui numina contemneret? q. d. Non. Nam vt alibi.

*Improbis as prisco fuit admirabilis aro.*

*Ecquis Simpunium.*) i. quis prisco seculo vas illud sacrificiis aptum, & à Numa in Sacris adhibitum in quo pontificia lauare solebant irridere tanquam fictile & non aureum, ausus fuisset? q. d. Nemo.

*Nigrum catinum.*) Vas fictile ex nigra terra à Numa in sacrificiis constitutum.

*Et Vati-*

*Et Vaticanum.*) Eo ait, quia in monte vel colle Vaticano fictilia vasa fiebāt. Nō vt nunc aureas, sed fragiles & fictiles, ex terra fragili.

*Aufus erat.*] Qui profecto capitis periculum incurrisset.

*Sed nunc ad quas.*] Antapodosis. Quasi dicat. contra nostro tempore ad omnes aras, templa, & sacrificia Clodii similes adulteri inueniuntur. Seneca. *Omne annum Clodius fert, sed non omne tempus Catones producit.*

*Audio quid veteres.*] Respondet admonitioni vel consilio amicorum, quasi dicat: At vos tamē amici huic malo praeuenire tentatis, dicentes ianuæ seram esse adponendam, & libidinosas illas mulieres claudendas & custodiendas esse.

*Pone seram.*] q. d. Nulla ratio est libidinosa illa mulierum monstra cohibendi & coercendi. Pone ianuæ seram, cohibe illas, & intro contine, domi retine & custodibus adhibitis obseruari cura.

*Sed quis custodiet.*] Respondet Poeta non posse custodiri mulieres, quia ipsos custodes ad concubitus sollicitaturæ essent. Vere de his Ovidius lib. 3. de Amoris.

*Nec custodiri, nisi velit, & illa potest?*

*Nec mentem seruare potes, licet omnia claudas*

*Omnibus occlusis intus adulter erit.*

*Cautus est.*] Bene sibi cauet ne prodatur a custodibus, nam adulterium primo omnium cum illis incipit, qui dominam suam postea vel cum quouis rem habentem, non sunt prodituri.

*Iamq, eadem.*) Ostendit luxuriam & libidinem commuam esse omnibus mulieribus Romanis diuitibus & pauperibus.

*Nec melior pedibus.*) i. Non melior & honestior est paupercula vxor, quæ suis pedibus per plateas, & nigros ac lutosos filices in plateis stratos ambulat. Huiusmodi tamen antea pauperes & fortuna tenuis à vitiis immunes conseruabat. Indicat ergo suo seculo vitam prorsus esse corruptam.

*Quam qua longorum.*] id est, quam illa quæ in supinis delitiis mollis & diues est, & in lectica, ceruice vel humeris magnorum & excelsorum Sytorum seruorum lecticariorum portatur.

*Longorum*) Nam, vt supra dictum, maxime proceros seruos lecticarios eligebant. Martialis.

— *Grandes octo tulere Syri.*

*Syrorum.*) Ex Syria enim & Media serui lecticarii proceri & robusti eligebantur.

355 *Vt spectet ludos conducit Ogulnea vestem,*  
*Conducit comites, sellas, cernical, amicas,*  
*Nutricem & flauam cui dat mandata puellam.*  
*Hac tamen argenti superest quodcumq, paterni*  
*Lauibus athletis, & vasa nouissima donat.*  
*AVLTIS RES ANGVSTA domi est. Sed nulla pudorem*  
*Paupertatis habet, nec se metitur ad illum.*  
 360 *Quem dedit hac posuitq, modum. Tamen utile quid sis*  
*Prospiciunt aliquando viri, FRIGVSQVE FAMEQVE*  
*Formica tandem quidam expauere magistra.*  
*PRODIGA NON SENTIT perentem foemina censum,*  
*AC VELVT EXHAUSTA redinius pululet arca*  
 365 *Numus, & è magno semper tollatur acervo;*  
*NON VNQVAM REPVTANT, quanti sibi gaudia consent.*

laxa luxuriam mulierum damnat etiam pauperularum, quæ vt diuites viderentur conduce-



bant comites, vestes, lecticam, &c. Poterat a. aliquis obicere, quomodo pauperes, cum opibus deſt. trantur luxurioſe eſſe poſſint. Cuius rei rationem iam reddit.

*Ludos.*] Circeſes & Theatrales.

*Ogulua.*] Nomen mulieris pauperis & humilis.

*Comites.*] Pedifſequas.

*Sellam.*] In qua geſtatur ſedens. Sella n. erat ad ſedendum, lectica ad cubandum apta.

*Cervical.*] Pulvinar, ſuper quod caput inclinēt. Non n. erat lectus in cella, ſed tantum cervical ad caput inclinandum.

*Amicas.*] quas tanquam diues habeat loco clientarum.

*Nutricem.*] Simulat ſe tanquam prædiutem liberis ſuis nutricem alere.

*Et ſlauam.*] i. Comptam aliquam ancillam, cui tanquam domina mādāta imponat. Quidam meretricem intelligunt, quæ ſlaua utebatur coma, quaſi illi deſ. mandata ad adulterum ſuum.

*Hæc tamen argens.*] Notat pauperculatum mulierum prodigam liberalitatem in Athletas, quibus integra patrimonia ſæpe donarent. i. Hæc Ogulua mulier licet valde pauper, & parum admodum habeat, tamē quiddam habet, & reliquum illi eſt ex hæreditate paterna, illud omne confert in athletas id eſt.

*Quamvis ſummam paupertatem ſentiat,* tamen quiddam habet dat glabris, formoſis, & imberbibus athlet. s. gladiſtoribus, ſtupratoribus ſuis.

*Vaſa nouiſſima.*] Omnium vltima, vti nihil reſtet.

*Multa res anguſta.*] Eſt quaſi ſuperiorum correctio:

*Nullum crimen abeſt.* —

i. Multæ mulieres pauperculæ ſunt, ſed nulla mulier virtutem, quæ pauperiem conſequiſolet, pudorem, honeſtatem, continentiam habet.

*Pudorem paupertatis.*] Nam pauperes pudentes eſſe ſolent, & ſobrii, frugales, pudici eſſe.

*Nec ſe metitur.*] i. Nec ſe continet intra limites ac terminos, quos paupertas ipſi præſcribit. De hoc Satyra 3.

— *Hic ſimimus ambitioſæ.*

*Paupertate omnes.* —

i. Nulla mulier ſe & ſuas rationes metitur, ad illum modum, quem paupertas ipſi dedit, præſcripſit, & propoſuit. Quaſi illum modum luxuria & intemperantia excederent.

*Tamen ſtile quid ſit.*] Leui limitatione corrigit, quod dixit, & per diſſimilitudinem probat: Viros tamen interdum temperantiam colere, & paupertatem ſuam vtili aliqua diſpoſitione inter ſum gubernare, cum contra prodigæ mulieres omnia conſumant.

*Aliquando.*] Interdum.

*Frigus, famemq.*] i. Contra frigus & famem de amictu & victu ſunt ſolliciti, & veſtes & victum aduerſus illa deprehenda proſpiciunt. i. Exemplo formicæ in tempore de victu & amictu ſolliciti, & frigus ac famem reformidant.

*Formica.*] Horatius:

*Paruula, nam exemplo eſt magni formicæ laboris.*

*Ore trahit, quodcumq. poteſt, atq. addit aceruo*

*Quem ſtruat, haud ignara, & non incauta futuri.*

*Prodiga non ſentit.*) Apodoſis diſſimilium. i. Contra prodiga & proſuſa mulier non animadvertit continuis impenſis & ſumptibus immodicis paulatim cenſum, res, & opes imminui, & perire.

*Ac velut exhausta.*) Exponit illam prodigalitatem, i. Mulier prodiga, non vnquam reputat ſecum & conſiderat, & perpendit, quam magno precio gaudia ſibi comparentur. Non ſecus ac ſi in inani & iam euacuata & exhausta arca numus rediuius repullulet, & rurfus creſcat, & tanquam è ſummo pecuniæ aceruo, qui nunquam ad nihilum redigi queat ſemper nummus deſumatur.

*Exhausta.*) Ex tam ſumptuoſis prodigæ mulieris impenſis.

*Rede.*

*Rediuius.*) Ex vetusto renouatus, imo ex perditio reparatus, ex mortuo renatus, & rediuius, itaque in arca numi renascuntur.

*Pukiet.*) Copiosius rursus crescat. Vt in sacculo illo Fortunati, de quo historia vel potius fabula Germanica.

*Non unquam reputant.*) Non animo perpendunt, & considerant, quantus sumptus luxuria, voluptate & gaudium consumatur. Et non querunt unde habeantur illi sumptus, sed oportet habere.

*Sunt, quas Eunuchi imbelles, & mollia semper  
Oscula delectent, & desperatio barba,  
Et quod abortiuo non est opus. Illa voluptas  
370 Summa tamen, quod iam calida & matura Iuuenta  
Ingвина traduntur medicis iam pectine nigro.  
Ergo expectatos & inessos crescere primum,  
• Testiculos postquam caperunt esse bilibres  
Tonoris damno tantum rapit Heliodorus.  
375 Conspicuum longe cunctisq; notabilis intrat  
Balnea, nec dubie custodem vitis & horti  
Prouocat a domina factus spado. Dormiat ille  
Cum domina. Sed in iam durum. Posthume, iamq;  
Tondendum Eunucho Bromium committere nobis.*

Reuertitur ad libidinem mulierum Romanarum, quæ ne conciperent, & tamen voluptate venæ non carerent, spadonibus nubebant. De hac delicata libidine dictum est. Sat. 1.

*Eunuchi imbelles.*) 1. Sunt mulieres, quæ delectantur imbellibus Eunuchis. Imbelles, impotentes non ad concubitum, sed ad impregnandum, eo quod semine destituantur. Hinc Terentianum illud: *Atunt illos maximos mulierum amatores, sed nihil posse.* De quibus recte illud Virgilij:

— Si quando ad prælia ventum est  
Vt quondam stipulis magnus iam viribus ignis  
In cassum furis.

Vide quid de his dixerimus. Sat. 1. ad illa verba: *Cum tener exorem duas spado.*

*Mollia oscula.*) Lenia, carent enim barba & pilis Eunuchi, sine asperitate hirsutæ barbæ.

*Desperatio barbæ.*) Destitutio & absentia Barbæ, quæ in Eunuchis nunquam sperari potest.

*Et quod abortiuo.*) 1. quæ non imprægnantur ab Eunuchis, nec opus habent abortiuo poculo conceptum partum abigere. Nobiliores enim eum molestias partus subire nolent aut Eunuchis nubebant à quibus non imprægnabantur, & tamen concubitus voluptate non carebant (quem illi assidue sine defatigatione possunt exercere) vt hic dicitur: Vel si à viris grauidæ essent reddita abigebant partum conceptum per potiones: vt postea dicitur:

*Sed inacet aurato vix illa puerpera lecto, &c.*

*Abortiuo.*) Poculo abortum faciente.

*Illæ voluptas summa.*) Reddit iam rationem cur mulieres Eunuchos ament. Poterat enim aliquis querere, cur mulieres impotentes ament Eunuchos. Dicit ergo: Quamuis Eunuchi sint & castrati, mulieres tamē summam ex illis voluptatem capiunt, eo quod vel quia tum de muni, cū ad maturam ætatē perueniunt, castrantur, & cum illorum membrū in iustam magnitudinē

excrevit, cui testes tantum adimuntur, membrum in sua iusta quantitate manet, quo tales be-  
stia sine delassatione exercentur.

*Quid iam calidam.* ] i. Eo quod; vel quia inguina illorum vel testes castrandi medicis tradi-  
tur ex iuuenta vel iuuenili ætate iam calidi & maturi testes. i. quod inguina calida feruente san-  
guine matura & ad generandum idonea à medicis raduntur.

*Iuuenta* ] iuuenili ætate cum 16. annos & plures iam attigerunt.

*Inguina traduntur.* ] i. Testes euellendi traduntur. Melius fors legitur raduntur.

*Medici.* ] Chirurghi, peritis castrandi.

*Eam pectine nigro.* ] Id est. Cum illorum pubes ob nigros crines iam nigra est, tum de-  
mum castrantur. Pube iam nigris pilis obducta. Nam faciebant Eunuchos cum iam pu-  
buisse.

*Ergo expectatos.* ] Exponit idem fassus. Ostendit, quod tum demum matronæ seruos suos  
optime mentulatos castrari curarent, cum iam illorum membrum ad iustam magnitudinem  
excreuisset. Tunc enim æque potentes manebant in re Venerea, quibus sola imprægnatio de-  
erat.

*Expectatos.* ] Ut prius crescerent, & ad iustam magnitudinem peruenirent. Permissos.

*Iustos crescere.* ) Suam iustam magnitudinem capere.

*Primum.* ) i. Prius, quam euellerentur.

*Postquam ceperunt esse bilib.* ] Duarum librarum, quibus mentula pedalis respondet, quod ab-  
latis testibus relinquebatur libidinose mulieri satiadæ.

*Tonsoris damno tantum.* ] Id fit in fraudem tonsoris, qui cum barba Eunuchis non crescat, ni-  
hil lucri ex barba detondenda consequitur. Non a. fit dominæ vel mulieris damno, cui mentula  
pedalis relinquitur.

*Heliodorus.* ) Chirurgus, castrator.

*Conspicuum longe.* ) Rationem reddit, cur illa castratio fiat non in mulieris Dominæ fraudem,  
sed in tonsoris, cum dominæ semper curent illos qui optime à natura instructi erant, castrari,  
his a. testes tantum castrabantur, veretrum a. enormis magnitudinis relinquebatur. i. Quæcum-  
que domina spadonem fieri curat, ille præ ceteris virili membro probe armatus est. Tales a. in  
balneis à mulieribus & viris mollibus & Cinædis eligeantur, in quæ nudi intrabant. Martial.

*Sed spectant oculis deuorantibus Draucos.*

Et noster Sat. 9.

*Quamuis te nudum spumanti Virro labello*

*Viderit, &c.*

Id est. quicumque à domina spado factus est, ille mentulatissimus haud dubie est, & longe con-  
spicius intrat balnea, & spectabilis ob mentulæ enormitatem, & ob id à cunctis notabilis.

*Nec dubie.* ) i. Confidenter & audacter tanquam suæ causæ bene confidens Deum custodem  
vitis & hortorum Priapum ( qui cum membro enormis magnitudinis fingitur ) in certamen  
de membri magnitudine prouocat.

*A domina.* ) Emphatice. Quæ nempe sibi prospicit de probe armato.

*Dormiat ille cum domina.* ) Hic locus à variis explicando varie corruptus, & male explicatus.  
Scaliger ille doctiss. de hoc loco ita: Eunuchus tradere est castrare, vel Eunuchum tradere, vel Eu-  
nuchi, vt apud Catullum asino tradere, i. facere vt asinus pistrinarius sit. Notat a. in hoc Iuue-  
nalis loco proverbium non fuisse animaduertsum *Spicius dormiat cum*. Ego licet ab auctoritate tā-  
ti viri inuitus recedam hunc locum ita explico: O Posthume talis Eunuchus membro egregie  
instructus dormiat cum domina sua i. cum tua coniuge, quæ illius membri enormitatem facile  
sustinere & tolerare poterit. At vero concubinum tuum Bromium, quamuis iam durum, virilem  
& robustum, & iam barbatum & tondendum, caue huiusmodi Eunuchocommittas. Si cum il-  
lo enim dormiret illum sua enormitate ptorus diffunderet, & corrumpere.

*Dormiat cum domina.* ) Scopitice ait. q. d. Huiusmodi aliquem Eunuchum ale ad dominæ ve-  
stis tuæ concubitum, quæ tale potest tolerare membrum.

*Lat.*

*Leni durum.*] *Etatis* proeclioris, qui posset ex robusta ætate aliquid sustinere, verum tantæ enormitati ferendo non est.

*Brunum.*] Puerum in deliciis habitum iam ætatis proeclioris intelligo, concubinum domini Viridii Posthumi.

- 380 *Si gaudet cantu nullius fibula durat ,*  
*Vocem vendentis prætoribus. Organa semper*  
*In manibus, densi radiant testudine tota*  
*Sardoniches, crispo numerantur pectine chorda,*  
*Quo tener Hedymeles operam dedit, hunc tenet, hoc se*
- 385 *Solatur gratoq; indulget basia plectro.*  
*Quadam de numero Lamiarum & nominis alii,*  
*Cum farre & vino Ianum Vestamq; rogabat,*  
*An Capitolinam deberet Pollio quercum*  
*Sperare, & fidibus promittere. Quid faceret plus*
- 390 *Ægrotante viro, medicis quid tristibus erga*  
*Filsolum? Stetit ante aram, nec turpe putavit*  
*Pro citharâ velare caput, dictataq; verba*  
*Protulit, ut mos est, & aperta palluit agnâ:*  
*Dic mihi nunc queso, dic antiquissime Divum,*
- 395 *Respondes his Iane pater? Magna ocia cælo!*  
*Non est, ut video, non est quod agatur apud vos.*

Taxat iam alias mulierum delitias quæ citharæ dorum amoribus captæ, citharæ dis & ipsorum instrumentis magno precio utebantur pro illorum salute & victoria vota faciebant, & sacrificia.

*Si gaudet cantu.*] i. Si mulier cantoribus delectetur, qui voce canunt, tunc nullius cantoris fibula vel connexio subligaris (qua vtuntur ad arcendam Venerem, & vocem retinendam) durat, ut non statim proposito coitus precio à cantoribus dissoluatur.

*Fibula.*] Circellus erat, quo Comædi & Tragædi circa penem utebantur, ut ita non content, & vocem perderent.

*Durat.*] Vt non soluatur facile. Sic supra: *Soluitur his magno comædi fibula, &c.*

*Vocem vendentia.*] i. cantoris, qui à prætore ad canendum conducuntur.

*Prætoribus.*] Qui ludos edebant.

*Organa semper.*] i. Tali mulieri citharæ, & instrumenta Musica cantorum, quos amant, assidue in manibus versantur.

*Densi radiant.*] Sic interpretes: Citharæ gemmis fulgent, & lapides preciosi in testudine collucunt, quasi mulier instrumenta musica gemmis ornarit. Verum hæc videtur sententia, quod mulier, quæ digitos gemmis & annulis ornatos habeat testudinem pulsarit, & sic digiti & gemmæ in testudine micuerint. Sic Cassius.

*Digitosque micantes. Serius.*

*Densi Sardoniches.*] Plurimi & copiosi lapilli, quos in digitis gestat.

*Crispo numerantur.*] id est, Chordæ in cithara per ordinem & numerum artificiose crispo plectro vel pectine pulsantur. Crispo ait, calato, vel crispante, quod ex pilis fere conficeretur. His verbis indicat mulieres etiam instrumentis cecinisse, & instrumenta cantorum & citharæ dorum amatorum suorum in summo precio habuisse.

*Nummerantur.*] id est, Numero & ordine pulsantur chordæ à muliere in cithara, quo pleæto tener ille & formosus citharædus Hedyæcis olim operam dedit, & cithara canens v. sus est.

*Quo tener.*] i. quo pectine mollis ille & tener ac iunior Hedymeles citharædus iunior vtebatur. Fictum forte nomen ab ἡδὺν dulce, μιᾶς cantus.

*Hunc tener.*] Pectinem vel plectrum, quem in magno precio habet ob citharædum Hedymelem, qui illo usus, suum a sulterum, cuius pectinis conspectu recordatur amoris & consuetudinis cum mæcho, ob id illum amat.

*Hoc se solatur.*] Dum abest citharædus, vel etiam forte mortuus est, consolatur se hoc pleæto, quando ipsius citharædi copiam habere non potest, & plectrum illud propter Hedymelem gratum & amatum osculatur, tanto eius amore tenetur.

*Plectro.*] Πλῆκτρον ἢ πλάτυν, id est, Percutio, & pulso.

*Quadam de numero.*] Insectatur iam illas, quæ pro commodis, salute & victoria citharædorum adulterorum suorum Deos orabant, vota faciebant, & sacrificabant.

*Lamiarum.*] Ex gente nobilissima, de qua dictum in fine Sat. 4.

*Nomini alti.*] Magni, superbi, generosi, nobilissimi.

*Cum farre.*] Integro sacrificio, oblatione faris, & vini.

*Ianum Vestamque.*] Deos Romanorum primarios.

*An Capitolinam.*] id est, Sacrificio dato Deos interrogabat an Pallas citharædus adulter suus in certamine, quod Ioui Capitolino institutum victoriam sperare, & coronam ex quercu, qua victores ornabantur sperare possit, & fidibus suis & citharæ chordis victoriam polliceri.

*Capitolinam quercum.*] Quercum vocat Olympiam coronam ex quercu, qua donabantur illi, qui in agonibus capitolinis vicerant, siue Poetæ, siue hystiones, siue Comædi fuissent.

*Quid faceret plus.*] Exclamatio Poetæ cum indignatione. id est, quid ipsa mulier maius & diligentius facere posset, si vir vel maritus ægrotaret. Vel si filius periculoso morbo laboraret, adeo ut medici de salute eius desperantes tristes essent: quam fecit pro salute adulteri?

*Stetit ante aram.*] Habitum sacrificantis exprimit.

*Nec turpe putauit.*] Non sibi turpitudini futurum duxit pro citharædo inter sacrificandum more solito sacrificantibus caput velare. Sacrificantes caput velabant, ut Plinius ait, ne pares honores mortalibus, quibus caput aperimus, & Diis habeantur.

*Pro cithara.*] Ut illa vinceret, vel pro citharædo.

*Velare capui.*] E:ant signa adorantis velari & sedere.

*Dictataq; verba protulit ut mos est.*] Dictata ab haruspice, nam certa verba dictante sacerdote haruspice repetere sacrificantes oportebat.

*Et aperta paluit agna.*] Cum corpus agræ aperiretur, sollicita fuit extra intuendo de haruspice responso, an ille Pollio coronam etiam possit consequi.

*Palluit.*] Summum mulieris de siderum notat, inter spem & metum constituta palluit, sollicita & anxiosa de responso, id est, Cum agna ab aruspice aperiretur, ut situm intestinum aspiceret, & inde diuineret, illa inter spem & metum media constituta palluit.

*Dic mihi.*] Quia dixit mulieres Deos consulere de salute adulterorum, iam insignatus Ianum percunctatur, an huiusmodi adulteris audiat, eisque respondeat. Quod si faciat, dicat haud dubie Diis nihil aliud esse, quod agant, qui quidem turpissimas mulieres exaudiant.

*Antiquissime Diuum.*] Apostrophe ad Ianum, quærit autem ex illo, an tam putidis, & impudicis mulieribus respondeat. Quid in Fastis:

*Me chaos antiqui, nam sum res prisca, vocabant.*

*Magna ora calo.*] Ridicula exclamatio. i. Si adulteræ cupiditatibus in sacrificiis inferuis, aliud quod agas in celo non habes.

*Nam est*

*Novestis video.]* irridet suos Deos.

*Hac de Comædis te consulit, illa Tragediam  
Commendare vult. Varicosus fiet aruspex.  
Sed canet potius, quam totam pernolet urbem,  
400 Audax, & cæus possit quam ferre virorum,  
Cumque paludatis ducibus præsentem marito  
Ipsa loqui rectâ facie, strictisque mamillis.  
Hac eadem novit, quid totâ fiat in urbe  
Quid Seres, quid Thraces agant, secreta nouerca  
405 Et pueri, quis amet, quis decipiatur adulter,  
Dicet, quis viduam pregnantem fecerit, & quo  
Mense, quibus verbis concumbant quaque, modis quor.  
Instantem regi Armenia, Parthoq, cometam  
Prima vides: famam rumoresq, illa recentes  
410 Excipit ad portas. Quosdam facit esse Niphatem  
In populos, magnosq, illic cuncta arua teneri  
Diluvio: nutare urbes: subsidere terras  
Quocunque in trivio cuicunque est obuia narrat.*

*Hæc de.]* Persequitur quod dixit, id est, Vna mulier de salute Comædi adulteri sui te consulit, altera Tragediam adulterum suum victimis & sacrificiis tibi vult commendare. Et hac malitiosa mulierum importunitate & malitia homines etiam offenderentur, multo ergo magis Dii.

*Varicosus.]* id est, Haruspex multum stans dum Deos & exta consulit, euadet variis & obortis plantis, vel retortis intorsum pedibus varius fiet stans, dum diuissime stare & exta inspicere & consulere cogitur. Vel potius varicosus, cui varices sunt tumidi, vel qui venas tumidores habet, quod fit diuturna statione, cum sanguis deorsum in pedum venas decumbit. Porro Varus primam producit. Vnde prior explicatio non subsistit.

*Sed canet potius.]* Vagas, audaces, verbosas, & rerum nouarum audias & sciscitantices mulieres iam carpit. Facit id correctione quadam. Satius esse dicens eam cantu gaudere, quam vagam & impudentem esse, omnia noua explicari, conuenticula & cœtus virorum ingredi, & cum militum ducibus loqui.

*Pernolet.]* Dissolute per totam urbem vagetur, ut nunc multat.

*Audax.]* Confidens, impudens.

*Et cæus.]* id est, Virorum conuenticula posse sustinere, & inter viros sine pudore & verecundia versari.

*Cumq, paludatis ducibus.]* id est, Ut possit cum chlamydati & paludamento ornati ducibus & militibus in bellum euntibus adulteris forte suis etiam marito præsentem familiariter loqui.

*Paludatis.]* Paludamento armatis. Est autem paludamentum chlamys vel vestis militaris.

*Rectâ facie.]* Mira viraginis audacia & impudentia exprimitur. In qua facie nullum pudoris signum, quæ facies non turbata sit pudore & verecundia.

*Strictisque mamillis.]* E sinu exsertis & patentibus. Sic dicimus strictum gladium, pro eo: equinato. Alii legunt siccis, sine lacte, nihil lactis maternalis habentibus. Sed non placet.

*Hæc eadem nouit.*] Iam damnat earundem mulierum, quæ se virorum cætibz impudenter inferebant, curiositatem & loquacitatem, quæ omnia explorabant, non solum quæ in tota vrbe, verum etiam quæ in toto orbe fiebant.

*Quid Seres.*] Populi Scythici Asiatici apud quos bombyces, qui habitabant versus æstiuum orientem teste Plinio.

*Thracæ.*] Europæ pars Thracia, inter Istrum, Pontum, & mare Ægeum.

*Secreta nouerca & pueri.*] Nouit hæc curiosa mulier, quid noueræ cum priuignis pueris ferere agant.

*Quis amet.*] Adulter alterius coniugem, vel quis virginem amet.

*Quis decipitur.*] Ab illa quam amat.

*Dicit quis viduam.*] Summam curiositatem notat. i. Hæc eadem polypragmon mulier dicit, quis viduam impregnauerit, quo mense id factum sit, quibus verbis quæque mulieres concumbant vel coeant, cum amatoribus, & quot modis concumbant. Satyricæ.

*Quibus verbis.*] Græcis an Latinis. Sic supra dixit: *Concumbunt Græcæ.*

*Instantem regi.*] i. Ipsa omnium primo fidus crinitum & caudatum regi Armenio & Parthis exitium portendens & minitans videt, inque cælo animaduertit.

*Instantem.*] imminuentem, minitantem.

*Armenio.*] Armenia Borealis regio.

*Parthoq.*] Refer hæc ad Traianæ æuam, qui expeditionem in Armenios & Parthos suscepit.

*Famam rumoreq.*] Illa ad porras, quid noui alibi agatur ex nunciis explorat, antequam in urbem veniant, & alii illa resciscant.

*Recentes.*] De quibus nemo in vrbe ante aliquid resciscit, & ob id recentes.

*Excipit.*] Peregre redeuntes sole mne illud sciscitatur, *per n. n. n. n.*

*Quosdam facit isse.*] i. Ipsa prædicat Niphatem fluuium Armeniæ (est & eiusdem mons) inundatum quosdam populos aqua obruisse.

*Isse in populos.*] In quosdam populos fluxisse, eosque diluuiò absumpsisse. Hoc autem non verum est ex historiis, sed à mulieribus effectum, quæ rumores augebant.

*Magnoq. illic.*] i. In Armenia omnia arua obrui, teneri, & inundari magno diluuiò, & inundatione.

*Nutare vrbes.*] Terræ motu ruinam & casum minitari. Refer hæc ad famosum illum terræ motum, qui tempore Traiani Antiochiam, & vicina loca concussit, vt subfedis montes, & fluuios erupisse Dionis abbreviator referat.

*Subsidere terras.*] i. Deorsum & pectus ire. i. Mulier illa nouit omnia facta & infecta, vt loquitur Plautus.

*Quocunque in trivio*] i. quouis loco, & vnicuique obuio hæc narrat & exponit noua.

- 415 *Nectamen hoc vitium magis intolerabile, quam quod  
Vicinos humiles rapere, & concidere loris  
Exorata solet. Nam si latratibus alii  
Rumpuntur somni: Fustes huc ocyus, inquit,  
Adferre, atque illis dominum iubet ante feriri,  
Deinde canem: Granis occursum teterrima vultu*
- 420 *Balnea nocte subit: conchas, & castra moueri  
Nocte iubet, magno gaudet sudare tumultu.  
Cum lassata graui ceciderunt brachia massæ  
Callidus & crista digitos impressit Alipes,  
Et summi domina femur exclamare coegit*
- 425 *Coniuncta miseri interea somnoque fameq.*

*Frgentur*

4; \* *Vrgentur. Tandem illa venit rubicundula totum  
Oenophorum sitiens, plenâ quod tenditur urnâ  
Admotum pedibus, de quo Sextarius alter,  
Ducitur ante cibum ravidam facit ursor exin,  
Dum redit, & loto terram ferit intestino.  
Marmoribus riuus properant, aut lata Falerno  
Peluis olet. Nam sic tanquam aisa in dotia longus  
Deciderit serpens bibit & vomit. Ergo maritus  
Nauseat, atque oculis bilem substringit operis.*

Taxat iam scuitiam & crudelitatem mulierum in vicinas humiles & pauperes.

*Nec tamen.* ] Scelus est. Non tamen hoc curiositatis & *κυνωπυζμοσίνης* vitium intolerabile est, & deterius est, quam illud quod sequitur. Vel illud curiositatis vitium non adeo intolerabile est, quam vitium crudelitatis.

*Quod vicinas humiles rapere.* ] i. quando pauperes vicinas ob leuissimam quamque causam, ad flagrapit & rogata vel exorata ne id faciat crudelius adhuc loris illas concidit.

*Humiles* ] infimæ conditionis pauperculas mulieres.

*Concidere loris.* ] Flagellis ex corio concidere & scuititer lacerare & lancinare.

*Exorata* ] Potest paullo aliter & rectius forte explicari. Cum exorata & quodammodo placata est, loris illas concidit, alias illas plane occisura, vel ad mortem multatura.

*Nam si latratibus.* ] Causas huius scuitiæ leuissimas adfert. id est, Si latratibus vicini canis, altus & profundus sonus huiusmodi crudelis mulieris forte rumpatur, tunc mane surgens inquit: O famuli ocyus huc fustes adferre, quibus aliatis fustibus illis primo vel ante alios dominum canis feriri & pulsari iubet, deinde ipsum canem.

*Gravis occusio.* ] i. Molesta, terribilis, iracunda, aspera, torua, inhumana, crudelis.

*Terrima scuitu.* ] Maxime torua & immitis domesticis suis.

*Balnea nocte subit.* ] Aliud subiungit vitium quod nocturnis balneis seruis & ancillis domesticis, marito, & conuiui molesti essent. i. Nocturno tempore importune lauati.

*Conchas & castra moueri.* ] id est, lubet noctis tempore conchas vasâ ampla, quibus lauatur, & castra vel instrumenta balneatoria moueri, & in balnea portari, & præparari.

*Castra.* ] Instrumenta balneatoria, sarcinas, vtensilia, supellestilem, ancillâs, comites. Metaphorâ re militari.

*Magnos audit sudare tumultus.* ] Tumultuoso exercitio, quod magno sit strepitu, sudorem in balneo sibi excitat. Ex consuetudine hoc dicit, nam sudaturi plumbea massa, quam varie inababant & agitabant, in balneis se exercebant, & sudorem eliciebant. Aliter ita explicari potest. Gaudet multo labore & strepitu seruotum & ancillarum ministrantium. Verum non placeat hæc interpretatio ob sequentia.

*Cum lassata graui.* ] i. Interea dum illa magno strepitu & tempore lauat, & dum tandem satis sudauit, cuiusque brachia exercitio diuturno grauis & ponderosæ massæ plumbeæ, delassata sunt.

*Ceciderunt* ] Quiuerunt otiosa ab exercitio.

*Massa.* ] Plumbea illa massa ad sudorem eliciendum se exercebant. Vide Senecam Epist. 57. *Pondera illa balneis quibus ambabamus manibus comprehensis salientes utebantur, qui sudare volebant, antequam lauarentur.*

*Callidus & crista.* ] id est, Vbi post sudorem oleo inungitur, & dum vinctior callidus & versutus cristæ vel naturæ muliebri dominæ suæ digitos impressit, & ibi summam partem semoris vel inguen sonitum edere facit.



*Callidus.*] Versutus & dolosus, qui sciat dominam suam huiusmodi titillatione, & contritione gaudere, cuius moechus forsitan est.

*Crista.*] i. Dum ille callidus & morum eius non ignarus inter vngendum obsceno naturali & vuluæ inter inungendum digitos inseruit.

*Et summum domina femur.*] i. Infimam naturam, & obscenum mulieris membrum.

*Exclamare.*] Qualis crepitus editur dum madida & vincta corpora perfricantur. Vellum femur iuxta inguina manibus percutiendo exclamare & resonare coegit, quod illapacienter & libenter tolerat.

*Conuiuia miseri interea somnoque fameque.*] Conuiuæ & clientes, qui expectant dum domina è balneis redit (quæ ibi diu commorata fuit, ex mulierum natura) somno & fame videntur & premuntur.

*Tandem illa venit rubicundula.*] i. Tandem progreditur & ex balneo venit. post longam cunctationem rubicundula ex colore post balneum, & tantum fuit, vt totum cœnophorum exhauriat.

*Rubicundula.*] Subrubens ex calore post balnea.

*Totum cœnophorum.*] i. Torum vas vinarium sitiens & exsicans.

*Sitiens.*] i. Capiens vel exhauriens. Sic ille: Sirit quadrantal. i. capit. Mos autem erat apud Romanos vt exonerandi stomachi gratia statim è balneis redeuntes amyrtum vel vno ductu multum vini biberent, & deinde statim rursus euomerent, & ita ventriculum lauarent. Id quod Erasistratus tanquam oculis noxium improbauit, & hic luuenalis reprehendit.

*Admotum pedibus.*] i. Ante pedes positum cœnophorum.

*Plena quod tenditur vna.*] i. quod cœnophorum è plena vna ipsi tenditur à ministris, & citi admoventur, offertur, & bibeandum porrigitur.

*Plena.*] i. per impletam vnam ex cœnophoro. Exhauserunt enim cœnophorum vna.

*De qua sextarius alter ducitur.*] i. Ex quo cœnophoro vel vase vinario duo sextarii educuntur & ductim exhauriuntur.

*Alter.*] Post primum sextarius alter. i. duos sextarios ebibit.

*Ante cibum.*] i. quos sextarios duos epotat antequam cibum capiat, qui rabidum appetitum potanti excitabit. Dicit hoc ex consuetudine. Delicate enim post balnea ita sibi appetitum concitabant, cum biberent & vomerent.

*Dum redit.*] i. Dum sextarius epotus per vomitum rursus reicitur.

*Et luto terram ferit.*] id est, Dum duo sextarii per iugulum & vomitum redeunt & terram vel pauimentum luto vel abluto & purgato stomacho, dum per vomitum redit, decidens ferit & percutit.

*Luto.*] luto abluto, purgato, Non intelligit, lutum, oletum, vel sordes ex stomacho per vomitum reiectas. Tum enim lutum corripitur.

*Marmoribus riuus properant.*] i. integri riuus ex vomitu in pauimento cœnaculi marmore strato fluunt & properanter currunt.

*Ante lata Falerno.*] id est, peluis lata, vel allata, vel, si mauis, capax in quam vomit, vel in quam excipiunt ministri vomitum, olet Falerno vino, quod preciosissimum illa antea biberat.

*Nam sic.*] id est, Adeo atide bibit post balneum, tanquam serpens, quando in vini dolium ceciderit, bibendo vomit, & vomendo iterum bibit. De tali Martialis inquit: Nec cœnat prius aut recumbit antequam septem vomuit meri deunces.

*Serpens.*] Plinius libro 7. testatur, quod serpentes vini auarissimi sint. Proinde viperas aliqui vino cum fistilibus ad sepes disposito venantur. Ebriæ enim capiuntur. Testatur idem Aristoteles lib. 8. de historia animalium.

*Ergo maritus nauisat.*] i. Nausea adficitur ob vomitum obscenum vxoris. Ob foedum vomitus odorem ipsi stomachus subuertitur.

*Asqu*

*Atque oculis bilem substringit.*] id est, Clausis oculis ob hanc vxoris turpitudinem indignatur, & bilem ac indignationem clausis oculis substringit, coniungit, contrahit, & coarctat.

*Substringit.*] Ob oculos ita dicit, quos ob nauseam contrahit, vel clausis oculis iram dissimulat, ac te maritum ob id indignari sentiat imperiosa mulier.

- 435 *Ille tamen grauior, quæ cum discumbere cepit  
Laudat Virgilium, peritura ignoscit Elysæ  
Committit vases, & comparat inde Maronem,  
Atque aliâ parte in trutinâ suspendit Homerum,  
Cedunt Grammatici, vincuntur rhetores, omnis*  
440 *Turba tacet: nec caufidicus, nec præco loquatur,  
Alterâ nec mulier. Verborum tanta cadit vis  
Tot pariter pelues & tintinnabula dicas  
Pulsari. Iam nemo tubas atque æra fatiget,  
Vna laboranti poterit succurrere Luna.*  
445 *Imponit finem sapiens, & rebus honestis.  
Nam si docta nimis cupit & facunda videri,  
Crure tenus medio tunicas succingere debet,  
Cadere Sylvano porcum, quadrante lauari.*

Taxat iam mulieres Criticas & doctas, quæ sapientissimæ sibi visæ inter cœnandum solæ loqui, & de rebus grauissimis, arduis & sublimibus iudicare; quæ Poetas inter cœnandum inter se coarctabant, & de iis iudicabant.

*Ille tamen.*] Talis fuit Statilia Messalina, quæ post quatuor matrimonia diuerso exitu soluta postremo Neroni nupsit. Post quem interemptum & opibus, & forma & ingenio plurimum vixit & valuit. Consecrata proinde est studium eloquentiæ neque ad vsum declamandi:

*Grauior.*] Molestior, & inolerabilior, quam imperiosa & immunda, quæ ita vomit.

*Cum discumbere.*] Ad mensam.

*Laudat Virgilium.*] Eius ingenium, & diuinum carmen, quod egregie scripserit, Poetarum Princeps.

*Peritura ignoscit.*] Miseretur eius, parcit illi, excusat eum, quæ ex impatientia amoris, perire voluit abitu Eneæ. Vel condolet Didoni, eique veniam dat, quod deserta ab Ænea mori destinarit.

*Committit Vases.*] Comparat Poetas Græcos & Latinos inter se Criticorum more, & vter excellenior sit inquirat, & sententiam de illo fert.

*Atque aliâ parte.*] Criticorum more quasi in trutina vel lance perpendit Virgilium cum Homero, æquus horum melior. Quod Macrobius in Saturnalibus, & Scaliger ille magnus in Criticis de Poetica fecit, in nunquam satis laudatis libris.

*In trutinâ.*] In lance vel statera exacti sui iudicii, quæ videlicet Criticorum munus de Poetis & Oratoribus sibi delegatum putat.

*Suspendit.*] Metaph. à libra.

*Cedunt Grammatici.*] id est, Grammatici illi, qui verbosissimi & loquaces maximi, illa præfate tacere coguntur, adeo ipsa vocalis est. Vel coguntur illi mulieri doctæ concedere, quamvis illarum proprium munus sit de Poetis iudicare.

*Vincuntur rhetores.*] Ab illa muliere, quamvis dicaces, & clamosi rabula

*Omnis turba iacet.*] Totam convitiū illa loquente flet, & illam dicentem admiratur.  
*Nec caufidicus*] Gaufultate caufidicum, & vocis vehementia præconem, & omnes alias mulieres fuperat.

*Verborum tanta cadis* Vir.] Rationem reddit cur omnes fuperet. Nam tanta verborum vis & copia à muliere profertur, & tam multas pelues tot cymbala & tintinnabula pulſari dicat, dum illa loquitur.

*Tot pariter pelues*] quot verba fcilicet ſunt.

*Tintinnabula.*] A fonitu fictum nomen quod tinnit.

*Iam nemo tubas.*] Ex ſuperſtitione Romanorum hoc ridicule dicit quæ credebant Lunam imitationibus deficere. Virg.

*Carmina ſeculo poſſunt deducere Lunam.*

Credebant autem Lunę Eclipſin patienti, ſubueniri poſſe æris & peluium ſonitu, & cornuum ac tubarum ſonitu. Vnde ara auxiliatrix Luna alter Poeta dixit. Tibull. Eleg. 8.

*Cantus* & *curſu* Lunam deducere tentat,  
*Et faceret, ſi non ara repulſa ſonant.*

id eſt, Si Luna defic at, non opus eſt tubas inflari, & pelues atque ara pulſari. Nam hæc una mulier tua dicacitate Lunę laboranti poteſt ſuccurrere. Adeo vocalis & clamorosa eſt, & tantum tinnit.

*Imponit finem.*] Etiam Philoſophiam tractat, & peculiarem ſectam inſtituit. Omnium ſæcem ſectarum tellera erat, qua vna ab alia diſcernebatur opinio de fine vel Summo Bono. Eſt ergo ſectus. Mulier, quæ ſapias videri cupit inſtituit ſectam, & finem certum rebus honeſtis adſignat, ad quem omnia dicta & facta tanquam ad ſcopum dirigat. Vel more Sapientum & Philoſophorum de Summo Bono diſputat, & omnibus rebus agendis & honeſtis Summum aliquem finem imponit.

*Nam quæ docta.*] i. quæ docta & eloquens tanquam ſapiens videri cupit, & Philoſophia.

*Crure tenui medio*] i. Virorum Philoſophorum more crure medio tenuis veſtes ſuas debet ſuccingere, virilem habitum accipere.

*Cadere Silvano.*] i. Non vt mulier Cereri, ſed vt vir Philoſophus Silvano potum debet ſacrificare.

*Silvana.*] Aruorum & pecorum deo mares porcum maſtabant, mulieres vero non Sylvano ſacrificabant.

*Quadrante lauare.*] Viri loturi quadrantem ſoluebant, quod Horatius obicit Philoſopho Stoico regem ſe eſſe adfirmantis:

—Dum tu quadrante lauatum

Rex ibis. —

450 NON HABEAT MATRONA tibi qua inuncta recumbis  
 Dicendi genus, aut curtum ſermone rotato  
 Torqueat Enthymema, nec hiſtorias ſciat omnes  
 Sed quadam ex libris, & non intelligat. ODI  
 HANC EGO, quæ repetit voluitq; Palamonis artem,  
 Seruat à ſemper lege & ratione loquendi,  
 455- Ignotoſq; mihi tenet antiquaria verſus.  
 Nec curanda viris Opica caſtigat amica  
 Verba. Solaciſimum liceat feſiſſe marito.  
 NIL NON PERMITTIT MULIER ſibi, turpe putat nil  
 Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum

*Auribus*

*Auribus extentis magnos commisit elenchos.*

*INTOLERABILIVS NIHIL est quam JAMINA DIVER.*

Persequitur quod cepit de mulieribus Criticis, & damnat mulieres, quæ nimiam doctrinam & Rhetoricam exercebant.

*Recumbit.* In lecto, matrimonio tibi coniuncta.

*Dicendi genus.* Non rhetorum more certum aliquod dicendi genus, grande, medium, aut humile adf. ctat.

*Am. curtum.* Non vxor tua concisum illud & succinctum dicendi genus adf. ctet, nec inter Orandum curtum aliquod Enthymema (quod argumenti genus una propositione caret) rotundo aliquo, vel rotato sermone torqueat, & proferat.

*Sermone rotato.* Breuius comprehendit, expedito, volubili. Eo, quod rotunda, rotatu facilius, quam quadrata. Horatius:

*Grati ingenium, Grati dedit ore rotundo  
Musa loqui.*

Turnebus sermonem rotatum hoc loco intelligit orationem conuersione conclusam, & ambitu comprehensam. Quod genus dicendi Cicero in Partitionibus versum, Aristoteles *κυκλικόν* vocat.

*Torqueat.* iaculetur, vt pote breuem, & acutissimam sententiam.

*Nec historiam sciat omnes.* i. Non sit historica, vt omnes historicos perlegerit.

*Sed quadam ex libris.* i. Vt Martialis ait:

*Sic non doctissima caninx.*

quæ tantum ex historiis sciat, ne omnino elinguis & rerum ignara sit.

*Et non intelligat.* i. Non omnia ad vnguem intelligat, vt omnia sciat exacte.

*Odi hanc ego.* i. Odi ego nimis doctam mulierem, quæ artem Grammaticam sciat, quæ sit Grammaticæ & historiæ fabularumq; peritissima & arrogantissima.

*Reperit Solanum.* Sedulo studet & meditat.

*Palæmonem artem.* Remmius Palæmon fuit Grammaticus excellentissimus Fæbii Quintiliani præceptor. Fuit tanta superbiæ, vt literas secū natas secum morturas dixerit. Cæterum M. Varronem Romanorum doctissimum porcum litteratum per superbiam appellauit. Iactauit nomen suum non temere in Bucolicis positum, sed vaticinatum Poetam fore aliquando omnium Poetarum & Oratorum Palæmonem indicem. Gloriabatur etiam, latrones quondam sibi ob nominis celebritatem peperisse. Luxuriæ ita indulgit, vt sæpius in die lauaret. Sed ad inopiam reductus vitæ colere coactus fuit. Notat ainsolentem mulierem, quæ Q. Remmio Palæmoni operam dederit.

*Solanum semper lege.* Quam Palæmon ipsi præiuit, vt ab eius stylo loquendi modo & Analogia, quam curiose obseruat, ne latum quidem vnguem recedat. Idem nostro tempore curiosi quidam scoli in Cicerone fecerunt: vt Longolius, Sadolerus, Bembus, Sigonius.

*Ignorat, mihi.* Quæ antiqui tatem adfectans memoria teneat vetustissimorum Poetarum mihi ignotos versus, quæ sit Critica, antiquissimorum Poetarum studiosa, quæ sit me viro longe doctior.

*Nec curanda viri.* Quæ castigat & reprehendit verba amicæ suæ minus elegancia & Latine, quam opicam & barbaram vocat. Et quæ verba minora sunt, quam vt à viro graui & honesto curentur, vt pote è mediis antiquitatis tenebris eruta.

*Opica.* Indocte, barbare, & male, & non analogia & lege obseruata loquentis, quæ Osce forassis, & Volscæ ac barbare loquitur.

*Solanissimum.* Hoc Saryrice Poeta dicit deprecans pro viuo vt saltem viro vitiose loquenti parcat, vt ipsum non reprehendat, vt ipsi licet solacissimum ex imprudentia facere in loquendo, & minus eleganter loqui.

*Solaci.* Vitiosam, verborum compositionem. Vel eo dicit, quasi condemnat sermonem vitiosum, cumq; non curet.

*Nec non permittit.* His indicat mulierem diuitem, & præsertim si suo mundo exornata sit,

omnium rerum sibi licentiam adsumere, omnia sibi indulgere & permittere, & nihil turpe sibi existimare, cum monilia ex viridibus gemmis & Smaragdis collo suo circumdedit. i. Omnia mulier superba sibi licere putat, præsertim cum iam vestium ornatum adhibuerit.

*Cum Virides gemmas.*] Cum monilia ex viridibus gemmis & Smaragdis collo suo circumdedit.

*Et cum auribus.*] i. Postquam auriculis suis ponderosis gemmis extensis, & deorsum tractis magnos elenchos, & oblongos vniones coniunxit, & sociauit.

*Auribus extensis.*] Seneca Hercule Deleo:

*Nec gemmiferas detrahit aures*

*Lapis Æon lectus in Gyda.*

*Elenchos.*] Margaritas maiores longitudine fastigiata & oblonga, quos & titulos vocant. Cylindros alias appellamus, i. margaritas oblongas ouali figura. Iuu. Sat. 2.

*Donant artana Cylindros.*

*Intolerabilis.*] Quia miser maritus misere illi inferuire cogitur. Eleganter Martialis.

*Vxorem quare locupletem ducere nolum*

*Quaritis? Vxorim nubere nolo mea.*

Hæc intelligenda de illis, de quibus supra.

*Imperat ergo viro.*

*Interea fœda aspectu, teterrima vultu,*

*Panc tumet facies, aut pinguis Poppeana*

*Spirat. Et hinc miseri viscantur labra mariti.*

465 *Ad mœcham veniet lota cute. QUANDO VIDERI*

*Vult formosa domi? Mœchis foliata parantur.*

*His emitur quidquid graciles huc mittitis Indi,*

*Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit,*

*Incipit agnoscere, atq; illo lacte fonetur,*

470 *Propter quod secum comites deduxit assellas*

*Exsul Hyperboreum si dimittatur ad axem.*

*Sed qua mutatis inducitur atq; fonetur*

*Tot medicaminibus coctaq; filiginis offus*

*Accipit, & madida, facies dicatur, an huleus.*

Recitat alia mulierum scelera, quæ pane, fūco, sandice, cerussa, lacte asinino apud maritum sese fucarent, quo fūco mariti labia inter deosculandū conglutina-ret, cum contra suis mœchis preciosis vnguentis delibutæ vultu & lotæ occurrerent.

*Interea.*] Dum diues omnia sibi licere existimat, nihil maritum curat, apud quem dum vertatur facies eius aspectu fœda est & ridicula.

*Panc tumet.*] Panem lacte asinino madidum ad sollicitandum candorem cutis adhibuisse supra dictum est. Sat. 2.

*Et pressum in faciem digitis extendere panem.*

Solebant etiam stercore canino faciem illinere.

*Tumet.*] Incrustatione panis, quam apud maritum non abluat.

*Pinguis Poppeana* sp. ii. Emittit odorem pinguium vnguentorum, quæ Poppea Neronis vxor inuenit: quæ adeo diligens in curanda forma fuit, vt eam in exilium missam 50. annz sequerentur, quarum lacte candorem corporis prouocauit. Decessit grauida calce à Nerone percussa. Hoc curis medicamen Poppeanum vocat, eo quod Poppea eius inuentrix.

*Et hinc miseri.*] Congluantur inter sauiandum,

*Admachum.*] i. Contra ubi ad machum accedit, omnia illa medicamenta faciei abluit, & ipsi placere studebit, ut sit nitida, tersa, à fūco mundata.

*Quando videtur.]* Lege cum interrogatione q. d. Domi non curat suam formam. Lucillius.

*Cum tecum est, quidvis satis est, visuri alieni*

*Sunt homines, spiram pallas, redimicula promit.*

*Machis foliata p.]* i. In machothorum gratiam unguenta ex foliis & aromatibus plena adhibet. Vel cum machum vult accedere adhibet vaguetā foliata vel Nardina, quæ constabant ex Omphacio, balanino, iunco, costeo, nardo, amomo, myrrha, balsamo, preciosissima.

*Hic emittit.]* i. Omnia aromata, quæcūq; ex India hac Romam advehuntur emuntur à mulieribus Romanis, non suis amicis, ut illis placeant, sed h's machis, & in machothorum gratiam.

*Quidquid.]* Aromatum, odorum, unguentorum.

*Graciles.]* Tenuis, macri, non corpulenti ob solis æstum.

*Tandem aperit Vultum.]* Persequitur idem mulierum vitium, quod tandem postquam multum diuq; faciem illeuerunt, vultum aperiat, fucum remouet, agnoscere incipit, quod prior vetula sit deformis.

*Tectoria.]* Sunt proprie incrustationes & cooperimenta, quibus muri & parietes obteguntur, ut non iam faciem induant. Si tectoria illis demas rimis fathiscant, & fissuris pleni & caduci erunt. Sic vetulae illæ deformes.

i. Vbi prima cooperimenta & incrustationes panis & lactis afinini à facie remouet. Persius:

*Et pila tectoria lingua.*

*Incipit agnoscere atq;.]* i. Tum demum incipit agnoscere qualis vera sit, cum antea fucata fueris. Nimirum vetula faciem habens rugosam & tetram.

*Atq; illo lacte.]* i. Quia amplius se pane incrustare non potest, ob id rugosam faciem lacte afinino fouet, & faciei suæ decorem conseruat.

*Propter quod.]* i. Ob quod lachabendum semper a fellas apud se habet, & secum ducit, etiam si in exilium & in extremas mundi oras ipsi euodum sit.

*Exsul Hyperboreum.]* Ducit secum afinos lactis causa, si etiam apud hyperboreos ipsi exulandum sit. Ut supra de Poppæa dictum, quæ in exilio 30. afinas secum habuit & in solo illo lacte pleno totum corpus macerabat.

*Hyperboreum.]* Hyperborei sunt, qui super aquilonis statum habitant apud quos mundi cardines vel axis esse creditur. ob id dixit Hyperboreum axem.

*Sed quamvis atq;.]* Ridet iam illas mulieres, & ait, quod, quæ, tot medicamina formæ suæ adhibeant, admodum turpes & deformes sint. i. Sed illa facies, quæ tot fucis & medicamentis comutatis, variis ac diuersis inducitur & illinitur, & quæ facies tot offas filiginis coctæ & lacte afinino madidæ accipit & adhibet, an illa facies dicetur, an vero hulkus?

*Mutatur.]* Variis, diuersis, vel toties appositis.

*Inducitur.]* Cooperitur, illinitur. Sic Sat. 2.

*Et pressum in faciem digitis extendere panem.*

*Fouetur.]* Conseruatur, custoditur, retinetur.

*Cotta filigine.]* i. Candidi panis offas, vel frusta, & crustas lacte afinino madidas, quibus faciem lacrustabant.

*Plena.]* Eo dicit. nam vlcera medicaminibus & offis vel incrustationibus curari solent.

475 *Est opera pretium penitus cognoscere toto*

*Quid faciant, agitentue die, si nocte maritus*

*Auersus iacuit, perit libraria, ponunt*

*Cosmetæ tunicas, tarde venisse Liburnus*

*Dicitur, & POENAS ALIENI PENDERE somni*

480 *Cogunt: hic frangit ferulas, rubet ille flagellior*

*Hic scutica.* Sunt qua tortoribus annua prestant.  
*Verberat.* atq; obiter faciem linit, audit amicas,  
*Aut latum picta vestis considerat aurum.*  
*Et cadens longi relegit transacta dici,*  
*Et cadit donec, lassus cadentibus, exi*  
*Intonat horrendum, iam cognitione peracta*  
*Præfectura domus Sicula non mitior aula.*

485

Locus iucundus, quo rursus in mulierum sæuitiam inuehitur, quam in familiam & domesticos exercebant tota illa die, qua præterita nocte à marito venereo aliquo complexu consolatz non essent.

*Est opera.* ] Dignum consideratione exacte perpendere, quanta rabiosa crudelitate sæuiant in domesticos.

*Si nocte maritus.* ] i. Si forte maritus noctu libidini coniugis non satisfecerit, si faciem a vxore auersam habuit, ipsamq; non amplexatus est conuersa ad ipsam facie.

*Perijt libraria.* ] Serua lanipendia (quæ à librando penso ita dicitur,) male ab ipsa tractatur, & præcepit, & occiditur.

*Pamunt Cosmeta.* ] i. Ancillæ quæ in mundum & vestes dominæ curant, & ornatum dominæ custodiunt & purgant, deponunt tunicas, & vestes exuunt, vt nudæ virgis cædantur.

*Tarde venisse Liburnus.* ] Seruus Liburnus vel lecticarius si aliquo ut missus, tarde rediisse dicitur, & ob id vapulat. Intelligit enim lecticarium. Sat. 3.

*Dives & ingenti curret super ora Liburno.*

*Et panem alieni.* ] i. ille miser seruus ob ignauiam domini sui quod ille dormierit, cum vxorē suam amplexari, & vigilare debuerit, panem subire cogitur, & plectitur.

*Alieni.* ] Domini sui.

*Pendere.* ] Plectere, soluere, dare.

*Hic frangit ferulas.* ] In dorso suo dum vapulat, vel franguntur ei in dorso ferulæ. Hinc seruus nequam apud Plautum dicitur Vlmorum acheruns.

*Ruber ille est.* ] Dum tandiu flagro vel scutica cæditur donec rubeat, & sanguis prope sequatur, vel de cruore intellige hunc ruborem.

*Sunt qua tortoribus.* ] Id est, quædam crudelissimæ bestię soluunt carnificibus annua salaria, vt, cum iratz sint, familiam suam cædant, vt quando volunt, & quos volunt flagellent.

*Verberat atq; obiter.* ] Summa mulieris malitia & crudelitas exprimitur. Id est. Sæuissima mulier flagellari curat seruos suos & interim obiter quasi aliud ageas fucum, de quo dictum est, adhabet.

*Audit amicas.* ] Id est. Interea dum serui flagellantur ipsa cum amicis suis confabulatur.

*Aut latum picta.* ] Vel preciosas suas vestes auro & acu pictas Phrygionum arte considerat & perpendit. Mira malitia mulieris quæ non ex subita ira & commotione miseram familiam cædit, sed q. tranquillo animo alias res interea agens.

*Et cadens longi.* ] i. Relegit rationem transactorum totius longi dici tempore. i. Dum alios flagellari curat, recognoscit interea rationem omnium quæ illo die sunt peracta. Alii legunt relegit transuersa diurni. Ratiocinium diurnum prolixius accipit, ob prolixitatem in aduersa charta scriptum.

*Ecce cadit donec.* ] i. Tam diu cædit donec carnifices, qui cædunt iam delassati sint verberando. Et tum demum horrenda voce terribiliter per modum tonitrus q. inonat: Exi sceleratissime, nunquam domum meam reuersurus, quasi tam causam recognouerit, & disceptauerit.

*Lame cognitione.* ] Cognition hic est iudicium vel iudicatio, &c Sat. vltima:

— Iussissima centurionum.

Cognitio est, &c.

*Præfectura.]*

*Præfectura.*) i. In tali domo vel familia, administratio præfectura, & gubernatio nihilo minor & clementior est, quam quæ fuit in aula Sicula tempore crudelissimorum tyrannorum Phalaridis, & Dionysiorum.

490 *Nam si constituit, solitoq; decentius optat*  
*Ornari, & properat, iamq; expectatur in hortis:*  
*Aut apud Iſiæe potius sacraria lena:*  
*Componit crinem laceratis ipsa capillis;*  
*Nuda humeros Pſecas infelix nudisq; mamillis.*  
*Altior hic quare cincinnus? Tauræa punit,*  
*Continuo flexi crimen facinusq; capilli.*  
 495 *QVID PŒCAS ADMISIT? quænam est hic culpa puella,*  
*Si tibi displicuit natus tuus? Altera lenam.*  
*Extendit, petitq; comas, & voluit in orbem.*  
*Est in consilio matrona, admotaq; lanis*  
 500 *Emerita qua cessat acm; sententia prima*  
*Huius erit, post hanc ætate atq; arte minores*  
*Censebant. Tanquam fama discrimen agatur,*  
*Aut anima; TANTI EST QUÆRENDI cura decoris,*  
*Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum.*  
*Ædificat caput, Andromachen à fronte videbis*  
 505 *Post minor est. Aliam credas. Cedo, si brene parvi*  
*Sortita est lateris spacium; brevisorq; videtur*  
*Virgine Pygmæa nullis subnixa cothurnis;*  
*Et levis erectu confurgit in oscula planta.*

Exprimit hicalia mulierum vitia, ad eandem crudelitatem pertinentia, quæ cum satis ab ancillis ornari non possent, easdem miris & miseris modis verberabant.

*Nam si constituit.*) i. Si talis mulier diues solito aliquanto, accuratius & decentius exornari constituit.

*Constituit.*) Proposuit vel constituit tempus & locum mœcho suo, sic Sat. 3.

*Hinc & bi nocturna Numa constituebat amica.*

*Et properat.*) Ad mœchum suum in hortum, vel alium locum.

*Iamq; expectatur.*) Ab adultero suo.

*Aut apud Iſiæe.*) i. Vel potius dum à mœcho suo expectatur in templo vel Sacrario Iſidis, ubi adulteri & mœchæ conveniebant. Intelligit Iſidem, in cuius templo adulteria & stupra promiscue fiebant, ut in domo lenonis. Ob id illam lenam vocat. De hoc templo ait Ovid.

*Multas lo facis, quod fuit illa Ioui.*

*Lena.*) Dicit quasi magistræ & gubernatricis ac præfectæ meretricum. Huius templum Iſidos mœchi solebant frequentare. Sat. 9.

— *Templum, Iſidis & Ganymedes*

*Notior Ausidæ mæchus celebrare solebas.*

*Componit crinem.*) i. Tunc Pſecas vel quævis ancilla dum satis decenter illam exornare nequit, male à domina sua adligitur, & ipsa crinibus & capillis diffusis & ab irata matrona dominæ sparsis ac laceratis, componit & exornat capillos dominæ suæ.



*Laceratū.)* à domina furiosa.

*Nuda humeros.)* Humeros & mamillas nudas habens, cum paulo ante, dum caderetur, vestes deposuit.

*Pſecus infelix.)* quod talem furiam, dominam habeat virulentam & crudelē. i. Ipsa admodum deformis dominam suam exornare cogitur. Est autem nomen ancillæ desumptum ab una comitum Dianæ apud Ovidium, quæ ibi Dianæ capillos exornat. Eo enim hic respicit.

*Altior hic quare.)* Furiosæ atq; iratæ dominæ verba sese in speculo contemplantis & ancillæ obiurgantis & pullantis: Quare non ubiq; æqualiter capillus mihi compositus est? quare hic cincinnus altior est cæteris & inæqualis?

*Cincinnus* est capillus crispus & condensatus.

*Tauræa punit.)* i. Scatim postquam verba hæc dixit flagrum de pene taurino ipsam ancillam cædit, & punit maximum illud crimen & facinus, quod capillus & cincinnus flexus fuisset & inæqualis, non satis compositus & extra ordinem.

*Tauræa.]* Scutica ex taurino pœne, vel corio bubulo, cum viuos homines mortui incurſant boues.

*Facinus capilli flexi.)* Satyrice, scoptice, & ridicule dictum.

*Quid Pſecus admisit.)* Verba Poetæ, quibus mulierum malitiam notat, quæ cum sæpe deformes & foedæ essent & satis ornari ab ancillis non possent eas verberabant, & iis imputabant quod deformes essent.

*Si tibi displicuit.)* Si foeda & deformis es, illudere miseræ puellæ imputabis. Prorsus ut dematrona quadam nobili dicunt, quæ cum omnium institutorum tabernas transiisset, & speculum, in quo formosa appareret, inuenire non potuit, denique inlittores inculſauit, quod adeo mala haberent specula. Ex quibus vnus, non sua specula inculſanda esse dixit, sed foedam & cadauerosam faciem deformis verulæ.

*Altera lauum extendit.)* i. Altera ancilla in læua & sinistra parre capillum extendit & pectine exornat, eosq; circumducit in orbem vel circulum, vel in anuli formam dominæ suæ capillos circumuoluit.

*Lauum extendit.)* Latius scilicet.

*Est in consilio matrona.)* Iam ridicule & Satyrice describit quomodo matronæ Romanæ superbæ, super forma sua diiudicanda concilium conuocent. Senſus & ordo est. Matrona iam senior, quæ cessat iam emerita acu, vel quæ ob visus imbecillitatem (acu quasi iam emerita) à nendo cessat, & quæ iam laniis admota est & lanificium exercet, est in consilio ut dominatitæ ac dextre ornatur, ut de hoc sententiam suam ferat.

*Est in consilio.)* Conuocata ad concilium ad capillos dominæ componendos. Est eius consiliaria, cum sententia de ornatu dicenda est.

*Emerita.)* Cum iam senior ob visus debilitatem iam cessat, & acu emerita & quiete nere amplius nequit, & ob id lanæ admota est. Emerita ergo auferendi casus consequentiam designat. Cum iam illi cæcutioni & debilitatis visus acus quasi emerita est. *Die Nadel hat ihr außge dient.*

*Sententia prima.)* Illa in consilium admissa prima est inter consiliarias in dicendo de ornatu formæ, matronæ vel dominæ. i. Prima sententiam dicit, utpote senior, & ob id prudentior, quasi maturitate Consilii ad rem opus sit. Ridicule, quæ ante ob visus imbecillitatem nere non poterat, iam de forma iudicare debet.

*Post hanc astate & arte miores.)* Post hanc seniore & prudentiore iuxta ordinem ætatis, artis ac prudentiæ, ut in magnis conciliis fieri consuevit, reliquæ etiam in consilio vocatæ censebunt, iudicabunt, & suam sententiam dicent. i. Ex ætatis ac prudentiæ ordine singulæ sententiam dicent de forma.

*Tanquam fama discrimen.)* i. Tanquam periculum agatur de fama & vita adeo sollicita est de forma.

*Tanti est.)* Tam magni precii esse censetur cura de pulchritudine & decore formæ quærendo, quæ talibus bestiis pluris fuit, quam pudicitia.

*Tot premis ordinibus.*) Deridet easdem, quod caput tot ornamentis exaltent, ut alia à fronte quam à tergo videri possint: ubi notat ridendum illum habitum.

Id est. Illa matrona tot fasciis & tricis capillorum in ordinem constructis, caput suum iam ante satis altum adhuc premit & aggravat, & illud adhuc tot compagibus, connexionibus & coniunctionibus rerum per monu ædificii exaltat, ut si illam à fronte videas, excelsam & proceram viraginem esse credas qualis Andromacha fuit. Sin illam à posteriore parte vel à tergo videas, tunc minor est, ut aliam illam esse credas, non illam quam à fronte vidisti.

*Altum caput adificat.*) Papius.

— *Celsa procul aspice frons in honores*

*Suggestumq; coma.*

*Andromachen*) A fronte Andromachen Hectoris longam & proceram coniugem te videre putares. Hanc Dares Phrygius & Ovidius longissimam fuisse testantur.

*Cedo sibi.*) Locus paucis rite intellectus. Est autem hic sensus. Et quidni illa alia videatur à fronte, quam à tergo, Cedo enim & dic, an non alia videri queat, cum à natura parva sit & brevis. Vel est concessio Itonica & Satyrica. Na & concede hoc parvis illis mulieribus, & permitte ac indulge, ut per artem caput suum ita ædificent, ut si natura brevioris fore stataræ, & brevis spatium parvi corporis consecutæ sint. Videtur tamen prior explicatio paulo concinnior.

*Breviorque videtur.*) Id est. Si illa mulier matrona nullis cothurnis vel altioribus calciamentis adiuta, tunc brevior esse videtur aliqua virgine pignora, quæ quidem est brevissima.

*Pignora*) brevior & bus spithamis vel cubitu. Dicuntur enim pignora à πῆξ, id est, cubitus, quod cubitum longitudine exaquent, teste Agellio, montana Indix tenentes teste Plinio.

*Cothurnis.*) Alti è subere calciamentis suram ambientibus, quibus in Tragedia utebantur, quibusq; personarum maiestas & proceritas requisita adiutabatur. Talibus calcamentis in Italia tunc nobiles matronæ comitatæ à pueris, ne cadant.

*Et lenis erecta.*) Si ipsa ob breve & exiguum corpus levis & agilis ad oscula mœchi planta sursum erecta, & talis innixa consurgit. Wann sie auff den Bechen stehet.

*Nulla viri cura interea, nec mentio fiet*

§ 10 *Damnorum. Vivit tanquam vicina marito*  
*Hoc solo propior, quod amicos coniugis odit,*  
*Et servos, gravis est rationibus. Ecce furantis*  
*Bellona, matrisq; Deum chorus intrat, & ingens*  
*Semivir, obsceno facies reuerenda minore,*

§ 11 *Mollia qui rupta secuit genitalia testa*  
*Iam pridem, cui rauca coheret, cui tympana cedunt.*  
*Plebeia, & Phrygia vestiuntur bucca tiara,*  
*Grande sonat, metuiq; inbet Septembris & Austri*  
*Aduentum, nisi se centum lustraverit omis,*  
§ 12 *Et Xerampelinas veteres donaverit ipsi.*

*Ut quidquid subiti, & magni discriminis instat.*

- In tunicas eas, & totum simul expiet annum.,*  
*Hibernum fracta glacie descendet in amnem,*  
*Ter matutino Tiberi mergetur, & ipsi*  
 §25 *Vorticibus tumidum caput ablucet. Inde superbi*  
*Totum regis agrum nuda ac tremebunda cruentis*  
*Erepet genibus si candida infferit lo.*  
*Ibit ad Aegypti fines, calidamq; petitas*  
*A Meroë portabit aquas, ut spargat in eadem.*  
 §30 *Isidis, antiquo que proxima surgit ovili.*  
*Credit enim ipsius domina se voce moneri.*  
*En animam & mentem, cum qua Dii nocte loquantur.*

Persequitur quod de ornatu & malitia mulierum dixit, & transit ad earundem superstitionem. *Nulla Viri.* ) i. Interea dum nobilis illa, & diues matrona ita se linat, colit, laute ornat, curat, virum prorsus negligit, & illum parum curat.

*Dammorum.* ) quæ miser maritus patitur ex tam luxurioso mulieris cultu, ex tot impensis sumptuose & prodigæ coniugis.

*Tanquam vicina.* ) Nihilo familiarius cum marito vivit, quam si vicina, & viri sui coniux non esset, tanquam eius coniux non magis esset, quam reliquæ vicinæ.

*Hoc solo.* ) Correctio. Hoc vno & solo non tanquam vicina viri est, sed tanquam proxima, & propior quam reliquæ vicinæ, quod amicos & servos ob mariti odium, odit, quod vicinæ non faciunt.

*Grauis effrationibus.* ) Suis immodicis sumptibus, quos nimio cultu aggrauat, grauis & molesta est, rationibus domesticis & familiaribus.

*Ecce furentis.* ) Pergit iam ad Superstitionem mulierum, quæ de rebus futuris sollicitæ. Sacerdotes Bellonæ, Cybeles, Isidos reueriebantur & adibant, ut ab illis expiarentur. Sententia est. Ecce chorus Sacerdotum Bellonæ vel Mineræ & Pallados Bellorum Deæ, quæ sacerdotes suos furentes facit, & c. i. intrat, & grande sonat, & metum incutit aliis.

*Furentis.* ) Metonym. Eff. cti. Cuius sacerdotes furiosi proprio cruore sacrificabant.

*Matris Deum.* ) Vestæ vel Cybeles, siue terræ. De utraque Dea, cuiusque sacerdotibus dictum.

Sat. 2.

*Ingens semivir.* ) Iterum Satyrice coniungit contraria. Est a. descriptio Summi Sacerdotis, qui semivir ob abscissos testes, & in ingenti existimatione, ob superstitionem, qui reuergendus est, quod obscenum corporis membrum minus habeat.

*Obsceno minori.* ) Sic supra. Sat. 2.

*Quid tamen expectant.*

Porro caudam solam habebant testibus ablatis.

*Mollia qui rupta.* ) Eo dicitur nam Sacerdotes Deæ Cybeles, vel Phrygiæ sese castrabant, cultello petriano, quem ruptam testam hoc loco vocat.

*Mollia.* ) Ad mollitiem creata.

*Rupta.* ) Fracta testa Samia, vel cultello ex petra, ut & Iudæi.

*Impridem.* ) Ad sequentia, & præcedentia potest referri.

*Cui rauca cohors.* ) i. Cui inter reliquos omnes summus honor exhibetur, cui reliquorum sacerdotum rauca cohors tanquam dignior cedit. Vel cui ob sanctimoniam, reuerentiam, & obseruantiam, reliqua sacerdotum cohors castrata, & ob effeminatam naturam rauca, vel ob assiduos cantus rauca. Sunt a. Eunuchi rauci, cuius rationem vide apud Aristotelem & Aphrodisiæ.

*Cui tympan.* ) Cui tympana, quæ à vulgaribus & plebeis sacerdotibus pulsantur, tanquam Antistiti suo, & summo Pontifici cedunt, & locum dant. His tympanis sacerdotes in Cybeles sacris utebantur, nec egregii viri, sed infimi ex plebe illa pulsabant.

— Et Phry.

*Et Phrygia.*] Cui Summo sacerdoti vel Antistiti mentum vel os Phrygio pileo galero, vel infula Troianis olim usitata tegitur & operitur.

*Tyara.*] Galea sacerdotis, quæ per malas veniens mento subligatur.

*Grande sonas.*] id est, Ille sacerdotum Antistes hæctenus descriptus elata voce superstitiones suas proclamatur & inculcat, illis mulieribus metum incutit. Vel alta voce canit.

*Mensis iubet.*] i. Ille iubet & prædicit, Si quæ mulier Romana centum ovis sacerdoti datis se non expiet & lustræ, fore, ut mensis Septembris & Auster illo mense flans ipsi febrem, pestem, morbum, & mortem adferat. Nota versutum illorum avaritiam, ~~quæ se in opibus suis~~

*Et Xerampelinæ.*] i. Nisi ipsi sacerdoti vestes suas veteres Xerampelini coloris (qui color inter muricem & coccum medius est) sibi donarint. Erant autem matronarum vestes Ampelini coloris, à *ἄμπελος* aridus, & *ἄμπελος* pampinus, colorem habens vitibus arefactis simillimum. Ex superstitione veteri hæc dicuntur. Nam tales vestes solebant suspendere, & lustratione facta credebant omnes morbos, & infortunia in vestes illas derivari, cum interea ipsis hominibus parceretur. Ut ex sequentibus liquet. Hoc autem artificio potiebantur vestibus illi sacerdotes.

*Ut quidquid subit.*] i. Ut quidquid è vestigio vel improviso superveniens aduersum, incommodum, infortunium toto anno euenire illi mulieri possit, expiatione in tunicam auerteretur.

*Infat.*] Mulieri imminet.

*In tunicas eat.*] Non vestes solum, sed pilas etiam & imagines viriles & muliebres solebant suspendere ex lana in Compitalibus, ut manes illis imaginibus & simulacris contenti visis parcerent. Hi autem persuadebant mulieribus, quia suas vestes & tunicas suspendissent & sibi dedissent, omnia mala procul esse fugata.

*Hibernum frigidum.*] Exagitationi miseram illarum mulierum superstitionem, quæ omnia agebant, etiam durissima, quæcunque sacerdos iussit, id est, Tanta in his mulieribus superstitionis reverentia & observantia est, ut si Io per sacerdotem iubere dicatur, illa omnia exsequatur, etiam quæ cum vitæ periculo coniuncta erunt. Nudis nempe pedibus in amnem hibernum glacie concretum fracta glacie descendit. Et matutino tempore in Tiberi toto corpore submergitur, & in ipsis vorticibus, in ipsa medietate fluminis, timidum & supersticiosum suum caput abluir.

*Ter matutino.*] Ut se expiet ex præcepto sacerdotis, & glaciem frangat, & mane Tiberis aqua submergetur. Persius:

*Hæc sancte & possas Tiberino in gurgite mergi  
Mane caput bis terq; & noctem flumine purgas.*

Et Horatius de simili superstitiosa pro filio febricitante, votum facienter

*Frigida si puerum quartana reliquerit illo  
Mane die, quo tu inducis te iunia, nudus  
In Tiberi stabit, Cæsus medicus, sue lenabit  
Ægrum ex præcipiti, mater deliræ necabit,  
In gelida fixam ripa, febriq; reducit.*

*Timidum caput.*] vel ob mala futura, quæ sacerdos prædixit, vel supersticiosum. Omnis enim supersticio Deum metuit.

*Inde superbi.*] i. Manibus & pedibus instar brutorum, per totum campum Martium, vel agrum Tarquinii Superbi, quem Brutus Marti consecrauit perreper, Idque genibus attrita pelle cruentis, & nuda illud faciet, & frigore tremebunda.

*Sic candida.*] Io Inachi filia, quam Iupiter stupravit, & à Iunone deprehensus, in candidam vaccam eam transformavit, celare volens factum, quod Iuno sciens eam dono sibi petiit & acceptam Argo centoculo custodiendam tradidit, qui à Mercurio iussu Iouis occisus. Hæc Io deceptum Iunonis ira nusquam tuto mundum mittere peruegaretur, à Ioue malorum requiem

petiit. Quæ intercedente Ioue Iunoni reconciliata & in veterem formam transformata inter Deas in cælum relata, Iſis poſtea dicta, & ab Aegyptiis culta fuit. i. Si Iſis dicatur hoc iubere per ſacerdotem ſuum.

[*Ibit ad Aegypti.*] Si iubeatur ab Iſide ad Aegypti extremitatem ire & à Meroe Aethiopiz inſula aquas calidas petere, vt illas in ſuam ædem vel templum ſpargat, illud conſeſtim faciet.

[*Calidas.*] Ob illam regionem, cui Sol ad verticem propius accedit.

[*Meroe.*] Ciuitate Aegypti, vt alii, Nili inſula, in Aethiopia.

[*Antiquo.*] ~~Idem~~ Quod templum ſurgit vel ædificatur eſt ad proximum antiano ouili vel palatio, vel regis Romuli, vt Probus explicat, quia Romulus & tenqui paſtores ſibi ſuis ovis paſcebant. Alii cenſent, quod fuerit in campo Martio vicinum ouili, quod ibidem in memoriam, quod ibi Romulus & paſtores pecora pauerint, extructum ſit.

[*Credit enim ipſius.*] id eſt, Matrona adeo ſuperſtitioſa eſt, vt cum monetur à ſacerdote credit ſe admoneri voce ipſius Iſidos dominæ, vel credit in ſomnis illam ſibi apparere, & talia iubere Vel credit ipſam Deam per Gallum ſacerdotem loqui, & illa ſibi imperare.

[*En animam & mentem.*] Amara ironia & irriſio. Nimirum tum mulier adeo impudica & flagitiola digna eſt cum qua Dii nocturna colloquia inſtituant.

*Ergo hic præcipuum, ſummumq; meretur honorem.*

*Qui grege linigero circumdatus, & grege caluo*

§ 33

*Plangentis populi: currit deriſor Anubis.*

*Ille petit veniam, quoties non abſtinet vxor*

*Concubitu, ſacris obſeruandisq; diebus,*

*Magnaq; debetur violato pœna cadurco:*

*Et mouiſſe caput viſa eſt argentea ſerpens.*

§ 40

*Illius lacrumis meditataq; murmura præſtant,*

*Vt veniam culpa non abnuat. Anſere magno*

*Scilicet, & tenui popano corruptus Oſyris.*

Perſequitur de ſuperſtitione mulierum, quod cœpit.

[*Ergo hic.*] id eſt, Hic igitur Iſidis Ant. ſtes, qui circumdatus eſt multitudine hominum candido linteamine cinctorum, & ſummus & præcipuus & in ſummo honore eſt apud ſuperſtitioſas hæc beſtias.

[*Grege linigero.*] ita dicti reliqui ſacerdotes Iſidis, ſummum ſacerdotem comitantes, qui veſte linea utebantur.

[*Grege caluo.*] Quia Iſidis ſacra celebraturi capillum funditus deradebant. Teſtatur hoc Apuleius & Plinius.

[*Plangentis populi.*] i. Qui ſummus Ant. ſtes in illis ſacris vt Anubis, vel Anubidis canis perſonam ſuſtineens ciuitatem currendo luſtrat, plangentis populi irriſor, vel qui deridet populum cum planctu Apim bouem quærentem.

[*Plangentis p.*] Multitudinis, Apim bouem, cum planctu quærerere ſolite.

[*Deriſor.*] Haud dubie eam nebulo ille ſciebat talibus ſacris populum ludibrio haberi.

*Porro in Iſidis ſacris præibat canis Anubis*

dictus, cuius hic Ant. ſtes perſonam ſuſtinebat. Eius cukoſes linteas veſtes gerebant, capilloſque funditus deradebant, & Apim bouem lugentes illo cane comitati vel ducti quærebant. Apul. lib. 11. Dioporus l. b. i. Plin. lib. 8. cap. 43.

[*Anubis.*] Filius fuit Oſiridis, qui in ſpecie canis colebatur, quod in inſigni canem geſſit, vt Macedo ſiater lupum.

*Illepe-*

*Ille petit veniam.*] id est, Hic summus sacerdotum Antistes pro vxore intercedit apud Deam suam Isidem, cum vxor diebus festis à concubitu cum viro non abstinere. Nam qui viri Isidi sacra faciebant, illi per nouem dies abstinere à mulierū concubitu. Notat hic superstitionem mulierum, quæ cum à concubitu diebus festis, & cum reuerentia obseruandis non abstinuissent, adibant hunc Antistitem, vt pro illis intercederet.

*Magnaque debetur.*] Hoc mulieri persuadent, se magnam pœnam promeruisse, quod caducum violant.

*Violato cadurco.*] id est, cum diebus festis velum pensile & quadratum tegmen, quo lectuli ostenduntur esset violatum. id est, cum lectus concubitu esset contaminatus. Probus ait cadurcum esse membri muliebri velamen. Al. i legunt caduceo, id est, Caduceum vel Mercurius cuius insigne est caduceum, vel Osiris, qui nil aliud quam Mercurius, si sanctis diebus alicuius mulieris concubitu violatus sit tum magna multa ipsi debetur,

*Es mouisse caput.*] i. Quamuis culpa & pœna grauis sit, tamen intercessione, & lacrimis illius antistitis argentea serpens in templo Isidis & imagine Osyridis eanem & lupum complectens illa caput in siguum veniæ mouisse vita est, & precibus adiuuasse.

*Illius.*] Isiaci sacerdotis.

*Meditatq; murmura.*] id est, Tacite antistitis preces cum susurro pro muliere iam ante meditatz & animo conceptæ efficiunt, vt Isis veniam culpæ det. Est Ironia & irrisio.

*Ansero magno.*] Ironia. quasi vero Dii libo & muneribus oblatis corrumpantur, & à priori lata sententia abstant, nec pœnas debitas promerentibus irrogent. Est ergo irrisio & ironia. Nimirum Deus ille Osiris victimis & sacrificiis corruptus à pœna abstinet.

*Ansero.*] Solebant Isidem ansero colere, & popano, id est placenta tenui lata & romada teste Herodoto lib. 2.

345 Cum dedit ille locum, cophino sænoq; relicto,  
Arcanam Indæ tremens mendicat in aurem,  
Interpres legum Solymaram, & magna sacerdos  
Arboris, & summi fida internuncia cœlis  
Implet & illa manum, Sed parcius ære minuto,  
Qualiacunque voles Indæ somnia vendunt.  
350 Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi  
Testamentum ingens calida pulmone columba  
Tractato, Armenius, vel Commagenus Arsipex  
Pectora pullorum rimatur & exta catelli  
Interdum & pueri, FACIET QVOD DEFERAT IPSE,  
Chaldaïs sed maior erit fiducia. QVIDQVID  
355 DIXERIT ASTRONOMVS credent de fonte relatum  
Ammonis, quoniam Delphis oracula cessant,  
Et genus humanum damnat caligo futuri.  
Precipuus tamen est horum, qui sapius exsul,  
Cuius amicitia, conducendâq; tabellâ  
360 Magnus ciuis obit, & formidatus Orthoni,  
Inde fides artis, sonnit si dextera ferro  
Lanaq; si longo castrorum in carcere manfit.

petiit. Quæ intercedente Ioue lunoni reconciliata & in veterem formam transformata inter Deas in cœlum relata, Iſis poſtea dicta, & ab Egyptiis culta fuit. i. Si Iſis dicatur hoc iubere per ſacerdotem ſuum.

[*Ibi ad Egypti*] Si iubeatur ab Iſide ad Egypti extremitatem ire & à Merce Æthiopiz inſula aquas calidas petere, vt illas in ſuam ædem vel templum ſpargat, illud conſeſtim faciet.

[*Calidas.*] Ob illam regionem, cui Sol ad verticem propius accedit:

[*Merce.*] Ciuitate Egypti, vt alii, Nili inſula, in Æthiopia.

[*Antiquo.*] id est, quod templum ſurgit vel ædificatum eſt ad proximum antiocho ouili vel palatio, vel regis Romuli, vt Probus explicat, quia Romulus & ſequi paſtores ſibi oues ſibi paſcebant. Alii cenſent, quod fuerit in campo Martio vicinum ouili, quod ibidem in memoriam, quod ibi Romulus & paſtores pecora pauperum, extructum ſit.

[*Credit enim ipſum.*] id eſt, Matrona adeo ſuperſtitioſa eſt, vt cum monetur à ſacerdote credit ſe admoneri voce ipſius Iſidos dominæ, vel credit in ſomnis illam ſibi apparere, & talia iubere. Vel credit ipſam Deam per Gallum ſacerdotem loqui, & illa ſibi imperare.

[*En animam & mentem.*] Amara ironia & irriſio. Nimirum tum mulier adeo impudica & flagitiola digna eſt cum qua Dii nocturna colloquia inſtituant.

*Ergo hic præcipuum, ſummumq; meretur honorem.*

*Qui grege linigero circumdatus, & grege caluo*

335 *Plangentis populi: currit deriſor Anubis.*

*Ille petit veniam, quoties non abſtinet vxor*

*Concubitu, ſacris obſeruandisq; diebus,*

*Magnaq; debetur violato pœna cadurco:*

*Et moniſſe caput viſa eſt argentea ſerpens.*

340 *Illius lacrumis meditataq; murmura præſtant,*

*Vt veniam culpa non abnuat. Anſere magno*

*Scilicet, & tenui popano corruptus Oſiris.*

Perſequitur de ſuperſtitione mulierum, quod cœpit.

[*Ergo hic.*] id eſt, Hic igitur Iſidis Ant. ſtes, qui circumdatus eſt multitudinẽ hominum candido linteamine cinctorum, & ſummus & præcipuus & in ſummo honore eſt apud ſuperſtitioſas hæc beſtias.

[*Grege linigero.*] ita dicti reliqui ſacerdotes Iſidis, ſummum ſacerdotem comitantes, qui veſte linea utebantur.

[*Grege caluo.*] Quia Iſidis ſacra celebraturi capillum funditus deradebant. Teſtatur hoc Apulcius & Plinius.

[*Plangentis populi.*] i. Qui ſummus Ant. ſtes in illis ſacris vt Anubis, vel Anubid's canis perſonam ſuſtinens ciuitatem currando luſtrat, plangentis populi irriſor, vel qui deridet populum cum planctu Apim bouem querentem.

[*Plangentis p.*] Multitudinis, Apim bouem, cum planctu querere ſolite.

[*Deriſor.*] Haud dubie eam nebulo ille ciebat talibus ſacris populum ludibrio haberi.

*Porro in Iſidi ſacris præibat canis Anubis*

dictus, cuius hic Ant. ſtes perſonam ſuſtinebat. Eius cutores linteas veſtes gerebant, capilloſque funditus deradebant, & Apim bouem iugentes illo cane comitati vel ducti querebant. Apul. lib. 11. Dioporus lib. 1. Plin. lib. 8. cap. 43.

[*Anubis.*] Filius fuit Oſiridis, qui, in ſpecie canis colebatur, quod in ſigui canem geſſit, vt Macedo ſiater lupum.

*Illepe-*

*Ne petit veniam.*] id est, Hic summus sacerdotum Antistes pro vatore intercedit apud Deam suam Isidem, cum vxor diebus festis à concubitu cum viro non abstinet. Nam qui viri Isidi sacra faciebant, illi per nouem dies abstinere à mulieru concubitu. Notat hic superstitionem mulierum, quæ cum à concubitu diebus festis, & cum reuerentia obseruandis non abstinuissent, adibant hunc Antistitem, vt pro illis intercederet.

*Magnaque debetur.*] Hoc mulieri persuadent, se magnam pœnam promeruisse, quod cadu- cum violant.

*Violato cadurco.*] id est, cum diebus festis velum pensile & quadratum tegmen, quo lectuli obtegebantur esset violatum. id est, cum lectus concubitu esset contaminatus. Probus ait cadurcum esse membri muliebri velamen. Al. i legunt caduceo, id est, Caduceum vel Mercurius cuius insigne est caduceum, vel Osyris, qui nil aliud quam Mercurius, si sanctis diebus alicuius mulieris concubitu violatus sit tum magna multa ipsi debetur;

*Et mouisse caput.*] i. Quamuis culpa & pœna grauis sit, tamen intercessione, & lacrimis illius antistitis argentea serpens in templo Isidis & imagine Osyridis canem & lupum complectens illa caput in siguum venæ mouisse vita est, & precibus adiecit.

*Illius.*] Iliaci sacerdotis.

*Meditatq; murmura.*] id est, Tacite antistitis preces cum susurro pro muliere iam ante meditatz & animo conceptæ efficiunt, vt Isis veniam culpæ det. Est Ironia & irrisio.

*Ansero magno.*] Ironia. quasi vero Dii libo & muneribus oblati corrumpantur, & à priori lata sententia abstinent, nec pœnas debitas promerentibus irrogent. Est ergo irrisio & ironia. Nimirum Deus ille Osiris victimis & sacrificiis corruptus à pœna abstinet.

*Ansero.*] Solebant Isidem ansero colere, & popano, id est placenta tenui lata & rotunda teste Herodoto lib. 2.

345 Cum dedit ille locum, cophino fœnoq; relicto,  
Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem,  
Interpres legum Solymaram, & magna sacerdos  
Arboris, & summi fida internuncia cœlis  
Implet & illa manum, Sed parcius ære minuto,  
Qualiacunque voles Iudæa somnia vendunt.  
350 Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi  
Testamentum ingens calida pulmone columba  
Tractato, Armenius, vel Commagenus Arnspex  
Pectora pullorum rimatur & exta catelli  
Interdum & pueri, FACIET QVOD DEFERAT IPSE,  
Chaldaïs sed maior erit fiducia. QVID QVID  
355 DIXERIT ASTRONOMVS credent de fonte relatum  
Ammonis, quoniam Delphis oracula cessant,  
Et genus humanum damnat caligo futuri.  
Precipuus tamen est horum, qui sepius exsul,  
Cuius amicitia, conducendâq; tabellâ  
360 Magnus cinis obit, & formidatus Othoni,  
Inde fides arti, sonuit si dextera ferro  
Lanaq; si longo castrorum in carcere mansit.



NEMO MATHEMATICVS Genium indemnatus habebit

Sed qui pane perit, cui vix in Cyclada mitti

565

Contigit, & parua tandem caruisse Serypho.

Reprehendit iam easdem mulieres superstitiosas, & primo quidem Iudæis adherentes.

*Cum dedit ille.*] Cum Iſidos sacerdos abiit, & locum dedit, tunc Iudæa suppellectili sua pamperculâ cophino & ſæno relicta ipſi ſuccedit, & male veſtita ac tremens, mulieri Romanæ ſuperſtitioſæ in arcanam & clanculum admotam aurem, vel cui arcana & ſecreta ſuſurrantur, rat potius, mendicat.

*Mendicat in aurem arcanam.*] i. Sub obtentu religionis clanculum illi in aures aliquid inſurrat, & ab illa poſtea aliquid petit.

*Arcanam.*] Cum non Deorum, ſed Dei vnus nomine ſtipem peterent, palam id facere non audebant. Romani enim Deos patrios negligi indigniſſime ferebant. Ergo non palam ſtipem rogat, ſed clam in aurem arcanam mendicat.

*Interpres.*] Hieroſolimitanarum & Iudæarum, quæ in veteri teſtamento habentur.

*Es magna ſacerdos.*] Quæ vt ſacerdotes Dodonæ, ſub ſago & reſponſa, & oracula poteſt reddere, teſte Herodoto. Eo Satyrice alludit: Nam Iudæi eo tempore in ſyluis degebant, vt Sat. 3. dictum eſt.

*Et ſummi.*] Quæ Dei ſumma ad nos, & noſtra ad Deum deſert, idque certe ac fideliter.

*Implet & illa.*] i. Mulier ſuperſtitioſa his Iudæis etiam aliquid donat, ſed parcius quam ſacerdotibus Iſidos.

*Ære minuto qualiacunque.*] i. Pro minuto etiam ære Iudæi qualiacunque ſomnia & qualeſcunque vanitates tibi vendere non grauabuntur. quaſi dicat, Ein Lüge iſt ihm nicht theuer. Notat ſordes pariter & impoſturas Iudæorum irriſorie.

*Spondet amatorem.*] Notat iam illos, qui Armeniis, & aruſpicibus vaticinantibus fidem haberent, etiam conſulentes illos in rebus improbis, id eſt, Aruſpex aliquis ex Armenia, vel Commagenus ex parte illa Syriæ, cum pulmonem vel inteſtina columbæ adhuc calidæ & palpitantis inſpexit, mulieri tali omnia fauſta & felicia futura prædicit, ipſique amatorem teuerum & formoſum inde pollicetur, vel maximam & ingentē hæreditatem ex teſtamento diuitis cuiuſdam orbi.

*Calida.*] paullo ante diſſectæ, adhuc viuæ & palpitantis, id eſt, cum exta, viſcera & pulmones inſpicit.

*Tractato.*] id eſt, quod ſcrutatus & manibus rimatus eſt aruſpex.

*Pectora pullorum.*] id eſt, Studioſe pectus & inteſtina pullorum & catelli in troſpicit. Sic Virgilius,

*Pectoribus inhians ſpirantia conſulis exta.*

*Interdum & pueri.*] Scilicet occiſi & maſtati exta inſpicit. Notandum hoc loco extremam illam ſuperſtitionem, ne ſanguini quidem humano peperciſſe.

*Facit quod deſerat.*] id eſt, Aruſpex ipſe illud committeret, quod ipſe æcuſet & obiciat aliis. Sic Egnatius Philoſophus Stoicus filiam Baræ Sorani ad magiam hortatus eſt maguſiſpæ eamque poſtea accuſauit, & apud Neronem detulit. Ob quam rem cum patre à Nerone mori iuſſa eſt, id eſt, patrabit infantidium, quod iudicio ſuæ poſtea deregat, vt propoſitam præmium delationis conſequatur. Id quod à delictorum complicitibus hodie quoque fieri videmus. I. Parrhaſius.

*Chaldæi ſed maior.*] Indicat iam, quod ſuperſtitioſæ illæ mulieres plus tamen tribuant Chaldæis & aſtologis, quam aruſpicibus. Porro Chaldæi in Syria ob cognitionem Aſtrogicam magnam laudem erant adepti. Teſte Diodoro & Cicerone.

*A fonte*

*A fonte Ammonis.*] Tanquam ex sacro tripode profectum, ut ab ipso Ioue Ammone dictum, tanquam ipse Iupiter Hammon illud à fonte protulisset, alii legunt à fronte. Nam ibi non responsa, ut apud Delphos verbis dabantur, sed nutu & signis. Origo ergo oraculi talis. Dionysius vel Bacchus cum exercitum in Africam duceret & aquæ penuria laboraret, subito ei aries ex arena comparuit, & Liberum Bacchum ad aquam produxit. Vnde Bacchus arietem Iouem Ammonem appellavit, quod ἰζ αἰῶνος vel arena produisset. Eique ibi templum construxit, ubi aquæ competeret sunt. Distabat autem ab Alexandria 9. dierum spatio.

*Quoniam Delphus.*] Scopitice hoc dicit, quasi illi astrologi oraculorum defectum supplere debent. Scripsit Plutarchus librum de Oraculorum suo tempore defectu. Et mire misereque seq̃torquet, ut aliquam causam defectus inueniat. Sed frustra. Christus autem suo aduentu Dæmones prodigavit, & omnibus oraculis Dæmonum, illud solemne apud Evangelistas Marci 1. & Lucæ 4. φημί τε ὁ σιωπῆσαι, & æternum silentium imposuit. Id quod Oracula ipsa testantur. Nā vicinum ad Augustum Oraculum.

Παῖς Ἐβερῆος κλέσσει με θεοῖς μετὰ ῥήσιν αἰνέσσει  
Τόδε δέ μοι προελπίειν τι, καὶ αἶψα κούβητος ἵκασθαι.

Et tibi

Οἱ οἱ μετὰ ῥήσιν αἰνέσσειν καὶ προελπίειν.

Et alio tempore.

Πρόβητος δ' ἔκ ἐστιν αὐτῶν ῥήσιν λαλὸν ὁ μὲν.

Alibi vero plorandus Apollo inquit:

Οἱ οἱ μετὰ πόδες σταχθεύει, οἷχεν Ἀπόλλων  
Οἷχεν ἔπι φλογέον με θεῶν ἔργων φῶς.

*Caligo.*] Obscuritas & ignorantia rerum futurarum.

*Præcipuum tamen.*] Acrius inuehitur in Superstitionem mulierum credentium Astrologia, quibus ut perniciosissimus quisque erat, ita maximam habebat fidem. i. Licet omnibus Astrologis fidem habeant, tamen inter hos Astrologos omnium primus & præcipuus est, iique tanquam præcipuo maior fides habetur, qui ob vaticinia sua sæpius quam reliqui in exilium eiectus est, sed ob futurorum scientiam reuocatus.

*Cuius amicitia.*] i. Per cuius amicitiam, & tabellas iudiciorum Astrologicorum magno precio ab Othone emendas, cui contra Galbam victoriam pollicebarur, Sergius Galba Othonis hostis obiit, ut Astrologus fuerat vaticinatus. Nam Mathematici & Astrologi, quia de rebus futuris vaticinabantur, & multis victoriam contra hostes pollicebantur, suo vaticinio sæpe magis seditionis & civilis belli auctores erant. Quia autem sæpe illis diffidebant, eos tam diu in exilium vel in carcerem, donec vaticinia adimplerentur, coniciebant. Quod si euentus non responderet manebant exules, aut in carcere moriebantur. Sin forte prædicta evenirent, reuocabantur, ab exilio, aut è carcere liberabantur, & postea tanquam diuini in summo honore habebantur.

*Qui sapiens exsul.*] Fuit, sed quia euentus vaticinio respondit reuocatus fuit.

*Cuius amicitia.*] i. Per cuius amicitiam & familiaritatem cum Othone & per cuius tabulam vel chartam, cui iudicia sua Astrologica inscripserat, & quæ magno precio conducenda erant, non & cedens futura magni Romani cuius imperatoris Sergi. Galbæ prædicta fuit.

*Amicitia.*] quasi Otho amicitiam, & tabellas illius Mathematici precio redemerit. & conduxerit. Intelligit autem Seleucum Mathematicum. Testis Suet.

*Tabella.*] In qua thema & constitutio cæli erecta, addito de illis iudicio, & vaticinio.

*Magnum cuius.*] Sergium Galbam intelligit, qui teste Suetonio à Seleuco Astrologo accusatus, quod eius Horoscopo Imperatori Othoni periculum imminere diceret. Hanc, inquit Suetonius, operam præstabant Astrologi, ut rebus nefariis consulerent.

*Obiit.*] pro obiit, vel obiit. Syncope, quæ producit hanc syllabam.

*Formidatus.*] Æmulus enim Imperii erat.

*Inde fides arti.*] Hinc Astrologice arti fides habetur à feminis si aliquoties ante Astrologus

Hh

fuerit in vincula coniectus, si dextræius ferreis manicis, pedes pedicis fuerint cōstricti, & quod vera dixerit ex carcere rursus fuerit exemptus.

*Silango* ] Erat carcer triplex, Urbicus vt turris, Rusticus vt ergastula, castrensis, cum captiui trahebantur catenari. Erant & in castris statui carceres. Denuebantur in eo vates ab eo cui victoriam promiserant, vel suo vaticinio ademerant, donec euentus rei fuisset securus, locus morituri.

*Nemo Mathematicum.* ]i. Nemo Mathematicorum genium vel animum futuris rebus dignoscendis aptum & perspicacem habere creditur, qui aliquoties non sit condemnatus.

*Indemnatus.* ] Non condemnatus, quod forte ingrata prædixisset, quæ tamen euenerunt.

*Sed qui pane perit.* ] Qui sua arte prope vitæ periculum incurrit. Dem est hart beim halse ist hergangen.

*Cui Vix in Cyclada.* ]i. Qui supplicio adficiendus, & cui per singularem gratiam & misericordiam vix ægre contigit exilio mulctari, & in Cycladam insulam mitti. Erat hæc insula in Ægeæ Sinu exilio noxiorum destinata. i. Qui ob vaticinii atrocitatem vix dignus erat relegari, sed debebat statim occidi.

*Et parua tandem.* ] Erat Seryphus vna Cycladum, ad quam, vt in Gyraon socii relegabantur. Erat autem Seryphus graue exilium. Post longum exilium tandem aliquando reuocari, & in exilio parua insulæ Seryphi caruisse.

570: *Consultat Ictericæ lento de funere matris  
Ante tamen de te Tanaquil tua, quando sororem  
Efferat & paruos. An sit victurus adulter  
Post ipsam, quid enim maius dare numina possunt:  
Hæc tamen ignorat, quid sidus triste minetur  
Saturni, qua lata Venus se proferat astro.  
Qui mensis damno, qua dentur tempora lucro.  
ILLIVS OCCVRSVS etiam vitare memento  
In cuius manibus, ceu pinguis succina, tritas  
575: Cernis Ephemerides, quæ nullum consulit, & iam  
Consultitur: quæ castra viro, patriamq; petente  
Non ibit pariter numeris reuocata Thrasylli.  
Ad primum lapidem vectari cum places, hora  
Sumitur ex libro, si prurit frictus ocelli.  
580: Angulus, inspecta genesi collyria poscit,  
Aegra licet iaceat, capiendo nulla videtur  
Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosiris.*

Notat iam quid quærerent mulieres ex Astrologis, & quod plurimæ mulieres ipsæ Astrologiam exercerent.

*Consultat Ictericæ.* ]i. Tanaquil vxor tua Astrologis summopere dedica consulit astrologum, quando tandem mater moritura sit, quæ tardo morbo Ictero labores, quam cupit iam dudam mortuam.

*Tanaquil tua.* ] Pro qualibet superstitiosa ponitur, qualis fuit illa Tarquinii Prisci vxor Astrologiæ peritissima, quæ Mathematicæ fuit studiosissima. Est autem Icteros Iussusio bilis fluxus per totum corpus, morbus regius vel arquatus. Die Selbstsucht.

*Ante tamen.* ]i. De te tamen viri sui funere prius eam consulit, quem citius adhuc mori quam matrem desiderat.

Quam.

*Quando forem*] i. Quando mortitura sit soror, & patruus, ut illos mortuos ad sepulturam effertur, eorumque bonis potiatur.

*An sit vitiosus ad*] i. Querit de morte viri, & vita sui adulteri, an etiam ille diutius se viturus sit.

*Quid enim maius*] Scopitice & Satyrice. Quasi nihil maius & excellentius tali mulieri à Diis dari possit, quam longa felicitas & valetudo ac vita mœchi sui: Quam ut adulter quem illa omnibus rebus præfert viuat, valeat, & se etiam mortua sit superstes.

*Hæc tamen ignorat*] His sequentibus iam notat illas mulieres, quæ ipsæ erant Astrologæ, dicebant illas tolerabiliore esse, quæ astrologos consulant, eo quod astrologiam ipsæ ignorent, & quæ horum qualitates & potentias Planetarum.

*Sidera triffe*] Inominata illa & frigida stella Saturni, maleficum, & infortunatum sidus.

*Quo lato Venus*] Cum quo signo vel sidere Venus orta læta sit ac fausta, fortunata, ac benigna.

*Qui mensis damno*] i. Quæ tempora ex stellarum constitutione lucrum, & quæ damnum alitura sint. Hæc à stolidis illis alogis astrologis verbosissime tractantur.

*Illam occursum*] tam contra Antapodosi demonstrat prorsus intolerabiles & pessimas illas esse, quæ ipsæ Astrologiam didicerint, & in manibus Ephemerides quotidie vel assidue terant, nihilque incipiant nisi prius ex libro vel Ephemeridibus sumto iudicio. Has tanquam pessimas & tem parum fastidiam vitandas esse monet, quasi periculosum sit talibus mulieribus occurrere, & obuiam fieri.

*In cuius manibus*] i. Quæ Astrologorum Ephemeridas quotidiano vsu in manibus versans, ita attriuit, ut colorem papyri muteat, & [manuum sudore ac pinguedine pinguis succinis non dissimiles sint. Eo dicit, nam papyrus vel membrana sudore & pinguedine manuum infecta translucent inftar pinguis succini. Vel resina in pineis arboribus, gummi in cerasis, quæ si manibus attrites, sordes & paleas facile contrahunt.

*Ephemerides*] Singulorum dierum cœli constitutionem continentes.

*Qua nullum consulit*] Astrologum, cum ipsa eius artis sit satis perita.

*Consulit*] iam ab aliis, qui ab ipsa astrologa consilium petunt, i. quæ ipsa Astrologiam didicit, & ob id ab aliis tanquam peritissima consulitur.

*Quæ castra viri*] Notat effectum pestiferæ artis astrologicæ, inter maritum & coniugem discordiam. i. Cuius vir siue castra petat, siue è militia domum repetat, non una cum ipso proficisci vult, si videat, cœli faciem infortunatam esse per calculationem, numeros, vel Ephemerides Thraſylli, qui fuit nobilis Mathematicus Tiberii tempore.

*Renocato*] Suis astrologicis calculationibus imminenti sibi periculi præscia.

*Thraſylli*] Multarum artium scientiam ille profectus. Denique se Platonice sectæ & Mathematici dedit. Hunc postea Tiberius in insula Rhodo in pelagus, quasi conscium præmissæ dominationis præcipitari iussit.

*Ad primum lapidem*] Exaggerat superstitionem illam Astrologicam satis Satyrice. Si illi mulieri placeat curru vel vehiculo vectari ad vnum miliare, hora & opportunitas sumitur ex libro mathematico & Ephemeridibus.

*Si prurit*] Miram superstitionem notat & irridet. i. Si vel angulus ocelli fricando attritus vel rubens, digitis fricando veratus & exasperatus prurit, prius inspicit suum thema, vel genituræ suæ calculationem, & tum demum oculorum medicamina adsumit.

*Extra licet*] Licet morti vicina sit, & cibo saluari possit, illum tamen cibum non prius sumit, quam librum Petosyris Astrologi consuluerit. Petosyris Ægyptius insignis fuit Astrologus, teste Plinio, & Suida.

*Si mediocris eris spatium lustrabit utrumq;  
Metarum, & sortis ducet frontemq; manumq;  
Præbebit vati, crebrum poppyſura roganti.*

Hb 2

*Diuitibus responsa dabit Phryx augur, & inde  
Conductus dabit astrorum, mundi, peritus,  
Atq. aliquis senior, qui publica fulgura curat.  
Plebeium in circo positum est, & in aggere fatum.  
Qua nudis longum ostendit cervicibus astrum:  
Consulit ante Phalas, Delphinorumq. columnas  
An sagā vendenti nubat caupone relicto.*

Dixit de diuitibus matronis earumque ridicula superstitione, pergit iam dicere de tenuioribus, non magnarum facultatum, quæ adibant qui sortilegos consulant, qui minoris sint conditionis, quam Astrologi. Hoc genere diuinationis per sortes humiliores utebantur. Immediatè fortunæ mulier, non haruspices & Astrologos, sed sortilegos adibit.

*Spatium lustrabit Strugq. metarum*) Propositarum scilicet. Sortilegi enim duos locos sibi eligebant, quos lustrabant & circumibant. Deinde per illos locos sortes vel taxillos iactabant, quo exinde, quod suæ geneleos signum se accommodauerit inspicitur nunquid viuat, & quando. Et paucis ex verbis ibidem conscriptis ita suas sortes educabant.

*Frontemq. ji.* Chiromantico & Metoposcopo manum & frontem introspectendam præbebit, vari inquam pro mercede postulant crebrum poppyfima, labiorum inter se collisorum strepitum, osculum cum sonitu. Quidam concubitum intelligunt, quem vates illi precii loco à tenuioribus illis feminis exigereant, in quo sonitus quidam creber fiat, quod & Martialis alicubi dicit. Verum quærent illi obscenitatem ubi nulla est.

*Diuitibus responsa dabit.* ] Per dissimilitudinem indicat tenuiorum & ditiorum vates & superstitiones. i. Diuites adibant augures & astrologos quos consulunt.

*Phryx augur.* ) Cic. i. de diuinatione, testatur quod Phryges, Cilices, & Arabum natio significationibus auium plurimum obtemperant.

*Et Indus conductus.* ji. Indus aliquis astrologus à mulieribus ditioribus constituta mercede conductus.

*Aut aliquis senior* ji. qui habet aliquam publicam curam fulgurum, Nam cum fulgura cadebant, aderant expiatores, qui locum cæsis bidentibus expiarent, quem locum clausum & septu bidental appellabant. Perfrus.

*An quia non fibris ouium Ergennaque iubente  
Triste iaces lucu, enitandumq. bidental.*

*Plebeium in circo.* ] Ait iam rursus quos vates tenuiores, & plebei habeant. i. Responsum de fato mulierum plebeiarum positum est in circo, & in aggere. quo sese plebeiz ad diuinatorum suos conferunt.

*In circo* ] In ludis circensibus.

*In aggere.* ] qui erat ad circum, ubi prostabant meretrices, quæ responsa dabant.

*Qua nudis.* ji. Meretrix, quæ nudo collo aurum gestat, consilium dat cauponariæ, cum quo matrimonium contrahat. In circo enim plurimi erant vates, astrologi, sortilegi. Vnde Horatius ait, Fallacem circum, & alter Poeta ait.

*Non vicarios aruspices, non de circo Astrologos.*

*Longum aurum.* ] monilia.

*Ante phalas.* ] Erant ligneæ turres. Nam Agrippa circensibus ludis aliquo in peragendis missilibus errore, spaciolorumque numero decipi videas, Delphinas in circo posuit, & ad omni speciem machinas, & ædificia, quibus indicaretur, quoties quis decursis circi spatiis, ambitaque meta rediisset ad calcem.

*Delphinorum columnas.* ] Quidam Delphinas intelligunt ante templum Cai Domitii, ubi Delphinibus Dii & Deæ maris insidebant.

*An saga.* ji. An caupone priori marito deserto negotiatori sagario nubere debeat.

Ha

*Ha tamen & partus subeunt discrimen, & omnes  
Nutricia tolerant fortuna urgente labores.*

193

*SED IACET aurato vix villa puerpera lecto.  
Tantum artes huius, tantum medicamina possunt,  
Quae steriles facit, atq; homines in ventre necandos  
Conducit, Gaude infelix, atq; ipse bibendum  
Porrige quisquid eris. Nam si distendere velles,*

606

*Et vexare utrum pueris salientibus, esses  
Aethiopis fortasse pater. Mox decolor heres  
Impleret tabulas nunquam tibi mane videndus,*

Excusat iam tenuiorum mulierum superstitionem, quae tamen labores partus subirent, & transit ad ditionum scelera, quae partus dolores & ærumas subire nolentes, per potiones partus abigebant, quibus longe meliores esse plebeas, quæ pariebant & educabant.

*Et omnes nutrices.* ]i. Educant.

*Fortuna Urgente.* ] Paupertate, & partus & educationis labores subeunt.

*Sed iacet aurato.* ] Diues mulier, quæ in aurato lecto iacet, nunquam est puerpera. Partus enim dolorem sustinere non vult.

*Tantum artes huius* ] Obstetricis, vel veneficæ malæ artes & veneficia, quæ suis potionibus mulieres facit steriles.

*Medicamina* ] Venena partum exstinguentia & expellentia.

*Steriles facit.* ] Erant enim pocula, quæ homines & mulieres plane faciebant steriles, & infecundos. Hæc intelligo de venefica.

*Atq; homines.* ]i. quæ nutritrix pro mercede constituta conducit veneficæ ad homines in utero matris conceptos & formatos necandos & expellendos. i. Eam conducit quæ necet homines in ventre. Vltima verba de nutrice intellige. Indicio est verbum conducit, Vade sit ut malum legeret, Et quæ homines. Ut duæ notentur. Etiam atque etiam nota, quod factus conceptos homines appellet.

*Gaude infelix,* ] Apostrophe ad infelicem maritum. i. Tu ô miserrime gaude (sunt iterum cōtraria) cum vxor tua abortum facit & non dole. Et ipse ipsi abortiuum poculum porrige, ut per adulterium conceptum partum abigat.

*Ipsæ porrige.* ] Vt partum abigat, quem non ex te, sed forte ex Æthiope adultero suscepit, à se abigat.

*Quidquid eris* ] Veneficii vel potionis ad abigendum partum.

*Nam si distendere velles.* ]i. Si mulier tua concipere & parere vellet, Vel si vxor tua adultera gaudio fieri, & verum suum implere, ac distendere vellet, ipsumque vexare & aggrauare pueris salientibus & partui vicinis. Tunc tu fortassis appellareris pater Æthiopis, quem vxor tua adultera ex frædo ac deformi Æthiope per adulterium concepisset, cuius tu pater adpellareris tanquam illum ex te concepisset.

*Mox decolor heres.* ] Scoptice hæc & sarcastice dicit, Sensus, Et postea hunc nigrum & decolorum filium non tuum, sed serui Æthiopis ex testamento hæredem constituere cogeres, qui testamenti tui tabulas esset impleturus.

*Nunquam tibi mane videndus* ] Hoc eo dicit, quia inauspicatum habebatur si Æthiops mane primus alicui occurrisset, & credebatur mali quippiam portēdere. Sat. 4. de eodē dixit sed aliter.

*Et cui per mediam nolis occurrere noctem.*

*Clinosa Geherio cum per monumenta Latina.*

*Transco suppositos, & gaudia, vota q; sepe  
Ad spurcos decepta lacus, atq; inde petitos  
Pontifices, Salios, Scamiorum nomina falso*

608

Hb 3

*Corpore laturos. STAT FORTUNA improba noctem  
Arridens blandis infantibus. Hos fouet omnes  
Inuoluitq<sup>3</sup> sinu, domibus tunc porrigit altis  
Secretumque sibi mimum parat. Hos amat, his se  
Ingerit, atq<sup>3</sup> suos ridens producit alumnos,*

610

Per occupationem iam illas notat, quæ se grauidas simulabant, cum per molliem partus ærumas subire nollent, & tamen videbant maritos suos desiderio puerorum teneri, suppositos, spurios, inuentitios, & incertorum patrum filios: pro legitimis suppositos, & acceptos ementito partu, maritis tanquam de se natos obtrudebant.

*Suppositos.]* Inuentitios, depositos, abiectos, & expositos. Hos nobiles matronæ pro suis educabant.

*Gaudia, vota q<sup>3</sup>]* Qui de suppositis tanquam ex se natis gaudent, & vota pro illis nothis & spuriiis tanquam ex se natis & legitimis concipiunt.

*Decepta vota.)* Qui pro supposito, non proprio fiunt.

*Ad spurcos lacus.]* Intelligit lacum Velabrensem immundum. Eo enim deferebantur, & exponebantur spurii. Vnde nobiles matronæ pueros inuentos petebant, & pro suo partu maritis ostendebant.

*Atque inde petitos.)* Vnde spurii petiti, à nobilissimis maritis pro legitimis educantur, qui postea tanquam nobiles ad magnos honores euehantur, eliguntur pontifices maximi, & Sali sacerdotes Martis. Hæc autem dignitas summa erat.

*Scaurorum nomina.)* i. Nobilissimorum Romanorum nomina latuti, cum corpore fortassis, infamis ganeonis, & impudentissimæ meretricis sit filius. Vel: qui nobilissimorum Romanorum liberi creduntur, & Scaurorum nomina ferunt. Sed falso corpore, quod non à Scauris, sed à ganeone forte habent.

*Stat fortuna.]* Indicat, quam miris modis fortuna talibus nothis ac spuriiis tanquam suis filiis faueat, & ad diuitias & honores euehat. Hinc apud nos notum prouerbium, *Die Ninken funder haben das beste Glucke.* Huius rei passim exempla obuia. Quidam in mea patria vir magis nominis nothus iuuenem luxuriosius viuentem, & vagis libidinibus laxatis frenis ex variis spurios & nothos mulierculis gignentem, obiurgabat. Rectius esse dicens in matrimonio caste, ac sancte viuere, Cui iuuenis ille satis petulanter, nolle se in matrimonio viuere respondit, cum videat nothos esse feliciores, & passim primas obtrine. Nec esse cur huius rei exemplum foris quærat. Quibus verbis vir ille magnæ æstimationis confusus paullo post abiit.

*Improba.]* Cæca, stolidæ, de qua Poeta:

*Fortuna immeritos auget honoribus  
Fortuna inno: uos cladibus adficit,  
Iustos illa viros pauperie granat,  
Indignos eadem diuitiis beat.*

i. temeraria, & sine ratione agens astat nocturno tempore nudis illis, & miseris in fantibus cum fauore adridet.

*Hos fouet omnes.]* i. Omni ope humana destitutis subuenit fortuna & sinu suo adfectu aliquo materno inuoluit.

*Domibus tunc porrigit altis.]* i. Ut nobiles matronæ illos pro genuinis maritis suis obtrudant & vendant, quorum postea heredes fiant.

*Secretumq<sup>3</sup> sibi.)* Facit ex humili præaltum, ex obscuro nobilem, ex paupere diuitem. Mimum ait secretum. Nam vt mimus modo personam pauperis, mox diuitis representabat, ita etiam hi pueri. Secretum aut, Nam adultere coniugi hoc solum fuit notum.

*Hic se ingerit.]* i. in hos se & sua dona largiter profusa lit.

Atq<sup>3</sup>

*Arq. fuer.* ji. Locum aliquem parans, suos alumnos miserrimos pueros ad summos honores, maximas divitias producit.

*Redens* ji. Locans. Sic Sat. 3.

*Quales ex humili magna ad fastigia rerum  
Excolis, quotiens voluit fortuna vocari.*

615 *Hic Magicos adfert cantus, hic Thessala vendit  
Philtre, quibus valeant mentem vexare mariti,  
Et solea pulsare nates. Quod desipis, inde est,  
Inde animi caligo & magna obliuio rerum.  
Quas modo gessi. Tamen hoc tolerabile si non  
Et furere incipias, ut annunculus ille Neronis,  
Cui totam tremuli frontem Cesonja pulsi  
Infudit. QVÆ NON FACIET, quod principis uxori  
Ardebant cuncta, & fracta compageruebant,  
620 Non aliter quam si fecisset luno maritum.  
Insanum. Minus ergo nocens erit Agrippina  
Boletus. Siquidem unius precordia pressit  
Ille senis, tremulumq; caput descendere iussit  
In cælum, & longam manantia labra saluam.  
625 Hac poscit ferrum atq; ignes, hac potio torquet,  
Hac lacerat mistos equitum cum sanguine patres.  
TANTI PARTVS equæ, quanti una venefica constat.*

Monstrat his, quod mulieres Romanæ non solum artes supersticiosas sed & perniciosas tractant. Notat autem primo magos, qui mulieribus incantationes & philtre pararent.

*Magicos cantus.* ] Necromanticas incantationes.

*Thessala philtre.* ] Nam Thessalia veneficiis olim abundabat. Teste Apul. lib. 1. Florid: Est autem philtre poculum amatorium.

*Quibus valeant.* ] Torquere præ amore, & furiosum ac dementem reddere, de rationis sanitate deturbare.

*Et solea.* ji. Ita sibi subicere, & obsequentes reddere, & pro l' bidine, quidquid in illos mulieres velint, possint, ut calciamentis suis muliebribus maritorum nates imperiose & petulantè pulsare possint, quod evenire solet yvayxoxe τῶν πύλων. Terent.

*Mitigari tibi videam Sordalio caput,*

Et Perius:

*Solea puer obinergabere rubra.*

*Quod desipis.* ji. quod male sapias, & insanus es, hinc ab huiusmodi veneficiis & poculis amatoria, à muliere tibi datis, prouenit.

*Inde animi caligo.* ] Obtruncas & stupor: quod tardus & bardus es, obtenebratio animi & intellectus, & memoriz lapsus. Hi enim effectus philtro- rum.


*Tamen hoc tolerabile.* ] Quod magicis illis philtis, bardus, stupidus, & obliuiosus euadas.

*Si non omnino.* ] si modo prorsus furiosus & insanus non red Jatis. Subtrexit grauiora philtro- rum effecta, quod stulticia, stupor, & obliuiositas adhuc tolerabilia sunt, si non omnino furor, & dementia sequatur.

*Annunculus* ji. Cæsar Caligula, quem Cæsonia vxor medicatis potionibus adeo in sui amo-



rem pellexit, ut nimia amoris impatiencia furens, sepe illam nudam (ut Candanics ille Lydum rex amicis ostentavit. Erat autem Genealogia talis.



Caligula, quoties Cæsoniæ collum exoscularetur, addebat: Tam bona cervix simul ac iussore demetur. Quia subinde iactabat exquisitum se semel fidiculis cur eam tantopere diligeret. Mox dato Hippomane eum in furorem vertit.

*Cui totam tremuli.*] I. Hippomanes, vel totam illam carunculam, quæ pullo equino recens nato fronti adhaeret. Virg.

*Quaritur & nascentis equi de fronte reuulsus.  
 Et matri præceptum amor.*

*Tremuli*] Recens nati, madidi, frigore tremantis.

*Quæ non facies*] I. Si regina Imperatoris coniux hoc fecit, quo magis aliz mulieres.

*Ardebant cuncta*] I. Vniuersa in Imperio Romano tanquam igne quodam furore Imperaris ardebant & absuuebantur, & vniuersa ruebant compage & vinculo imperii quasi fracto & soluto. Reip. enim caput & colligatio princeps. Quo perturbato & ipsa perturbatur. Irrisoria autem Caligulam cum loue confert. Iuno enim ut Homerus Iliad. 18. ait accepto Veneris cæsto, in tantum sui amorem coniugem fratrem accendit, ut fallus sit nunquam se tanto amore arsisse. Ita hic ait, totum orbem insano Caligula non aliter nutasse, qui cum regebat, quam si Iupiter versus esset in furorem, cuius natu omnia reguntur. Ita atrocitatem veneficii & philtiri amplificat.

*Minus ergo nocens*] Iam satius esse ait hominem prorsus è medio tollere, quam insanum redde. Et ratio valet: Nam mortuus non mordet. Tyrannus vero si ad insaniam, insania alia & furor insuper accedat, est res truculentissima. i. Terribilius est peccatum Agrippinæ, quæ Claudium boletis venenatis interemit, ut filio Neroni Imperium conferret; quam Cæsoniæ, quæ Caligulam furiosum reddidit. Porro de hoc Agrippinæ facto, & boletis dictum Sat. 5.

*Siquidem vniuersa.*] Probat, quod dixit. i. Boletus ille vnum Claudium tantum è medio sustulit: sed Caligula furiosus in multos & plurimos sæuit.

*Senis.*] Nam excessit annum ætatis 64.

*Tremulumq; caput.*] Ob senilem ætatem, vel ob naturæ vitium. Scribit enim Suetonius de illo: Caputq; tum semper, tum vel in quantulocunque actu tremulum.

*Descendere in calum.*] More suo contraria coniungens Scoptice ait irridentis *ἀντιπρόθετος* vel *ἀντιπρόθετος* Claudii, de quo vide Senecam in Ludo, ubi ait Claudium cælum ascendisse, sed decreto Deorum ad inferos fuisse derisum.

*Et longam*] i. Labra longa saliuæ fluentia & madida. Et hoc Suetonius de illo scribit: Rixus indecens, ira torpor, spumante rictu humen ibus naribus.

*Hæc posui ferrum.*] Contra Cæsoniæ potio furore imperatoris multos ferro necauit. Vide Sueton. Caligula.

*Hæc lacerat mistos.*] Nam quæstorem flagellauit, horreis præclusis populo famē indixit. Curatorem munerum per continuos dies in conspectu suo cathenis verberatum, non prius occidit quam putrefacti cerebri graui odore offenderetur. Sine discrimine autem ordinem Senatorum, equestrum plebeium, igni & ferro lacerauit.

*Tanti partus equi.*] i. Tanti constat Hippomanes, vel tantum mali intulit, quantum ab vna venefica proficisci potest. Vel sic. Si vnus Hippomanis veneficium tot mala produxit, quanta mala vna venefica produxerit, quæ consilia plurima nouit. Vel si per Hippomanes tanta calamitas imperio Romano inuecta est, quantas clades venefica excitare potest, quæ venenis aliis innumeris & infinitis armata est.

*Oderunt natos de pellisse nemo recusat,*

*Nemo*

- 630 *Nemo vetat. Iam iam priuignum occidere fas est.*  
 VOS EGO PUPILLOS moneo quibus amplior est res,  
 Custodite animas, & nulli credite mensæ,  
 Linidâ materno feruent adipata veneno.  
 MORDEAT ANTE aliquis, quidquid porrexerit illa  
 Qua peperit, tumidus prægustet pocula papas.
- 635 - *Fingimus hac altum Satyra sumentem cothurnum.*  
 Scilicet, & finem egressi legemq. priorum,  
 Grande Sophocleo, carmen bacchamur hiatu,  
 Montibus ignotum Rutilis, calog. Latino.  
 Nos utinam vani! Sed clamat Pontia, feci,  
 640 *Confiteor puerisq. meis Aconita parari.*  
 Tunc duos una sauisima vipera cena?  
 Tunc duos? Septem, si septem forte fuissent.

Alia scelera sœuitiæ & veneficii mulierum taxat, quod non solum è pellice natos oderint, & si possint interimant, quod quodam modo excusari posset, cum hoc odium naturale sit, & Iunonis exemplo comprobatum. Verum etiam priuignos, imo proprios filios ob pecuniam & opes veneno interimant.

*Natos de pellice.* ] Ut Iuno Herculem.

*Nemo repugnat.* ] Concesso, Leue id vitium esse ostendit, illud enim mulieribus à natura in-  
 ultum est.

*Iam iam priuignum.* ] Paulatim ad grauiora transit. Imo priuignos etiam immerentes & in-  
 noxios è medio tollunt, Et existimant peccatum non esse. Sic Agrippina priuignum suum Bri-  
 tannicum veneno sustulit, ut ad filium Neronem imperium transferret.

*Vos ego pupillos.* ] Verba Poetæ, & ratio cur non nefas sit priuignum occidere vel pupillum,  
 eo quod mulieres Romanæ proprios liberos diuitiarum cupidine inducæ interimant.

*Pupilli.* ] Quibus pater mortuus est, qui estis sub tutore. Fortassis indicare vult tales pupillos  
 à propriis matribus propter opes occidi.

*Mensæ.* ] Cibo in mensa appposito, à nouerca vel matre dato. Ne matreæ quidem mensæ cre-  
 dite.

*Linidâ materno.* ] i. Pingua fercula adipe plena, veneno infecta, & liuorem vel colorem  
 quem veneno interempti contrahunt, inducentia feruunt, & frequentia sunt, veneno à matri-  
 bus dato.

*Feruent.* ] Admodum sunt frequentia. Sic contra

*Probitas laudatur, & alget.*

*Mordeat ante aliquis.* ] i. Cibos & potus à matre propria liberis datos aliquis prægustator  
 præbet, & papas, vel ille qui pueros alit, pocula præbibat.

*Mordeat.* ] Prægustet.

*Qua peperit.* ] Ne à naturali quidem matre filius tutus est.

*Papas.* ] Apud Siracuos patrem significat. Hoc loco est altor vel custos pueri.

*Tumidus* metu veneni scilicet.

*Fingimus hac altum.* ] Anihypophora & obiectio. Dicas forte quod à propositi mei finibus e-  
 gressus non Satyræ sed Tragediam scribam, & incredibilia proferam, ut finxisse videri que-  
 rim. Sed rûnam fingeremus, & mendaces essemus? Verum pro dolor, hæc quæ dico sunt ve-  
 rissima.

*Fingimus.* ] hæc scilicet. Trægica scilicet, qualia Romæ non inueniantur. Sensus est. Verum  
 hic aliquis mihi obiciet, quod hæc Trægica Romanis mulieribus affingam, proprios liberos  
 interimî à matribus; ut Procne, & Medea olim in Trægædiis.

*Satyrasumens alicui cothurnum.*] i. Adsumens sublime dicendi genus, quale in Tragediis.

*Alicui.*) Vel quo d. calceus ille alius esset, ad maiestatem personæ agentis adiuvandam. Vel ob res & verba quæ tractantur, alta, sublimia, vix credibilia.

*Et finem egressi.*] Limites & terminos illorum qui ante me Satyras scripserunt præteriuimus. Nemo enim talia Tragica scripsit. Legem priorum, à prioribus quasi latarum, quæ adeo horrenda scelera Tragica suis Satyris non inseruerunt. Satyrici enim communia & vulgaria tractant.

*Grande Sophocleo.*] Sublime Tragicum carmen tanta vocis contentione & hiatu, quo Sophocles nobilissimus ille Tragicus usus est, ira & indignatione furiosi debacchamur.

*Bacchamur.*) Furentes componimus. Vel furiale carmen scribimus.

*Monibus ignotum Rutulæ.*] Quod nullus vquam ante me scripsit in Satyris, Quasi nulla adhuc in Italia proprios liberos interemerint. Vel quale carmen Tragicum ignotum est Romanis, & monibus illis Rutulorum & Italorum, & cælo Latino vel Italico.

*Nos vti nam vani.*] Responder Poeta ad obiectionem. Vtinam hæc Tragica vera non essent, & à nobis tantum fingerentur. Vtinam nos vani, fallaces & mendaces essemus!

*Sed clamat Pontia.*] i. Non autem sumus vani. Nam Pontia se huiusmodi scelera admisisse & suos duos filios veneno absumere voluisse confitetur & clamat: Feci ego hoc. Pontiam hanc Publii Petronii filiam fuisse aiunt, quam Nero coniurationis crimine & nictam condemnauit. Quæ itidem, quod defuncto marito filios duos, ut adultero nuberet & obsequeretur veneno necarit, & conuicta, cum largis se epulis onerasset, sumto veneno & venis incisa saltans exspiravit. Ianus Parrhasius ait Vectii Bolani uxorem fuisse, & Crispionum eius fratrem, quæ filios quos Bolano peperit, è medio tollere tentauit, iudicioque detecta poenas dedit, ut in s. Sylvarum Papinius auctor est. Mart.

*O mater, quæ nec Pontia deterior.*

*Quæ depresso.*] i. quæ venena à me parata palam deprehensa patent, ut ulteriori quæstione non sit opus.

*Facinus peregi.*] Ad voluntatem refer.

*Tunc duos vna.*] Exclamatio Poetæ.

*Scuissima Vipera.*] Respicit ad crudelitatem viperarum, quæ maritos inter concumbendum interimunt & à uatis postea talionis poenam recipiunt de hoc supra dictum. Plin. lib. 8.

*Tunc duos.*] Cum admiratione & vultuose ob rei atrocitatem pronuncians.

*Septem.*] Respondit bestia illa & vipera Pontia. Imo septem voluissem interimere. si septem fuissent, monstrosa crudelitas notatur.

*Credamus Tragicis, quicquid de Colchide terra*

*Dicitur, & Procnæ, nil contra conor, & illa*

645 *Grandia monstra suis audebant temporibus, sed*  
*Non propter nymfos. MINOR ADMIRATIO summæ*

*Debetur monstros, quoties facit ira nocentem*

*Hunc sexum, & rabie iecur incendente feruntur*

*Præcipitiæ, ut saxa iugis abrupta, quibus mons*

650 *Subtrahitur, clinog, latus pendente recedit.*

*ILLAM EGO NON tulerim, quæ computat, & scelus ingens*

*Sana facit, spectant subuenientem fata marii*

*Alcestim, & similis si permutatio detur*

*Morte viri, cuperent animam seruare casella.*

655 *OCcurrerent multæ tibi Belides atq. Eriphyla.*

*Mane*

660

*Mane Clytemnestram nullus non vicus habebit.  
Hoc tantum refert, quod Tindaris illa bipennem  
Insulsum & suam dextra lenaq; tenebat  
At nunc res agitur tenui pulmone rubete,  
Sed tamen & ferro si pragnstaret Attrida  
Pontica ter victi cantus medicamina regis.*

*Credamus Tragicis.*] Iam harum mulierum scelerum magnitudine inductus, adfirmat illa fabulosa non esse quæ Tragicæ dixerunt de Medea, aut Procne: quæ è Zelotypia proprios liberos interemerint.

*Torna.*] De crudeli & immani illa Medea, quæ liberos in conspectu patris Iasonis trucidavit.

*Procne.*] Quia filium Ilym trucidatum & coctum marito Tereo epulandum apposuit, quod sororem Philomæ am adulterio incesto constuprasset, eique linguam præsecuisset.

*Nil contra conor.*] Nihil contra dico, concedo illa iam esse verissima.

*Et ille grandis.*] Procne etiam & Medea suis sæculis grandia scelerum monstra & prodigia perpetrare aule sunt.

*Sed non propter Numos.*] Ut iam fieri videmus. Ostendit peiores esse sua ætate mulieres, quæ ob numos filios suos interimant, cum Procne & Medea amoris & iræ impatentia illud fecerint.

*Minor admiratio.*] i. Minus quis demirare debet scelerum monstra & portenta in mulieribus, si illa designant iræ & furore exstimulatæ.

*Summa monstrum.*] Tragicis monstrosis factis.

*Quoties ira.*] i. Quoties mulieres iræ incensæ in filios proprios sæciant. Nam *πανόρμητος* i. *πανόρμητος* i. *πανόρμητος*.

*Et rabie secur.*] i. Cum iræ & furoris rabie illos incendente & inflammante in vindictam & scelus præcipites agitantur. Est descriptio iræ & furoris: Seneca Medea.

*Nulla vis flamma tumidiq; genti  
Tanta, nec teli metuenda forti  
Quanta cum coniux viduata radio  
Ardet, & odit.*

*Præcipites.*] Quia præcipites dixit, iam describit quasi præcipitium & rapidam incitatæ iræ vim. i. Cum tanta animi concitatione & impetu feruntur & abripiuntur, ut saxi non dissimiles sint, quæ suo pondere ab iugis vel summiratibus montium auulsæ abripiuntur, quæ tanto vasto impetu ruunt, ut nullo robore humano inhiberi possint.

*Quibus mons subtrahitur.*] inferior cui incumbant.

*Cluog; latui.*] i. Cum latus vel magna montis portio recedit & auellitur à clivo pendente, vel prono colle, & ruinam minitante, quæ postea immenso impetu deorsum ruit. Talis furoris vel iræ impetus est in mulieribus, ob sexus imbecillitatem: Quo enim quis animo imbecillior eo magis iræ frenæ laxat.

*Illam ego non tulerim.*] Ostendit Poeta multum referre quo animo quis peccet, deliberato consilio, an subito adfectus iræ flammis. i. Illa contra mulier Romana, omnium pessima est & maxime intolerabilis, quæ non ira inducta maximum scelus designat, sed deliberate & consulto facit, & animo quieto deliberat, reputat, versat in animo, & cū cōsilio & electione ad facinus pertrahendum animo quieto & non perturbato accedit.

*Computas.*] Quæ ratiocinatur, quo pacto scelus commodissime sit inceptandum. Ut Eriphy-le de qua sequitur.

*Sana fact.*] Maximum monstrum sceleris inceptat, non furore iræ quasi insanienti, sed sana & ratione constans, & animo placido & quieto. Rursus contraria iungit, quid enim à sanitate a-

lienus quam ingens scelus facere. i. Non furiosa & insana amoris & ira affectibus de sanitate rationis derurbata, vt Procne vel Medea.

*Sp. Haec subuenientem* Conqueritur quod Tragediarum spectaculis in quibus exempla amoris coniugalibus proponebantur mulierum Romanarum mores non emenduntur. Sensus est, Mulieres Romanæ in theatris spectant singulare illud exemplum de Alceste, quæ regis Theſſalix Pelix filia fuit, & pro viro suo Admeto mortem subire voluit. Ille enim graui morbo oppressus ex Oraculo didicit, sanari non posse, nisi inueniret, qui pro se sponte mortem subire vellet. Cum in toto regno nemo inueniretur, demum fidelissima coniux inuenta est quæ pro eo mori voluerit. Diodorus l. b. 5.

*Et similis.* ] i. Si oraculo Apollinis consimilis permutatio daretur cum morte viri, & mulieres sua morte virorum suorum mortem possint auertere.

*Cupiant animam* Mallent vitam catellæ in delitiis habitæ potius seruare, quam viri. Tanto scilicet mariti desiderio & amore tenentur.

*Occurrent multa.* ] i. Quoquo te in urbem circumagas multas Belidas & Eriphylas, paucas Alcestidas inuenies.

*Belides.* ] Danaï filix Belides ab auo, vel Danaides à patre dictæ, quæ 50. numero patris sui Egypti filios totidem sponſos suos prima nocte iussu patris omnes interemerunt. Inter quas sola Hypermetæa sponſo suo Lyacæ pepercit. Vnde apud inferos poenæ loco pertulsa dolia a qua implere coguntur, Et perpetuo ac incasso labore puniri finguntur.

*Eriphyla.* ) Quæ Amphiaræum coniugem ne ad Thebanum bellum proficisceretur ( in quo ex oraculo se moriturum dicerat ) latentem, monile aureum proditiōis precium ab Erichone accipiens prodidit. Alii dicunt quod Eriphyle fuerit vxor Eurypili, filii Telephi, qui Telephus cum Priamo in auxilium venisset contra Græcos ab Achille saucius curari non potuit monente oraculo, nisi ab eodem, à quo vulneratus esset. Venit ergo ad Achillem supplex curari petens, promittitque neque se, neque suorum quemquam impoſterum vnquam Romanis auxilium laturum. Curatur ergo. Post eius mortem filius Eurypylus vir fortissimus sapiens à Priamo ad auxilium sollicitatus est, verum ille paternorum monitorum memor induci noluit. Fecit ergo Priamus vitæ ex auro, eiusque vxori Eriphylæ misit, quo munere ipsa corrupta maritum ad bellum hortatur & persuadet. Qui Troianis in auxilium veniens, & à Pyrrho Achillis filio occisus est.

*Occurrunt.* ] i. Obuiam tibi sunt in placeis.

*Mane Clytemnestram.* ) i. Maritio tempore exis, & salutas patronos tuos in singulis vicis urbis Romæ videbis mulieres Clytemnestræ similes, quæ Agamemnonem coniugem è decenniali bello Troiano domum redeuntem bipenni interemit, corrupta ab adultero Egypto.

*Hoc tantum refert.* ] i. Hoc tantum est discriminis inter illam Clytemnestram, & nostras mulieres viros occidentes, quod illa Tyndari filia Clytemnestra, insulsa, stolidi & fatua ( qd Tōlpiſſh. ) maritum suum interemit securi. At nostræ mulieres longe sunt callidiores, & subtiliores, quæ idem parua veneni portione præstare norunt.

*Dextra (manus).* ) Vtraque manu tenebat, & in caput coniugis impingebat.

*At manes apitur.* ] i. Iam cædes virorum peraguntur ab vxore pulmone & intestinis tenuibus alicuius bufonis, vt insulsa illa bipenni nihil opus sit. Opponuntur tenuis pulmo, & insulsa ac fatua bipennis.

*Rubeta.* ] De hacre & hoc scelere dictum Satyra 1.

*Occurrit matrona potens, quam mille Calennum*

*Porrectura viro misceſcit ſiſtente rubetum.*

*Sed tamen & ferro.* ] Correctio. Tamen etiam ferro maritos suos interimerent, si maritus similis Atidæ vel Agamemnoni crudelem vxorem habens, Antidotoon vel medicamen contra venenum adhiberet, quo vñs fuit Mithridates rex Ponti, qui ter victus fuit, à Sulla, Lucullo, & Pompeio.

*Et ferro* ]i. Nostrates Clytemnestra etiam ferro viros suos adgrederentur si Atrides vel matius Antidotum sumeret contra venena, vel si maritos suos veneno extinguere non possent.

*Ferro* ] Bipenni illos occiderent.

*Atrides* ]i. Agamemnoni similis quilibet Clytemnestram vel malam mulierem habens.

*Pragustaret.* ] i. Si Mithridaticum contra venena adhiberet, & veneno intoxicari non possit.

*Cautus.* ] Prudens, providus, circumspectus.

*Pontica medicamina.* ] Fuit enim Mithridates à quo Antidotum illud nomen habet, rex Ponti.

*Ter Gizi regis* ] Descriptio Mithridatis.

*Medicamina.* ] Quae composuit Mithridates Rex Ponti. Plin. lib. 23. cap. 24. sic ait. In arcanis Mithridatis maximi regis deuiſi Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem Antidoti, è duabus nucibus ficcis, è fisis totidem, & rutae foliis viginti attritis, addito pauco sale. Qui hoc ieiunus sumat, nullum illi venenum nociturum illo die. Ex quo Antidoto ille ieiunus vsus adeo se aduersus venena muniuit & armauit, vt cum victus à Pompeio sese veneno interimere vellet, non potuerit. Sed demum à milite Gallo Bithocco iussu hoc facere, sit occisus.

*Finis Satyra Sexta.*

li 3

## IN SATYRAM VII.

## TABULA SYNOPTICA

## Generalis.

In hac Satyra miseriam doctorum provinciam Romæ notat, &amp; cum quidem.

Poetarum

Qui in maximis angustiis constituti à Cæsare solummodo respecti sint, à principio ad 21.

Qui à ciuibus Romanis nihil emolumenti possint expectare, à 22. ad 29. nisi ieiunam laudem à 30. ad 34. & loca recitationibus apta à 35. ad 51. unde fiat, quod tam pauci boni Poetæ inueniantur. à 52. ad 72. Cum non Poetæ laudari sufficiat, si egestate & inopia laboret, quod inter alia exemplo Statii comprobatur à 73. ad 96.

Historicorum, quorum conditio nihilo melior sit, cum tamen suis operibus plus temporis & laboris impendant. à versu 97. ad 104.

Causidicorum, quibus pro immensis laboribus & declamationibus parum omnino à partibus litigantibus reponatur. à 105. ad 122. Præsertim si tenuiores sint, seque magnifice ostentare nequeant. à versu 123. ad 136. Quod ob id vestes & alia corporis ornamenta soleant conducere ad versum 148.

Rhetorum & Sophistarum, qui pueros causis agendis præparabant. Quorum incredibilis labor à versu 149. ad 154. & vilissima prorsus merces vsque ad 176. Eo quod Romani immensas opes in superuacua profandant, nihilque vilius habeant, quam suos liberos ad 187. Vbi objectioni ab exemplo Quintiliani ditissimi respondet, ipsum non liberalitate suorum discipulorum sed fato quodam diuitem esse, ad 200. Cum contra plurimi inueoiantur doctissimi Rhetores qui sint pauperissimi, & à suis discipulis male habiti. ad versum 213.

Grammaticorum denique, qui pro immensis tædiis & laboribus, vilissimam mercedem consequantur, illamque furto dispensatoris aliorumque imminutam. à versu 214. ad 226. Et quam tamen sine interuentu litis vix soluant, cum interim summam eruditionem magnamque diligentiam à præceptoribus exigant. à versu 227. ad finem.

## ARGUMENTVM.

## In Satyræ VII.



ONQUERITVR ergo hac Satyra de iniqua conditione doctorum, & Poetarum præsertim suo tempore. Comparat postea poeticen cum historicis, causidicis, Rhetoribus, Grammaticis, quibus omnibus minus lucrosam esse ostendit poeticen. Eo quod ciues Romani nullam rem peius collocari existiment, quam que in filios suos erud-

endos

endos confertur. Laudas autem initio Domitianum Imperatorem tanquam unum  
 litterarum & litteratorum Mæcenatem atq; presidium. Et mirum sane, quod, quem  
 toties ante virulentissimis verbis. Sat. 2. & 4. Sed ob alia vitia & scelera, prope lan-  
 cinavit, hic laudibus usque eo attollit: Vt non defuerint qui hæc laudes Ironice in-  
 terpretandas censuerint. Sed valide illi falluntur, quod totam Satyræ accuratius in-  
 tuenti nimirum perspicuum evadet. Ceterum Domitianum inter tot enormia vitia  
 aliquibus etiam virtutibus fuisse præditum. Suetonius & Quintilianus gravissimi  
 auctores & testes sunt. Sane Tranquillus non abstinencia modo verum etiam libera-  
 litatis experimenta, in ipso exstitisse refert, omnes, inquit, circa se largissime profecutus  
 est, nihilq; prius aut acrius monuit, quam ne quid sordide facerent. Quintilianus in  
 Prologo lib. 4. Nunc omnes in auxilium Deos, ipsumq; imprimis ( Domitianum in-  
 telligit ) quo nec presentius aliquid, nec studiis magis propitium numen est, inuocem.  
 Sed forte Satyra hæc primis Domitiani annis scripta fuit, quibus nondum animum  
 libidinofum & crudelem exseruerat.

# D. IVNII IUVENA- LIS SATYRARVM LIB. III. SATYRA VII.

**E**T SPES, ET RATIO studiorum in Cesare tantum:

Solus enim tristis hac tempestate Camænas

Respexit, cum iam noti celebresq; Poetæ

Balneolum Gabiis, Roma conducere furnos

Tentarent. Nec fœdum alii neq; turpe putarent

Pracones fieri, cum desertis Aganippes

Vallibus, esuriens migraret in atria Cleio.

NAM SI PIERIA quadrans tibi nullus in arca

Ostendatur, ames nomen victimæq; Machara,

Et vendas potius commissa quod auctio vendit

Stantibus: anophorum, tripodes, armaria, cistas,

Alcyonen Bacchi, Thebas & Terea Fausti.

HOC SATIVS, QUAM si dicas sub indice, vidi

Quod non vidisti, Faciant equites Asiæ:

Quamquam & Cappadoces, faciant, equitesq; Bithini,

Altera quos nudo traduxit Gallia talo.

Indicantur quas angustias Poetæ redacti & redigendi sunt, nisi munificentia Caesaris fuissent  
 abluant.



*Es]* Cum spes, tum ratio.

*Spes]* quasi nihil habeant, quod sperent docti, nisi ab Imperatore. emolumentum & lucri spes, quod ex studiis humanitatis & Poeseos se consecuturum quisque sperat. Vult dicere Poetas artis & studiorum industriam diuitum culpa, sordibus, & auaritia perisse, Poetasque in alia via & pleberia studia animos iam tenuisse, nisi imperatoris magnificentia fuissent reuocati.

*Ratio]* L. Causa. quare ad studia Poetæ impellantur.

*In Casare)* Domitiano. Nam de illo hanc Satyræ intelligendam esse mentio Paridis & Arionis, in sequentibus satis probat. Hunc superius aliquoties acerbissime lacerauit. Sat. 2.

*Qualis erat nuper Tragico pollucum adulter  
Concubitus.*

*Irem*

*Cum tōs abortiuus secundam Iuliam Sulum  
Soluerit, & patris similes effunderet ossas.*

Et tota Sat. 4. In quā illum *caluam* *Neronem* vocauit. Sunt qui hæc de Nerva intelligant. Sed mihi id non placet.

*Solus enim.]* Rationem subiungit.

*Tristes Camænas.)* Poetis tacentibus ob nulla laborum emolumenta. vel potius inopes, famelicos & tristes Poetas Musarum vel Camænarum cultores.

*Resperxit.]* Misericorditer Dei mere, qui genus hominum miserans respicit.

*Cum iam celebres.]* i. Nullus ciuium, sed solus Imperator subuenit Poetarum miseriam, cum nonnulli insignes etiam & clari Poetæ iam vel sordidissima quæque munera obire, & lucrum quærere inciperent. i. Cum nobilissimi Poetæ iam inciperent Romæ & in opidis extra Romam desertis Musis sordidum vitæ genus balneatoriam, & furnariam exercere.

*Balneolum.]* Diminutiue dixit ob inopiam, quasi exiguum domunculam tanquam balneolum inhabitarent, qualem domunculam Sat. 3. Tenebras appellauit. Sed non placet. Nam loquitur de sordidis officiis balneario & furnario, ad quæ migrabant, quatenus inde alii putarent.

*Gabii.]* Volcorum vrbe 70. millibus passuum ab vrbe.

*Furnos.]* Vt furnariam exercerent, tum vt calefierent, tum vt cibari possent, pauperes enim erant, & frugebant. Furnarii erant, qui hyeme aut frigido aere furnos calefaciebant, ad quos calefiebant homines pro oblato precio.

*Nec solum alii.)* Deducus enim erat & turpe. desertis liberalissimis studiis ad deformia illa & turpia lucra se conferre, & præconem fieri, qui in extremo contemptu Romæ erat. Hic dixit. Sat. 4.

— *Magna qui voce solebat*

*Vendere municipales fracta de mercede Saluros.*

*Cum desertis.)* i. Cum Poetæ Cælius & Musarum cultores inopes famelici, & esurientes loca Musis sacra, valles, & recessus Aganippes Boeotiæ fontis relinquentes in atria se conferrent.]

*Aganippes Gallibus.]* Locis ab hominum turba semotis ubi Poemata conscribebant.

*Atria.]* Vel ut atrientes & ianitores fierent. Vel quod atria & ianuas diuitum (portulæ gratia quasi mendicantes clientes adirent, Vel potius, vt Turnebus ait, vt in atrii Licinii & alius foro vicinis sub auctione præcones aliquid venderent. Cic. pro Quintio: *Tollitum ab atrio Licinii & a præconum consessu in Galliam Nanius.*

*Nam si Pieria.)* Excusat illud Poetarum factum, satius esse dicens, si nullum ex Poësi emolumentum sit, mendicium potius agere, & præconem fieri, quam per scelera, per iuria, mendacia, falsa testimonia aliasque malas artes ad diuitias peruenire. i. Si carminibus faciendis ne numulum quidem consequeris, & Poeta ad tantam inopiam reductus es, vt ne numulum quidem amplius in arca tua habeas, & fame perire cogaris, satius est te nomen & victum Macharæ præconis illius amare, hoc est præconem fieri.

*Pieria arca.]* i. Musica & Poetica, in quam illud quod ex Poësi vel Musis colendis lucraris contopias, Quæ plerisque etiam nostra ætate vacua est. Non enim Poësis est de lucrando pane.

*Machara*

*Machara.*] Hic illa ætate satis nobilis præco, fuit.

*Es vendas.*] Instituas venditionem sub auctione publica tibi à magistratu commissam & concessam. Est autem auctione rerum priuatarum publica venditio, & auctione dicebatur, quod pretium in illa à licitantibus augetur.

*Stantibus.*] Turbæ in foro circumstanti. Circumstant enim homines, cum aliquid sub auctione vendebatur.

*Oenophorum.*] Recenset quales res venales sub auctione vendantur.

*Tripodes.*] Mensæ tripodes, qualis erat apud Delphos, sub qua oracula reddebantur. Postea Asiatico luxu Monopodia inuenta sunt.

*Armaria.*] Maiora repositoria librorum, & variarum rerum.

*Cistæ.*] Scrinia, capsas.

*Alyonem Barchi.*] Tragedias, Bacchi & Fausti Tragicorum Poetarum. Hi inepti erant. Ob id obiter illos notat, quod vltarissimum nostro tempore.

*Alyonem.*] Tragediam de Alyone, Ceycis vxore, quæ cum marito in auem conuersa. Vide Ouid. lib. 11. Metamorph.

*Thebes.*] Tragediam de rebus Thebaicis. De Laio, qui ex Iocasta Oedipum suscepit, à quo postea ex Oiaculo fuit occisus pater. Oedipus matrem vxorem inscius duxit. & quatuor ex illa liberos suscepit Ethoclem, Polynicen, Antigonem, Ismenem. Postea hoc scelere cognito se ipsam visu priuauit. Ethocles & Polynices de regno inter se contententes mutuis vulneribus considerant.

*Tereus.*] Tragediam de Tereis, cui Procne vxor proprium filium Irym dissectum & coctum in cibum apposuit, quod Ph. Iomelam sororem vi stuprasset, eique linguam præsecuisset. De hac dictum sub finem præcedentis.

*Hoc satium.*] i. Melius est vt præco fias, & quaqua ratione te honeste sustentens, quam si more Asianorum seruorum falsis testimoniis & periuriis diuitias quæras, & censum equestrem consequaris.

*Si dicas sub iudice.*] In iudicio, quando ad testimonium dicendum vocaris.

*Vidi, quod non vidi.*] Vt faciunt qui falsa testimonia & periuria exhibent & committunt.

*Faciant equites.*] i. Licet huius periurii exempla habeas Asianos, qui ex Asia Romam serui aduecti, iam sunt equites.

*Equites Asiani.*] Ex Asiaticis seruis equites Romani facti. Coniungit autem quasi contraria, Et per transitum illos notat, quod Satyricis, & nostro huic potissimum vltarissimum.

*Asiani.*] Iam equites, olim serui Asiatici. Erant autem Asiani fidei dubie & fluxæ in testimoniis perhibendis. Vnde Cicero pro Flacco exclamat: *Mimorū Asia populū nullam fidem esse adhibendam.*

*Cappadoces.*] Quorum regio iuxta Armeniam in 10. præturas diuisa. Hi autem periurio & infidelitate infames vel ex proverbio notantur: *Τείνωνται κλέψας, videlicet κλέψας, κλέψας, κλέψας, κλέψας.*

*Bithyni.*] Asiæ populi iuxta Phryges, Misos & Gallogræciam, quam hoc loco alteram Galliam vocat.

*Alteræ quor.*] i. Qui ex Gallia altera, vel Gallo-Græcia serui venales Romam nauibus transeunt, qui postea periuriis & falsis testimoniis equites fiunt.

*Nudo pede.*] Eo dicit nam gypsatis, aut nudis pedibus Romam serui venales exponebantur. Hinc superius Sat. 1.

*Nuper in hanc urbem pedibus qui veneras albis.*

Vel ob inopiam non caligatos vel calcæatos.

*Nemo tamen studiis indignum ferre laborem.*

*Cogetur posthac nectit quicunq; canoris*

*Eloquium vocale modis, laurumq; momordis.*

*Hoc agite, ô Iuuenes: circumspicit, & stimulat vos*

Kk

*Materiamq; sibi Ducis indulgentia querit,*  
*Si qua aliunde putes rerum expectanda tuarum.*  
*Præsidia, atq; ideo crocea membrana tabella*  
 25 *Impletur, lignorum aliquid posce ocynus, & qua*  
*Componis, dona Veneris, Thelesine, marito.*  
*Frangere, miser, calamos, vigilataq; prælia dele.*  
*Qui facis in parua sublimia carmina cella*  
 30 *Vt dignus venias hederis & imagine macra,*  
*Spes nulla ulterior, DIDICIT IAM DIVES ANARM*  
*Tantum admirari, tantum laudare disertos,*  
*Vt pueri Iunonis auem. SED DEFLEUIT ÆTAS*  
*Et pelagi patiens, & cassidis, atq; ligonis,*  
*TÆDIA TVNC subeunt animos, tunc seq; suamq;*  
*Terpsicharen odit facunda & nuda senectus.*

*Nemo tamen studiis.*] Persequitur iam laudes Cæsaris. i. Nemo in posterum, quisquis excellens Poeta fuerit, frustraneū & inanem laborem studiis impēderit, quia ducis Domitiani munificentia magnifice sustentabitur.

*Tamen.*] Subintellige: Quamuis hæcenus miserima Poetarum conditio fuerit.

*Laborem studii indignum.*] Instugiferum, frustraneum, inanem, qualis labor studiis indig-  
 35 us est.

*Posthac.*] Ex quo Domitianus Mulas respexit.

*Nestis quicunq;.*] Periphrasis excellentis Poetæ & Poematis. i. Quisquis eximius Poeta excellens Poema condiderit.

*Eloquium vocale.*] Poema sonorum grande, plenum, numerosum.

*Canoris modis.*] i. Modis modulationibus & numeris concinnis, exactis, bene resonantibus.

*Laureumq; momordit.*] i. qui gustauit dulcedinem ex gloria coronæ laureæ, qua ornatus est, tanquam excellens Poeta.

*Hoc agite.*] Hortatur iam Poetas ad conscribenda carmina, ut fauorem, & clementiam Imperatoris sibi deuinciant, cum eis indulgeat & faueat. Potest & legi cum quibudam *Huc agite*, hic vos ad Imperatorem vnum vestrum patronum conferre, & laborem studii impendite.

*O iuuenes.*] O Poetæ, quibus præmium & gloria propozita est.

*Circumspicite.*] Ordo est Ducis & Imperatoris Domitiani indulgentiæ & munificentia vadi-  
 que circumspicit, & despicit, ut Poetas inueniat, quibus beneficiat.

*Stimulas vos.*] i. Instigat, & impellit vos sua largitate, & munificentia ad præclarum aliquod opus tentandum, ut illius Encomia & laudes scribere incipiatis.

*Materiamq;.*] Que: it occasionem vobis benefaciendi, & de vobis bene merendi, quærit quibus beneficiat, & rationes occasioneque vobis benefaciendi vndique dispicit.

*Ducis indulgentia.*] i. Imperatoris liberalitas & magnificencia. Dictum enim supra ex Tran-  
 40 quillo. Magnæ liberalitatis documenta Domitianum sæpe edidisse.

*Si qua aliunde.*] Laudauit Domitianum. Damnariam per dissimilitudinem reliquos ciues Romanos, tanquam sordidos & illiberales, in quibus Poetis nihil prædii situm esse ostendit. i. Si qua aliunde, quam ab Imperatore Domitiano studiorum & rerum tuarum præsidium & emolumentum expectandum putas, falleris. Imo debes potius igne tua carmina comburere, quā aliis tradere, quia reliqui ciues Romani doctos & disertos tantum laudant, & admirantur, nihil autem illis conferunt.

*Aliunde.*] Etiam ab aliis Romulidis, non à Cæsare solum.

*Præsidia.*] Subsidia, auxilia, adminicula, adiumenta, suppetias.

*Atq; ideo.* ) i. Si ideo tabellas tuas carminibus impleas, ut ab aliis quoque adiuvetis, frustra es, & igni potius carmina tua quam illis committe.

*Crocea.* ) membrana prificis erat bicolor. Persius.

*Iam liber, & bicolor posuit membrana capillis.*

Vna pars erat lutea vel crocea, altera glutinata.

*Carullus:* *Lutea sed mixtam immolat membrana tabellam.*

*Impletur* ] Versibus carmine, Poemate.

*Lignorum aliquid posse.* ] Ad ignem accendendum ut carmina tua comburas potius.

*Ocyus.* ) i. Citius & potius combure, quam aliis aliquid scribas.

*Dona Veneris marito.* ] Consecra Vulcano, vel igni illa quæ scribis. Vulcanus Deorum faber, filius Iunonis, & coniux Veneris. Pro igni ponitur.

*Telefine.* ) Ad hunc fortassis hanc Satyræ scripsit, quamvis generaliter per hunc quemvis Poetam intelligere possimus Martialis ad hunc.

*Quod mihi non credis Veteri Telefine sodati,*

*Credis colliculis arboribusq; meis.*

*Aut clande.* ) i. Non divulga vel recita, sed cutæ vel capis include, & tinea, blattis, muribusq; perforanda & rodenda exhibe.

*Positos* ] Sepositos, abditos, & inclusos.

*Tinea pertunde.* ] Blattis & tigeis vermiculis libros instantibus illos absumi, perturbandi, perforari sine. *Daß die Motten da löcher durchfressen.* ) cum nihil lucri de illis sis consecuturus. Ouid.

*Conditum & tinea carpitur ore liber.*

*Frangere miser calamos.* ) Dehortatur iam Poetas à carminibus in laudem civium Romanorum scribendis, quod nullam inde utilitatem consecuturi sint. Frangere calamos quibus scribis, id est nihil scribe.

*Vigilataq;.* ) i. Abole egregia illa carmina, quæ tu summis vigiliis & nocturnis lucubrationibus de altiorum rebus gestis bellis, & præliis conscripsisti.

*Qui facis in parva cella.* ) Inopiam Poetarum notat, qui exiguis cellulis inclusi carmina scribeant. Pers.

*Scribimus inclusi.*

*Sublimia carmina.* ] Grandia Epica & Heroica Poemata, de rebus bellicis civium Romanorum præclare gestis. Opponuntur quasi Parva cella, Sublimia carmina.

*Ut dignum Genias.* ) Scoprice subito subrumpit, quid suis vigiliis & laboribus consequantur Poetæ, nimirum ut digni sint, qui aliquando in æde Camœnarum vel Apollinis Palatini imagine vel statua hedera coronata donentur. Quod præterea nihil sit, quod sperare possint.

*Da fressen sie was von.*

*Hederu.* ) a pio, quercu, lauru, hedera, coronabantur Poetæ. Pers.

*Quorum imagines lambunt hedera sequaces*

*Virgilinus:* *Pastores hedera crescentem ornate Poetam.*

Porto hedera cum semper vireat, Poetarum diuturnam memoriam, & æternam famam denotabat.

*Et imagine macra.* ] Eo dicit, nam cum plerique Poetæ nimis studiis & lucubrationibus pallorem & maciem sibi contraxissent, ut qui plus olei, quam vini absumferant, tales etiam in genuina forma depingebantur, in Camœnarum æde. Vel macra dicit ob eorundem inopiam.

*Spes nulla gliscior.* ] In reliquis civibus & Romulidis nihil habes quod sperare possis præter famam.

*Didicit iam d. a.* ] i. Nobilis aliquis & dives Romanus avarus, sordidus, & illiberalis, quales præter Domitianum omnes.

*Tantum admirari.* ] Nihil autem illis dare, aut ipsorum inopiam subuenire.

*Ut pueri Iunonis auct.* ] Aptā similitudo. Pæonem intelligit, cui Iuno, ut est apud Ovidium: Argi centoculi oculos intersecti à Mercurio in caudam transtulit. Ceterum pueri

comatam eius caudam laudant & prædicant, eius colorem & ornatum varium admirantur. Nihil autem ei dant. Imo, vero plumas cum possunt illi extrahunt. Ouid. lib. 1. de Arte.

*Laudatas ostentat auium luvoria pennas,*

*Si tacitum spectes illa recondit opes.*

*Sed defluit ætas*] Vltior dehortatio, inutile studium Poeticum relinquendum esse. i. Inutili illo studio vita tua atteritur & ætas sciuenta tua infumitur, quæ mercaturæ, militiæ, agriculturæ maximo tuo emolumento, fructu, & commodo impendi posset. Sic Ouid. de fe.

*Sape pater dixit studium quid inutile tentas.*

*Et pelagi patiens.*] Quæ commoda erat mercibus à longinquis terris per maria Romam navibus transportandis, ut fores mercatorum.

*Cassidus.*] Armis belli gerendis, ut miles esses.

*Ligonus.*] quæ apta esset instrumentis rusticis portandis, ut agriculturam exerceres.

*Tadiat tunc subeunt.*] i. Tum in senectute, quando ætas defluxit fera poenitentia animos inadat, sua studia & inutiles labores deuouent, & execrantur. Ouid.

*Vidi ego iam iuuenem premeret cum senior ætas.*

*Marentem stultos præterisse dies.*

*Tunc*] cum iam iuuenilis ætas effluxit, quæ reuocari non potest.

*Seq. suamq. Terpsichorem*] Se, suaque studia Musica & Poetica prorsus inutilia.

*Odor*] Vnde nimirum nuda, misera senectus nihil habet præsidii.

*Facunda.*] Senes enim natura facundiores. i. Tunc facundi multis verbis suam decemiam accusant, quod tam inutilibus studiis vitam attriuerint.

*Nuda*] Inops, cui de nullo præsidio prospectum.

35

*Accipe nunc artes. ne quid tibi conferat ille  
Quem colis, & Musarum, & Apollinis ade relicta*

*Ipse facit versus, atq. vni cedit Homero*

*Propter mille annos. At si dulcedine fama*

*Succensus recites, Maculonus commodat, ades,*

40

*Et longe ferrata domus seruire iubetur:*

*In qua sollicitas imitatur ianua portas,*

*Scit dare libertos extrema in parte sedentes*

*Ordinis, & magnas comitum disponere voces.*

*Nemo dabit regum, quanti subsellia constant,*

45

*Et quæ conducto pendente anabathra rigillo.*

*Quæq. reportandis posita est Orchestra cathedra*

*Nos tamen hoc agimus, senniq. in puluere sulcos;*

*Ducimus, & litus sterili versamus aratro.*

*Nam si discedas, laqueo tenes ambitiosa*

50

*Consuetudo mali. TENET INSANABILE multos*

*Scribendi Cacoethes, & agro in corde senescit.*

Pertexit his verbis, quæ cepit dicere. Romanos ciues diuites laudare quidem, sed nihil conferre in Poetas. Exponit autem primum sordidos diuitum astus, & artes, qui ne Poetis aliquid donarent, ipsi versus componebant, & Poetæ videri volebant, aliorumque versibus nihil indigere.

*Accipe nunc artes*] Est Hemistichion Virgilio.

*Artes.*] Astutiam & calliditatem dolosam, quæ effugiunt sumtus in Poetas conferendos.

27

*Ne quid tibi conferat.*] I. Ne diues ille patronus tuus quem colis & mane salutas propter carmina tua tibi aliquid muneris donet vel conferat, recitationes carminum aliorum Poetarum negligit, & in templum Apollinis vel Musarum ad auscultationem carminum non accedit, sed ipse versus facit, & suo iudicio excellens Poeta est, omnes Romanos & Græcos superat, Vni tantum Homero concedit propter ætatem, eo quod ipse longe sit antiquior.

*Musarum & Apollinis ade velisq.*] i. Spreto & contempto iudicio doctorum virorum, quod in æde Camænarum & Apollinis, vbi versus recitabantur, fieri solebat, versus facit. Vel indocte sine Musarum & Apollinis instinctu malos versus compilar. Vel eo dicit, quod recitantes Poetas ibi negligat, vel quod nihil curet, si statua ibi non donetur.

*Musarum ade.*] A Martio Philippo exstructa.

*Apollinis.*] Ab Augusto in Palatio consecrata.

*Ipsē facit versus.*] Sua opinione elegantissimos, qui omni Criticorum censura limatioris & sublimiores sunt. Recitat Macrobius iucundam quandam historiam de inopi quodam Poeta, qui Augusto Cæsari frequenter carmina exhibebat, pecuniæ aliquid honorarium ab ipso sperans. Ceterum Augustus & ipse aliquod Epigramma à se compositum ipsi reddebat, tanquam carmen carmine compensaturus. Ibi vero Poeta cum carmen Augusti laudasset, arrepta paupercula pera duos obulos, qui forte reliqui erant præmii loco Imperatori obtulit dicens, *ὅτι, τὸν σὺν τοῦ ποῦ. ὡς ἐβλάστη, ἐπὶ πλείονα εἶχεν, πλείονα δὲ καὶ ἰδίῳ σου.* Non iuxta fortunam tuam, Imperator, si plura habuisti plura etiam dedisti. Quo ioculari dicto & facto mirum in modum lætatus Augustus, Poetæ ampl. simum pecuniæ honorarium cōferri iussit, & ita lætum à se dimisit.

*Atq, vni cedit Homero.*] Nulli præter Homero cedit, tantum sibi suisque carminibus tribuit. Nempe ignorantia & persuasio sorores semper iungit.

*Propter mille annos.*] Reliquis omnibus se superiorem putat. Vni Homero cedit. Non quia Homerus melior, sed quia vetustior, qui scilicet tanquam vetustissimus apud omnes multum auctoritatis habeat.

*Mille annos.*] Dicit numerato sortassis tempore ad ætatem suam. Vixit autem Homerus post illum captum anno 260. Autē conditam urbem Romam 160. anno, aut circiter.

*At si dulcedine famæ.*] i. Si ob lucrum carmina componis & recitas negligis, & frustra es. Sin vero ut famam & honorem consequaris, illi diuites domum quidem in qua recites tibi accommodabunt, ceterum omnes sumtus & impensas pro reportandis subsellis & reliquis ad id necessariis amittes, & ipse sustinebis.

*Successus.*] Si gloria & laude ducis & accensus es. Si laudem & gloriam aucuparis, ciues Romani tibi præsto erunt, modo nihil sumtum impendere cogantur.

*Maculorum.*] Vir diues & sordidas hic, ut & Fronto, Poetis domos in quibus recitent, accommodabat.

*Et longe ferrata domus.*] Amplissima & splendida domus ferro valde munita tibi seruiet, ut tu nimirum in illa recites.

*In qua sollicitus.*] Obiter notat luxum Romanorum in ædificiis exstruendis, in quibus ianue inftar portarum urbis magnifice exstructæ erant. Cum interea sordidi & illiberales essent, erga Poetas, quibus omnia quidem accommodabant, dummodo nullas impensas facerent.

*Sollicitus portas.*] Vel cuius ianua ea cura vnumquemque admittit, qua peregre redeuntes tempore belli in ciuitatis portas recipiuntur. Vel quæ urbis portæ sollicitè munitæ sunt ferro, & repagulis.

*Scit dare liberos.*] Hoc eo dicit, nam solebant inter auditores disponere, qui plauderent, & Poetæ recitanti tanquam eximio gratularentur. i. Disponit hinc inde liberos in extrema parte ordinis vel totius cœtus sedentes, qui tibi adplaudant. Sic Nero in toto theatro disposuit iuvenes, qui diuersa plausuum genera edicerent, & sibi recitanti adplauderent.

*Extrema in parte ordinis.*] i. totius cœtus, vel in extrema parte in ordine auditorum, qui maxime remoti, vti illi reliquos etiam intermedios ita ad plausum inuitarent.

*Et magnas comitatus.*] i. Magna voce tibi adplaudentium. i. Omnia facies, quæ tibi ad famam aucupandam possint conducere. Sed nemo sumtus & impensas tibi refundet.

*Comitum*) i. Clientum suorum.

*Nemo dabit regum*) Liberalitatem diuitum in aucupanda Poetis laude notauit, iam pergit ad sordes illorum, qui ne tantum quidem Poetæ darent, quantum baiuli & fabri reciperent, qui subsellia apportassent, & Orchestram extruxissent.

*Nemo regum*] Patronorum, diuitum, & nobilium, quorum laudes recitas.

*Subsellia*.) Adportanda & reportanda à baiulis, Ex his autem auditorium extruebatur. i. quantum Poeta expendit baiulis & aliis qui subsellia & sedilia pro auditoribus illuc, ubi recitabant, portasset. Miserrima profecto Poetarum conditio. Tacitus scribit, quod Poeta recitaturus vitro rogare & ambire coactus sit, ut essent, qui dignarentur audire, & ne id quidem gratis. Nam & domum mutabatur, & auditorium extruebat, & subsellia conducebat.

*Subsellia*] Conducentia, adportanda, reportanda.

*Et qua conduco*.) i. quantum gradus, scalæ, vel Anabathra constant, quæ dependent facta ex conducto tigillo, tigno, vel tabulis. vnde gradus fiebat. Vel, quanti constant gradus, per quos adscendunt, quæ suspensa sunt ad tigillum vel trabem, dato precio à Poeta conductum.

*Anabathra*.] Græcum vocabulum scalam vel gradum significans ab *ἀναβαίνω* Adscendo.

*Pendens*] Vt gradus, & scalæ solent.

*Quæq; reportandis*.] i. Quanti constat Orchestra, vel spatium in quo Pantomimi saltant, posita inter cathedras conductitias, & reportandas ad conductorem.

*Orchestra*.) Proprie spatium in theatro, in quo Pantomimus saltabat ab *ἐρχόμενος*, vel tibicen modulabatur. Alii tabulatum interpretantur.

*Reportandis cathedris*.] Non enim ibi ut in theatris perpetua erant, sedilia, sed eo, ut vsus postulabat, portabantur, & ad eos finita carminis recitatione, à quibus conductæ erant, reportabantur.

*Nos tamen hoc agimus*.] Damnat Poetarum stultitiam, qui cum nullam prorsus ex Poetica utilitatem consequerentur, tamen scriberent, & scribendis carminibus studiose incumbere. i. Nos Poetæ, licet ex carminibus scribendis nihil emolumenti consequamur, tamen in stulto nostro proposito perseueramus. Defatigamur, sine villo laboris premio. Notat Poetarum stultam ambitionem.

*Hoc agimus*.] Studiose & intente labores nostros persequimur, Solebant autem in sacris solemnibus hoc exclamare. *Hoc age*,

*Tenuis, in puluere*.] i. Sulcamus, & aratro inuertimus tenuem aridum, sterilem, & secum puluerem, in quo nihil nascitur. i. infrugiferos, & frustaneos labores suscipimus.

*Es litus*.] i. Litus aramus, & frustra laboramus oleum & operam perdentes. Quid.

*Nil profecturus littora bubus aras*.

Ceterum in maris litore nihil crescit, quia ibi steriles arenæ, vel quia quæcumque ibi crescunt, continuis saltis aquis suffocantur. Vide Prouerbiū,

*Arare litus*,

*Sterili aratro*.) i. Inuertimus non fructuoso aratro terram arenosam, mari vicinam & sterilem. Est Metaph. ab arantibus.

*Nam si discedas*] Causam iam huius stultitiæ exponit, quod discedere à proposito, & carmina intermittere nequeant, propter consuetudinem, & ambitionem. Sententia est, si à proposito carmina scribendi discedere velis, & te ad lucrosa officia conferre, vel si discedere velis à Poetica inuiti, ad lucrosam vitæ genus. Tum consuetudo ambiciosi illius & honoris cupidi mali quo carmina scribis, te laqueo quasi victum detinet, & retinet, ne possis discedere, & aliis rebus animum applicare.

*Consuetudo ambiciosa mali*.) i. Poetices studium, quod adsuuisti, quod semper exercuisti, quo laudem & gloriam ambiciosus tibi aucuparis. Consuetudo. Altera natura, quam mutare difficillimum.

*Laqueo tenet*.) i. Ambitio & laudis cupido, quasi victum obtorto collo te tenet, & te quo ille, non quo tu velis, impellit,

*Tenuit*

*Tacet insanabile.*] Eximius versus & nostro saeculo cum primis vsurpandus. i. Mala consuetudo in Poetis plerisque *diar* & incurabilis, vt pote inueterata plerosque æternum detinet. Vel mala consuetudo scribendi, & sua scripta recitandi, & ex recitatione laudem & gloriam vendendi, multos seu moribus, qui curari non potest insanabilis inuadit & tenet, inque illa consuetudine ad senium vsque peruehat.

*Insanabile.*] Maximè appositum Epitheton. Est enim *incurabilis* morbi genus non facile curabile. Quo verbo frequentissimo, & vtiturissimo mala consuetudo significatur. Porro ambitio & honoris cupiditas cum semel animum inuasit, inque illo radices egit nunquam postmodum rursus euelli potest. Ludit autem ambiguitate *incurabilis*.

*Et agros corde*] id est, in animo ambicioso, & laudis cupidine ægroto, & tanquam morbo laboranti, consuetudo illa ad extremum vsque senium peruehat. i. Ille morbus remanet ad ultimam senectutem, & vna cum homine senescit. Egregie dixit: Multi enim scribendi cupiditate adeo detinentur, vt non in vltima senectute solum scribant, sed post mortem etiam, si possibile esset, scripturi erant.

— SED VATEM EGREGIUM, cui non sit publica vena,

*Qui nihil expositum soleat deducere, nec qui*

*Communi feriat carmen triuiale moneta,*

55 *Hunc qualem nequeo monstrare, & sentio tantum,*

*Anxietate carens animus facit, omnis acerbis*

*Impatiens, cupidas Sylvarum, aptusq; bibendis*

*Fonsibus Aonidum, NEQVE ENIM CANTARE sub antro*

*Pierio, Thyrsusq; potest contingere sana*

60 *Paupertas, atq; aris inops, quo nocte dieq;*

*Corpus eget. SATVR. EST, cum dicit Horatius, ohe!*

Notauit supra plures versus scribere, & eorum scribendorum cupiditate duci: iam demonstrat, quam pauci inter illos, & fere nulli vere Poetæ sint. Et causam huius rei exponit, quod nemo plenum & graue carmen possit cantare, nisi cui animus sit liber, lætus, hilaris, ab omni cura & sollicitudine alienus, cui liberalis victus & amictus abunde suppetat. Quæ cum sui temporis Poetis pauperibus & famelicis, de cibo, potu, aliisque rebus necessariis anxii & solliciti negata fiat, non mirum tantam bonorum Poetarum esse penuriam.

*Sed Vatem.*] i. Eximium Poetam, & omnibus numeris absolutum animus liber ab omni cura & sollicitudine facit.

*Egregium.*] De tali Horatius:

— Neque enim concludere Versum

*Duxeris esse satis, neque si quis scribat tui nos*

*Sermoni propiora, putes hunc esse Poetam.*

*Ingenium cui sis, cui mens sublimior, atque or,*

*Magna sonaturum, det nomen huius honorem.*

*Cui non sit publica Vena.*] Communis, vulgaris, plebeia, triuialis, das nur gemetne *Sachen* scit, quæ nihil abiectum, humile, gracile, triuiale, vt omnes fere, componit, qui Poeta sit. Marso, Orpheo, Hesiodo, Homero, Virgilio similis, &c. Qui ingenio, iudicio, solertia, sagacitate, eloquio alear.

*Qui nihil expositum.*] id est, Qui nihil omniibus patens, omnium oculis expositum & obuium carmine producat, sed abdita, ne cuius obuia, & noua inueniat, Omnibus promptum.



*Deducere*] Producere, proferre, Herfürbringen.

*Nec qui communis*] Metaphora à monetariis æs signantibus, qui semper vnius notæ numus proceduat. Sic tales semper eadem chorda obstruant. Der ein carmen schmedet nach meiner Ring.

*Feriat*] Fabricet quasi super incude.

*Triuiale*] Rude, plebeium, quale faciebant in triuiis rustici, vel vile, quale in triuiis cantari solet.

*Hunc qualem nequeo*] i. Cuinamodi egregii Poetæ Ideam solummodo in animo & cogitatione sentio & concipio, qualis sit, sed monstrare illum non possum cum huiusmodi nostro tempore non inueniatur. Vel cuius boni Poetæ Ideam in animo expressam habeo, non qualis datur inter homines, nec qualem vnquam vidi, sed qualis merito esse deberet, si daretur.

*Sentio tantum*] i. Animo eius Ideam vel imaginem solummodo concipio.

*Anxietate carens*] i. Hunc qualem ad vnguem expressi, & mente descriptum habeo facit animus omni tristitia & sollicitudine carens, qui nihil molesti & acerbī patiatur. Ponitur causa efficiens egregii Poetæ, animus ab omni cura & sollicitudine vacuus. Sic Ouid.

*Carmina secessum scribentis* & *ocia quarunt*,  
Item *Carmina promeniunt animo dedulla sereno.*

*Omnes acerbī impatientes*] i. Qui nihil acerbī pariat. Ac tunc postum. Sic Sallustius inquit: *Insolens malorum artium*. Non autem animus lætis ac iucundis speculationibus Poeticis impendi potest, cum cura & sollicitudine impeditur.

*Cupidus sylvarum*] Qui gaudeat, in ocio, secessu, siluis, & amœnioribus locis, vbi speculationibus suis indulgere sine interpellatione possit, degere, & nulla re vel commercio hominum impediri. Sic Horatius.

*An tacitum sylvas inter reptare salubres.*

*Cur autem quidquid dignum sapiente, bonoque, est*  
Et alibi: *Scriptorum chorus omnis amas nemus, & fugit Urbem.*

*Apuſq; bibendis*] i. qui idoneus sit ad Musarum fontes bibendos, qui excitata mente suapte natura ad scribendum carmen feratur, qui dignus sit, quem animum Apollo inhabitet, & furore Poetico concitet. Est autem Aonius fons in Bœotia Musis sacer, ad quem fugit Heciodus seſe à Musis ductum, & ex illo aquam bibisse.

*Neque enim cantare*] Sensus & ordo talis est. Paupertas sana & furoris Poetici, (qui prouenit ex rerum omnium adfluentia & copia, expers non potest cantare sub Pierio antro, id est non potest canere Musis & Apoll. ne digna.

*Antro Pierio*] in Parnasso monte antra quædam erant, quæ credebantur plena esse Musarum numine, inter quæ omnium formosissimum & celeberrimum erat Nympharum antrum Corylium dictum.

*Thyrsusq; contingere*] i. Diuino Bacchico furore corripī, more Bacchantium, qui epulis & vino dīſſenti & furiosi thyrsū, hastam pampinis inuolutam gestabant. Porro Bacchus Potius furere flagitur. Nam vt ille dixit:

*Dulcia non scribis carmina poter aqua.*

Hinc Plato, Democritus, Aristoteles, Cicero dixere, neminem plenum & perfectum carmen posse fundere sine furoris instinctu. Et frustra Poeticos furores mentis suæ compos pepulit.

*Sana Paupertas*] leiuna, famelica, & ob id sobria, & frugalis, quæ cogit Poetam sanum, & moderatum esse. Horatius.

— Excludit sanos Helicone Poetas  
Democritus.

Pauper

Pauper autem tali furore corripitur non potest, quia sæpe quod edat & bibat ad sustentandum corpus non habet, nedum ut ad furorem, v[el] que sese inuitare possit. Sana autem dicitur pauperitas, quia lapsos & moderatos homines facit. Hinc superius Sat. 6. dixit:

*Nullum crimen abest, facinusque libidinis ex quo*

*Paupertas Romana pergit.*

*Atque aris inops.*] Cuius adminiculo opus est, cum numus omnium rerum sit vicarius.

*Satur est, cum dicitur.*] Probat quod dixit exemplo Virgilii & Horatii, quibus nisi omnium rerum copia Mæcenatis beneficio exstisset, nunquam tantam gloriam immortalitate dignis carminibus inuenissent.

*Sint Mæcenates, non derunt Flacce Marones.*

i. Cum Horatius diuinum carmen fundit, & omnibus numeris absolutas odas feliciter exprimit, & Bacchum fatuosus inuocat, potus & vino plenus ac saturus est. Respicit autem ad oden a. 1. lib. 1.

*Obe recentis mens trepidat metus  
Plenoq[ue] Bacchi pectore turbidum  
Latatur. Ohe parce liber,  
Parce grani metuende thyrsi.*

**QVIS LOCUS INGENIO** nisi cum se carmine solo  
Vexant, & dominis Cyrrha Nysaq[ue] feruntur,  
PECTORA NOSTRA DVAS non admittentia curas  
65 **MAGNÆ MENTIS OPVS**, nec de lodice parandæ  
Attonita curru & equos faciesq[ue] Deorum  
Aspicere, & qualis Rutilum confundat Erinny:  
Nam si Virgilio puer, & tolerabile desit  
Hospitium, caderent omnes à criminibus hydra,  
70 **SERDA** nihil gemeret græue buccina. Poscimus ut sit  
Non minor antiquo Rubrenus Lappa Cothurno,  
Cuius & albiolos, & lena pignerat Attreus.

Vltius demonstrat neminem in inopia constitutum, & de re familiari, victu & amictu sollicitum egregia carmina posse scribere, cum ingenii vis ad duas res & curas simul intendi nequeat.

*Quis locus ingenio.*] Esse scilicet potest. Vel quomodo ingenium vires suas potest exserere, nisi cum vni rei intenditur?

*Niscum se.*] i. Nisi cum nostra pectora se sollicitant in solius carminis confectione, non autem externalis curis. Nam duabus curis simul intendi non possunt, ut de egregio carmine fundendo & de rebus domesticis sint sollicita. Nam dum vnius cura intenditur, altera oportet ut remittatur.

*Vexant.*] Cum se non aliis curis pectora nostra vexant.

*Et dominis Cyrrha.*] i. Quando rapiuntur & agitantur nostra pectora à domino Cyrrha, id est Baccho, & Nysa id est Apolline, id est, quando Bacchi & Apollinis furoris instinctu rapiuntur. Vel cum Apolline & Baccho agitata ad diuinum carmen fundendum singulari mentis furore feruntur. Sic Lucretius non nisi singulari mentis furore vino concitato, & non nisi per intervalla ad carmina fundenda ferebatur. Cyrrha v[er]bo vetusta sub rupe Parnassi montis, Apollini sacra, Vnde Apollo Cyrrhaus dicitur, ut Bacchus Nysæus, à Nysa Arabiæ v[er]bo Egypto propinquus, in qua Bacchus educatus. Alii dicunt Cyrrham & Nysam duos colles fuisse Parnassi.

Lucanus

*Caridine Parnassus gemino petis aethera collo  
Mons Bromio, Phæboq[ue] sacer.*

*Duas curas.*] De re Poetica & domesticis.

*Magna mentis opus.*] Confirmat idem exemplo Virgilii. Sensus est. Conspicere & fingere contemplando currus, equos & Deorum imagines, & illa omnia ingenioso carmine repræsentare, ut Virgilius facit. Est opus magni & excellentis ingenii, quod non sit sollicitum de realiqua domestica tibi comparanda.

*Nec de lodiæ.*] i. Mentis omni cura & sollicitudine vacuæ, est magnas res Poetico furore posse animo concipere, & eximiis versibus exprimere, qualis Virgilius lib. 7. expressit.

*Lodiæ.*] De vili lecti stragulo emendo, quo ex paupertate careat. Ponitur hic pro quavis re domestica necessaria.

*Attonita.*] quæ auxie quasi curiosa sit, & ex cura illa graniter perculsa & quasi attonita, nimis sollicita. Hyperbolica & catachrestica locutio.

*Currus & equos.*] Huiusmodi multa passim apud Virgilium inueniuntur. lib. 10. de Turno ait:

*Poscit equos gaudetq; tuens ante ora frementes.*

Item: *Poscit equos, atque arma simul, saltuq; superbus*

*Emicat in currum, & manibus molitur habenas.*

*Facies Deorum.*] Multis passim locis apud Virgilium Deorum præsentia exprimitur.

*Adspicere.*] Mente concipere, fingere, & sibi repræsentare, in animo, & prius contemplari. Nam quicquid scribimus prius in mente quasi imaginando adpicimus & contemplamur, cuius mentalis cogitationis, & contemplationis ideam postea verbis & versibus exprimimus.

*Es qualis Erinyes.*] i. Quam terribilis, horribilis & formidabilis Furia infernalis Aleto. De hac Virgilius lib. 7.

*Talibus Aleto dætiis exarsit in iras*

*At inueni oranti subitus tremor occupat artus*

*Dirigere oculi, tot Erynnis sibilat hydiæ.*

*Rutilum.*] Turnum intelligit.

*Confundat.*] Perturbet, in desperationem coniciat.

*Erinyes.*] Furia. Aleto intelligit. Sunt autem tres Aleto, Tisiphone, Megæra. Dicitur Erinyes *ἄνα τῆ ἰππῆς* Distrahens, i. mens. Eo quod mentem distrahit.

*Nam si Virgilius.*] i. Si Virgilius Mæcenatis liberalitate & magnificentia tantas commoditates viuendi non habuisset, si ministro caruisset, commoda domo, si rerum necessariorum inopia laborasset, nunquam tale carmen conscripisset.

*Puer.*] famulus, minister, qui domini mandata exsequeretur. Si ipse sibi seruus ex inopia coactus fuisset, & ob id variis negotiis distractus.

*Tolerabile.*] Mediocris habitandi commoditas, in quo hospitio quiete & tranquille posset viuere.

*Caderent omnes.*] i. Non potuisset tam ingeniose fingere & describere illam Aleto furiam loco crinium serpentes & hydros habuisse, cum ait *tot Erynnis sibilat hydiæ*. id est, Desuissent etiam ipsi omnia eloquentiæ ornamenta, quibus in furiarum descriptionibus, usus est. Fingunt autem Poetæ Medusam, & furias infernales capillorum loco serpentes habere.

*Surda nihil.*] i. Non potuisset etiam tam ingeniose fingere Aleto furiam buccinam inflare, & grauem sonitum edere. Sed buccina illa fuisset surda, muta, non acuta, sed insensibilis, & non vocalis. Persius: *Sens spirans cæcæ surdum.*

Respicit autem ad illa Æneidos Virgilianæ lib. 7.

*Pastorale canit signum, cornuq; recuruo*

*Tætaræam intendit vocem, qua protinus omnes*

*Contremuit membra, & silua intonare profunda.*

*Nihil graue.*] Terribile, horrendum.

*Gemetus.*] Cum gemitu rauco sonaret. Sic supra:

— nullo gemis hic cornicina cornu.

*Persius*

*Postumus* & *fr.*] Inquit si suo tempore Mæcenates sint, qui Poetas in honore haberent, forte multi excellentes sint Poetæ. id est. Desideramus ut Rubrenus Lappa Poeta ille Tragicus ingeniosissimus, sed pauperissimus, non in minori æstimatione sit, nec minorem etiam vivendi commoditatem habeat, quam veteres Tragici, & illis facile si non superior, par saltem & æqualis futurus est. Verum ille miser & pauper est, ære alieno obrutus, nec est, qui ei subveniat.

*Postumus.*] Est conditionalis locutio, cum querela coniuncta. Sic dixit Sat. 5.

*Ipsi pauca velim facilem si præbeat aurem.*

*Postumus* & *canes civiliter*, &c.

*Non minor.*] Non viliorē vivendi commoditatem habeat. Habeat suos patronos & Mæcenates munificos & liberales.

*Antiquus cothurno.*] Sic in illo honore, æstimatione, & loco, quo fuerunt præci Poetæ Tragicæ, Æschylus, Euripides, Sophocles, quibus magnæ diuiciæ, summi honores habiti: nec minus etiam summi et rebus necessariis adiuverunt. Est autem Cothurnus altus calceus Tragicus: Hic pro Poetis Tragicis ponitur.

*Cunus & Albulor.*] i. Qui ob inopiam tabulas in quibus scribit, & lænam, vel penulam qua vestitur Atreæ fœneratori oppignat: auit.

*Albulor.*] Tabulas calculatorias, lusorias, scriptorias. Est diminutivum ab Albus. Turnebus legit *alueolos*, lances & parapsides intelligens. De quibus Sat. 5. dixit:

— *Illud enim vestris datur alueolis.*

*Pignus*] i. pignoris loco tenet & occupat.

*Atreus.*] Fœnerator ille.

*Non habet infelix Numitor, quod mittat amico,*

*Quintilla quod donet habet. nec defuit illi*

*Vnde emeret multa pascendum carne leonem.*

*Iam domitum. Constat leniori bellua sumtu,*

*Nimirum & capiunt plus intestina Poeta*

Dixit supra quæ impedimenta vel optima & summa ingenia remeantur. Hic falsè taxat luxuriosas sordes nobilium, qui meretrices, leones, canes luxuriose alant, erga Poetas sordidissimi.

*Non habet.*] id est, Infelix ille & pauper Numitor (ironia est, fuit enim ditissimus) non habet quod amico suo Poetæ viro optimo muneris loco mittat. Verum quod Quintillæ meretrici donet illud vero habet. Hæc etiam in nostram ætatem optime competunt, qua plerique nobiles, principes, canes, equos, adulatores, Scophantas, histriones, gladiatores, scorta denique potius alant, & liberalissime sustentant, quam virum bonum.

*Numitor.*] pro quolibet nobili positum.

*Quintilla.*] Meretrici. Pro quolibet ponitur. Martialis de consimili Lupo quodam dixit:

*Pauper amicitia cum sis Lupo, non es amica.*

*Nec defuit illi*] id est, Pecuniæ satis habuit cum voracissimum illud animal leonem vellet emere. Talia animalia, canes & lupi, leones, urstantis, in plurimis aulis impensis alantur, quibus plurimi homines in extrema miseria constituti optime ali & sustentari possent.

*Iam domitum.*] Hæc Pænus primus docuit leonem domare, testis Plinius.

*Constat leniori.*] Ironice pronuncia, & contrarium intellige. Leo scilicet nutritur minori sumtu & expensâ, quam Poeta, quod absurdissimum. Nam leo voracissimum animal est.

*Nimirum.*] Scilicet, Ironiz particula. Refert hoc, quasi nobiles illud ad sui defensionem dixerint.

*Et capimus.*] Plus vorat Poeta, quam leo.

- Contentus famâ iaceat Lucanus in hortis  
 Marmoreis: at Serrano, tenuiq; Saleio  
 80 GLORIA QVANTALIBET quid erit, si gloria tantum est?  
 Curritur ad vocem incundam, & carmen amica  
 Thebaidos, latam fecit cum Statius urbem,  
 Promisitq; diem: Tanta dulcedine captos  
 Adficit ille animos, tantaq; libidine vulgi  
 85 Auditur: Sed cum fregit subsellia versu  
 Esurit intactam Paridi nisi vendat Aganem.  
 Ille & militia multis largitur honorem  
 Semestri vatum digitos circumligat auro,  
 Quod non dant procures dabit histrio. Tu Camerinas  
 90 Et Bareas, tu nobilium magna atria curas?  
 Prefectos Pelopea facit, Philomela tribunos.

Occurrit initio tacite obiectiōi vel occupationi alius cuiusdam diuitis sordidi. Poetas sola gloria, & fama contentos esse debere, quæ illis debeat sufficere. Respondet auctor, Lucanum, qui bellum Pharsalicum inter Cæsarem & Pompeium multa laude conscripserat, & alios ditissimos Poetas gloria contentos esse posse. Verum Serrano, Saleio, & aliis tenuioribus Poetis gloriam inutilem esse, si paupertate premantur, & non habeant unde viuant. q. d. Fama possunt acquiescere, si diuites sint, qualis fuit Lucanus.

*Iaceat.*] in ocio & voluptate, in secessu delitescat vñd laß es gutt wetter sein.

*In hortis marmoreis.*] Fuit enim ditissimus teste Tacito & Eusebio.

*At Serrano.*] id est, illis vero pauperibus si vel maxime ingens sit gloria, quid tum postea? Da pressen sie von. Saleius Bassus, & Serranus, erant nobiles Poetæ sub Domitiano, sed pauperes.

*Tenuis.*] inopi, pauperi, famelico.

*Quantalibet.*] quantumvis maxima.

*Gloria tantum.*] Quæ sine villo sit commodo, utilitate, lucro.

*Curritur ad vocem.*] Probat quod dixit exemplo Statii. Erat enim ille Poeta optimus, omnibus gratissimus, gloriam consecutus maximam, nemo tamen eum liberali munere pascere & sustentare volebat, nisi carmina à se composita Paridi Histioni & aliis vendidisset. Non desunt, qui putent Papinium Statium hoc loco agitari à Iuvenale, quod se insolentius iactasset cum à Domitiano in Quinquatriis Minervæ coronaretur, idque non tam suo merito, quam in gratiam Paridis Pantomimi, cui Statius erat carissimus, id est, ab omni populo Romano, qui valde delectatur Statii Poemate concursus sit ad auditorium, in quo Statius poema suam incunda voce recitabit.

*Vocem incundam.*] Delectabilem, & suanem recitationem Statii.

*Amica Thebaidos.*] Gratæ, acceptæ. Significat autem Poema Statii, de bello Thebano, quod etiamnum exeat. Quod carmen populus tantopere amat, ut illud tanquam amicam habeat.

*Latam fecit cum.*] Quando nimirum promittebat diem, in quo carmen illud recitare volebat, quem diem Romani cum desiderio expectabant. Libenter enim populus illum audiebat, repote optimum poema incunda voce pronunciantem.

*Promisitq; diem.*] Illo ipso die, quo promittebat se certo aliquo die recitaturum suam Thebaida urbem Romanam læticia adficere.

Tana

*Tantum dulcedine, &c.*] Animos auditorum suorum, versuum suorum dulcedine irretitos.

*Lebidine vulgi.*] Cupiditate, voluptate, gaudio. Meminit a. hoc loco Statii non sine tacita suspensione simulacris. Vt Satyra prima Valerium Flaccum tacite notavit, vt ex Parrhasio demonstravi.

*Sed cum fregit.*] i. Vt vel maxime in tanto honore sit Romanis licet etiam tanta vocis iucunditate & vehementia pronunciet, vt versu sedilia auditorum frangat: Esurire tamen cogitur, nisi opera sua Paridi histioni vendat.

*Fregit subsellia.*] Recitatione versuum, quos cum populus tanto favore audiret sua frequentia & multitudine scamna fregit. Vel potius est hyperbolica locutio de ipso Statio recitante intelligenda, quod vehementi impetu, & recitatione versuum ob vocem iucundam & virilem subsellia fregit. Sic prima Sat. dixit.

— *Afiduro rupta lectore columna.*

*Esurit.*] i. Post tantum populi fauorem nemo est, qui ipsum aliquo pecuniae honorario donauit. Et nisi fabulam nondum diuulgatam Paridi vendidisset, non haberet quod ederet.

*Intraeam.*] Notam, à nullo arte visam, tractatam, recitatam.

*Agamem.*] Fabulam compositam de Agaue matre Penthei Thebarum regis, qui quod Bacchum contempsisset, in specie apri vt alii, vituli, à matre, vel matertris fuit laceratus.

*Paridi.*] Ostendit Statium Paridis gratia inseruisse, cui spe mercedis carmina sua obtulerit. Vivebat hic histrio vel Pantomimus Domitiani tempore. Domitiz Neronis amicitia libertus, inuentus Romanæ pulcherrimus, cuius amore coniux imperatoris Domitia tenebatur, quæ ob Paridis amorem in consilio coniuratorum fuit, à quibus Domitianus septem vulneribus confossus interiit. Hic autem Paris à Domitiano occisus fuit. Ab hoc Paride dicitur Statius obmiam paupertate annuo salario sustentatus. Paridis Epitaphium apud Martialem extat taliter

*Quisquis Flaminiam tenui Victor,  
Noli nobile præterire marmor.  
Vrbis delicta, salesq; Nili  
Ars, & gratia, lusq; & Voluptas.  
Romani decus & decor theatri,  
Atq; omnes Veneres cupidinesq;  
Hoc sunt condita, quo Paris sepulcro.*

Hoc ergo loco auctor noster Paridem falsè & iocose vexat, quasi summum litterarum patronum.

*Ille & militia.*] In Paridem Pantomimum falsè hæc dicuntur, qui histrio cum esset, plurimum apud Imperatorem valebat. Et his versibus exilii causam sibi peperit auctor noster. i. Vilis ille histrio tantæ auctoritatis est apud Imperatorem, vt militiæ honores, præfecturas, Tribunatus, equestrem dignitatem, cui velit, possit tribuere.

*Militia honorem.*] Præfecturas, Tribunatus.

*Mulier.*] Poetis, quorum summus patronus est. Notat rectè ipsum Imperatorem, cuius indulgentia etiam histiones in summa potentia & dignitate erant.

*Semestri Saturno.*] Dat Poetis annulos aureos semestres, id est, hibernos, & æstivos. Demonstratum n. Sat. 1. Luxum Romæ apud elegantiores & lautiores inuenisse anulos duorum generum, æstivos & hibernos. Vbi hiberni erant maioris ponderis, æstivi leuioris. Hinc, vt, dictum. Sat. 1. dicit.

*Ventilat æstiuum digitis sudantibus aurum  
Nec sufferre potest maioris pondera gemma.*

*Circumligat.*] Induit, erornat.

*Quid non dant procures.*] Ridiculè, scoptice & iocose hæc dicuntur. q. d. Si nobiles & muldæ & procures Romani, Poetarum patroni esse nolunt, inueniuntur histiones & mimi, qui suo patrocinio illos tueantur. Arque hi adeo versus Poetæ nostræ exilium pepererunt, qui à Domitiano, sub Præfecturæ specie instigante Paride in Ægyptum militatum mittebatur. Vt

om Paridem per scomma & iocum militiæ honorem, & præfecturas multis dare dixerat, & ille Iuuenalis talem honorem, sed in pœnam acciperet. Pro iocoso delicto similem iocofam pœnam ipsi imponens. i. Non sunt colendi proceres & nobiles vt Camerini & Bareæ, qui nihil conferrant Poetis. Vnus h' stio Paris est colendus, qui summus Poetarum Patronus est.

*Tu Camerinos, &c. curas?* ] quasi dicat, Stulte facis. Ne flocci quidem illos feceris. Erant autem Camerinus, Sulpitius, & alii, nobilissimi, & Imperatori carissimi.

*Bareæ.* ] Vt Soranus Bareas. De quo sub finem 4. dictum est.

*Nobilium magna atria.* ] Vt illa sportulæ gratia frequentes.

*Præfatos.* ] i. Tragedia de Pelopea Paridi data euehit Poetam ad Præfecturam, & Tragedia de Philomela ad Tribunitiam potestatem. tantum valet auctoritas & potentia histrionis.

*Pelopea.* ] De illa Tragedia conscripta, & Pelopea inscripta, quæ fuit filia Thyestæ, cum quæ ipse pater concubuerat, ex quo incestu natus est Ægisthus adulter Clytemnestræ, qui Agamemnonem occidit.

*Philomela.* ] Tragedia de Procne, Philomela, Tereo, & Ity, vel Ithilo. De hac fabula superius aliquoties dictum.

*Haud tamen inuideas vati, quem pulpitâ pascunt*

*QV S TIBI MÆCENAS? quis nunc erit aut Procleius?*

*Aut Fabius? quis Cotta iterum, quis Lentulus alter?*

95

*TUNC PAR INGENIO precium. NUNC VTILE multis  
Pallere; & toto vinum nescire Decembri.*

*Haud tamen.* ] De Statio intellige, quem vt quidam putant, hoc loco excusat, eiq; inuidendū esse negat, quod pulpitus, scenis, recitandis carminibus victum quærat, cum inde parum lucratur. Alii putant Scopiticè hæc in Papinium dici, eiusq; impudentiam, & turpem quæstum notari. Et, vt verum, quod mihi videtur, fatear. Poeta vaide lubricus est tota hac Satyra, vt incertum sit multis in locis serio an Scopitice loquatur. Et hic loquitur, quasi solum Imperatorem & Paridē in Poetas munificum, & liberalem censeat, reliquos auaros & sordidos. i. Si vates suis carminibus ad præfecturas etiam & dignitates Tribunitias euehit possunt indulgentia Paridis: nullo iure Statio inuideri potest, qui recitandis carminibus tantum pascitur & nutritur.

*Quis tibi Mæcenat?* ] Conqueritur suo tempore Poetis tales patronos non esse, quales olim fuerint Mæcenæ Virgilio, & Horatio. Porro Caius Cilnius Mæcenæ in Poetas fuit liberalissimus, qui integra prædia in Sabinis Horatio largitus est.

*Procleius.* ] Vir optimus, eques Romanus, liberalissimus in consanguineos & amicos, De hoc Sat. 1. dictum, & Horatius.

*Vivet extento Procleius ano*

*Notus in fratres animi paterni*

*Fabius.* ] De Fabii Maximi liberalitate vide Valerium Maximum lib. 4. cap. 8. Et Plinium de viris illustribus.

*Cotta.* ] De huius liberalitate dictum est Satyra 5. ad illa verba.

*Qua Piso bonus, qua Cotta solebat Largiri.*

*Iterum.* ] i. quis denuo iam talis patronus erit.

*Lentulus alter.* ] q. d. Non inueniri alterum, qui sit tam liberalis vt Lentulus.

*Tunc par ingenio.* ] Prisco nimirum sæculo, cum munifici illi & liberales viri, vt dixi viverent, quo quis ingeniosius carmen scripserit, eo maius precium consequebatur. Ouid.

*Ingenium quondam fuerat preciosius auro,*

*Sed nunc barbaria est grandis, habere nihil.*

Plinius lib. 3. Epist. vltima. *Fuit moris antiqui eos, qui vel singulorum laudes vel Urbem scripsissent*

perant aut honoribus, aut pecunia ornare, nostris vero temporibus et alia speciosa & egregia, imo hoc imprimis exolevit. Nam postquam desimus facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus.

*Nunc Grile.* Alii codices habent tunc, hoc sensu. Illo prisco tempore utile & frugiferum erat studio, vigiliis, exactisque carminum lucubrationibus pallorem sibi contraxisse; quia, quo quis meliora scripsisset hoc munus etiam erat melius. Et utile etiam tunc erat, eo tempore, quo alii maxime gulae luxui & genio indulgebant, maxime sobrie se domi continuisse, & egregius Poematibus & operibus indulgisse, ubique maxime nam laudem, maxima praemia adquisivisse. Porro mense Decembri Saturnalia maxima poculorum licentia celebrabantur. Verum potest & nunc legi hoc sensu. Contra nunc multi illam utilitatem consequuntur ex Poematibus suis, ut pallescant, & ne tantum quidem habeant quo vinum sibi mense Decembri, quo Saturnalia ab omnibus laetis ac lubentibus celebrantur, comparare possit. Nam qui tunc legunt, & interpretantur, quasi Sobrii fuerint prisca, & carminibus vacarint Decembri mense non convenit cum praecedentibus, ubi dixit Horatium & Priscos Saturos fuisse cum scriberent. Et Horatius:

*Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma  
Profilus.*

*Vester porro labor fecundior historiarum,  
Scriptores: petitur plus temporis, atque olei plus:  
Namque oblata modi millesima pagina surgit  
Omnibus, & crescit multum damnum a papyro.  
Sic ingens rerum numerus iubet, atque operis lex.  
Quae tamen inde seges? terra quis fructus aperta?  
Quis dabit historico, quantum daret acta legenti?  
Sed genus ignavum, quod tacto gaudet & umbra.  
Dic igitur, quid causidici civilia praestent,  
Officia, & magno comites in fasce libelli?  
Ipsi magna sonant: sed tunc cum creditor audit  
Praecipue, vel si tetigit latus acrior illo,  
Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen.  
Tunc immensa cauispirant mendacia folles.  
Conspuiturque simus. Veram deprendere messem.  
Si libet hinc centum patrimonium causidicorum;  
Parte alia solum Ruffati pone Lacerta.*

Haec autem prima huius Satyræ pars, in qua dixit de misera conditione Poetarum, & nobilitate Romanorum avaritia & sordibus. Sequitur iam pars secunda, in qua confert historicos cum Poetis, & causidicos, Rhetores, Grammaticos, quorum conditionem nihilo meliorem esse ostendit.

*Vester porro labor.* Est Ironia. Vos autem historici, sine dubio lautiores habetis conditionem, qui maioribus laboribus, & lucubrationibus nocturnis ingentia volumina conscribitis. Vnde haud dubie magni laborum fructus & emolumenta ad vos redeunt.

*Fecundior.* Utilior, uberior, fructuosior, plus commodi & emolumentum adferens, quam Poetarum.

*Petit plus tempus.* i. Requiritur a vobis plus temporis, & plus olei ad nocturnas lucubra-



tiones ad lucernā, in qua oleum. Sic Orationes Demosthenis dicebantur lucernam olere, quoniam nocturno tempore ad lucernam erant elaborata. Vetus meus codex habet *pe*, it hic plus. i. Hic vester labor requirit.

*Namq. oblita modi.*) Rationem subiungit, quare historici plus temporis & laboris requirunt, cum scribant ingentia volumina. Sic Liuius cum cœpisset ab urbe condita 40. Decadas conscripsit. i. Vestri n. libri in immensum excresecunt sine modo & mensura, & volumina ad mille paginas exscribitis. Et sic historico, qui omnia dextre & exacte describere satagit, multiplex volumina exsurgit, verū meus codex legit. Nullo quippe modo. Sine modo & sine in immensum excrecit.

*Et crescit multum d.p.*) i. vestri libri in immensum crescūt damnosī vobis ob multam papyrum quam impenditis historiis scribendis sine lucro.

*Damnosa.*) Nam precium pro papyro exponitis, quod vobis non refunditur. Et ita ostendit Historicis plus laboris esse, quam Poetis, sed non plus lucri.

*Sic ingens rerum numerus iubet.*) i. Sic lex & ordo omnis historiarum expostulat, & multitudo rerum describendarum, vt pagina, & liber in ingens volumen excreseat.

*Operum lex.*) quæ iubet vt quo ordine & ratione quæque gesta sunt, eo etiam describantur.

*Qua tamen inde seges.*) Respondet, nihil tamen mercedis inde prouenire, ex scriptiōe historiarum. i. quæ tamen merces prouenit illis, & quis fructus ex lucubratione illis, quando tanto labore latissimum illum historiarum campum arauerunt & aperuerunt. q. d. Nullus aut saltem perexiguus. Metaph. ab Agricultura.

*Terra aperta.*) Proscissa, & aratro inuersa. i. Cum multum laborant, quem fructum inde habent? Subintelligitur Responso, quod fructus inde sit perexiguus.

*Quis dabit historico.*) Obiectio avari nobilis historicis merito tantum nō conferri, quantum lictor, vel a lictore legenti eo quod ignaui semper sub recto, & vmbra sedcant, & scribant, cum Iuriconsulti in forum & curiam procedant, ibique summis laterum viribus dicendo contendant.

*Quis dabit.*) tantum precii historico, quantum aduocato & causidico, qui maiores labores subit. Sunt a. vt dictum, hi duo versus obiciētis cuiusdam, qui dicit, causidicos tamen sui laboris præmia consequi, sed quia laborant. Historicos vero tanquam ignauos & ociosos domi desiderare, & ob id merito indigere.

*Acta legenti.*) Processus in foro iudiciali, id est, Iuriconsulto vel aduocato.

*Sed genus ignauum.*) Historici sunt genus hominum deses, & ignauum. Dicit illud ratione Iuriconsultorum, qui magna vocis contentione causas agunt, cum historici quasi ociosi & silentes tantum scribant. Quamuis illis historicis longe grauiores labores in illa sedentaria quiete, quam clamorosis illis & Stentoreis rabulis immensis laterum viribus litigantibus.

*Dic igitur.*) Vult innuere aduocatorum vel causidicorum conditionem esse paulo meliorem, quam historicorum, sed tamen non ita lautam. Sunt a. verba Poetæ avaro respondentis. q. d. Ergone Iuriconsulti tam lautam conditionem habent. Age igitur dic nobis quidnam præstant illis ciuilia illa sua officia?

*Quid.*) fructus, commodi, lucri, emolumenti.

*Et magno.*) i. Magni libellorum acutus in quibus causam & actionem consignatam habent, quos secum in iudicium adferunt.

*Comites libelli.*) Qui comitantur eos vel portantur post eos in magno fasce, vel sarcina colligati.

*Ipsa magna sonant.*) Ostendit etiam Iuriconsultorum conditionem minus lautam esse, quorum tamen labores sunt grauissimi: Vt qui magna vocis contentione clamare, & causas agere cogantur.

*Magna*) pro magnum & grande. Aduerbialiter.

*Ipsi.*) Aduocati, causidici, rabulæ, summo labore verborum fumos vendunt, & magna voce agentes resonant, vt moris est?

*Sed tunc cum creditor, &c.*) i. Tunc potissimum grande sonant, & magna vocis concitatione causas

causas agunt, cum creditor, cuius causam agit in iudicio adest, & præsens auscultat. Tunc vehementem verborum vim profundit.

*Creditor.* ] Qui debitorem accusat, & contra illum actionem instituit pecuniam reposcens.

*Vel cum tetigit.* ] Vel cum alius quidam dubiam & suspectam causam habens, qui nomina & debita sibi arrogat, forte sibi non debita, cum ille inquam præsens cum vrget, instigat, pollicitationibus inquirat, tum præcipue grandi voce agit. Nam quo causa magis dubia & suspecta, hoc maior rabularum impudentia, & verborum rabies requiritur.

*Tetigit latum.* ] Vrget, instigat. Sic Persius.

*Est aliquis prope, te digito qui tangat.*

*Acrior illo.* ] Priore creditore ut pote cuius nomen vel debitum quod asserit, dubium est. Obid acrior & vehementior sit oportet.

*Qui venit ad dubium nomen.* ] Adferendum vel probandum. Quidam hoc intelligunt de causidico aduersario, qui ex grandi codice Iuridico velit probare nomen illud dubium esse, suumque principalem debitum non teneri. Alii de Pragmaticis, qui ex Iureconsultorum codicibus, procuratoribus leges suppeditabant.

*Grande cum codice.* ] Vel legum & iuris codice, vel codice, in quo processus, leges, actus, confirmatio, refutatio.

*Tunc immensa cani.* ] Egregia rabida rabularum rabiei, & impudentiæ descriptio. Id est. Tum vero, quantum possunt summis laterum viribus & laboribus mentiuntur.

*Immensa mendacia.* ] Vt pote quorum lingua venalis. Seneca.

*Qui clamosi rabiosa fori  
Iurgia vendit improbus ira.*

*Cani folles.* ] Pulmones, quibus inest spirandi vis. Vel cauas buccas & fauces intellige vento & mendaciis plenas ut folles credas. Viuntur plerique hac metaphora. Hæcilius:

*At tu conclusus hircini follium auram  
Ut manū imitare.*

Et Persius. *Tu neq, anhelantis coquitur dum massa camino  
Folle premis ventos, nec clauso murmure raucum.*

*Conspuiturq, semper.* ] Non quod præ iracundus rabula alterum conspuat, ut vani quidam hoc interpretantur. Sed nimia verborum copia, vehementia, celeritate, & dicendi feruore sinus & vestes sibi metipsis conspuunt.

*Verum deprendere messem.* ] Dixit de summis causidicorum laboribus, iam indicat quid inde laci consequantur, qualidicat. At postquam iam ad rauium vique coram iudicibus inter se litigando debacchati sunt, quid præmii consequuntur? Parum omnino. Quod si causidicorum messem & annuos prouentus libet cognoscere in vna libræ lance pone, centum causidicorum patrimonia, in altera vnum & solum patrimonium Rustati illius Lacernæ, videbis omnes causidicos, eorumque annuos prouentus vel ab vniuersis Rustati Lacerti opibus & redditibus annuis superari.

*Veram.* ] Lego hic verum, hoc sensu. Labores quidem Iureconsultorum grauissimi, verum messis vel fructus, quem inde consequantur, perexiguus, quem si volis cognoscere, &c.

*Hinc.* ] Ab hac parte in vna libræ lance.

*Solum.* ] Vnum & solum vnius & solius Rustati Lacerti patrimonium tanti est, quanti centum causidicorum.

*Rustati Lacerti.* ] Varia admodum hic lectio. Codex meus habet *rum Satipens Lacerta*.

*M m*

ut rus Sati Lacertæ diuitis illius Romani ciuis intelligatur, & per rus, annui ex rure prouentus ut ita Atticus Satus eques Romanus intelligatur. Quod tam Lacertam hic non nomen viri esse censent, sed breuem terræ mensuram in qua lacerta habitat, ut supra:

*Vniq; sese dominum fecisse lacerta.*

Verum hæc mihi non satis probantur. Legendum potius Russati Lacertæ vel Lacertæ, quem arriunt Domitiani aurigam fuisse.

- 115 *Confedere duces, surgis tu pallidus Ajax*  
*Dicturus dubia pro libertate, Bubulco*  
*Iudice. Rumpemiser tensum iecur ut tibi lasso*  
*Figantur virides, scalarum gloria, palma.*  
*Quod vocis precium? siccae petas, iunculus, & vas*  
*Pelamidum, aut veteres Afrorum Epimonia bulbi.*
- 120 *Aut vinum Tiberi deuictum quinq; lagena*  
*Si quater egisti. Si contigit aurei vnus*  
*Inde cadunt partes in fœdere pragmaticorum.*

Ostendit causidicis tenuioribus licet optime egerint, minimum tamen conferri à defensis. Accurate autem notandum hæc de tenuioribus causidicis dici. Nam opulenti dabant, quidquid volebant. Ob id multi tenuiores sese diuites esse simulabant ut ita pluris agere possent.

*Confedere.*] Est hemistichion ex initio 13. libri Metam. Ouidii ubi Ajax & Vlysses in iudicio de Achillis armis inter se contendunt. Per duces hoc loco Iudices, per Atacem causidicum intelligit, per Ironiam Scopice.

*Pallidus Ajax.*] i. Tu causidicus, tanquam Ajax ille apud Ouidium, surgis ad dicendum.

*Pallidus,*] ob malam causam quam foves, vel ob dubium euentum meticulosus, vel ob egestatem macilentus & pallidus.

*Dicturus dubia.*] Pro ostendenda libertate alicuius non facile probabili, contra eum, qui illum in seruitutem vult asserere. Ostendit quam malas & dubias causas causidici illi pro minimo precio defendendas suscipere cogantur.

*Dubia libertate.*] Quæ sit ne danda, an non, nondum erat iudicatum. Ob id inquit: *Dubia.*

*Bubulco iudice.*] Potest illius temporis iudicis esse nomen, vel intellige rudem, rusticum, indoctum, Aie n. Asconius Pedianus ex singulis tribus urbanis & rusticis, quæ erant numero 36 ternos iudices fuisse electos.

*Rumpemiser.*] i. Tanta vocis contentione clama ut iecur tuum intosum pæne rumpas, & summa fide causam age, ut postea laudem ex victoria consequaris, sed mercedem vilissimam. Vel sic. Omnes iræ & furoris habenas laxa, declama, & debacchare in aduersarium tuum quantum potes, ut nullam tandem mercedem consequare, sed laudem tantum. Porro in iecore adfectuum bilis & iræ locum esse crediderunt. Alii hoc loco per iecur pulmonem intelligunt.

*Ut tibi lasso.*] ex longa debacchatione.

*Figantur virides.*] i. Ut gloriam consequaris ex victoria contra aduersarium, & ut cum iam declamando lassus & defatigatus es, rami palmarum adhuc virides, tibi in signum victoriæ adfigantur. i. ut laudem habeas, sine præmio. Hoc ex more dicit. Censent n. interpretes, illi qui causam obtinuerunt in signum victoriæ palmam in eius domo, quæ fuerit scalarum vel pulpiti gloria, ex quibus dixisset, fuisse adfixam.

*Virides palmae scalarum gloriae.*] Appositio.

*Quod vocis precium?*] q. d. Summam gloriam ex voce tua consequeris, sed quodnam lucrum est vocis tuæ, quæ causam egisti? Resp.

*Sicce*

*Siccus petrusunculus.*] Exiguum nimirum lucellum. Ein jemerlicher dünner Schlingel. Laridi fumo indurati exigui & exsiccati petaso, vel perna. Exiguum sane precium, quos nos tempore aduocari non contenti forent.

*Ves pelamides.*] Viliſſimorum piſcium thynnorum, qui nondum annum exceſſerunt. Pelamides piſces ſalū & viles *ἀνὶ τῷ πωλῇ* vel luto in quo perpetuo volutantur. Eſt a. Pelamis, vt & Chlamis generis ſeminei.

*Ves.*] ſicile vel lignum, in quo conditi piſces.

*Et veteres Afiorum.*] i. Piſces exigui & viliſſimi, qui apud Afroſ Epimenia ſunt. i. Munera mēſtrua Afiorum, quæ ex Africa ſingulis mēſibus Romam adferuntur. Alii cenſent ſordida muſcula ipſorum Afiorum eſſe ipſos bulbos, quos Afri loco mēſtrui ſtipendii in ſingulos mēſes pro nauata opera cuiquam conferunt. Al. i per bulbos intelligunt, radices rotundas, tunicatas. Roſſtourgel. Notat ita obiter ſordes Afiorum.

*Bulbi.) Epimenia.* Appoſitio.

*Veteres.)* Rancidi & ætate deperditi.

*Epimenia.)* *ἐπιμηνίον* mēſtrum ſtipendium, *μηνίον*, mēſis eſt.

*Aus Vinum Tiberi deuſtrum.)* i. Vile & ingratum, vinum de Campano agro per Tibrim Romam deorſum vectum, non tranſmarinum. Et eius quidem quinq; lagenas pro quatuor actionibus q. d. in ſignum ſummæ liberalitatis vna lagena dabitur ſupra numerum, vel ultra numerum actionum tuarum. Ironice.

*Tiberi deuſtrum.)* Vile, non tranſmarinum Nam Cecuba, Setia, Falerna, &c. non deorſum cum ſumme Tiberino Romam vehabantur ſed contra. Vinum vile & cibarium.

*Vinum lagena.)* Eadem, qua toties vitur, Appoſitio.

*Si contigit aureus vnus.)* i. Tam vilis munuſcula pro tuis laboribus tibi reponuntur, Quod ſi forte etiam numi tibi dentur & aureus vnus aliquando contingat, non illum tibi integrum habere potes. Sed oportet vt ex illo partem aliquam Pragmatico vel aduocato tribuas.

*Inde cadunt partes.)* i. Ex illo aureo partes quædam auferuntur quæ dantur Pragmaticis, qui certo pacto & ſœdere tibi adiuncti ſunt vt tibi leges ſuggerant. Pragmatici Pediano aduocati ſunt, qui cauſidicis leges monſtrabant, & quos tanquam petitioreſ adibant, & conſulebant.

*Emilio dabitur, quantum petit, & melius nos*

*Egimus.* Huius enim ſtat currus aheneus, alſi

125 *Quadriuges in veſtibus, atq; ipſe feroci*

*Bellatore ſedens cnrnatum haſtile minatur*

*Eminus, & ſtatua meditatur pralia luſca.*

*Sic Pedito conturbat, Matho deficit, exitus hic eſt*

*Tongilli, magno cum rhinocerote lauari*

130 *Qui ſolet, & vexat lutulenta balnea turba,*

*Perq; forum iuuenes longo premit aſſere Medos*

*Empturus pueros, argentum, Murrhina, villas.*

*Spondet enim Tyrio ſtalaria purpura filo.*

*Et tamen hoc ipſis eſt vtile. PVRPURA VENDIT*

135 *Cauſidicum, vendunt Amethiſtina. Conuenit illis*

*Et ſtrepitus & facie maioris vinere cenſus.*

*Mm 2*

Conqueritur iam de iniqua conditione pauperum aduocatorum & caufidicorum, quod diuibus caufidicis melior fit conditio, qui plus præmii consequantur, licet tenuiores suas causas melius & fidelius egerint.

*Æmilio dabitur.* ) i. Ille tantum præmii ex suis actionibus & causis agendis consequitur, quantum petit, ob nullam aliam causam nisi quia diues est, & se diuitem simulat.

*Es melius nos egimus.* ] Id est. Et tamen nos tenuiores caufidici maiori fide & diligentia causas nostras agimus, quam ille. Verba hæc recitat tanquam tenuiorum caufidicorum sit.

*Huius enim stat currus.* ] Notat obiter artes caufidici Æmili, qui ut multum præmi à diuitibus consequeretur, simulabat se esse ditissimum, luxuriose suam statuam equestrem cream in vestibulo domus suæ posuerat. Pauperes n. doctrinam, scientiam, & facundiam habere nõ credebantur. Vnde noster idem dicit:

— *Rara in tenui facundia panno.*

*Curru abenem.* ] Ex quo maiores suos triumphasse ostendat, quod forte oriundus à Paulo Æmilio. Porro etiam ipsi caufidicis statuz equestres erigebantur. Martialis:

*Tam graue percussu incudibus ara resultant,*

*Caufidicum medio cum sabet aptat equo.*

*Alii quadringes.* ] Equi quaterni alti & sublimes ad maiorem magnificentiam currum trahentes. Quicunque a diuitiores, in vestib. cultiores, nobiliores, illi citius conducebantur.

*In vestibulo.* ) In domus introitur, in atrio, in porticibus.

*Atq; ipse feroci.* ] i. Ipse Æmilius equestrem sibi in vestibulo statuam erexit, & ibi ferocie quo belligero insidens curuatum hastile eminus & è longiore interuallo, tanquam aduersariũ percussurus, intreat q & minatur aduersario.

*Bellatore.* ] Equo feroci & in domino. Scopitæ, quasi qui egregius bellator fuerit, cum non armis, sed lingua & conuiciis bella gesserit.

*Curuatum hastile.* ) Exprimit habitum ex equo pugnantium, quo habitu sculptus erat Æmilios caufidicis.

*Hastile.* ) Ein Spießstange. Curuatum. Scopitæ dictum. Forte quod hastile illud veritate incuruatum sit. Vel Scopitæ innuere voluit, quam imbellis & ineptus bellator ille sit, cum hasta sua incuruata.

*Minatur.* ) Se missurum quasi in aduersarium.

*Et statua.* ) Eo dicit, vel quod Æmilius v. oculus fuerit, quod verisimilius, vel saltem luscus. Vel quod equites in hastam proni in akerum latus, & oculum incumbant, vnumque oculum claudant vt eo certior sit iustus.

*Conturbat.* ) Non ignoro conturbare Ciceroni & aliis esse posterioribus creditoribus satisfacere, præteritis veteribus.

*Sic Peto.* ) i. Prorsus eodem modo per hæc artes, per ostentationem diuitiarum & gloriæ Peto reliquos tenuiores caufidicos confundis & superat. Sic Martho alios tenuiores deiicit & vincit in iudiciis. Lego *Deiicit.* Nam non conuenire mihi videtur deficere pro succumbit. Nam hic Martho ditissimus erat, vt ex Sat. r. videre est:

*Caufidici noua cum veniat lectica Marthonis.*

Possunt ergo vel priori modo hæc explicari, vt intelligamus diuites caufidicos tenuiores confundere & supplantare & deiicere, & quod Tongillus talem etiam exitum vel successum causarum suarum experiat, vt ille diues tenuiores conturbet, supplantet, & maiorem, quàm illi mercedem habeat. Quod si conturbet illud intelligamus de debito & defectu Marthonis, legendum erit deficere. Et explicanda hæc erunt de simulatione, quod etsi essent tenuiores & ære alieno obruti, quod soluere nequeant; Tamen simulent se esse diuites; vt ita plaris, vel pro maiori precio causas possint agere! Sic *Martho conturbat.* i. Pauper est, & debita posterioribus soluit creditoribus, veteribus vero non potest, & tamen simulat se esse ditissimum, & noua lectica vehitur, vt Sat. r. dictum. Nam conuenit illis caufidicis, vt paulo post ait,

*Es strepitus & faciè maioris sinere census.*

maioris nimirum, quam sint. Hæc posterior explicatio mihi iam potior.

*Exitus*

*Exitum hic est.*] Vt nimirum Tongillas quamvis pauper, & licet hunc exitum & finem sui laboris fortiaur, ut pauper fiat, tamen simulat se diuitem, lectica vehitur, laetatur magna clienti turba stipatus. Vrita magis illi credatur. Fuit hic Tongillus luxuriosus & incontinent. Martialis:

*Omnes Tongillum medici inferre lauari.*

*O stulti! febrim creditis esse, gula est.*

*Magne cum rhinoceros.*] Vel eo dicit, quod nascitur fuerit instar rhinocerotis, quod de Tongiliano testatur Martialis, cum ait:

*Nil praeferasum Tongilianum habes.*

Vel potius quod gutto in balneo vltus sit magno, & rhinocerotis cornu. Faciebat enim hoc ad ostentationem ut vel in balneo sibi auctoritatem compararet, quod non contentus esset vulgari gutto ex cornu tauri. *Guttum* est vasculum, è quo oleum guttatim distillat.

*Et Sexat.*] i. Turba comitum suorum lutulenta, qui per lutum post eum currunt, quos viles homines lutulentos & fordidos, tanquam pompam secum circumducit etiam in balnea, & illo comitum cetera lutulentos, qui laetatur vna, reliquis in balneis molestus est. Porro haec omnia spectabant ad pompam & ostentationem.

*Perq. forum iuuenes.*] i. Qui ad ostentationem à servis suis lecticariis ex Media ortis, lectica portatur. Dicit autem longo asserere, nam ex illo lectica compacta erat.

*Premu.*] illos seruos, dum ab illis per forum in lectica portatur.

*Medos.*] Lipsius legi Mæros. Nam Medi & Parthi expertes erant seruitutis Romanæ, & alias solebant robustissimos seruos ex Mæsia adhibere aut Syros haic muneri. Iuvenal. Sat. 9.

—aut duo fortes

*De grege Masorum.*

*Emittunt pueros.*] Simulat se ibi velle seruos vel pueros emere, argentea pocula, myrrhina vasa, & villas, ut ita ditior videatur, & à pluribus conducatur.

*Argentum.*] Vasa vel pocula argentea.

*Myrrhina.*] De his poculis dictum Sat. præcedenti.

*Villas.*] Domos cum agris.

*Spondet en. m.*] i. Lata eius vestis purpurea, & latus clauus, quem gestat, lectica, comites, pro illo fidem faciunt, quod prædicta possit emere. Nam talia qui intuentur arbitrantur illum hominem esse opulentissimum.

*Stilataria purpurea.*] i. Latus clauus purpureus cuius periphraſis. Dixerunt autem præsci stilitem pro litem, stlocum pro locum, stlatum pro latum. Teste Festo.

*Tyrio filo.*] Elana Tyrio colore tincta.

*Es tamen hoc illis.*] Quod tam ambitiose multitudini sese ostentant. Nam eo facilius conſueantur, cum videantur quantis precii.

*Purpura vendit caus.*] i. Vestis purpurea facit, ut caufidicus plaris conducatur à clientibus. Nam bene vestiti & diuites Romæ etiam meliores & doctiores esse credebantur.

*Vendunt Amethystina.*] i. Vestimenta violacea Amethystini coloris. Quidam gemmas intelligunt.

*Conuenit illis.*] Satis apposite in arrogantes quosdam & stolidos caufidicos dictum. id est, illis ribulis proprium & conueniens est, ut & verborum strepitu, quo vani maxime vigent, vel eorum turba & ostentatione, & facie, habitu corporis & vestitus splendore plus præ se ferant, quam adſint. Nec conuenit solum, verum etiam conducit illis. Absque hac enim ostentatione & impudentia esset, plurimi cogerentur mendicare, qui iam opibus & honoribus, vel maxime vigent.

*Maiores census.*] Maiores diuitias & opes simulare, & præ se ferre quam possideant.

*Sed sinem impense non seruat prodiga Roma.*

*Ut redeant veteres Ciceroni nemo ducentos.*

*Nunc dederit numos, nisi fulserit anulus ingens.*

*Respicit hoc primum qui litigat, an tibi serui.*

Min 3

*Octo, decem comites, post te an sit sella, rogati  
Ante pedes, ideo conductâ Paulus agebat  
Sardonyche, atque ideo pluri quam Cossus agebat,  
Quam Basilus. RARA IN TENVI facundia panno.  
Quando licet stentem Basilo producere matrem,  
Quis bene dicentem Basilem ferat. Accipiat te  
Gallia, vel potius nutricula causidicorum  
Africa, si placeat mercedem imponere lingua.*

*Sed finem.]* i. Romani luxuriosi & prodigi nullum modum ponunt sumptuum & impensarum faciendarum. Omnes enim, etiam pauperes diuites fieri volebant. Hinc Sat. 3. dixit:

*Hic quimus ambitrosâ paupertate omnes.*

Tanta autem insana ambitio Romæ erat, ut vestes & comites sænore conducerebantur, ut diuitiores aliis viderentur. Ut Sat. superiori de mulieribus dictum.

*Ut redeant veteres.]* Probat vterius nullam eloquentiam, nullam scientiam iuris Romæ in precio esse, nisi cum diuitiis & honoribus iuncti oratores & causidici se ostentare possint. Et si vel maxime in vitam postliminio redirent Cicero, Crassus, Hortensius, & alii summi causidici illis nemo ducentos numos iam daret, nisi suas opes ambitiose annulis & gemmis in digitis fulgentibus ostentare possint.

*Veteres.]* Demosthenes, Æschynes, Cicero, &c.

*Respicit hoc primum.]* Ridet stultam clientum opinionem, qui exteriora tantum, & quasi superficiali hominum iustuebantur. i. Cui lis est in iudicio, ille antequam causidicum conducatur hoc primum respicit, & considerat, quod sequitur.

*Ant tibi seruis octo.]* i. An lecticam, octophoron habeas, quæ ab octo seruis lecticariis portetur. Nam dissilimi octophoro, mediocres hexaphoro, tenuiores tetraphoro vel à quatuor seruis portabantur.

*Decem comites.]* Clientes, qui te officii gratia comitentur.

*Post te an sit sella.]* In qua sedas si collibitum fuerit.

*Rogati ante pedes.]* Anteambulones. quidam intelligunt clientes & litigantes, qui cum consulant Verum tu amicos intellige. Teste enim Agrætio: *Circuli pedes sunt obsequia seruorum, ante pedes amicorum.*

*Ideo conductâ.]* i. Hoc sciens Paulus causidicus à litigantibus diuitias & censum equestrem spectari data mercede conducebat Sardonyches, & alias preciosas gemmas & vestes, ut diues videretur, & hoc ornatu agebat causas, & ob id pluri & maiori precio agebat causam, quam Cossus, Basilus, & alii tenuiores, causidici.

*Sardonyche.]* Nobilissima gemma in anulo. Talem habuit Polycrates Sami tyrannus, quam ex consilio Amasis regis Egypti, fortunam aduersam experiri volens, in mare abiecit. Sed in piscis capti, & regi donati & exenterati intestinis inuentus, Polycrati redditus fuit. Postea cum Polycrates captus, & ab Oronte Satrapa Perfarum in monte cruci adfixus fuit, gemma hæc Romanam deportata, & templo concordie dicata fuit.

*Rara in tenui facundia panno.]* Imo etiam rara virtus & eruditio esse censetur, sed male & ex opinione vulgi. Nam

*Πολλὰ καὶ κτηνὸς αὐτὸν μάλα καί εἰς οὐκ ἔστιν.*

*Quando licet stentem.]* Exponit iam effectum huius stultæ opinionis, quod hinc fiat, quod grandissimæ causæ in quibus de pœna capitis agitur, pauperibus causidicis non committuntur, cum illi parum docti & eloquentes habeantur. id est, Basilo pauperi nunquam licet aliquam grauem causam agere, & stentem matrem & orantem pro vita & salute filii ad misericordiam iudicum commouendam in iudicium adducere, id est, Nunquam illi committuntur causæ capitales cum de capitis periculo agitur. E g. Si quis filius capitale crimen admiserit, quem defendendum suscipit, ut matrem eius perorans in iudicio stentem producat, ut eo miserabili spectaculo

calotudines & populum ad misericordiam permoueat. Tales inquit causæ cum agitur de pec-  
na sanguinis, & cum pluit pecunia pauperioribus caussidicis non cōmittuntur, sed gemmatis il-  
lis & purpuratis, qui scilicet facundiores & prudentiores habebantur. Solēbāt autem caussidici  
in huiusmodi periculosis causis, vxores, matres, liberos, sordidatos & sēntes in iudicium addu-  
cere, ipsorumque iudices ad misericordiam commouere.

*Qui bene dicentem.*] Nam illud non nisi diuitibus permissum erat. Eo dicit. Nam nihil pro-  
batur in paupere, si etiam omnium eloquentissimus esset: idque ob nullam causam, nisi quod  
pauper esset.

*Accipias te Gallia.*] Compellat Basilum vel alium quemuis pauperem caussidicum. Si vis  
lingue mercedem imponere, vel dicendo aliquid lucrari in Galliam vel Africam te confer, ubi  
pauperioribus adhuc caussidicis locus, & præmium propositum est, si bene agant.

*Nutricula caussidicorum.*] Vtraque provincia Gallia & Africa tum temporis satis litigiosa  
erat, maxime autem Africa.

*Si placeat.*] Si eloquentiæ tuæ in causis agendis condigna præmia recipere desideras. Si vis  
aliquid lucrari causas dicendo, Si linguæ vel eloquentiæ tuæ condigna præmia velis propo-  
nere.

*Declamare doces, o ferrea pectora Vetti*

150 *Cum perimit sauos classis numerosa tyrannos.*

*NAM, QVÆCVMQVE sedens modo legerat, hæc eadem stans*

*Proferet, atque eadem cantabit versibus iisdem.*

*OCCIDIT MISEROS crambe repetita magistros.*

*QVIS COLOR, ET QVOD sit causa genus, atque ubi summa*

155 *Questio, qua veniant diuersa parte sagitta,*

*SCIRE VOLVNT omnes, mercedem soluere nemo.*

*Mercedem appellas, quid enim scio? CULPA DOCENTIS*

*Scilicet arguitur, quod lena in parto mamilla*

*Nil salis Arcadico iuueni. Cuius mihi sexta*

160 *Quāq, die miserum dirus caput Annibal implet.*

*Quidquid id est, de quo deliberat, an petat urbem*

*A Cannis, an post nimbos & fulmina cautus*

*Circumagat madidas a tempestate cohortes.*

Transitiam ad Rhetores vel Sophistas, qui iuvenes in scholis declamare docebant, & dis-  
cendis causis & foro præparabant, quorum conditionem viliorē adhuc esse demonstrat, ad-  
eo vt illos ferrea pectora habere adferat, qui tantos labores in docendis discipulis sustinere va-  
leant.

*Ofere ap. P.*] i. O Vetti, quam tu pectora sunt ferrea, adamantina, & patientissima, stupi-  
dissima, qui tantos labores sustinere valcas.

*Veni.*] Alii Vetti legunt, potest esse genitivus, potest & vocativus. Ponitur hic pro quocun-  
que præceptore.

*Cum porrimat sauos.*] Hunc verbum ita explicant, non quidem absurde. Cum classis Schola-  
sticorum & congregatio immensa & numerosa ficto themate de tyrannide declamet, eosque  
perimendos & è medio tollendos probet, vt qui per violentiam regnum occupatum admini-  
strent. Quod thema Scholasticis se exercentibus tum temporis fuit vtitissimum: De quo et-  
iam Sat. I. noster innuit, cum ait,

*Et more consilium dedimus Sulla, priusquam G. alium  
Dormiret.*



Ego vero paullo aliter hoc explico. Vult miseram præceptorum conditionem demonstrare. Quid autem thema illud de occidendis tyrannis ad hoc? Videtur ergo respicere ad Dionysium Syracusanum Siciliæ tyrannum, qui tyrannide exutus à Dione, & regno pulsus. Corinthii ludum literarium aperuit, inque illo miserrime consenuit. Indicat hoc Diogenes Cynici Epistola 8. quæ ita orditur, *Καὶ ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἡμεῖς Κόρινθοι*. Quam Epistolam ex tempore ita vertit. *Veni Corinthii Megara, & pertransiens forum accedo ad ludum aliquem literarium puerorum, qui, cum ocium agerent, mihi visum est illos interrogare, quid se doceret, & respondebant Dionysius Sicilia Tyrannus. Ego vero illos me ludificari ratus, nec illud liquido respondisse, progressus ad subsellia decore affideo, expectans enim. Dicebatur enim ad forum properasse. Et sane non diu post reuertitur Dionysius. Ibi vero ego adsurgens ipsum & compello & dico. Quam non bene, o Dionysi doces! Hic vero me sibi condolere ratum, & quod tyrannide excidisset, & ob præsentem vitam statum & habitum hoc mihi dixit: Bene facis o Diogenes nostram vicem nobiscum dolens. At ego ipsi, quod dixeram, non bene, addicio insuper: Haud dubie non bene! Nam autem ego quod regno & tyrannide sis spoliatus doleo o Dionysi, sed quod libere degas in Gratia hoc tempore, & in columinis euaseris post tot mala in Sicilia perpetrata, quibus te perissem oportebat cum eas & tanta mala passim terra & mari perpetuaueris. Hæc epistola cum sit iucunda, eam adiungere volui. Dicit ergo Poeta, & probat Vectium pectus habere ferreum, qui talia sustinere possit & tolerare, quæ Dei vindicta tyrannis loco pœnæ immittantur. id est, Tam misera est conditio præceptorum, ut illorum manus scævis & crudelibus tyrannis vindictæ & pœnæ loco à Diis immortalibus immittatur, qui nullis tormentis vehementius vexari possunt, quam conditione illa præceptorum in scholis locum omnium miserrima. id est, Tu potes hos labores perferre, cum huiusmodi classis scholasticorum etiam scævos tyrannos (ut Dionysium) excarnificet, & perimat, deque illo supplicium sumat, miserrimis modis. Miserrima profecto præceptorum conditio, qua non absurde talis tyrannus punitus fuit, qui ferulis illis, in quas sceptrum suum conuersum vidit, longe crudelius & vehementius fuit laceratus, quam vlllo alio tormento. Et male omnino talem locum Græci *Ἐργάλειον*, Latini *Ludum* appellant. Nisi dum sit *ἡμεῖς ἀνθρώποι*, quasi minime ocium & ludus. Quid enim ab his alienius, quam perpetuæ molestiæ, tædiæ, & excarnificationes. Rectius Græci, cum *ἑρπύλλιον* vocant, id est, curarum locum. Nec absurde diuinus ille Diogenes. *Ἐργάλειον*, *ἡμεῖς ἀνθρώποι* *ἡμεῖς ἀνθρώποι*. i. Scholam fel & perpetuam amaritudinem, & exercitationes in Schola consumptiones animi & corporis, vocauit. Quid autem miserrus insuper, si vix ex tantis laboribus tantum consequuntur ut commodè se sustentare possint. De quo auctor noster hic conqueritur suo tempore, & hoc nostro tempore non aëneo.*

*Classis numerosa*] Tantus discipulorum grex, acies, multitudo.

*Nam quæcumque sedens.*] Probat præceptoribus incredibiles ærumnas, molestias, tædiæ esse deuoranda, & institutionem puerorum quouis tormento grauiorem esse, Cum eadem infidem & si autis *ἀπὸ τῶν αὐτῶν τῶν αὐτῶν τῶν αὐτῶν*, ut quidam præceptorum dixit, non sine incredibile tædio inculcare cogantur.

*Atque eadem cantabis.*] Verbis iisdem eadem crebro clara voce quasi cantans inculcabit.

*Verbis.*] Versus etiam de prosa dicuntur.

*Occidit miser.*] Misus interceptum delirantis & enigmatibus illud frequens Græcum proverbium intellige *Δις νεφελῶν θύειται*. Bis Crambe apposita mori est. Quæ nimirum recalcitrata & bis terve in cibum apposita fastidium & nauseam pœnæ moris molestiorem parit, id est, Miselli magistri dum toties eundem cibum discipulis suis præmandere, & præmasticare quasi coguntur, vel dum eadem discipulis suis toties repetita inculcant, tædio & molestia pœnæ occiduntur. Hoc Dionysio satis pœnæ & supplicii fuit, qui non semel sed semper mori coactus fuit, id est, Eadem declamatio toties à diuersis recitata & repetita, vel toties à præceptore explicata occidit miserum magistrum, non secus ac Crambe bis in cibum apposita iuxta proverbium.

*Quis color.*] Miserorum præceptorum molestias enumerauit, iam conqueritur in idem mercedem vel laboris præmium esse exiguum vel prope nullum, id est, Omnes discipuli nosse volunt rationem de vnaquaque re probabiliter dicendi, quis color sit, quod causæ genus, quæ

summa

forma questio, quid ab aduersario contradici possit. Sed nemo mercedem vult rependere.

*Color.*] Ornamenta verborum & sententiarum, intelligit figuras, schemata, tropos, & alias quibus oratio pingitur & ornatur.

*Causa genus.*] An sit demonstrationum, cuius finis honestum, & turpe. An iudiciale, cuius finis iustum & iniustum: an deliberationum cuius finis vile an iutile.

*Vbi summa questio.*] Vbi controuersia status. Num sit in statu coniecturali, an definitionis, &c. Vt in Actione Miloniana Milo Clodium occidisse accusatur, factum facetur. Sed se purgat, quod insidias sibi fruuentem occiderit. Hæc igitur summa questio, & status iudicialis assumuntur: An iuste occideret.

*Quæ veniant diuersa.*] Metaphora. Sagittæ, pro contrariæ partis, & aduersarii argumentis, quæ in refutatione solent dilui. Hæc omnes volunt scire, & nemo mercedem soluere.

*Mercedem appellas.*] Obiectio discipuli. q.d. O præceptor, Tu mercedem appellas & exigis, quomodo illam iure à me exigere poteris. Quid enim scio? quid à te didici? quasi dicat nihil.

*Appellas.*] id est, poscis. Sat. 9. *Pensio clamas*

*Poste sed appellas puer vnicus.*—

*Culpa docentis.*] Respondet præceptor ingrato discipulo: Itane vero mea præceptoris te docentis culpa arguitur & accusatur, quod tu stupidus, vecors, bardus & obtusus asellus es, & quod tibi iuueni Arcadico & asinino nihil salit in sinistra parte mainillæ vel præcordiorum, id est, quod tu nihil cordis & ingenii habes. Hæc vera esse etiam nostro tempore non nemo experitur, qui talem prouinciam subiit. Nam cum discipulus obtusus vel ignauus & laborum impatiens nihil discit, tibi culpa in præceptorem transfertur.

*Lana in parte mainilla.*] Quod in sinistra pectoris parte cor non salit, quod sis excors, & stupidus.

*Arcadico iuueni.*] Mulo vel asello Arcadico ignauo & frigido. Miserum quando egregia femina sterili rētrā, salutaria præcepta bardo & biennio discipulo incassum mandantur. Egregie Fopius, lib. 1. *Illud imprimis testandū, nihil præcepta atque artes valere, nisi adiuvante natura.* Quapropter ei, cui deest ingenium, non magis hæc scripta sunt, quam de agrorum cultu sterilibus terris. Hieronymus, *Ladus discipulus magistrum suum, si per negligentiam præcepta, eiusq; laborem disperdat.*

*Arcadico.*] Apposire. Asini enim & muli in Arcadia maximi. Pulcre autem discipulum talem *arcadicum mulum* appellat. Tum quia bardus & hebes, tum vel maxime, quod ingratus in præceptorem suum, vt mulas, qui vbi matris vbera ad satietatem vsque suxit, & euacuauit, satur in matrem calcem reiecit, eamque calcibus percutit.

*Cuius mihi sexta.*] i. qui discipulus quo obtusior & hebetior, eo maiores mihi molestias exhibet. i. Cum quo immēsos labores sustineo, & cuius declamatio de Annibale diro illo & infesto Romanis hoste singulis sex diebus mihi audienda est, & miseras meas aures mihi implet. Dum de Annibale declamantem audio, cum summo tædio.

*Sexta quaque die.*) qua eadem repetit.

*Miserum caput.*] Miseras aures, quæ toties vna & eadem re obtunduntur. Totum pro parte.

*Dum Annibal.*) Quasi Deorum ira immisus. Ob semitiam enim, & æternum in Romanos odium Romanis valde exolus erat.

*Quidquid id est.*) Hannibal scilicet. Cuius consilia & deliberationes discipulus in ficto themate proponit, & de illis declamat. Nam talia themata proponebantur pueris. Exempli gratia, in Persona Annibalis, qui post Cannensem victoriam deliberat, an à Cannis urbem Romam statim petat.

*A Cannis.*] Cannæ locus in Apulia, Romanorum strage nobilissimus. Vbi Terentii Varro nistemitate Romani ab Annibale ad internecionem occisi. Liuius lib. 21. de illa victoria sic meminit: *Annibali victori cum ceteri circumfusi gratularentur, suaderemq; ut tanto periculum*

bello diei, quod reliquum esset, moxq; insequentis quietem & ipse sibi sumeret, & festu daret militibus. Maharbal praefectus equitum, minime cessandum ratus. Imo ut hac pugna quid sit adum scias, die quinto inquit Victor in Capitolio epulaberis. Sequere cum equite, ut prius te venisse, quam venturum, sciam. Præcedant, Annibal inquit, inimici. Lata re est, sed via maior, quam ut eam statim animo concipere possim. Itaque voluntatem sese laudare Maharbalis ait, ad consilium prehensandum tempus opus esse. Tum Maharbal: Nam omnia eidem Diis dederunt. Vincere seu Annibal, Victoria uti nescit.

*An post nimbos.*] i. An ipse Annibal cautus, callidus, & prudens post horribiles nimbos, fulmina, ac tonitrua, quæ illo tempore fuerunt post victoriam suas cohortes militum propter tempestatem madidas alio per circuitum ducat & circumagat. Talia tractabant in declamationibus, quæ erant in genere caularum deliberatio.

*Post nimbos.*] Cum enim Annibal tertio ab urbe lapide, super Auiem castra posuisset, prohibitus est fulmine, & tempestate ne propius accederet, & Romam inuaderet.

*Circumagat.*] Nam pluvia & tempestate prohibitus deinde ad Thuriam fluuium castra egulit. Liuius lib. 16.

- Quantum vis stipulare, & protinus accipe, quod do,  
165 Ut toties illum pater audiat. Ast alii sex  
Et plures uno conclamant ore Sophista,  
Et veras agitant lites, raptore relicto  
Fusa venena silent, malus ingratusq; maritus,  
Et quæ iam veteres sanant mortaria cecos.*
- 170 Ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra manebunt  
Consilia, & vita diuersum iter ingredietur  
Ad pugnam, qui rhetoricâ descendit ab umbrâ  
Summula ne pereat, quâ vilis tessera venit  
Frumenti, quippe hac merces laetissima. Tenta  
175 Chrysgonus quanti doceat, vel Pollio quanti  
Lantorum pueros, artem scindens Theodori.*

Exaggerat tædia & molestias præceptorum initio.

*Quantum vis.*] Verba Poetæ, vel etiam præceptoris. Postula tibi à me promitti, & dari, vel posce à me tibi dari quantum vis, & statim tibi dabo, si impetrare à parte poteris, ut ille filium suum, meum d. scipulum toties eadem tædiose repetentem audiat, quoties ego audire cogor. Ille pater profecto præ nimio tædio & fastidio non posset filium suum audire, quoties ego discipulum, & mihi tamen nihil confert.

*Stipulare.*] à me scilicet. Est enim generis communis.

*Ast alii sex.*] Horratur auctor noster præceptores illos, ut relicto illo scholastico puluere ad veras causas agendas potius se conferant exemplo lex & plurium aliorum, qui illis innumeris tædiis & molestiis deterriti fictis in schola controuersis relictis ad forum & veras controuersias sese accommodabant, ubi tantum molestiarum non sustinebant, & aliquid etiam lucrabantur, quamuis illud esset perexiguum, ut supra demonstratur.

*Vno conclamant ore.*] Causas veras dicendo contententes Sophistæ iam causidici. Hinc forum passim clamoribus vocatur. Seneca Hercule furente.

*Hic clamor abiosa fori  
Iurgia vendens improbus iras  
Et verba locas.*

*Et veras agitant lites.*] Non fictas controuersias & declamationes, ut in Scholis.

*Rapere*

*Raptores relicti.*] i. Voras lites & contentiones sua ætate exortas inter homines viuentes agunt. non ficta themata è priſco ſæculo petita, qualia in Scholis exercebant. Vt de Iafone, qui Medeam rapuit. Poſſumus etiam Paridem intelligere, qui rapuit Helenam.

*Fuſa Venena ſilent.*] Fictum thema de Medea, quæ veneno Creuſam Iafoneſis coniugem ſuam quaſi pellicena, abſumpſit, ab ipſis non amplius tractatur, ſed ſilet quaſi.

*Malus ingratusq.*] i. Fictum thema de Iafone, qui malus pariter & ingratus maritus erat Medæ, cuius ope ſalius ex Colchide euaseraſ. & quam tamen deſerebat, alia vxore Creuſa, vt alii Glauca ducta. Eſt ergo fictum thema pro Medea contra maritum Iafoneſem.

*Et quæ iam veteres.*] Fictum thema de eadem Medea, quæ certis pharmacis magicis in mortuo tritis, Peliam ex ſene cæco puerum ſe reddituram filiabus pollicebatur. Perſuadens filiabus Peliz per dolum, vt patrem occiſum & diſſectum atheno bullirer&c. vide Ouid. in Metamorph. Talia themata & conſimilia poſſumus hoc loco ſubintelligere. Alii cenſent hæc declamationem non ad fabulam eſſe referendam, & ſignificari filium in mortario medicamina contundenſem ad patris oculos ſanandos: Quæ nouerca ſuperueniens venena eſſe dicat, & beneficii ac patricidii filium accuſet. Pater hoc credens teſtamentum mutet. Tales controuerſiæ apud Quintilianum & Senecam.

*Ergo ſibi dabit ipſe rudem.*] Vtſerius dehortatur Sophiſtas à fictis illis declamationibus, & æramuſis ſcholaſticis ad agendas cauſas. Eſt autem ordo & ſenſus hic. Ergo ipſe præceptor, qui relicta illa vmbraſtili & ficta lite in Schola ad veram pugnam & veras controuerſias in forum deſcendit: ille ſibi ipſi rudem dabit, ſequè à laboribus ſcholaſticis mancipabit, & aliud vitæ genus diuerſum à munere præceptoris ingreditur. Si mea conſilia aliquid momenti apud ipſum habebunt.

*Et vita diuerſum iter.*] A Rhetorica, & laboribus ſcholaſticis.

*Ad pugnam.*] i. Qui à theoria ad Praxin progreditur.

*Rhetorica ab vmbra.*] Eo dicit, nam fictæ Rhetoricæ declamationes verarum controuerſiarum forenſium vmbrae tantum & imagines ſunt.

*Summulanæ percat.*] i. ne ſi labores ſcholaſticos perſequare nihil proſus habeas, ſed vt ex controuerſiis forenſibus licet non multum acquiras, tantum ſaltem habeas, quo frumentum tibi poſſis emere. i. Ne illa exigua pecuniz ſumma tibi deſit qua venditur vilis frumentoſi teſſera. Romæ frumentorum curatores diſtribuebant teſſeras. Non enim frumentum ipſum à curatoſibus (vile id, & multarum moleſtiarum munus fuiſſet) ſed teſſeras frumentarias, ſiue Symbola quædam in ligno vel plumbo ciebant. Quibus acceptis ire iis licebat ad horrea publica petiſſe frumentum. Frumento ſi opus non eſſet teſſeras illas vendebant. Perſius.

— Non hac quaſi quisque Velina

Publium emeruit, ſubroſum teſſerulaſar

poſidet. —

*Viliu.*] Vt pote ex ligno vel plumbo, cui ſignum impreſſum. Hoc ait adhuc lucrum eſſe. Nam præceptor in ſchola vel parum vel nihil acquirebat. Ob id ait:

*Quipp: hac merces lautiffima.*] i. Licet vilis ſit hæc merces, tamen lautiffima eſt comparatione ad mercedem præceptorum in ſcholis doceantium, id eſt, Hæc merces, quam ex controuerſiis forenſibus ad quiris collata ad *aduentum* vel annuam præceptorum mercedem, Eſt adhuc lautiffima, cum habeas vnde frumenta tibi compares. Illi vero miſeri præceptores tantum ne habent quidem.

*Tenta Chryſogonus.*] i. Sic hunc locum explicant: Vult probare conditionem illorum qui Rhetoricæ doceant in ſcholis, eſſe omnium miſerrimam, & vel viliffimos citharcedos maiorem mercedem ex ſua arte conſequi. Vt ſit: Tenta tu tantum pro inſtitutione tua expoſcere quantum vel vilis citharcedus Chryſogonus vel Pollio accipit. Fruſtra hoc facies. Nemo enim tibi tantum donabit. Porro Chryſogonus & Pollio erant citharædi vt ex Satyra 6. conſtat. Si ita explicemus tum per ſequens verbum ſciſcendū idem vult, quod annihilans, & extenuans Rhetoricæ tanquam inſprogeram, cum ille ſua cithara plus lucri conſequatur.

Verum videtur mihi per Pollionem & Chrysogonum intelligere Rhetores sophistas in scholis docentes hoc sensu: Si non vis credere quam exiguam mercedem præceptores Rhetores consequantur explora tantum, quam vilissima mercede Rhetores illi Chrylogonus & Pollio diuissimorum cicerum Romanorum filios doceant.

*Artem Theodori.*] i. Rhetoricam Theodori Gadarei, cuius meminit Suetonius in Tiberio, & Quintilianus.

*Scindens.*] Ad diligentiam refer, i. Præcepta eius artis minutatim didicens & parciens pro nulla mercede.

- Balnea sexcentis, & plurius porticus, in qua  
Gestetur dominus, quoties pluit, anne serenum  
Exspectet, spargatve luto iumenta recenti?  
Hic potius: namque hic munda nitet ungula mula.  
Parte aliâ longis Numidarum sulca columnis  
Surgat, & argentem rapiat cenatio solem.  
Quanticunque domus, veniet qui fercula doctæ  
Componit, veniet, qui pulmentaria condit.*
- 185 *Hos inter sumus sestertia Quintiliano  
Ut multum duo sufficient. RES NULLA MINORIS  
Constabit patri, quam filius. Vnde igitur tot  
Quintilianus habet saltus? Exemplum novorum  
Factorum transi. FELIX ET PVLCHER & acer,  
Felix & sapiens, & nobilis, & generosus,  
Appositam nigra lunam subiecit alata:  
Felix, orator quoque maximus, & iaculator.  
Et si perfrixit cantat bene. DISTAT ENIM, QVA  
Sidera te excipiant modo primos incipientem*
- 195 *Edere vagitus, & adhuc a matre rubentem.  
SI FORTVNA VOLET, fies de Rhetore consul:  
SI VOLET HÆC eadem fies è consule Rhetor.  
VENTIDIVS QUID ENIM, quid Tullius, anne aliud quam  
Sidus, & occulti miranda potentia fati?*
- 200 *SERVIS REGNA DABVNT, captivis fata triumphos.*

*Balnea.*] Ostendit Romæ parentibus nullam rem viliores esse, nullamque rem parentibus minoris constare, vel in viliori precio esse, quam sui cuique liberi, pro quibus instituendis nihil volebant exponere, i. in ædificiis & oblationis condiendis plurimum absumunt in liberis educandis & instituendis nihil vel parum.

*Sexcentis.*] Nummis scilicet constat quotannis. Qui dantur balneatoribus, & in alios sumtus in balneis conferuntur.

*Plurius porticus.*] i. Via strata sub tecto qualis est ambitus in cornubiis, & claustris. est *Welß/ der Kreutzgang.* Solebant autem lauciores quotidie gestari in lecticiis vel in curiâ mulis vel sanitatis, vel animi gratia.

*In qua gestetur dominus.*] à Lecticiis ferulis, cum pluebat.

*Anne serenum expectet.*] ironia. Anne dominus adeo diues si vestari, & animum oblectare voluerit

voluerit tam diu deberet expectare donec sudum sit, vel aeris serenitas oriat, ut tunc ve-  
tur. Vel anne pluvias & tempestates non curans iumenta recenti luto spargat? Indignum hoc  
est. Incessu diuturnum insana fastidia.

*Spargat ve luto.*] Dum per plateas & pluviam vectatur à mulis, quasi indignum sit mulæ va-  
gari luto inquinari.

*Recenti luto.*] Nuper, me nato ob pluviam.

*Iumenta.*] Mulas, à quibus vectatur.

*Hic potius.*] In porticu scilicet gestetur, non autem sub dio cum pluit, & via lutosa est.

*Namq; hic.*] Sub porticu scilicet, ubi non pluit, neq; lutum est. De hac consuetudine superius  
innuit ad hæc verba.

*Quid refert igitur quantum iumenta fatiget  
Porticibus, quantum memorum vectetur in umbra.*

*Nites.*) Dum luto non inquinatur.

*Porce alia.* i. In hoc ergo loco balnea & porticus sumptuosissime exstruit. Alio loco cœnatio  
vel cœnaculum alte exedificatum surgit, solum lōgis columnis è Numidia aduectis (qui lapis  
optimus ad columnas) & hiberno tempore orientem spectans solem argenteum rapiat. Hoc fie-  
bat ex præcepto Columellæ.

*Cœnatio.*) Etn Niddergemach ein gewölbter Saal oder Stuben Cœnaculum  
ein Ubergemach.

*Numidarum.*) E marmore ex Numidia aduecto.

*Argenteum solem.*) i. Orientalem qui salubrior, vel quod cœnatio ædificata sit ut septentrionē  
respiciat & ortum, præsertim æstate. Fūere n. cœnationes etiam volubiles. Suetonius Nerone.  
Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumage-  
retur.

*Rapiat.*) Excipiat, intromittat.

*Quantumq; domus.*) Id est, quantumcunque pretia domus constet, siue magno, siue parvo  
(Es mag so viel Kosten wie es jiner will.) nihilominus habebit & iam fructorem, qui  
ex arte omnis generis fercula & obsonia doctissime componat.

*Qui pulmentaria condet.*) Qui obsonia debito ex aromatibus condimento, præparet.  
Wol Gewürzt.

*Pulmentaria.*) Mißerey von Mehl gemacht. dicta à pulve.

*Hic inter sumptus.*) i. Cum tot sumptus in res nihili prodigaliter profundat, Quintiliano vel  
cuius summo Rhetori & præceptori duo H. S. vel quinq; libræ ad summam loci annui solarii  
sufficiunt. Sunt a. duo Sestertia 54. coronati Gallici.

*Vi multum.*) i. Ad summam, iūm höchstē / wann es viel ist.

*Res nulla minoris.*) Sententia pulcherrima, & nostro tempore cum primis vsurpanda. Nem-  
pe nihil avaris illis Euctionibus vilius, quam sui liberi, in quos erudiendos, quidquid impendi-  
tur, illud perire putant. Pulchre Philosophus ille, cui cum quis filium instituendum adduceret,  
illeq; magnitudinæ Didactri territus diceret: *Tanti possum mancipium emere*, respondit: *E-  
me, & habebis duo.* Nec absurde Crates Thebanus, cum in civitatem veniret, se ex æditiore loco  
clamarum dicebat. *O cives, quæ vos capis dementia. Bonorum quæ liberis estis relicturi summā  
curam habetis, liberorum quibus illa estis relicturi prorsus nullam.*

*Videgitur tot.*) Obiectio avari divitis. Si Oratores in scholis docentes nihil lucrantur, unde  
ergo Quintilianus Rhetor tot salus habet, tot densiores silvas saltantibus feris aptas, unde tam  
dives est? Fuit a. Quintilianus locuples, & Romæ ut ipse scribit 20. annis Rhetoricen professus  
est, & mercedem publicam promeruit.

*Exempla novorum.*) Respondet Poeta, præteri, o quicunque hoc mihi obiciis, hæc exempla  
novorum & inauditorum factorum, & noli mihi unum aliquem obicere, quem fata dicantur.

Hic n. Quintilianus fato vel voluntate Dei diues & fortunatus est, non liberalitate hominum.  
*Nova fata.*) Latini dicebant, cum inusitata & insolita inanditaq; felicitas cuiquam obtigisset.  
 Ob id paulo post dicit:

*Felix ille tamen corno quoq; variis albo.*

*Felix & pulcher.*) Hoc vult dicere, quicumq; felix est factorum & stellarum favore ille omnia habet corporis, fortunæ, animæq; bona.

*Pulcher.*) Membris & forma corporis decorus.

*Acer.*) Animo vegetus & strenuus.

*Sapient.*) Bonis animi abunde instructus.

*Nobilis & generosus.*) Hæc ad bona fortunæ externa spectant, ob id subtexit, & addit.

*Apposita nigra.*) i. Gestat nobilium ornamenta, & patritiorum qui lunula ad calceos adfuta calceis à reliquis discernebantur. Hæc a. forma non planetam, sed centenarium numerum denotabant per litteram C. Eo quod initio tot senatores tantum fuerint.

*Subtexit.*) Addit, adfuit nigre alutæ vel calceo ex aluta.

*Felix orator quoq;.*) i. Facundia etiam & eloquentia præfata.

*Iaculator.*) Argumentator, egregius Dialecticus & Sophista, qui quidquid in causam faciat accuratissime inuestigat, & in aduersarium detorquet. Hinc Sat. 6.

— & curtum sermone rotato

*Torqueat Enthymenta.*

*Es si perfixit.*) Refrigeratio vocem raucam facit.

*Martialis:* *Perfixisse tuas quæstæ est præfatio fauces.*

Ob id ait cui Deus vel fata fauent: ille licet perfrixerit factorum beneficio, tamen vocis gratiam seruat. i. Cui Deus fatumque fauet, illi nulla res nocere potest.

*Disfat enim quæ.*) Rationem reddit, cur quidam felices & fortunati sint. i. Multam refert & interest, quæ constellation, quis siderum positus, felix an infaustus fuerit tempore tuæ natiuitatis. Dicuntur hæc ex sententia Astrologorum, qui omnia fato stellarum adscribunt, ipsum etiam Deum si recte consideres fato subiiciunt, & nescio quam necessitatem rebus humanis inducunt.

*Quæ sidera.*) Prospera ne an aduersa.

*Modo primos.*) i. Eo ipso momento quo te ex matris utero natura profundit. Statim n. ære incipit puer, & vitam cum lacrimis auspicatur.

*A matre rubentem.*) Ad colorem nuper editorum infantum respicit.

*Si fortuna uolet.*) Ostendit humanam felicitatem tum fato, tum fortuna euenire, non à nostro hominum arbitrio dependere: ubi notandum quod inter fatum & fortunam non distinguat. Pulcherrime Seneca: *Natura, fatum, fortuna, casus, Sini & eiusdem Dei nomina sunt.*

*Fies è consule rhetor.*) i. A summis dignitatibus ad ima detruderis, ut de Dionysio supra disti. Plin. in Epist. de Valerio Decimano. *Eo decidit & exsul de Senatore. rhetor de oratore fieret. Quos tibi fortuna ludas facis, Facis enim ex Senatoribus professores, ex professoribus Senatores.*

*Ventidius quid enim.*) Addit huius rei duo exempla. i. Ventidius Bassus est, qui genere Picens ex caprina Alculana natus, ductus in triumphum à Strabone Cnei Pompei patre, primo rhedarius, deinde mulio. Deinde eodem anno prætor & consul factus est. Exercitui deinde dux constitutus de Parthis triumphum duxit. Itaq; qui ante captiuus carcerem exhorruerat, victor Capitolium felicitate celebravit. Vi de Valerium Max lib. 6 cap. 10. Et Agellium lib. 15. cap. 4.

*Tullius.*) Marcus Cicero, qui homo nouus, Arpinas humili loco natus, postea consul factus, & primus omnium:

*Pater Patriæ.*) à Catone salutatus fuit. Vel potius intelligit Seruium Tullium qui ex serua natus ad regnum peruenerat. Quod sequentia probant:

*Seruis regna dabunt.*

[*Anno aliud quam felix.*] i. Annecillorum felicitas aliud est, quam fideris, & constellationis approbatio.

[*Et oculis.*] i. Incogniti nobis & imperferutabilis, qui diuina non possumus, non debemus scire. Nam

*Nescia mens hominum fari.*

[*Serui regna dabunt.*] Seruium Tullium ex serua natum, regem Romanum factum intellige. In hoc enim fortuna imprimis, quid posset, ostendit. Veram vrbi Romæ natum regem dando.

*Felix ille tamen, corno quoq; rarior albo,  
POENITUIT MULTOS vana sterilisq; cathedra  
Sicne Thrasymachi probat exitus, atq; Secundi  
Carinatis. Et hunc inopem vidistis Athene.*

107 *Nil prater gelidas ausa conferre cicutas,  
DII MAIORVM YMBRIS tenuem & sine pondere terram.*

*Spirantesq; crocos, & in urna perpetuum ver,  
Qui praeceptorem sanctis voluere parentis  
Esse loco. METVENS VIRGAE iam grandis Achilles,*

210 *Cantabat patriis in montibus. Et cui non tunc  
Eliceret risum citharædi cauda magistri:  
Sed Ruffum atq; alios cadit sua quæq; inuentus  
Ruffum, qui toties Ciceronem Allobroga dixit.*

Concludit quod supra dixit, & ostendit in quo honore prisco tempore fuerint præceptores.

[*Felix ille.*] Concludit Quintilianum ex fato & fortuna talem felicitatem consecutum esse. Sed tales felices talemq; felicitatem esse rarissimam.

[*Corno albo rarior*] Prouerbialiter dixit, ut supra Sat. 6.

*Rara avis in terris nigroq; simillima cygno.*

Ille Quintilianus quidem felix est. Sed talia tamen exempla sunt rarissima. Inueniuntur tamē etiam corui albi.

[*Poenituit multos*] Probat quod dixit, talia exempla esse rarissima, quod multi contra inueniuntur rhetores, qui cathedram id est, dicendi munus ut sterile & infructuosum reliquerint, vel quos poenituerit inanis & sterilis studii rhetorici.

[*Sicne Thrasymachi*] Probat quod dixit duobus exemplis. Thrasymachus hic Carthaginēsis, Platonis & Hecratis discipulus, cum cepisset Rhetoricam profiteri, ob exiguum lucellum defecit. Quidam suspensio perisse dicunt.

[*Exilis*] Finis, qui ex inopia desperans laqueo vitam suam.

[*Secundi Carinatis*] Secundum exemplum. Hic Athenis eruditus Rhetoricæ cepit profiteri, quem Tacitus scribit non bonis artibus fuisse eruditum. Hic Dio scribit, quod ob inopiam Athenis desertis Romam se contulerit. Inde quod orationem per exercitum in tyrannos e medio tollendos dixisset à Caligula in exilium pulsus, ut alii veneno occisus fuit.

[*Et hunc inopem.*] Nam ut dictum, Athenis pauper Rhetoricæ exercuit.

[*Nil prater gelidas.*] Notat obiter Athenienses obiciens illis æternum illud probum ob Socratem cicuta interentum, quasi dicat: Quamuis quid vos viris doctis conferatis præter cicutā, quod Socrati propinastis æterno vestro probro.

[*Gelidas*] Est enim frigidissima in ultimo gradu. Et frigore suo calorem naturalem in hominē extinguunt.

[*Ausa*] quæ hoc per extremum scelus ausa estis.



*Dij maiorum Vmbis.*) Precatur optima quæque maioribus Græcis & Romanis, quod præceptores liberorum suorum sanctissimo loco habuerint, & liberalissime sustentarint, eosque non minus quam parentes coluerint. i. Dii dent manibus & cineribus maiorum nostrorum patrum defunctorum terram tenuē, & minime puerosum id est leuem cippum, vel mollem sepulturam. Solebant a hoc defunctis quibus bene volebant precari. De qua solema formula vide Brillonium. Persius.

— *nunc lenior cippus non imprimis ossa.*

*Spirantesq; crocos.*) i. Rosas, violas, ver perpetuum circum tumulum virescēs, crocos fragrantēs circum sepulturam. Ita dicit, nam Pythagoreorum more inter herbas odoratas condiebantur.

*In Vtina.*) Circum vtnam vel tumulum. Quasi talis sensus etiam ad mortuos perveniret. Persius:

— *nunc non ē manibus illis*

*Nunc non ē tumulo fortunataq; favilla*

*Nascuntur Viola.*

*Qui præceptorem.*) Fabius lib. 2. de discipulorum officio sic ait: *Discipulos id vnum interim admoneo, ut præceptores suos non minus quam ipsa studia ament, & parentes esse, non quidem corpus, sed mentium credant.* Nempe quibus, ut ille dixit Philosophus, plura, quam ipsis parentibus debemus, cum ab his parentibus viuendi, ab illis bene viuendi rationem adipiscamur. Vel ut alter audacius & iogeniosius dixit: A parentibus animalia, à præceptoribus homines gigni-mur. Sane homo illiteratus à bruto externa forma tantum distingui videtur. Et teste Platone, inter omnia animalia nullum ferocius est ipso homine nisi honestis studiis & disciplinis excolatur.

*Actuens Virga.*) Probat quod dixit exemplo Achillis, qui ætate iam maturior præceptorem suum Chironem Centaurum adeo honoravit ut grandior etiam eius virgæ manus subdere non dubitavit. Non placeant interpretes, qui dicunt Achillem iam grandem in montibus præceptoris sui Chironis laudes cantasse. Imo ille grandior sub præceptore fidibus canere didicit, & præceptorem more discipulorum reueritus est, cuiusq; virgam timuit. Vult n. dicere præcis illis temporibus summos heros & ætate iam grandes illa reuerentia, honore, & amore præceptores suos prosecutos esse, quo, suo tempore ac vilissimi quidem pueruli præceptores suos diligenter, qui discipuli non verberentur à præceptoribus, sed qui contra præceptores suos pulsent & verberent. Probat hæc meam explicationem Naso lib. 1. de arte.

*Qui toties socios, toties perterruit hostes,*

*Dicitur amosum potius misisse senem.*

*Quas Hector sensurus erat poscente magistro*

*Verberibus iussu præbuit ille manus.*

*Patris in montibus*) In Pelio, monte Thessalia. Thetis mater Achillis apud Statiann: —

— *quid enim curabula parua*

*Pelion, & totius commissum antra magistri.*

*Et cui non tunc.*) 1. Quis vel illo tempore talem præceptorem non risisset, qui caudæ equinam haberet? vel quis non risisset monstrum illud præceptoris. Chiron n. centaurus erat, Saturni filius, habens caudam equinam. (Nam inferiori parte infra umbilicum equi erant) & tamen Achilles eum reuerēbatur. Notandum cui bisyllabum esse, & utramque syllabam cornpi.

*Citharadi.*) Nam grandior ab illo Cithara canere didicit.

*Sed Ruffum.*) Antapodosis dissimilium. q. d. Contra nostro tempore etiam pueri suos præceptores exdunt & verberant, tantum abest, ut si grandiores sint eos colant. Opponuntur enim inter se: iam grandis & iuuenis.

*Sua quæq;.*) Id est. Discipuli suos quoque præceptores, in quorum disciplinam sunt traditi, pulsent.

*Ruffum, qui toties.*) Obiter notat Ruffum Superbum Rhetorem, qui vel Ciceronem culpavit tanquam Allobroga, id est more Allobrogum crasse, & barbare loquentem. Allobroga

Galli

Galli erant circa flumen Rhodanum. Videretur autem intelligere Satrium Ruffum, cui eam Cicetone, teste Plinio, emulatio fuit. Porro multi etiam, praeter hunc Ruffum, Cicetorem superfluum dixerunt. Brutus appellabat eum elumbem & mollem, Calvus attritum, & exsanguem. Alii interpretantur hunc Ruffum licet Declamatione dixisse Cicetorem cum Allobrogibus sensisse potius, quam cum Romanis, quod & Crispus Sallustius ei obicit.

- 215 *Quis gremio Enceladi, doctiq; Palemonis adfere  
Quantum Grammaticus meruit labor? Et tamen ex hoc  
Quodcumq; est (minor est autem quam Rhetoris ara)  
Discipuli custos praemordet Aconitus ipse  
Et qui dispensat, frangit sibi. Cede Palemon,  
Et patere inde aliquid decrefcere, non aliter quam.*
- 220 *Institor hiberna tegetis, nineiq; cadurci.  
Dummodo non pereat medea quod noctis ab hora  
Sedisti, qua nemo faber, qua nemo sedebat.  
Qui docet obliquo lanam deducere ferro.  
Dummodo non pereat, totidem offecisse lucernas*
- 225 *Quos stabant pueri, cum totus decolor effec  
Flaccus & haberet nigro fuligo Maroni.*

Transit iam denique ad Grammaticos, qui primas litteras doceant quorum omnium longe adhuc miseram conditionem probat, quos pro immensis tædiis minorem adhuc mercedem non sine intercentu litris consequi probat.

*Quis gremio.*] i. Quis è discipulis præceptoris suo Grammatico Encelado Palemoni tantam mercedem reponit, quantum suis laboribus promeritus est? q.d. Nemo.

*Gremio.*] Quasi sedentibus præceptoribus discipuli *ἑδωκεν* in sinum infundant.

*Doctiq; Palemonis.*] Huius mentio facta Sat. 6. *Docti* ait, quia tantæ arrogantiae suæ, ut litteras secum natas secum moriturus dixerit, & Varronē Latinorum doctissimum litteratum potius cum adpellavit.

*Quodcumq; est.*] Tandem scilicet mercedis, vile & perexiguum, & longe minus quam Rhetorum merces, tamen ab illa mercede à pedagogo pueri, & dispensatore furtim aliquid auferatur.

*Rhetoris ara.*] Precia argentea.

*Praemordet.*] Aliquid furtim abradit.

*Aconitus.*] Notat aliquem nomine proprio. Vel forte à Poeta fictum nomē de aliquo proprium non commune commodum spectante. der sur in sehtem Bentel ist. A. a priuante & ront.

*Qui dispensat.*] Dispensator Oeconomus, frugum & pecuniarum condus & promus. Qui plerumque eiusmodi fures.

*Frangit.*] Sic supra dixit, de Crispino,

— magna qui Goes solebat,

Vendere municeps fralla de merce siluros

*Cede Palemon.*] Scoptice à Poeta dictum in arrogantissimum Grammaticum: & Palemon, patre, neque ægre feras aliquid à tua mercede detrahi. Du must dir was abdingen lassen.

*Inde.*] A constituta mercede.

*Non aliter, quam*] id est. Velut institor qui hibernas tegetes, à cadurca solet vendere, ut ille primo magnam requirit mercedem, postmodum à prius indicato precio aliquid decedere patitur.

*Nimis caducis.*) Ein weisse Kremer Decse. Lecti cooperimentum.

*Dummodo non pereat.*) Dummodo non in vauiersem festa laboraris, & aliquid mercedis saltem tibi relinquatur pro infinitis tuis laboribus, quod saepe ad mediam vsque noctem fuderis, & illa meditatus sis, quæ doceres tuos discipulos.

*Qua nemo faber.*) i. qua media nocte nemo faber ferrarius, nemo carptor vel carminator lanarum, qui hamis ferreis oblique in tabulam fixis lanam deducere, & attenuare docet, sedebat, & opus faciebat. Nam antelucano tempore & mane tales operari solent. Nam vesperi & sero is non licitum.

*Qui docet.*) Qui lanam carminat, id est, carmine trahit, & attenuat. Carmen à carriendo dictum.

*Totidem olfecisse lucernas.*) Lampadas olei foetidi, & male olentis, quas pueri pauperum noctu adferebant mane vel vesperi.

*Olfecisse.*) Non sine immenso tædio. In gratus enim lucernarum odor.

*Quot stabant pueri.*) Ante te dictata recitantes & lectiones audientes.

*Cum totus decolor.*) i. Cum liber Horatii Flacci, in quo discunt pueri ex fumo lucernæ decolor, turpis, & niger esset, & cum crassa nigredo ex vapore olei ardentis libro Virgilii Maronis adhzreret, Hæc eo dicit. Nam pueri cum primum legere discunt, libros in quibus discunt enormiter maculare consueverunt.

*Decolor.*) Turpis, decolor, deformis Horatii Flacci liber, fuligine lucernæ, vel assidua pueri contrectatione.

*Et hereret.*) i. Cum nigro & misere contaminato libro in quo Poema Virgilii inscriptum, crassa fuligo & vapor male olentis lucernæ adhzreret.

RARA TAMEN MERCES, qua cognitione tribuni

Non egeat. Sed vos sanas imponite leges

Vi præceptorum verborum regula constet,

230 Vi legat historias, auctores nouerit omnes

Tanquam ungues digitosq, suos, ut forte rogatus

Dum petit aut thermas, aut Phœbi balnea, dicat.

Nutricem Anchisæ, nomen patriamq, nouerca

Anchemoli, dicat, quot Aestes vixerit annos:

235 Quot Siculus Phrygius vini demauerit urnas,

Exigite ut mores teneros cœu pollice ducat,

Vi si quis cera vultum facit. Exigite ut sis

Et pater illius cœtus, ne turpia ludant,

Nefaciant vicibus. NON EST LEVE tot puerorum

240 Obseruare manus, oculosq, in sine trementes,

Hæc, inquit, cures. Et cum se verterit annus

Accipe victori populus quod postulat aurum.

Amplificat quod dixit, & vterius demonstrat, hanc exiguam & toties diminutam mercedem raro contingere præceptoribus à parentibus discipulorum sine interuentu litis.

*Rara tamen.*) i. Licet immensi labores sint, & merces pro illis perexigua, raro tamen illa præceptoribus obtingit sine coactione Tribuni.

*Cognitione.*) i. Iudicatione: Sic dixit Sat. 6.

— iam cognitione peracta,

Et Sat. vitima

— iustissima centurionum

Cognitio est igitur de iustitia,

*Tribuni.*) qui parentes cogat & accusatos compellas solvere. Hoc inter alia Tribunorum munus erat.

*Sed vos famas.*) Eandem rem persequitur & amplificat, q. d. Licet ciues Romani præceptoribus exigant mercedem, & quidem coacti soluant, tamen à præceptoribus ad amissum omnia requirunt, & maxima & difficillima quæq; ab illis efflagitant, & præceptoribus tenuissimas leges obseruare perdifficiles imponant. Imprimis vt sint auctissimi, & summa diligentia & solertia liberos suos in litteris ac moribus erudiant.

*Senas leges.*) Obseruata pæne impossibiles.

*Vi præceptoris.*) Vt præceptor omnium verborum & phrasum exactam cognitionem habeat, vt sine vitio exactissime loquantur.

*Verborum regula.*] Intelligit exactam omnium verborum notitiam & analogiam.

*Consilij.*] Intelligatur, explorata sit.

*Legas historias.*] Fabulas Poeticas & historicas. Hæc de filio possumus intelligere. Sunt a. hæc leges latius: & uiz.

*Auctores noneris omnes.]* Exactissime sciapt & meminerint, quid quisq; auctor scripserit, quid in quoq; auctore continetur.

*Tanquam vngues.*) Prouerbum satis tritum.

*Vt forte rogatus.]* quocunq; loco & tempore filius ad omnia exacte possit respondere.

*Dum petis thermas.]* Omni loco & tempore. Exepli gratia dū pater in itinere est, & Phœbi calida balnea petiti rogetur, respondere ad omnia interrogata possit. Alii hoc *petit* non de profectio- ne, sed de interrogatione intelligunt, q. d. Dum quærit pater ex filio, quonā sit balnea & thermæ Apollinis apud præcos historicos & Poetas. Censens a. quidam prioris sententiæ adsertores balnea Phœbi Romæ fuisse.

*Nutricem Anchisæ.]* Huiusmodi, quæ, vt Seneca ait, *scire nec iuuat, nec prodest*, & quæ satius est ignorare, quam scire, Grammatici, & Critici diligentissime solent inquirere. Porro de nomine nutricis Anchisæ, qui inter pastores educatus est nihil constat.

*Nomen patriamq; nouerca.]* Respicit ad versum Virgilii lib. 10.

*Hinc Sibencium petit, & Rheeti de gente vetusta  
Anchemolum thalamos ausum infestare nouerca.*

Hanc dicunt vocatam esse Casperiam, de cuius patria nihil constat.

*Quot Acestes & a.]* Acestes Troianus, rex Siciliæ. Vide Virg. lib. 5. Sunt a. tales quæstiones nugaces & friuolæ. Respicit a. ad Virgilii illa verba lib. 5.

— *Senioris Acestæ.*

*Quot Siculas.]* i. quot vini cados Siciliæ ille rex Acestes Æneæ sociis Phrygiis ex Troia profugis, vel vinas vini donauit. Ad illa Virgilii respectus:

*Vina bonas qua deinde cadis onerarat Acestes.*

*Exigite vt mores.]* Tria fuerunt requisita, vt linguam puro sermone, vt mentem variarum rerum cognitione: & deniq; animum virtute, pudicitia, & honestis moribus imbuat.

*Cen pollice ducat.]* i. Formet. Est Metaphora à cera, quam digitis ducendo in quamq; formam effingimus. Vel est Metaphora à sigillis ducta, qui aulas pollice fingunt & resingunt.

*Vt si quis cera.]* Quæ in omnes formas fingi & resingi potest.

*Exigite vt sis & pater.]* Vt præceptor illum cœtum suum scholasticum paterno amoris adsequi prolequatur, & à malo deterreat.

*Et pater.]* Ardua profecto miserorum præceptorum conditio.

*Ne turpi ludant.]* Intelligitur turpem illam Sodomiticam libidinem, qua pueri alternis vicibus sese corrumpebant.

*Non est leue.]* Ad aliud scelus masturbatorum respicit, qui ministerio manuum libidinem exercebant, quod Sat. 6. innuit, cum ait:

— *præputia ducit.*

Itot pueros exacte obseruare ne scelera perpetrent difficillimum est.

*Oculoque tremens.*] In fine libidinis, vel post perpetratam libidinem molliteratam.  
*Petrus:* *Patransi fratrem occhio.*

Nam in fine libidinis post perpetratam venerem oculorum hirci & anguli molliter memet  
 solent. Ad hoc respicit Virg. 3. Eclog.

— *Transversatuentibus hircis.*

*Hec, inquit, cures.*) Id est. Has leges scrias, inquit cinis Romanus filium suum preceptum  
 commendans.

*Inquit.*] Pater discipuli.

*Et cum sit vesteris annus.*) Hec verba sunt auctoris nostri, quibus non sine acri Sarcasmo  
 ferum Grammaticum irridet, & Romanis civibus Euclionibus sordes suas exprobrat. q. d. cum  
 omnia laboriosissima & difficillima egeris finito anno exiguum mercedem interuentu huius ac-  
 cipe. De hac consuetudine loquendi auctoris nostri dixi ad Sat. 1.

*Accipias sane mercedem sanguinis.* —

Et Sat. 3.

*Et sedeant hic*

*Lenonum pueri.*

*Se vesteris annus.*] I. Finito anno illam mercedem accipe, quam populus tanquam arbitri,  
 tibi à prætore vel tribuno dari postulat, tanquam victori, ut qui patrē in iudicio viceris. i. Mer-  
 cedem minimam accipe, quantula certaturis offerebatur. Respicit autem ad ludos Scenicos, in  
 quibus populus victoribus munera dari imperabat vel postulabat. Erat a. stata merces Scenico-  
 rum quinque aurei. Et solebant in theatro quinque aurei dare, nec licebat plura accipere.

*Victoris populus.*] Solebat populus in ludis oblatos aureos victoribus postulare. Suetonius  
 Claudio. Nec ulla spectaculi genere communior & remissior erat, adeo ut oblatos victoribus aureos  
 prolato pariter sinistra, cum vulgi voce digitisq. numeraret.

# D. IVNII IUVENALIS SATYRARVM LIB. III.

## SATYRA VIII.



**H**æc Ergo Satyra scripta est, in Ponticum & alios nobiles Romulidas, qui nobilitate maiorum suorum confisi intumescerebant, cum ipsi contravectores & ignavi nihil vera nobilitate dignum agerent, quam sitam esse demonstrat non in fumosis maiorum imaginibus, sed in sua cuiusque virtute & vite integritate.

*STEMMATA QUID faciunt? quid prodest, Pontice, longa  
Sanguine censer, pictosq; ostendere vulnus  
Maiorum, & stantes in curribus Emilianos,  
Et Curios iam dimidiis, nasumq; minorem  
Cornui, & Galbam auriculis nasoq; carentem?  
QVIS ERUCTVS generis tabula iactare capaci  
Cornuini, & post hac multa deducere virgâ  
Famosos equitum cum Dictatore magistros.  
Sicoram Lepidis male vivitur? Effigies quo  
Tot bellatorum se laeditur alea pernox?*

Exordii huius hic sensus est. Si Lepidi & alii posterius in præsentia male vivant, frustra illos iactare gloriam & res gestas maiorum suorum, qui priscis temporibus vixerint.

*Stemmata.* Stemmata Latine propriè certum dicitur. Inde usurpatum pro statuis maiorum coronatis. Dicuntur & lineæ vel ramusculi quibus genealogiæ & gradus cognationum delineantur & discernuntur, quibus notatur quis pater, avus, proavus, abavus, atavus, tritavus, &c. fuerit. Persius:

*Stemmata quod Thyso ramum mille sine ducas.*

Plinius: *Stemmata lineis discurrabant ad imagines pictas.*

Sueton. *Galba Imperator etiam Stemmata in atrio proposuerat, quibus paternam originem ad Iovem, maternam ad Pasiphaen referret.* Præclare de hac re diutius ille Seneca. *Si quid est aliud boni in Philosophia hoc est, quod Stemma non inspicit. Platonem non accepit nobilem Philosophiam, sed fecit.*

Quid. *Nam genus & proavos, & qua non facimus ipsi.*

*Vix ea nostra voco:*

Et Cicin Sallust. *Satis est me rebus meis gestis florere, quam maiorum opinione nitì, & ita vivere, ut ego sim posteris meus nobilitatis initium.* Et iterum Seneca Epist. 44. *Non facit nobilem atriolum plenum imaginibus. Nemo in nostram gloriam vixit, neque quod ante fuit, nostrum est. Attingimus facit nobilem. Quis est generosus? Ad virtutem bene compositus.* Est ergo hic sensus. Quid facit, prodest, vel confert ordo generis, vel genealogiæ gradus ad veram nobilitatem? quasi dicat, Nihil.

*Longo s.c.] Antiqua, longa, & proluxa maiorum serie à vetusta antiquitate per multa secula deducta.*

*Censeri.] Hinc Censores dicuntur. Persius  
Censorem suum vel quod trabeate salutes;  
Est ergo censeri, recalcetri, iudicari, numerari.*

*Pictosq; ostendere vultus maiorum.* in foribus, vestibulis, atriis, ædificiorum. Habebat autem imagines maiorum pictas vel sculptas, ex marmore lapide, vel ære, vel ex cera expressas.

*Et stantes in curribus Æm.]* Triumphantes scilicet. De itatuis & curribus triumphalibus, vide Plin lib. 34.

*Æmilianos.]* Maiores tuos qui triumpharunt. Intellige P. Æmilium Macedonicum, cui triumphalis vestis in Senatu data. Vel potius Scipionem Æmilianum, qui Carthaginem & Numantiam deleuit.

*Et Curios i. d.]* i. Vetustate exesas statuas Curiorum, iamque dimidia parte dirutas. De Curio dictum initio Sat. 2.

*Nasumq; minorem Coruini.]* i. Valerii Coruini, qui, teste Livi, corui ope Gallum superavit, statum nasum vento, pluvia, frigore, temporis edacitate minorem factum & imminutum. Hic Corvinus tribunus militum fuit, qui ingentem Gallum provocante auxilio, ut dixi, corui (qui ab ortu solis glez eius insedit, & inter pugnandum ora oculosque Galli verberavit) occidit, & ab hoc Coruo Corvinus dictus est.

*Et Galbam n. q; c.]* Intelligit Sergium Galbam, qui Neroni successit, & ab Othone occisus est, qui à loue genus suum deducebat. Vel potius aliquem ex maioribus eius. Curus antiquissimam statum autem ac naso carere ait.

*Quis fructusq; i. c.]* i. Quæ est vilitas aut quid prodest aliquem magna & capaci tabula genealogica, in qua genus & familia notantur ad iactantiam ostentare, coruinum & tumosas maiorum imagines.

*Generis tabula.]* Genealogica, in qua generis series continetur.

*Et posthac.]* 1. Post illum Coruinum longa serie, longis ramis vel virgis in arbore illa consanguinitatis deducere ac derivare. Hic versus in quibusdam Codicibus non invenitur. De cuius germanitate & ingenuitate tamen nemo doctior, opinor, dubitavit.

*Multa Virga.]* Intelligit ramos & virgas in stemmate. Alii lictores intelligunt, qui multos virgarum falces præferebant. Dictatori 24. Consuli 12. Magistro equitum 6.

*Famosos.]* i. Maiores qui magistri equitum & Dictatores fuerunt. Famosos, i. nobiles & illustres. Famulus non (ut Domitius vult) infamem semper significat, & in malam partem rapitur, sed sæpe in bonam. Plin. lib. 6. Ep. *Impense peti ut causam agam pertinentem ad curam manipulorum al equis & famosam.* Apuleius: *Uxorem generosam & eximia famositate præditam.* Alios legitur *sumosos* i. fumo longa vetustate tinctos & deigratos. Porro magistri equitum summum ius in equites habebant, ut Dictatores summum ius in populum.

*Si ceram Lepidus.]* i. Si male viuitur à Lepido, qui si lii pessimi oriundi ab optimis maioribus, qualis fuit Æmilus Lepidas, qui puer in bellum profectus hoste interemit, & in capitolio statua bullata cum prætexta ex Senatusconsulto donatus, postea Pontifex Maximus fuit, & princeps Senatus electus.

*Coram.]* Empharice. q. d. Nihil prodest præterita maiorum egregie facta, & nobilitatem iactare illis minoribus vel posteris, qui coram in præsentia stant & tunc viuunt, & vitiis obruti sunt. Opponuntur hic: præterita maiorum egregie facta, & coram vel præsens tempus quo filii & posterj male viuunt.

*Effigies quo tot b.]* i. quid tibi profunt statuarum & imagines maiorum tuorum bellatorum optimorum & fortium, si helluo & aleator es. Vel ad quid valent tot imagines maiorum, qui bellatores fuisti fuerunt, si minores posterj imbelles & ignaui per totam noctem de generis virtute maiorum alea ludunt.

*Quo.]* quorsum, ad quid. Horat. *Quo mihi fortuna, si non conceditur & seu?*

*Ante Numantinos si dormire incipis, ortu*

*Luciferi quo signa duces & castra mouebant?*

*Cur Aliborogis & magnâ gaudeat arâ,*

*Natus in Herculeo Fabius Lare, si cupidus, si*

*Vannus, & Enganâ quantumvis mollior agnâ?*

*Si tenerum attritus Catinen, si parvice lumbum*

*Squalentes producit anos, emorq; veneni*

*Fringem-*

*Frangendâ miseram suneſta imagine gentem.*

*Tota licet veteres exornent undique cera*

*Arria. Nobilitas ſola eſt, atque unica, virtus.*

10

Pertexit quod dicere ceperat.

*Ante Num.]* i. Si aleator & belluo totam noctem pernox & peruigil luſſiſti, & bibiſti, & ſub tempus matutini ante ſtatuas Scipionis aui vel proavi tui viri continentiffimi dormire inci-  
piſ, & quidem mane oriente Luciferi & Phosphoro, & iam aurora imminere, quo tempore  
maiores tui (quorum tu ſtatuas iactas, & à quorum virtute tam flagitiſe degeneras) ſigna &  
caſtra, & exercitum mouere, & ex vno loco in alium ductare ſolebant.

*Numantinos]* Scipio Æmilianus, vt ſupra dictum, Carthaginem & Numantiam deſcuit, in-  
de dictus eſt Numantinus & Africanus.

*Ortu Luciferi.]* i. Paulo ante ſolis ortum cum Lucifer oritur. Eſt autem Lucifer Veneris ſtella,  
40. à ſole gradibus diſtans, & in ſuo Epicyclo ſolem pro centro habens, eumque ambiens, quo-  
ties Solem ſequitur Hesperus dicitur, vnde Veſpera, cum Solem antecedit, & antelucano tem-  
pore conſpicitur, Phosphorus vel Lucifer appellatur.

*Quo caſtra.]* i. illi maiores tui, quorum tu ſtatuas adeo venerariſ, eo tempore ſolebant bella  
gerere & res præclariffimas & v. g. lare quo tu ebrius dormire inci-  
piſ.

*Signa duces.]* Qui nimirum fuerunt duces exercituum.

*Cus Allobrogicus.]* i. Cuſ Fabius ille degener ex nobili illa Fabiorum familia natus, honori-  
bus maiorũ ſuorũ delectetur & gloriatur, & Allobrogibus, à Fabio maximo deuictis, & magna  
ara Herculis, quæ ſola Fabiæ genti hæreditaria erat, gaudeat, ſi ille ſit mollis, vanus & ignauus.

*Allobrogis]* Valer. Max. lib. 6. *Fabius* inquit, *maximus Gallica Victoria cognomen Allobrogis  
ſibi & poſteris peperit.* Allobrogis, id eſt, tulus & honoribus, & appellationibus maiorum ſuo-  
rum de uictis Gallis & Allobrogibus.

*Magna ara.]* Per hanc intelligit aram Herculis, ex quo Hercule Fabiorum familia.

*Natus in Herculeo]* Hercules cum ex Nicoſtrata Euandri matre quæ Carmæa dicta ſeſe im-  
mortale eſſe didiciſſet, ſuo numini aram inſtituit, Romani etiam duas ædes ei extruxerunt, v-  
nam ad portam trigeminam, alteram in foro boar. o. Huius ara vt ſcribit Lilius, *Fabiæ genti &  
familia erat hæreditaria.* Erat autem magna ara Romæ iuxta circum Flaminium.

*Lare.]* i. in domo & familia Herculis. i. in familia ab Hercule oriunda natus. Nam Fabiæ ab  
Hercule originem ducebant.

*Si cupidus.]* i. Maiorũ ſuorum gloriam ſibi vſurpare non poteſt, qui eſt cupidus, auarus, & qui  
eſt vanus & mædax, qui deniq; molliſſimus & maxime effeminatus, & magis mollis, quàm ovis.

*Euganea]* Alitina vel Parauina, vel, vt alii, Tarentina, Calabrâ, & Veneta, (illi enim populi  
*Euganei* dicebantur) Hiſ autem ouibus nihil erat mollius, & lanæ valde laudabantur. Plin. lib.  
3. cap. 20. Scribit Euganeorum oppidum eſſe Veronam, & quæ quidem vrbs diſtat Parauio mil-  
libus paſſuum.

*Quamuis ovium.]* q. d. Quamuis ovis admodum mollis ſit, cum ſit tamen adhuc mollior. Her-  
cule vero nihil fuit bellicoſius.

*Si tenerum attritus.]* i. Si Fabius ille Perſicus libidinofus & Pathicus lumbos ſuos Catinens  
pumice, atterat, leuiget, poliatque in amatorum ſuorum gratiam, & hac infanda libidine auos  
ſuos obſcelus nepotis ſui merito lucentes & ſqualidos traducit & dedecorat. Fabium hunc  
Perſicum teſtatur Seneca lib. 4. cap. 30. de Benef. *impuriſſimum & obſceniſſimum omnium mor-  
taliũ fuiſſe.*

*Tenerum.]* Mollem & libidinofum lumbum attritus. Nota figura.

*Catinens.]* Ætnæo pumice vel cauernoſo lapide, qualem Ætna ſæpe euomit. Ceterũ turpe ſ  
& libidinofum in balneis nates & lumbos ſibi atterere, & pumice leuigare ſolebant, & depilare,  
vt amatoribus ſuis iucundiores viderentur. Perſius: *Elixasq; nates labefactent ſcorpice adunca.*

*Catinens.]* Hinc Catinens ſes dicit homines molles & ſæ diſſima patientia, qui ſe pumice le-  
ues & glabros reddebant. Septimius in Apologetico cap. 15.

*Squalentes.]* Sordidatos, inſeſtos, quafi poſt mortem ob ſcelus nepotis, vel ſtatuas ſitu & vo-  
luptate ſordidatos & ſqualidos.



*Traducit.*] Dedeorat, inhonestat, calumniatur, & contumelia afficit.

*Emorq; veneni.*] Cum venena misceat, & alios interimat, & suam familiam & gentem, quam suo scelere, probro & flagitio miseram, famosam & infamem reddidit, funestet.

*Frangenda imagine.*] i. qui ob beneficia dignus, cuius statua inter maiorum statuas posita demolitur. i. Statua eius ob tantum scelus deiecta & prostrata, vel imagine eius deicenda & non cum aliis ponenda. Moris erat Romæ, vt si quis turpi & immuni crimine damnatus esset, damnabatur & frangebatur eius etiam statua, nec in exequiis ferebatur. Tacitus libr. 11. *Corn. Messalinus* & *imago Libonis exequiis posterorum comitari etur censuit.*

*Miseram gentem.*] Ob tantam maculam, & labem.

*Funestet.*] q. funera polluat, inquinet, & contaminet.

*Tota licet.*] Eximia sententia. i. Licet vniuersa atria vel vestibula ædificiorum plena sint veterum & maiorum imaginibus cereis: tamen illud nihil ad veteram nobilitatem conducit, quæ est sola & vnica virtus.

*Veteris cera.*] Imagines veterum maiorum, hamerorum tenus è cera expressæ. Plin. lib. 35. *Expressæ cera vultus singuli disponebantur armariis.* Imagines illæ in atrijs disponebantur. Seneca: *Non facit nobilem atrium plenum sumosis imaginibus.*

Martial.

*Atriaq; immodici artas imaginibus.*

Erant autem prima ædium pars atrium.

*Paulus vel Cossus, vel Drusus moribus esto.*

*Hos ante effigies maiorum pone tuorum:*

*Precedant istas illis te consule virgas:*

25

*PRIMA MIHI debes animi bona. Sanctus haberi,*

*Iustitiaq; tenax factis distisq; mereris,*

*Agnosco procerem, Salve Getulice, sen tu*

*Silanus, quocunque alio de sanguine, rarus*

*Cimis & egregius patria contingis ouanti.*

30

*Exclamare libet populus quod clamat Osyri*

*Inuento. QVIS ENIM generosum dixerit hunc, qui*

*Indignus genere, & praclaro nomine tantum*

*Insignis? Nanum cuiusdam Atlanta vocamus,*

*Aethiopem cygnum, paruam extoriamq; puellam*

*Europam: canibus pigris scabieq; vetusta*

35

*Lanibus, & sicca lambentibus ora lucerna,*

*Nomen erit pardus, tigris, leo. Si quid adhuc est,*

*Quod fremit in terris violentius. Ergo cauebis*

*Et metues, ne tu sis Creticus aut Camerinus.*

Pergit ulterius de vera nobilitate dicere.

*Paulus vel Cossus.*] Q. d. Non maiorum tuorum statuas, in atrijs tuis, sed illorum mores honestos in tua vita ostende. i. Si vis nobilis esse, imitare vitam & mores parentum tuorum, similis ipsis vita & moribus. Porro de Paullo Æmilio dictum superius.

*Cossus.*] Vir optimus & bellicosus, qui ducem hostium manu sua occidit, & opima spolia in Capitolium reportauit.

*Drusus.*] Qui ab hostium dace Druso interfecto hoc nemini in familiam suam propagauit.

*Hos ante effigies.*] i. Hosce virorum optimorum mores præpone ante statuas maiorum tuorum, vt illos mores citius vel potius intuearis, quam statuas.

*Ante effigies.*] Eo dicit, quia quicquid alteri rei præpositum est, illud citius intueamur, quam rem ipsam. q. d. Hos pone ante illas statuas, ut illos honestos mores potius intuearis. quam statuas. Plin. Ep. lib. 5. *Inuenio apud homines honestissimum esse maiorum vestigia sequi si modorecte præferimus.*

*Præcedunt ipsos.*] i. Non existima te nobilem esse eo, quia consuli tibi 12. fasces virgarum à lictoribus præferuntur, sed eo te nobilem iudica, quia laudatis & spectatis sis moribus. i. Cum tu consules, tibi que à lictoribus fasces præferuntur, ante ipsos fasces debent præcedere honesti tui mores. *Fasces & securis* iustitiæ & legum executionem denotabant, ut virgæ crimina, quæ emendati adhuc poterant, corrigereant, securis autem quidquid enorme & incurabile erat absciderent.

*Præcedant.*] Vt ita illos semper habeas ob oculos, & illi præcedant, tu vero illos mores maiorum tuorum honestos rite sequaris & imiteris.

*Prima mihi d.*] Exponit iam quæ requirantur in vere nobili. i. Ante quam te vere nobilem constitear, vel si vis ut te dicam nobilem. prius requiro à te animi bona, i. virtutes, ut sunt prudentia, iustitia, & rectitudo, temperantia.

*Sanctum haberi.*] Q. d. Nec virtutes illas, quod dici solet, solum cū *πῆρην*, verum etiam cū *καί* habere habereas. Nec possideas solum, verum illis etiam utare. Etenim si promeritus es dictis simul & factis viri sancti & iusti nomen, tum te agnosco procerem, id est nobilem Romanum. Potest & eum interrogatione legi, Et tunc *ὅ* si non subintelligitur.

*Distū factis que* ἱπποκρίτης λέγει.

*Agnosco procerem.*] Nobilem, optimatē, virum egregium & laudabilem. i. Si hæc & consilia veræ nobilitatis opera exhibueris præ gaudio exclamabo, ut Ægyptii in sacris quæsitō & inuēto Apī boue, vel Olīride, me tandem inuenisse, quem tanto tempore frustra quæsiui.

*Salus Getulicæ.*] i. Si talis es tunc merito te appello & saluto nobilissimum, siue ex Getulia oriundas sis, siue nobilis Romanus ut Syllanus, siue è quocunque alio sanguine progenitus sis. Vel, O Getulicæ vir nobilissime, tanquam qui Getulos viceris. Indicat sic virtute præditos non minus esse nobiles, quam illi fiant qui magnas gentes subegerint.

*Syllanus.*] Hic recte Tacito *eximia nobilitate fuit.*

*Quocumq; alio.*] i. Siue tu genere nobilis sis, siue quocunque alio sanguine natus, honori, & decori es tuæ patriæ ob virtutem tuam ouanti & exultanti.

*Rarus cinis.*] *Rari quippe boni.* i. Tu datus es patriæ, quæ merito ouat & triumphat de tam exoptato ciue.

*Coniungit*) Datus es.

*Exclamare liber.*] i. Si te talem inueniero, sole mne illud exclamabo, quod populus Ægyptius exclamare solet in sacris Iudis & Osyridis, cum Osyridem & Apim bonem quæsiuit: & tandem inuenit, *ἱπποκρίτης, οὐ γὰρ ποδὶς*. q. Poeta dicat, se optimum ciuem inuenisse, & tandem incidisse in illum, quem diu quæsierit. In Ægypto Apis bos, vel Osyris numinis vice colebatur, Sic enim iussit illis Osyridis vxor. Quærebatur autem Apis bos in sacris singulis annis cum magno totius populi lætū. Inuentum autem magna lætitia & plausu salutabant, eundemque per urbem lucentem magnus grex puerorum carmen eius honori canentium comitabatur. Cultus autem est Osyris, quia

*Primum aratra manu solerti fecit Osiris*

*Et teneram ferro sollicitauit humum,*

*Primum in experta commisit semina terra*

*Pomaq; non notis leges ab arboribus.*

Quasi Poeta dicat se optimum ciuem inuenisse, & tandem incidisse in eum, quem iam dudum quæsierit.

*Quis enim generosum.*] E contrario hoc ait, quod contra nemo generosus sit, qui indignus genere & nobilitate maiorum suorum sit, nihilque nobilitatis habeat præter nomen. Nisi velimus illum nobilem vocare *κατ' ἀντίθεσιν*, quasi minime nobilem ut sequitur. Pulcherrime Fabius. *Quis nobilissimus, nisi qui optimus.* Non qui celebritate nascendi, sed qui virtute maximis excellit.

*Nanum cuiusdam.*] i. Si te hominem turpem nobilem dicamus, idem facimus quod cum nanum vocamus Atlantem. Vel, quos ob generis nobilitatem & merita proauorum nobiles appellamus, cum sint vani molles, & ignaui, illos potius vituperamus, & Ironice ac Scöptice ita ut *id est pogriv* vocamus, vt cum virum pessimum dicimus optimum, Nanum vel Pygmaum vocamus Atlantem, vel Gigantem.

*Cuiusdam.*] i. Ita pumilionem illum cuiusdam nori ciuis Atlanta longissimum & robustissimum virum qualis Atlas Mauritaniz rex fuit qui in montem sui nominis conuersus, qui calum humeris sustinere dicitur. Ouid.

*Quantus erat mons factus Atlas.*

*Atlanta.*] Atlas Promethei frater.

*Ethiopem Cyncum.*] i. Hominem turpem deformem nigrum eadem figura vocamus candidissimum.

*Parnam.*] Meum exemplar *pranam* habet. i. Puellam gibbosam, & extorta membra habentem vocamus Europam, proceram & speciosissimam virginem, Agenoris filiam, quam Iupiter in taurum mutatus compressit. Hinc tertia orbis pars Europa dicta.

*Canibus pigris.*] i. Sic canes signauios & scabiosos, qui ad venationem inutiles & degeneres in gulinis extremitates lucernarum lambunt appellamus tigrides, pardos, leones, aut aliud quoddam animal ferocissimum.

*Scabie vetusta.*] id est, quibus ob vetustam scabiem pili exciderunt, qui ob id glabri & laues sunt.

*Es sicca.*] Eiusmodi canum degeneres & pigri venationi sunt ineptissimi.

*Pardus.*] Cuius femella panthera. Hic se abscondit, & ita alia animalia venatur, cum enim bellæ eius odore delectentur propius accedentes ab ipso corripuntur.

*Si quid adhuc est.*] i. Si quid præterea adhuc in terra velocius animal est, quod fremit adhuc violentius quam pardus, Tigris vel leo. vel quod ferocius adhuc est, & violentius sæuit, illius nomen pigro cani damus, hac dicta figura.

*Ergo cauebis.*] Lego hic *Nescis*, perspicuo sensu. i. Da operam & caue ne tu sic, vel eodem modo dicaris Creticus, vel Camerinus nobilissimus, quo modo canis degener dicitur Leo. De Cretico dictum Sat. 2. De Camerinis Sat. præcedenti.

*His ego quem monui tecum est mihi sermo Rubelli,*

*Blande tumes alto Druforum sanguine, tanquam*

*Feceris ipse aliquid propter quod nobilis esses.*

*Vt te conciperet, quæ sanguine fulget Iuli,*

*Non quæ ventoso conducta sub aggere texit.*

*Vos humiles, inquis, vulgi pars ultima nostri,*

*Quorum nemo queat patriam monstrare parentis.*

*Ast ego Cecropides. Vitas & originis huius*

*Gaudia longa feras. Tamen ima plebe Quiritem*

*Facundum inuenias: SOLET HIC DEFENDERE causas*

*Nobilis indocti VENIET DE PLEBE togata,*

*Qui inris nodos & legum enigmata soluat.*

*Hic petit Euphratem inuenis, domitig, Bataul*

*Custodes aquilas armis industrius. At tu*

*Non nisi Cecropides, Truncog, simillimus Herma,*

*Nulla quippe alio vincis discrimine, quam quod*

*illi marmoreum caput est, tua viuit imago.*

Dimisso Pontico ad Rubellium Blandum iam digreditur, quem fastuosum & inflatam inueniem acrius incescit.

*Hic ego.* Hæc verba vel cum præcedentibus replicari possunt, vel ad sequentia referri, & per interrogationem legi, & sine etiam interrogatione. i. Tecum iam mihi sermo est, ô Rubelli, quem his verbis hæcenus admonui.

*Rubelli Blande* ] Lipsius ex Tacito lib. 13. legit Plante. Hic Rubellius Plantus per maternam originem pariter ab Augusto erat. Idem lib. 14. Et omnium ore Rubellius Plantus celebratur, cui nobilitas per matrem ex Iulia familia. Id quod & Poeta infra testatur inquit natus

*Vis te conciperet qua sanguine fulget Iulæ.*

*Tumes alto.* ] i. Superbas & inflatus es, quod è nobilissimo Drusorum sanguine natus sis. De Druso supra dictum. Ceterum Tiberius Cæsar, & Drusus frater, à Tiberio Nerone, qui Aldrubaletum vocat, orti sunt. Sueton. Alto, nobili, claro, generoso.

*Tantum feceris* ] i. Non aliter intumescis, ac si tua virtute nobilis sis, ut maiores tui.

*Vis te conciperet.* ] I. Quasi tuis egregiis factis promeritus sis, ut matrona aliqua nobilissima à diuo Augusto, & Iulio sanguine oriunda te conciperet, non vix aliqua mulier & plebeia. Sentus autem est. Si ipse aliquid laude dignum fecisses, propter quod vere nobilis appellari posses, merito mater tua te debuisset concipere non plebeia aliqua mulier.

*Non qua Sentofo.* ] i. Non autem ignobilis quædam & vulgaris è plebe femina. Non mulier quædam conductæ & mercenaria. quæ sub dio, in aggere Turquinii superbi ventis exposito tecturam exercet. Alii legunt *aere*. In Aggere autem Turquinii viles & plebeie conductæ mulieres solebant telam texere.

*Per humiles, inquit.* ] Verba tumidi & fastuosi Rubellii Planti, aliis subsonantibus, & generis obscuritatem obiectantibus. i. O vos Romani reliqui humili loco nati viliissimi, & abiectissimi, estis vltima & abiecta pars nostri vulgi, quorum nemo scit, vade & à quibus parentibus originem duxerit. Aduentæ estis, non Romani nobiles.

*Patriam parentis.* ] Obscuri estis & terræ filii.

*Ass ego Cecropides.* ] i. Ego sum nobilissimus à principe ciuitatis originem ducens, ut Athenienses nobiles à Cecrope antiquissimo, & primo suo rege. Ita ait Rubellius, non quod Atheniensis, sed quod cum Athenis familiz de nobilitate concertarent, & alii Cecropides, alii Alcmaeonides, alii Erechthides vocari volebant. ita etiam sese nobilissimum in quendam Romulidam esse denotare vellet.

*Vinas.* ] Respondet Poeta Scoptice, & iactabundum illum Thrasonem festiue ludificatur: quasi dicat. Prosit tibi ille honor, quod nobilissimus sis Cecropides, & ob id longe viuas felix & faustus sis & ex hac origine tua diu & multum latearis. *Vinas.* Est congratulans. Sic dicimus.

*Vinat rex* Sic Germani dicimus. *Est becommè dir vol.*

*Tamen ima in plebe.* ] Iam serio Poeta responderet, quasi dicat, licet sis nobilissimus, non tamen propterea omnino omnes ex plebe despicias & contempnas. Nam etiam in infima plebe Quiritem vel ciuem Romanum optimum, facundissimum, & doctissimum iuuenies, quorum opera nobiles etiam velint nolint indigent, & uti coguntur.

*Quiritem* ] Ciuem Romanum. Singulariter dixit, ut supra *Procerem*, quod notandum.

*Solet hic doct.* ] i. Ignobitis è plebe nobilium patronus sit, vel hic ex plebe obscurissimo loco natus, sed doctissimus, & eloquentissimus: solet in foro causas viri nobilis, sed indocti & rudis defendere.

*Nobilis indocti* ] Epaphras.

*Penies de plebe.* ] i. E plebe clientum, & turba libertinorum. qui rogam induti patronos suos salutar, venaret, qui legum interpretes sit doctissimus, qui nodos & intricatos sentus iuris, & legum ænigmata & obscuras quæstiones solet soluere.

*Togati.* ] E plebe tui clientes, patroni tui euadent, & suam operam dum litigas tibi locabunt. Sic præcedenti Sat. dixit

*Togati antepedes.*

qui amici viliiores & tenuiores erant.

*Iurimodos.* ] Leges contrarias, qui conciliare possit.

*Legum anigmata.* ] Obscuras & velatas quæstiones, ubi quis sensus, & quid sentiendum sit, non cuius promptum est peruidere. Eiusmodi à Græcis λυτὰ dicebantur, quasi solutores, qui in iure tantos progressus fecerant, ut de eo respondere, & quæstiones solvere potuerint, illi erant qui responsis prudentum, & quæstionibus operam dabant.

*Hic petit Euphraten iuuenis.* ] Ordo & sensus. In vulgo non solum sunt doctissimi, sed etiam fortissimi & bellicosissimi sunt. Nam hic vel alius quisque è plebe iuuenis in bello armis strenuus & industrius cum exercitu ad Euphratem fluvium in Armeniam & alias regiones exteras militatum proficiscitur,

*Euphraten* ] Hunc fluvium maior fundit Armenia, qui magno excursibus Babyloniam discedit, & tandem in sinum Persicum defertur.

*Domitry, Bataul.* ] i. Coniungit se exercitui & signis vel vexillis Romanis, quibus Bataui iam domini custodiuntur, ne rebellent. Domuerat autem Domitianus Batauos pæne adhuc puer.

*Bataul.* ] Media Syllaba indifferens. Fuit autem Batauium illa regio Belgica quæ iam ad Rhæni ostium. Olim fuerunt fortissimi, teste Tacito. Nec iam profecto ignavi.

*At tu nil nisi Cærop.* ] i. Ille quidem ex plebe animo nobilis est, & manu fortis, & armis industrius, & per se laudem ac decus sibi comparat. Tu vero nihil nisi maiores tuos iactare potes, per te ignavus & truncus. i. Nihil habes præter nudum illud nomen, quod scilicet Cætopides appellaris.

*Truncoq, similisus Herma.* ] i. Hermæ vel Hermetis statuz similis es in qua caput solum eminebat, reliquum corpus erat rude & informe. Mos erat Athenis, ut refert Thucydides, ut qui bene de Republica essent meriti, illis binæ vel ternæ statuz Mercurii darentur, ubi solum caput è marmore præminabat reliquo corpore rudi. Atque ita super fores disponebantur. i. Tu non maioribus tuis similis es, sed illorum statuis, quæ ipsis ob res præclare gestas donatz, à quibus tu nihil differs nisi quod tu viuas, illæ vita carent. Sic Sallustius. *Reliqui de factione sunt inartissimi nobiles, in quibus sicut in statua præter nomen nihil additamentum.* Euripides:

— αἱ δὲ στήθεις αἰνῶσαι φερέων

Ἀγῶματ' ἀγορᾶς εἰσὶ.

*Hermæ.* ] Græco vocabulo, ut solet, vsus. Ερμῆς enim Mercurium significat, à verbo ἡρμῆν, quod est interpretor. Nam ipse Æorum nuncius & interpres.

*Tua viuit.* ] Statuz caput est marmoreum & mortuum: & tu illud superas hoc discrimine quod viuis, quamvis vita & mors ignavorum iuxta æstimanda.

*Dic mihi, Tenebrarum proles, ANIMALIA MYTA*

*Quis generosa putas, nisi fortia? NEMPE VOLVCREM*

*Sic laudamus equum faciliè cui plurima palma*

*Fervet, & exsultat rauce victoria circo.*

60 *NOBILIS HIC QUOCUNQUE venit de gramine, Cuius*

*Clara fuga ante alios; & primus in equore pulvis:*

*Sed venale pecus Corinthe posteras, &*

*Hirpini, si rara iungo victoria sedit,*

*Nil ibi maiorum respectus gratia nulla*

65 *Umbrarum, dominos precius mutare in bentur*

*Exiguus, tritoq, trahunt Epirhedra collo*

*Segnipedes, digniq, molam versare nepotis*

*ERGO UT MIREMUR te, non tua primum aliquid da:*

*Quod possim titulis inscribere, præter honores*

70 *Quos illis damus & dedimus, quibus omnia debes.*

Vitius veram nobilitatem non in genere, sed propria cuiusque virtute consistere probat. Simili quodam ab animalibus desumpto, in quibus nullum animal nobile vocamus, si à generosis animalibus natum ipsam ignobile sit. Quod eodem modo in hominibus fieri solet.

*Teucriorum proles.*] Rubellum Plautum intelligit, qui materno genere ab Augusto, & Iulio Cæsare oriundus fuit. i. Dic mihi, ô Rubelli qui re à Iulio ortum iactas, & à Teucris vel Troianis.

*Animalia muta.*] Hic virtus non genus spectatur. Idem in hominibus fieri debebat. Nemo enim muta animalia ut equos & canes existimat fortia & generosa esse, quod ex fortibus animalibus nata sint, si ipsa sint ignava & à parentum generositate aliena.

*Nemo Volucrum.*] Probat quod dixit exemplo equi. q. d. Sic laudamus velocem & volucrum equum tanquam generosum. Nô quod natus sit ex equis generosis & velocibus, sed quod ipse velox est.

*Facili cui plurima.*] i. Cui ad cursum facili & agili cum fervore acquiritur plurima, frequens, & spissima victoria.

*Fervet.*] Frequenter contingit. Vel studiose & diligenter q. cum æst.

*Et exultat.*] i. Cui victoria cum gaudio & exultatione à spectatore populo acclamatur, in circo sedente, ob nimium clamorem rauco, ex magna voce & intentâ acclamatione.

*Nobis hic.*] i. Hic equus quisquis sit, quia velocissimus est, nobilis esse existimatur à quocunque etiam gramine vel pascuo veniat, & è quibuscunque etiam equis natus sit sine illi ignavi suæ generosi & veloces fuerint. Ergo & homo, non quia Romanus & Atheniensis, non quia à Cecrope, vel Romulo oriundus, nec quia celebritate nascendi, sed quia virtute maxime excellens, nobilis esse censendus est, alii legunt *germine*. Nec male.

*Cuius clara fuga.*] i. qui perspicue & enidenter alios equos præcurrit. Virg.

*Celeremq. fuga prævertitur Hebrum.*

*Et primus.*] i. qui omnium eorum primus pulverem movet in equore, id est circo vel campo. i. qui omnium primus in Hippodromo currit, vel qui primum pulverem cuttendo excitar.

*Aequore.*] Aequor non de mari solum dicitur, sed etiam de campi planitie. Virg.

*Et prius ignotum ferro quod scindimus aequor.*

*Sed venale.*] Alterum collationis membrum, quod è contrario demonstrat equos ignavos, quamvis ex nobilissimis ortos, in nullo esse precio. q. d. Vt equos celeres & fortes è quocunque etiam germine vel gramine prodierint laudamus. Sic contra ignavos & tardos ac degeneres equos, quamvis optimis equabus (qualis fuit Corytha) vel generosis caballis, (ut erat Hirpinus) nati sint non moramur, sed vendimus.

*Venale pecus.*] Contemnimus. i. Vilis & degener equus. Nam plerumque ob vitium aliquod & qui venales exponuntur, raro vero optimi.

*Coritha posteritas.*] Nomina propria equæ & caballi nobilissimi, i. natus ex laudatissima equa Coritha, & generoso equo vel caballo Hirpino, si ignavi & degeneres sint, nullamque in circo victoriam reportent, venduntur.

*Hirpini.*] Martialis in Colitum quandam.

*Hirpini veteres qui bene novit aros.*

*Sit arduus.*] i. Si victoria raro eius iugo, dum iugum in curuli certamine trahit, cedit, & quæ obedit & parer. Vel *Sedes lege*. i. Si victor raro sedet in curru, quem ille iugo trahit.

*Nilibi mai.*] i. Eius maiores, quamvis equi nobilissimi non respiciuntur sed equus vilis & degener habetur, vili precio venditur, & turpibus postea servitiis, & granibus laboribus premuntur.

*Respectum.*] Scilicet eis prodest. Sic Germani dicimus. Man sieht das nicht an.

*Gratia nulla umbrarum.*] Ridicule ait umbrarum, q. d. Nulla memoria dati beneficii à maioribus, nulla commendatio maiorum & mortuorum eorum, à quibus, nobilissimis licet, ortus sit, ipse contemnitur.

*Dominus pretii.*] Constructio talis est. Equi segnipedes, tardi & ignavi, & digni qui Nepotis

molam circumagant exiguo & vili precio venduntur, & dominos suos mutant, & trahunt Epithedia trito collo.

*Trinog, trahunt.* )i. Trahunt vehicula, vel rhedas collo adsiduo iugo attrito.

*Segnipedes* ) Ad Græcum illud *βραδύπους* effictum, quod atheni Epitheton.

*Nepotæ.* ) Nomen viri avari proprium, qui pistrinum habuit, in quo die & nocte equos vendat. Martialis:

*Biuiçime Nepos.*

*Ergo ut miremur.* ) Redit post collationem ad Rubellium. i. O. Rubelli, ut te ipsum miremur, non autem tua, id est genus tuum & honores tuorum, & illa quæ à maioribus habes, in vita & factis tuis aliquod egregium facinus ostende, & demonstra, quod tuis titulis & statuis incidere possim præter honores maiorum tuorum, qui tui non sunt, sed sunt maiorum tuorum quibus tu debes omnia.

*Ut miremur.* ) Et nobilem vere arbitremur.

*Te.* ) Tuas virtutes & egregia facta.

*Non tua.* ) i. genus tuum, & maiorum tuorum egregia facta & honores. Quanquam si recte consideres neque illa tua sunt, ut eleganter Ouid.

*Nam genus & promissus, & quæ non fecimus ipsi*

*Vix ea nostra putat.*

Et præclare Seneca.

*Non est tuum fortuna quod fecit tuum.*

*Quod possim titulis incidere p. h.* ) i. Exhibe nobis aliquid laude dignum, & præclarum virtutis facinus, quod tuæ imaginis & statuæ titulo addere possim tanquam tuum, & non maiorum tuorum, quorum alias sunt illi tituli & inscriptiones.

*Præter honores.* ) i. quod præterea titulis tuis addere possim, quod scilicet à te sit profectum, non à maioribus, quibus debeatur illi honores & tituli alias, quas in tua habes statua.

*Quos illi damus.* ) i. quos referimus acceptos, & reddimus tuis maioribus, qui illos promeriti sunt, non tibi cuius illi non sunt.

*Quibus omnia debes.* ) Per te enim nihil habes, nullam virtutem, nullam doctrinam, sed nudum tantum nomen nobilis, quod maiorum est non tuum. Nimirum nisi honores & facultates à parentibus sortitus fuisses, omnium esses contemnitissimus & humilissimus, tua enim virtutem, quam nullam habes emergere non posses.

*Hæc satis ad iuuenem, quem nobis fama superbum.*

*Tradit, & inflatum plenumq; Nerone propinquo*

*RARVS ENIM ferme sensus communis in illa*

*Fortuna. SED TE CENSERI laude tuorum.*

75 *Pontice noluerim, sic, ut nihil ipse futura*

*Laudis agas. MISERVVM EST aliorum incumbere fama.*

*NE COLLAPSA RVANT subductis tecta columnis.*

*Siratus humi palmes viduas desiderat vltimos.*

*ESTO BONVS MILES, tutor bonus, arbiter idem.*

80 *Integer, AMBIGVÆ SI QVANDO citabere testis*

*Incertaq; rei. Phalaris licet imperet ut sis*

*Falsus, & admoto diles perituria sauro:*

*SVMVM CREDE NEFAS animam præferre pudori*

*Et propter vitam vivendi perdere causas.*

85 *DIGNVS MORTE PERIT, canes licet ostrea centum.*

*Gaurana, & Cosmi toto mergatur abeno.*

Con-

Concludit initio illa quæ ad Rubellium Plautum dixit. i. Hæc dicta sufficiant ad Rubellium, quem fama est quod infectus superbiat, & intumescat, quod Neronem, qui & ipse ex ista familia ortus propinquum habeat. Quod tibi pudori potius & dedecori esse duceret propinquum habere crudelem tyrannum & patriæ hostem, qualis Nero erat ob id diei ipsum communi sensu carere.

*Plenum Nerone.*) i. Tumentem, turgidum fastu & arrogantia plenum ob Neronem, quem propinquum habet.

*Lorum enim.*) Ita ait ob stultitiam nobilis Rubellii, qui superbus erat, quod Neronem hominem celeratissimum sibi consanguinitate coniunctum haberet. Est autem pulcherrima & venustissima sententia, quod illi in amplissima illa fortuna & nobilitate constituti, plerumque sensu communi i. prudentia & ratione destituantur. Sic alter Poeta.

*Stultitiam patiuntur oper.*

Et pulchre Plutus apud Aristophanem cæcus introducit, Non tam quod Plutus dixit, nam Deus bona sua cæcus largiatur dignis pariter & indignis, quam quod Plutus, id est, diuitiarum possessores suos cæcos reddant, id est stolidos & stultos, & *manipula aurea*, ut Socrates de consiliis iuene dixit.

*Sensum communis.*] Quasi ob nimiam superbiam & stulticiam (hæc enim ferme coniunguntur, ut Germani à stulto deriuat suum *Stolte*) etiam sensu communi, quem tamen etiam rude vulgus, habet, destituantur.

*In illa fortuna.*] Superba nobilitate & diuitiis.

*Sed te censei.*] Absoluta, quam fecit ad Rubellium digressionem, redit ad Ponticum, cum quo mitius agit, eumque hortatur ut studeat, ne tam maiorum suorum laude atque nobilitate censeatur nobilis, quam ipse aliquid agat vera nobilitate dignum. i. O Pontice, Ego nolim te, ut Rubellius facit laude maiorum tuorum ita censei, & aliorum maiorum tuorum famæ & honoribus figniti & incumbere, ut tu ipse honesti & strenui viri officia deponas, & fortium maiorum tuorum de gener nepos euadas.

*Future laudis.*] i. Egregia facta, ob quæ futuro tempore post mortem, ut maiores tui, laudari merearis.

*Miserum est.*] Nullam ex se famam & nobilitatem habere, sed parentum nobilitati incumbere & inniti. Plautus.

*Benefacta benefactis perregisse, ne perpluant.*

*Ne collapsa ruant.*] Pulchra sententia per allegoriam à domo, i. Noli permittere, vel committere, ut tecta collapsa ruant, dum columnas, quibus inniti debent illis subducis, & subtrahis. i. Nec committe, ut ruant, ætæ tua collapsa, id est, nobilitas tua prostrata & extincta, si tuam propriam virtutem & egregia facta illis subtrahas, quibus tanquam columnis nobilitas tua innitur, vel ita, Ne tu nimium maiorum tuorum meritis innitaris, tanquam laudum tuarum basi & columnæ, ne illa columna subducta, vel si maiorum tuorum gloria tibi auferatur, sic ruat, & nihili habearis. Possemus etiam legere:

*Ne collapsa ruent subductis*

*Stratum humi.*] Secunda allegoria, à vite, quæ sua natura caduca, nisi sulcata sit ad terram fertur. i. Ut palmes humi prostratas iacens, erigi non potest & adfurgere, nisi ab vlmis, quibus fulciuntur & nituntur, subleuentur, ita nobilitas tua alias humo strata erit, nisi illam tua propria virtute fulcias.

*Viduas vltimos.*] Metaph. à matrimonio deducta. Palmites enim & vltimi, tanquam vxor & maritus coniunguntur, adeo ut si vnum ab altero deseratur viduum quali sit. Inde dicimus *Vires maritare*, id est vltimos illis adiungere.

*Ego bonus miles.*] Iam addit quibus columnis nobilitatem suam alias collapsuram fulcire debet. i. Militiæ domi, pace bello, ocio, & negotio semper iustitiam, honestatem, & virtutem tibi proponere, teque ab illo honesto proposito nulla externa violentia deturbari patere.

*Bonus miles.*] In bello fortem & magnanimum te præsta. Certe nobilitatis fulcrum hoc est præcipuum.

*Tuus bonus.*] Pupillis tuz fidei commissis esto fidelis.



*Arbiter idem integer*] i. Idem tu, si quæ res tuo arbitrio & iudicio permittitur, integer esto, & sincere secundum conscientiam tuam pronuncia.

*Integer*] Nulla te, nec prece nec precio corruptus.

*Ambigua* [i. q.] i. Si per iustitiæ administratores voceris, ut rei dubiæ & ambigui cui interfuisti fidem facias, & prout gesta est enarres, à veritate & honesto ne latum quidem vnguem discedas, & nulla externa vel crudelissimorum tyrannorum gratia, & tyrannis eo te adigat, ut contra conscientiam tuam falsa dicas & perius euadas.

*Phalaris licet impies.*] Hic teste Plinio post Thesea tyrannorum primus fuit, Cic. 2. offic. Nec vero illa vis impia tanta est qua premente metu possit esse diuturna. Testis Phalaris, cuius præter ceteros nobilitate crudelitas, qui non ex infidus interitus, non à paucis, sed in quem universa Agrigentinorum multitudo impetum fecit. Fuit longe ingeniosissimus, ut ex Epistolis eius videre est. Quibus an in illo genere aliquid ingeniosius unquam scriptum sit valde dubito.

*Et admo*] i. Licet ille æneum suum taurum in terrorem admoueat, & ante te adferri curet, & ponat, minitans, sese rei in illum coniecturum, nisi falsum pro se testimonium velis dicere & prius fieri, tamen tu nihil perturbare. Porro Phalaris æneum taurum tormenti loco habuit, in quo fontes & coniurati coniecti, subiecta flamma vlti vocem bonis emittebant. Huius auctor fuit Perillus Atheniensis faber, quem muneris loco Phalaridi obtulit, qui precii loco fabrum auctorem omnium primum in ipsum conici iussit, & sui artificii in seipso documentum exhibere. De hac re ingeniosissimam ad Athenienses scripsit Epistolam.

*Summum crede*] i. In consimilibus periculis summum nefas esse existima mortem timere, & animam vel vitam suam pudori & honestati præponere. Vbi satius nimirum est tauri tormenta subire, quam honestatem deferere.

*Animam præferre pudori.*] i. Vitam pudori, i. virtuti & honestati antepondere. Vel malle vivere, quam virtutem & veritatem defendere & mori.

*Et propter vitam.*] i. Deserere vel amittere virtutem constantiam, bonam conscientiam, hæc enim causæ sunt viuendi propter quas vita hominū à Deo instituta est. *Vivendi causæ* vocat virtutē, probitatē, integritatē ad quā teste Cic. nati sumus. Dicit ille: Nō potest iucū de viui, nisi cum virtute viuatur. Nempe virtus vitæ humanæ vita & anima est qua ablata viua mors, vel mortua vita viuatur. Sane quam virtutem & honestatem nemo bonus, nisi cum virtute amittit.

*Perdere causæ.*] Ut satius nimirum putes turpiter vivere, quam honeste mori.

*Dignus morte peris.*] Præclara & vere aurea sententia. Qui vitam sceleribus, & flagitiis inquinatam habet, vel virtute & vitæ integritate deserta, non dignus est, qui viuat, sed morte dignus est: ille perit, & pro mortuo tanquam qui perierit iudicandus est, quamvis ditissimus sit, & quotidie copiose & luxuriose in supinis delitiis viuat. i. Ut vel maxime viuat, tamen perit. Et ratio est, quia nemo malus felix. Et malum virum sua malitia, suum scelus, suum quamuis occultum facinus, & ex facinore mala conscientia, omni morte grauior & molestior comitatur. Contra v' r inculpatæ vitæ etiam in extremis malis, atq; adeo in horribilibus tormentis & boue Phalaridis lætus est, v' pote, quem bona conscientia, maxima incommodorum consolatio erigit & animat. Eam hanc felicitatem in hac vita summam Isidorus breuissimis verbis complexus est:

*Via nunquam tristis esse recte Viue.*

*Perijt*] i. Mortuus est, quia causas vitæ perdidit. Nam malorum vita, est vltima & extrema mors.

*Canet licet ostrea.*] i. Licet cæuando absumat singulis diebus centum ostrea Lucrina vel Baiana, ad Gaurum montem capta. Hic mons Baiis vicinus in mare sese potorgebat, circa quem optima ostrea.

*Et Cosmus.*] Licet preciosissimis vnguentis quotidie vngatur, ut luxuriosus ille Cosmus, qui is solum athenum ex ære vas multis ac diuersis odoribus & vnguentis preciosissimis plenum descendebat, seq; illis immergebat.

*Expectata diu tandem promincia cum te  
Rectorem accipiet, PONE IRÆ FRENA modumq;*

*Pone*

90 *Pone & avaritia, MISERERE INOPVM sociorum,*  
*OSSA VIDES regum vacuis exsucta medullis.*  
*RESPICE QUID moneant leges, quid curia mandet,*  
*Premia quanta bonos moneant! quam fulmine iusto*  
*Et Capito, & Numitor ruerint damnante Senatu*  
*Peirata Cilicum. Sed quid damnatio confert*  
95 *Cum Pansa eripiat, quidquid tibi Nasta reliquit?*  
*Preconem Cherippe tuis circumspice pannis,*  
*Iamq; tuce. FIROR EST POST OMNIA perdere nulum.*

Subtexitiæ alia nobilitatis fulcra & fundamenta. Ut nobiles provinciarum præfecti avaritiam vitent. Postquam diu desiderasti gubernationem alicuius provincie, & iam eius composfactus es, memento ut cum elementia & æquitate eam administres, non cum sævitia & tyrannide.

*Expectata diu* ] Caius præfecturam tanto tempore expectasti, & omnibus votis expectiisti. Tales nos solemus appellare *Cin Napetrads*.

*Provincia* ] Regio à Romanis subacta, ut Africa, Sicilia, Gallia, Hispania.

*Pone ira frenus* ] Nullam crudelitatem exerce, in miseros provinciales. Horatius.

— *animum rege qui nisi paret.*

*Imperat hunc frenus, hunc tu composes catena.*

Aristoteles: Impossibile est iratum operari bona. *Cic. lib. 1. offic. Sed tamen ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest.*

*Pone & avaritia.* ] i. Ne compiles avaritia tua miseros provinciales, ut Verres Siculis fecit, *Cic. Nullam vitium terrorem, quam avaritia, præsertim in principibus, & temp. gubernantibus.*

*Miserere inopum sociorum.* ] Provincialium qui iam in societatem Romanorum recepti sunt. Inopum quia bello subacti omnia perdiderunt. Porro *pietas est fundamentum omnium virtutum*, ut Cicero ait, pro Plancio. Et pro Ligatio. *Homines nulla re ad Deum propius accedunt, quam salutem hominibus dando.* Et 3. *Offic. Detrahre aliquid alteri & hominem hominis incommodo suum augere commodum magis est contra naturam, quam mori, quam pauperem, quam doli.* Et Ovidius.

*Regia crede mihi res est succurrere lapsis.*

*Ossa Vides regum* ] Forte hæc sententia est. Atten de quomodo moriens nihil tecum aufers, vides enim iam ossa olim potentissimorum & dirissimorum cinefacta exsucta & arefacta iacere, quod spectaculum merito te ad pietatem inuitare debeat. Vel potius dicuntur hæc in spoliatores provinciarum nobiles. Vides illos, qui olim reges & potentes fuerunt in provinciis à provinciarum præfectis adeo usque exhaustos esse, & spoliatos ut ossa appareant, in quibus ne medulla quidem amplius reliqua.

*Exsucta* ] Germani diceremus eodem modo: *Ete seim ausgefogen biß auf die gräben.*

*Respice quid moneant leges.* ] Ne fines æquitatis & iustitiæ transgrediaris.

*Quid curia mandet* ] Senatorum scilicet, ut fidem populo Romano serves, nec crudelitatem & avaritiam tua miseros provinciales ad rebellionem irrites.

*Premia quanta bonos.* ] i. quæ præmia bonos gubernatores, & quæ pœna malos à Senatu expectet. De pœna exemplum addit.

*Quam fulmine iusto.* ] i. Quam gravi & iusta pœna à supremo honoris & dignitatis gradu tanquam fulmine deturbati sunt Capito & Numitor, illi Cilicum spoliatores, quos Senatus condemnavit.

*Capite* ] Capito Cossutianus à Cilicum legatis repetundarum accusatus est, quod Cilicum provinciam legatus spoliavit, Teste Tac. lib. 4.

*Tutor*] Iulius tutor, qui ipse Cilicas spoliavit, & condemnatus est. Dicitur fuit Tutor, sed matris tutor fuit.

*Pirata Cilicum*] Quid Peiratz piratarum, & prædones prædonum. Nam ipsi Cilices olim mare infestabant nauibus Piraticis, quos Pompeius domuit.

*Sed quid damnatio e.*] Correctio est. Quid prodest prouinciis quosdam condemnari spoliatores si veteribus noui peiores succedant & sufficiantur? Neque enim prouincialibus illa pecunia restituebatur, licet spoliatores condemnarentur. Illa enim in ærarium publicum referebatur, unde in 1. Satyra conquestus est.

*Exul ab officina Mariam bibit, & fructus Dni  
Itatis, at tu Gidrin prouincia pleras.*

*Cum Pansa eripias.*] i. Cum posterior recens & nouus præfectus spoliator auferat, quidquid prior tibi reliquit. Unde satis fuerat priorem retinuisse. *Ben man den einen Teuffel wegsendet bekombt man einen andern wider.*

*Præconem Charippe.*] i. O prouincialis Charippe noli accusare præfectum spoliatorem tuum qui si vel maxime damnetur, alius peior spoliator ei sufficitur, qui quidquid prior tibi reliquit, id vniuersum auferet. Sed potius circumspecte aliquem præconem, qui tuos pannos & vestes sub auctione vendat, ne & illas nouus præfectus tibi auferat.

*Iamq; tace.*] Noli accusare illum præfectum. Nam inania in illum indicia exercentur, vt Sat. 1. dictum.

— *at hic damnatus inani*

*Indicio, quid enim saluum infamia numin?*

*Furor est.*] Huius loci hæc sententia. Furentis & insani est, cum multa damna à præfectis prouinciarum perpeffus sis, & ad extremas angustias redactus, insuper naulum navigationis præcium perdere, & nauibus conductis Romam petere, & fures & spoliatores accusare, cum illi præfecti te accusante damnentur quidē, sed pecunia prouincialibus vobis non reddatur, sed à Senatu in ærarium publicum conferatur. Et sic quod minores fures prouinciarum præfecti prouincialibus abstulerunt, maiores illi fures in publicum ærarium auferunt. Et hoc vere demum est naulum perdere, postquam omnia perdidisti subrepta à præfectis, & Cilicia Romam petere, præfectum accusare, & condemnari curare, & nihil recipere, & re infecta patriam repetere. Poserat forte naulum etiam intelligi de trienti Charonti post mortem persolueno. Vt videat ne ad tantam inopiam redigatur dum accusationibus suis præfectos ita permutat, vt mortuo uiuens sibi in opsonendus desit. Sat. 3.

— *Nec habes quem porrigat ore tridentem.*

Verum prior interpretatio melior.

*Non iidem gemitus olim, nec vulnus erat par*

*Damnorum sociis florentibus & modo uictis*

100

*Plena domus tunc omnis & ingens stabat acernus*

*Numorum, Spartana Cylamy, Conchyliis Con,*

*Et cum Parrhasii tabulis signisq; Myronis*

*Pheidiacum vivebat ebrius, nec non Polycleti*

*Multus ubique labor, Rara sine Mentore mensa.*

105

*Inde Dolabella est, atq; hinc Antonius, inde*

*Sacrilegus Verres: referebant nauibus altis*

*Occulta spolia, & plures de pace triumphos.*

*Nunc sociis inga pauca bouum, & grex paruum equarum.*

*Et pater armenti capto eripietur agello:*

110

*Ipsi deinde lares, si quod spectabile signum,*

*Si quis in adicula Deus unicus. Hac etenim sunt*

*Prosummis: nam sunt hæc maxima.*

Offendit promissionis olim in bello cum à Romanis subigerentur longe tolerabiliorem conditionem fuisse, quam iam in pace. Cum tunc iure belli depraedare sint, & ita tamen, ut satis illis stretchum iam vero depraedentur ab illis qui defendere debebant. Ergo tunc conquerendi causam non habebant in bello, ut iam in pace sub imperio Romano.

*Non idem gemitus.* ] Cum diuites enim erant ab hostibus spoliabantur, iam cum pauperes & miseri amici eos spoliant. Ergo priores gemitus ex prioribus incommodis cum his non sunt comparandi. Quia cum diuites iure belli ab hostibus: nunc inopes contra ius & fas ab amicis spoliantur.

*Vulnus par.* ] Non æqualis læsio, cum damnum acciperent.

*Socii flor.* ] Cum florent adhuc diuitiis, utpote qui modo vel paulo ante victi erant, & in societatem Imperii Romani accepti.

*Plena domus.* ] Diuitiis, opibus, numis abunde pollebant, illo prisco tempore, cum nondum ita exhausti essent.

*Spartana Chlamys.* ] Læonica purpura, quæ pretiosum fuit militare indumentum, teste Iulio Polluce.

*Conchyliæ Coa.* ] Vestimenta purpurea tincta conchiliis, vel purpuris in Co insula inuentis. Porro tectas bombycum prima omnium texere, & retexere inuenit Co mulier, & in Co insula nasci traduntur.

*Et cum Parrhasio.* ] i. in illorum domibus inueniebantur magnorum artificum monumenta, ut Pictoris Parrhasii tabulae, vel picturae & imagines, & signa marmorea & eburnea Myronis & Phidiae eximiorum statuatorum. Parrhasius pictor Ephesi natus primus dedit argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris. Confessione artificum in lineis extremis palmam adeptus. Auctor Plin. lib. 35. cap. 9. & Fabius lib. 12.

*Signisq; Myronis.* ] Hic statuarius fuit numerosior in arte, quam Polycletus, de Bucula eius, quam artificiosissime composuit. Vide Epigrammata Græca & Ausonium.

*Phedracum &c.* ] i. Statuæ eburnæ sculptæ à Phidia, qui ebore exalando potissimum claruit.

*Vinebat.* ] Ad vinum sculptum erat tanquam viveret.

*Nec non Polycleti.* ] i. Multiplicia & varia monumenta & opera Polycleti ingeniosissimi statuarii.

*Rara sine Mentore mensa.* ] i. Vix vlla mensa in domibus prouincialium inueniebatur in qua pocula vel vascula non essent à Mentore facta. Fuit autem hic in vase exalandis mirus artifex, Marialis.

*Vasq; Mentore à nobilitata manu.*

Plinius lib. 33. cap. 13. *Crassus orator duos scyphos Mentori artificis manu calatos 10. M. s. emit, id est, 2500. coronatis Gallicis.*

*Inde Dolabella.* ] Recesset iam præfectorum furta & rapinas. Ordo est. Inde ex tantis opibus prouincialium Dolabella est sacrilegus, hinc Antonius factus est sacrilegus, inde denique Verres spoliator & sacrilegus factus est.

*Dolabella.* ] Huius Tacitus meminit. Fuit autem Dolabella, qui Aler fuit proconsul, damnatusque est repetundarum accusante M. Scauro.

*Antonius.* ] Caius Antonius de quo Pedianus. Hunc Antonium Censores sexennio, quam hæc diceretur senatu mouerant, causasque subscripserunt, quod socios diripuerit. Eiusdem exulis meminit Strabo.

*Sacrilegus Verres.* ] Hunc Cicero accusauit, de quo ait inter alia. *Disce te maximum pondus aurum, argenti, eboris, purpuræq; plurimam sestem Melitensem, plurima stragula, multam Deliacam suppellectilem, plurima Vasa Corinthia, magnum numerum frumenti, Sini, mellis maximam exportasse copiam.* Siciliæ enim præfectus erat.

*Nauium altis occultis.* ] Occulta dicit quia clam & furtim, tanquam furto ablata illa Romana profundis & capacibus nauibus aduehebant.

*Occulta.* ] Furtiua, bellica enim palam feruntur & ostentantur. Vicina syllaba in occultis prædicimur obmutam & liquidam sequentem.

*Es plures de pace triumphos.* ]Elegantissime ut solet antithesis utitur. Nam & hæc pene sunt contraria. i. Dolabella, Antonius, & Verres plures triumphos pacis tempore, quam tempore belli agebant. i. Plura spolia, prædas & exuvias, tempore pacis dum præfecti provinciarum erant, retulerunt. quam tempore belli, cum provincias in potestate Romanorum redegerant.

*Triumphos.* ] Eo dicitur. Nam in triumphis exuvie & spolia hostium solebant præferri, & ostentari.

*Nunc sociis.* ] Sequitur iam Apodosis collationis. q. d. iam contra quæcunque provincialibus à tot spoliatoribus relicta sunt quamvis perexigua, succedentes spoliatores in universum abipient.

*Luga pauca bonum.* ] quæ forte adhuc reliqua ex immenso armento.

*Grex parvus equarum.* ] Nota quod gregis vocabulum etiam de equis usurpet.

*Es pater armentis.* ] Emphatice dictum. q. d. Quin etiam, quod longe atrocissimum est, tantum vel equum admissarium, qui ad generandum destinatur, tanquam pater armenti, equos & vitulos procreat, una aufertur. ne vlla spes restaurandi armenti relinquatur.

*Capto agello.* ] Vna cum agro ipso eripitur.

*Ipsi deinde lares.* ] Paulatim ad graviora & maiora scelera progreditur. i. Postea Deos penates & Domesticos auferent. Miserimi profecto Dii, quos fures auferunt.

*Si quod spectabile signum.* ] i. Si quod præterea simulacrum alicuius Dei pulcrum & conspectum in illorum domibus vel etiam ædícula vel paruo templo inuenitur, illud etiam aufertur. Nulla autem bonorum amissio ipsis grauior erat, quam Deorum ereptio. Propter talia spolia, Dolabella, Antonius, & Verres superius sacrilegi dicti sunt.

*Si quis in ad.* ] Si domi in aliquo fanulo, vel cellula, vel vno Dei simulacrum adhuc inueniatur, ne illud quidem relinquitur.

*Hæc enim sunt pro summis.* ] i. Spolia hæc quæ dixi, maxima & summa sunt, & maximos spoliatores decent. Vel ita: ipsis provincialibus hæc quamvis paupercula, in summo precio habentur cum parum habeant. maxime cum sint Deorum imagines.

*Nam sunt hæc maxima.* ] Ad deorum imagines referendum.

### —Despicias tu

*Forſitan imbelles Rhodios, vinctamq; Corinthum.*

*Despicias merito. Quid resinata iuuentus,*

315 *Cruasq; totius facient tibi lævia gentis?*

*Horrida vitanda est Hispania, Gallicus axis,*

*Illyricumq; latus. Parce & messoribus illis*

*Qui saturant urbem circo scenæq; vacantem.*

*Quanta autem inde feros tam dira premia culpe?*

320 *Cum tennes nuper Marius discinxerit Afros?*

*CVRANDVM IMPRIMIS ne magna iniuria fiat.*

*Fortibus & miseris, TOLLAS LICET omne quod usquam est*

*Auri atque argenti, scutum gladiumq; relinquis*

*Et iacula, & galeam. SPOLIATIS ARMA supersunt.*

325 *Quod modo proposui non est sententia, Verum,*

*Credite me vobis, folium recitare Sibylla.*

Sequentibus dehortatur præfectos à tyrannica illa gubernatione monens provinciales non æque omnes contemnendos esse, quamvis enim quidam imbelles sint. Tamen quosdam inermi qui quondam hac tyrannide impulsus & irritati rebellaturi sint.

*Despicias tu.* ] Occurrit quasi obiectioni. Poterat enim Verres & alius quispiam dicere: quid facient

fascient mihi imbelles & luxuriosi Rhodii vel Corinthii, qui cum in supinis deliciis vivant merito spoliantur. Respondit Poeta per concessionem. Se concedere Rhodios & Corinthios non immerito contemni, utpote luxuriosos & ignavos. Verum eodem modo de Gallis, Hispanis, Illyricis non esse indicandum, qui fortissimi, si nimium irriteatur, sunt rebellaturi.

*Despicias.* ] q. d. Fortasse in Rhodios libere & impune petulantiam tuam potes exercere.

*Imbelles.* ] Nam luxuriosi erant v. d. c. an Sat. 6. Est autem Rhodus insula in Lycia.

*Viciamq; Corinthum.* ] Voluptatibus deditam, & vagecantis percusam & delibutam. Erat Corymbi templum Veneris locupletissimum, in qua Dea Veneris supra 200. puellæ quotidie prostabant.

*Despicias merito.* ] Respondet per concessionem, illos merito contemni posse. Ut pote qui sine ignari, & voluptatibus dissoluant.

*Quid resinata.* ] Imbelles & Cinardi iuvenes, qui resina pilos ex obscenis locis in amatorum suorum gratiam, auellunt, & crura vel membra & corpora totius populi lævia glabra mulierosa & ignava nihil tibi facient. Plin. lib. 14. Scribit resinam ex arboribus defluentem oleo dissolvi. Vnde ait: Pudetque conficere maximum iam honorem eius esse, in euellendis ab virorum corporibus pilis. Legendum autem hoc loco: Quid resinata: Ne dux syllabæ R s s i natura longa inuitis omnibus corripiantur.

*Lævia.* ] More Cinædorum.

*Horrida vitanda.* ] Dixit, quæ gentes contemni possint, iam è contrario addit, quænam timeri & vitari debeant. i. gentes contra Hispanorum bello aspera, inculta, & in curanda ente minus occupata tibi spoliatori vitanda est. Nam irritata rebellabit. Opponitur autem hoc loco: *Horrida & lævia.*

*Gallicus axis.* ] Eo dicit, vel quod Galli curribus uterentur, vel quia Gallia respectu Romæ ad axem, vel ad Septentrionem iaceat. i. Galli sunt vitandi. Porro hi sub Othone, Vitellio & Vespasiano sæpe rebellarunt.

*Illyricumq; Latæ.* ] i. Illyria, sita ad latus dextrum maris Adriatici.

*Parce & messoribus.* ] Parce etiam agricolis Africanis, qui nos ignavos & ociosos Romanos nutriunt. Nos inquam, qui nihil agimus, sed tantum indulgemus ludis theatralibus & Circensibus. q. d. Afri studiosi & fortes irritandi non sunt, ne forte contra nos imbelles & ignavos hitiones bella occupent. Scribit Plin. lib. 5. in Africa regionem esse 25000. passuum per circuitum, eximie fertilitatis, cum centesima fruge agricolis reddente terra.

*Urbes circo Scenæq;.* ] Scopice notat in transitu ignavos Romanos Sic Sat. 6. dixit.

*Viq; magni stupens ludos Paridemq; reliquit.*

Et alibi.

— duas tantum res anxius optat,

*Panem & Circenses.*

*Quantum autem inde.* ] Quia de Afriis dixit, eosque vitandos esse monuit, iam ulterius addit, illos vique eo exhaustos esse per provinciam præfectos ut nihil ulterius ab illis auferri possit. Id autem eo dicit, nam Marius illo paulo ante spoliatur. Monet ergo Afros non esse spoliandos, cum à Mario paulo ante spoliati inopes facti sint, unde præfecti parva omnino præmia vel spolia, non nisi per dirum & immensum scelus sint recepturi.

*Quantum.* ] i. quam exigua & pene nulla.

*Dua culpa.* ] Scelerosæ & impie spoliationis.

*Cum tenes Marius.* ] i. Cum Marius Priscus paulo ante inopes & miseros Africanos ad ciuitatem usque spoliari.

*Marius.* ] De hoc dictum Sat. 7.

*Exsul ab ostia.*

*Discinserit.* ] Vi que ad Zouam deprædatus sit. Quasi etiam cingulum illis abstulerit. Discin- go etiam significat eneruo & imminuo.

*Cauendum imprimis.* ] i. Illud cum prius cauendum est, ne magna iniuria inferatur à præfectis spoliatoribus, illis qui animo & corpore fortes sunt, & miseri ac pauperes sunt ob ereptas opes & fortunas.

*Tellus licet omne.* ] i. Omnia potes illis auferre & spoliando recipere, arma vero, quibus olim

se poterunt vicissillis non eripies. Nemo enim tam miser & pauper redditus populus, qui in vindictam arma sibi parare, & spoliatoribus rebellare non possit.

*Quod modo proposui.*) Alii sic inte: pretantur. Quæ iam dico non sunt nuda verba, sed oraculum verum. nam aiunt in sententia interdum falsi aliquid esse solet. Sed videtur mihi potius his verbis auctor noster à se remouere suspicionem malevolentie. q. d. Illud quod modo de rebellionem Afrotum dixi non quidem est sententia & voluntas mea, quod cupiam ita fieri, Sed vos tamen verum futurum credite, & me vobis aliquod Sibyllæ folium vel oraculum recitare.

*Sententia*) Sæpe pro voluntate ponitur. Sic dicimus: ex animi sententia: stat sententia.

*Folium Sibyllæ.*) Ex iniuriis Romanorum præfectorum vaticinatur Afrotum defectionem ab imperio Romano. Sibylla autem Cumea palmarum foliis oracula inscribebat. Sic Virgilius de illa.

—folijsq; notas & nomina mandat.

SI TIBI SANCTA cohors comigum, si nemo tribunal  
Vendit Acersecomes, Si nullum in coninge crimen—  
Nec per conuentus, nec cuncta per oppida curuis  
Vnguibus ire parat numos raptura Celeno:  
Tunc licet a Pico numeros genus, altaq; fite  
Nomina delectent omnem Titanida pugnam  
Inter maiores ipsumq; Promethea ponas.  
De quocunq; voles proauum tibi sumito libro.

130  
131  
140  
QVOD SI PRÆCIPITEM rapit ambitus atq; libido,  
Si frangis virgas sociorum in sanguine, Si te  
Delectant ebetes lasso lictore secures:  
Incipit ipsorum contrate stare parentum  
Nobilitas, claramq; facem præferre pudendis.  
OMNE ANIMI vitium tanto conspectius in se  
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

Redit ad ostendendam veram nobilitatem per dissimilitudinem, quæ sita sit in ipsorum præfectorum, eorumque ministrorum & coniugum vitæ sanctitate & innocentiâ, non autem in præfectorum ambitione, libidine, auaritia, crudelitate.

*Tibi*) Nobilem prouinciæ præfectum intelligit.

*Sancta cohors comisum.*] i. Si nemo seruorum, domesticorum, amicorum tuorum malus & iniustus est.

*Si nemo tribunal.* i. Si nullus puer Pathicus in tonsos capillos habens, & tibi per seclusa delictis habitus tantum apud te auctoritate valet, vt tribunal vel iudicium tuum aliis litigantibus pro suo arbitrio possit vendere. i. Vt tu cogaris in iudicio pronuntiare quidquid Cinxidus tuus capillatus tibi imperauerit, qui à parte quadam litigante dato pretio corruptus est.

*Acersecomes*) Plane Græcum est Apollinis Epitheton, quasi in tonsis capillis, ab æ priuatiuo, & neipm, tondeo, & neipm, Roma quidam censent diuitem nobilem capillatum cinem R. intelligi. Verum hoc falsum est. Innuit puerum Cinxidum & catamitum. Horum autem puerorum natus præfecti prouinciarum multa iudicia vendebant, qui similiter vxorum arbitrio plurima administrabant.

*Tribunal.* i. Sententiam & iudicium partiliganti vendit, à quo dato munere corruptus est. *Si nullum in coninge cr.*) i. Si coniux tua integritate vitæ, non auara & rapax sit, & non more Harpyiæ, & inexplibilis omnia iniuste ad se rapiat.

*Nec per conuentus.* i. Per regiones prouinciæ. Plin. lib. 3. Nunc vniuersa prouincia diuiditur in conuentus septem.

Celano

*Celæno.*) Vxor tua tanquam Harpyiæ & Celæno. Erant autem Harpyiæ Zephyro vento natæ. Aello, Ocypete, Podagæ, Celæno. De Celæno Virg. inquit:

*Virginea Solocrum facies sediffima Gentris  
Proluuit, Græcæq; manus, & pallida semper  
Ora fame.*

*Minus captura.*) Spolia ablatura more mulieris avaræ & inexplabilis.

*Tunc licet à Pro.*) i. Si tu cum tuis omnibus adeo sanctus & integer es, tum tibi ficitum est, vt te nobilissimum esse existimes, & genus tuum vel à Pico Latinorum omnium primo rege deducas, vel derives, arque adeo vel ab ipso Iapeto vel Titanibus.

*À Pico.*) Virgilium Iecurus generis nobilitatem commendat à Latino, qui sic lib. 7.

*Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica  
Accipimus, Fauno Picus pater isq; parentem  
Te Saturnus refert. in sanguine solimus auctor.*

*Atraq; fere.*) Si delectaris altis, & alte ac longe à primis sæculis repetitis nominibus, Gigantomachiam ad tuos maiores refer, & omnes Gigantes qui in pugna Titanica fuerunt, & ipsum Promethæa virum antiquissimum inter maiores tuos numera.

*Omnem Titanida.*) i. Omnes Titanes, qui in bello Titanico contra Iouem & Saturnum bel-  
la gesserunt: illa pugna dicebatur *Tyrus & Iouia*, de qua lege Ouid. 1. Metamorphosi. Vide de  
hæc meas Genealogias. Ponitur autem *Titanida pugnam* pro Titanum, vel Titanicum patre &  
nymphicum pro possessu.

*Promethæa.*) Facti hic Iapeti & Climenes filius sapientissimus, quem ignem è cælo abstulisse & in terram hominibus attulisse ferunt, etiam primum hominem è luto formasse. Quod ingeniose effictum est. Est enim Prometheus nihil aliud quam providentia. Hic quod Iouem decipisset, catenis Caucasum monti alligatus dicitur à Ioue, & vulguri expositus, qui Iecur eius depascitur continuo renascens. Hic tandem ab Hercule liberatus.

*De quocumq; Voles.*) i. De quacunque historia vel fabula descripta originem familiæ tuæ deducas nam reuera nobilissimas es.

*Quod si præcipitem.*) Iam è contrario ostendit si ambitiosus, libidinofusus, avarus, & crudelis sit tuæ nobilitatem parentum ipsi dedecori potius esse, quam honori. i. Tum maiores tui tibi horum esse non possunt, cum tu illis sis dedecori.

*Præcipitem.*) i. Si ambitione & libidine præceps raperis. i. Si pronus & temere properas, quo te ambitio in impia & iniqua adigit.

*Ambitus.*) Ambitio, & honoris cupido.

*Si sanguis virgae.*) i. Si prouinciarum præfectus adeo ferus & crudelis es, vt prouinciales socios ad sanguinem vsque flagelles, eosque ad necem vsque virgis concidas, & virgas vel flagella in dor-  
sibus prouincialium frangas.

*Virga.*) Lictorum tuorum virgarum fustes.

*Sic te delectant.*) i. Si delectaris, quando scures, quibus sociorum prouincialium ceruices præ-  
didisti ex frequenti ictu hebetes factæ sunt, idque lictore vel carnifice tot hominum cæde de-  
fauigato.

*Mebetes.*) Retardæ & obtusæ dum crebro feriant damnatorum capita.

*Incipit ipse form.*) i. Tum nobilitas tuorum parentum incipit tibi obesse, nocere, & obstare, itaque eo magis vituperabilem reddere, quo maiores tui nobiliores fuerunt, facit nimirum vt facilius cognoscantur tua vitia. Nam si obturi viri filius male viuit, illud non adeo animaduertitur & mirandum videtur, quam si nobilis & alicuius herois filius noxa sit.

*Claræq; facem.*) i. Vt eo flagitia tua sunt magis nota & illustriora. Eo dicit, nam illi, qui maxime dicuntur nobiles, factiosi quasi in illustri & sublimi positi omnium oculos in se conuertunt: inde fit vt eorum neque bona neque mala in occulto latere possint. Pulchre profecto dictum. i. Nobilitas parentum tuorum pudendis & turpibus tuis factis facem præfert, vt turpitudine tua eo clarius pateat, & omnibus innotescat.



[*Omne animi vitium.*] Egragia & perspicua sententia. i. Omne peccatum eo maius & enotius peccatum esse perhibetur, & eo etiam magis notum & perspicuum omnibus euadit, quod ille maior & nobilior est, qui peccatum in se admisit. Exempli gratia. Aliquis è plebe si turpitudinem in se admittat, contemnitur, quod non fieret si in sublimi aliquo honorum sede locatus esset. Ildorus in eandem sententiam inquit. *Quanto splendore honore celsior quisque est tanto, si delinquit peccato maior est. Item peccata quae incipientibus leuius sunt, perfectis viris graviora reputantur. Tanto enim maius cognoscitur esse peccatum, quanto maior est qui peccat. Crescit enim delecti cumulus iuxta ordinem meritorum, & saepe quod minoribus ignoscitur, maioribus imputatur,*

145 Quo mihi te solitum falsas signare tabellas  
In templis, quae fecit annus statumq; parentis  
Ante triumphalem? quo, si nocturnus adulter  
Tempora Santonico velas adoperta cucullo?  
Præter maiorum cineres atq; ossa volucris  
Carpento rapitur pinguis Damasippus & ipse,  
Ipse rotam stringit multo sufflamine consul.  
Nocte quidem: sed Luna videt, sed sidera testes  
150 Intendunt oculos. Finitum tempus honoris  
Cum fuerit, clara Damasippus luce flagellum,  
Sumet, & occursam nunquam trepidabit amici  
Iam senis, & virga prior innuet, atq; maniplos  
Soluet & infundet iumentis hordea lassis,  
155 Interea dum lanatas toruumq; iuuentum  
More Numa cadit Iouis ante altaria, iurat,  
Solam Eponam: & facies olida ad præsepia pictas.

Vtcrius persequitur fidam illam nobilitatē, & peculiariter Damasippum quendam exagitat. *Quo mihi te.*] Non de Rubellio vel Pontico hæc intelliges, sed *auti* nomē de quocunq; Absurdum est inquit, illam nobilitatem & maiores suos iactare, qui isdem sit probro & dedecori. i. Quorsum tute mihi tanquam nobilem iactas, vel ad quid, vel qua fronte, te inquam qui es vinctissimus, & solitus es more falsiorum falsas contractuum & testamentorum tabellas obfigmare, & illud quidem in templis quæ maiores tui viri optimi, & vere nobiles fecerunt. Vel ante triumphalem statuam quam parens tuus virtute & præclaris in Remp. meritis promeruit. Mira in his *inipsum*, & opponuntur inter se scelus filii ignobilis, & parentum nobilissimorum virtus & liberalitas.

*Tabellæ.*] Instrumēta contractuum & testamentorum. De tali Sat. i. dixit.  
*Signator falso, qui se lautum atq; beatum.*

*Quo si nocturnus.*] i. Si nocturno tempore adulter larvarum discursas, & per plateas vagaris in igne libi habitu nec cognoscaris.

*Tempora Santonico.*] Si caput tuum tegmine quodam, quo Santones Galliarum populi utuntur, abscondis. Hunc cucullum Martialis videtur Bardocucullum vocasse.

*Præter maiorum cineres.*] Ostendit iam omnem Romæ nobilitatem turpibus & scenicis actibus contaminatam esse. Specialiter autem Damasippum aliquem nobilissimum infestat, quem turpe aurigandi studium & exercitium non puderet. Multi autem Neronis tempore aurigare didicerunt, in Imperatoris Neronis gratiam, qui eodem studio tenebatur. Videtur autem Damasippus nomen esse fictum in dormitores equorum vel aurigatores nobilissimos Romanos. i. Nobilissimus Damasippus deliciis & flagitiis pinguis cum equis & vehiculo velocissimus iuxta parentum suorum nobilissimorum sepulcra in via Latina vel Flaminia vehitur.

Car

*Carpentis.*] Cutru, vehiculo proprie matronarum.

*Pinguis.*] Eius incontinentiam & luxum denotat.

*Et ipse.*] consul. Indignatione ingeminat, ut turpitudinem magis ob oculos ponat. Ostendit enim ne ipsos quidem consules huius turpitudinis puduisse. i. Ipse consul sufflamine cohibet rotam ne in montium descensu currere labique possit. Nam rotam sufflamine stringere est catenam rotæ iniicere, ne currus è declivi monte descendens in præceps feratur. Erant autem Romæ multi declives colles.

*Sufflamine.*] i. Retinaculo. die Katsper oder Kadsperren. Probus. Sufflamine vinculum ferreum, quod inter radios rotæ immittitur, dum cliuum rheda descendere cœperit, ne celeres rotæ sequantur, & iumenta vexent. Nostri rhedarii catenam cum vñco adhibere solent.

*Stringit.*] Atcat, cohibet, ne circumire possit.

*Nocte quidem.*] Obiectio. At illud facit nocte nemine vidente.

*Sed luna videt.*] Respondet Poeta. Si nemo mortalium illam turpitudinem, certe & saltem sidera cœlestia & ipsi Dii vident.

*Testes oculos.*] qui testantur se hanc leuitatem nobilium vidisse.

*Enitum tempus.*] i. Tempore consularis verecundia & pudore prohibitus consul nocturno tempore tantum aurigatur. At vero ubi annus consularis præterit consularu deposito non erubescet diurno tempore aurigam agere, & flagellum sumere.

*Damasippus.*] Alii legunt Lateranus.

*Flagellum.*] Quo iumenta & equos agit.

*Et occursum.*] i. Non erubescet si senior aliquis & grauis senator, in quo summa seueritas & auctoritas ipsi obuius fiat: Non inquam erubescet in tanta leuitate deprehensus, qui quidem antea consul fuerit.

*Et virgæ prius.*] i. Tantum abest ut honesti viri occursum trepidet, ut ei aurigans virga innuat, cumque saluter, & prius virga signum dabit, ut ab amico videatur, quasi rem egregiam gerat.

*Atque manipulos.*] i. Postea lassos & defatigatos equos pascit, eisque manipulos scæni soluet, & proponet.

*Et infunder.*] i. Auenam & alia frumenta equis lassis infunder, & omne aurigæ officium palam exercebit.

*Interea dum Lanatus.*] Inscatur vltterius insupum aurigandi & equos alendi studium, qui dum sacrificant, non per Iouem, vel Hercule iurent, sed tanquam muliones per Eponam Deam præfectam aurigis & mulionibus. Erat autem alias turpissimum, virum per Iuonem vel aliquam aliam Deam iurare, longe ergo adhuc turpius per Eponam mulionum Deam. i. Dum oues & boues Ioui sacrificat, iurat non Apollinem & Herculem, sed solam Eponam mulionum Deam, & reliquas Deorum imagines quæ prope præsepia equorum vel mularum depictæ sunt. Hoc eo dicit, quia per ea numina quisque iurabat, quæ maximi faciebat.

*Lanatus.*] Oues quibus lana est.

*Torum.*] Bouem cornu petentem.

*Mores Numæ.*] Scopitice dixit. q. d. cuius sapientissimi, & religiosissimi regis mores nobiles nostri posterit tam probe imitantur.

*Ioui ante altaria.*] Sacrilegii & summæ quasi impietatis loco habet ante aram Iouis per Eponam turpem mulionum Deam iurare.

*Solam Eponam.*] Hæc vera lectio. Non ut vulgo Hipponam vel Hippo. Fuit autem Epona mulionum vel aurigarum Dea. Prudentius Apotheosi.

*Nemo Cloacina aut Epona super astra Deabus.*

Plutarchus in Parallelis: Εἰς δὲ τοῖς ἑπτὰ ἀστροῖς πρὸς τὴν ἑπτά. Est autem Dea Epona curam equorum habens. Erat apud Fulgentium: Priapus, Epona, Vertumnus. Quare autem per Eponam iurarent ratio est, quia per ea quæ iurat numina, quæ maximi facit, & vnde sibi bonas sperat. Sic à iuramenti forma mores exprimit in puero Aristophanes in Νεφέλῃ. Νῦν τὸν Περὶ τοῦ τοῦ τῶν ἱερῶν. Sic superius pari modo dictum Sat. 2.

*Et per Iuonem domini iurante nostro.*

*Es facies.]* Per imagines illorum Deorum, quas ad fœtida & male olentia præsepia equorum picta iunt.

- Sed cum peruigiles placet instaurare popinas:*  
*Obuius assiduo Syrophanix vodus amomo*  
 160 *Currit, Idumæa Syrophanix incola porte,*  
*Hospitis adfectu dominum regemq. salutat,*  
*Et cum venali Cyane succincta lagenâ.*  
*Defensor culpa dicet mihi. FECIMVS ET NOS*  
*Hæc iuvenes. Esto. DESISTI NEMPE, nec ultra*  
 165 *Fouisti errorem. BREVE SIT QVOD turpiter audes,*  
*QVÆDAM CVM PRIMA rescentur crimina barbâ*  
*Indulge veniam pueris, Damasippus ad illas*  
*Thermatarum calices, inscriptaq. lintea vadit,*  
*Maturus bello armenia, Syriaque tuendis*  
 170 *Annibus, & Rheno atque Istro. Prestare Neronem*  
*Securum valet hæc ætas Mitte Hostia Caesar,*  
*Mitte. Sed in magni legatum quare popinâ,*  
*Iuuenies aliquo cum percussore iacentem*  
*Permixtum nautis & furibus, aut fugitiuis,*  
 175 *Inter carnifices & fabros Sandaplarum,*  
*Et resupinati cessantia tympani Galli.*  
*Æqua ubi libertas, communia pocula, lectus*  
*Non aliis cuiquam, nec mensa remotior ullis.*  
*Quid facias talem sortitus Pontice serum?*  
 180 *Nempe in Lucanos, aut Thæsca ergastula mitter.*  
*At vos TROIÛGENÆ vobis ignoscitis, ET QVÆ*  
*TVRPIA CERDONI Volusos Brutosq. decebunt.*

Alia nobilium crimina insectatur, eorumque luxuriam, gulam, & incontinentiam accusant.  
*Sed cum perui.]* i. Quando placet Damasippo aurigandi studium aliquandiu intermittere, & popinas, in quibus gulæ & luxuriæ operam det, rursus instaurare, & per totam noctem exercere: ibi tunc viri & mulieres vnguenta vendentes ipsi præsto sunt.

*Pervigiles.]* Vbi tota nocte in popinis vigilatur.

*Popinas.]* Erant loca desidii & luxuriæ apparatus ubi vengebantur, & genio indulgebant, ubi delicatiores cibi apparantur, ut apud nos die Garfuche.

*Instaurare.]* Solemniter repetere. Horatius:

—*seruix ubi & cuncta popina*

*Incutiunt vrbis desiderium.*

*Obuius assiduo.]* Tunc ipsi Damasippo obuius currit vnguentarius quispiam ex Syria & Phœnicia, qui vodus & madidus est vnguento vel amomo, quod assidue tractat.

*Assiduo.]* Vpote quod quotidie tractat & vendit.

*Amomo.]* cutis sua nascitur in Armenia, Media, Ponto.

*Syrophanix.]* Vnguentarii nomen, qui popinam ingredientibus statim præsto erat, ex Syria & Phœnicia oriundus. Inde enim vnguenta mittebantur.

*Idumæa.]* i. Qui Iudæam vel Hierosolymitanam portam inhabitat ille ad ipsam currit. Hæc porta

portata dicta, quod eam ingressi sint Vespasianus & Titus de ludæis, & vicinis Idumæis deui-  
ctis triumphantes.

*Hospitii adfectus.*] Salutat eum dominum & regem blande & assentatorie, ut hospes adue-  
nientes solet salutare, à quibus lucrum sperat.

*Et cum Venali.*] i. Mulier Cyane tabernaria popinaria succincta (*aufgeschürzt*) ut eo ex-  
peditius currere possit, lagenam optimi vini ipsi venalem exponit: illa, supple. accu- rit, & eum  
salutat. Ostendit in talibus popinis homines potare & vngi.

*Dominum Regemq;.*] Hæ appellaciones erant preciosæ. Sat. 5.

*dominus tamen & dominus rex.*

*Defensor culpa.*] Occurrit obiectioni. Poterat aliquis hanc culpam defendere, tanquam iu-  
venum, qua ætate omnes dissolutiores vivant.

*Fecimus & nos hac.*] i. Iuvenes in popinis vnguento & vino madidi fuimus.

*Esso.*] Respondet Poeta per concessionem. Factum fateor. Iuvenili ætate dissolutius vixisti,  
sed nimirum desisti, nec ultra illam iuvenilem ætatem hanc luxuriæ errorem fovisti. Sed Da-  
masippus (per hunc nobilem quemvis intelligit) hæc maturiori ætate facit.

*Breve sit.*] Putra sententia. Si vis veniam delictorum tuorum consequi, aliquando turpitu-  
dinem exolus, honestiorem vivendi rationem ingredi. i. in turpi tua vita non semper perse-  
vera, sed illa vita brevis sit, & aliquando relinquatur.

*Quadam cum p.*] i. Necesse est ut quædam pueritiæ & adolescentiæ vitia vna cum prima bar-  
ba deponas, cum Ephebus barbam omnium primo tibi detonderi & præsecari curas. Tum  
pueriles ludi, adfectus, & alia vitia sunt relinquenda.

*Indulge Veniam pueris.*] Hinc supra dictum: Minoribus sæpe ignoscitur, quod maioribus im-  
putatur. i. Pueris talia condonari possunt, sed non Damasippo, qui puer non est, sed illa ætate  
turpitudinem hanc exercet, & ad infames calices, & picta vela in popinis accedit, qua ætate mi-  
litiæ exercere poterat.

*Thermarum calices.*] quibus in thermis bibunt.

*Inscripta.*] i. Picta popinæ vela quæ varia pictura quasi inscripta videbantur. Catullus:

*Sudarumq; Setubum catagraphonq; luteum.*

inscriptum linteum. Intelligit picta sudaria thermarum.

*Maturum bello Ar.*] i. Non puer amplius, sed vir & bello militiæque adhibendus. Fuit autem  
Armenia Neroni vario tumultu infecta, in qua Nero bellum per Domicium Corbulonem ge-  
rebat, teste Tac.

*Syriæq; tuendū.*] i. Qui possit tanquam miles tueri fluvios Syriæ Euphratem, & Orontem,  
id est ipsam Syriam provinciam. id est, qua ætate provinciam Syriam ab hostili impetu tueri  
poterat.

*Rhenus atque Istrus.*] Qui poterat defendere provincias Romanorum ad Rhenum & Danu-  
bium, à vicinis Teutonibus, Batauis, Pannoniis, Rhætiis, qui sæpe arma mouent, prohibendis,  
ne imperium Romanum bello laceffant.

*Præstare Neronem s.*] i. Hac ætate Neronem potes defendere, pro illo militare, ipsumque ab  
hostibus securum reddere. Per Neronem, quemvis imperatorem, & Domicianum forte intelli-  
git, quem & supra Sat. 4. *Calvum Neronem* vocavit.

*Mitte Hostia.*] Morder nobiles Romanos, qui non in castris, sed in popinis inter homines  
turpissimos inuenirentur. i. O Cæsar, age mitte aliquem legatum, nauarchum, vel classis ducto-  
rem Hostia, vel ad ciuitatem maris Tyrheni in ostio Tiberis, ad naues supplendas, vel ad exer-  
cium traiciendum. Vel ira explica. Desine & relinque ostia, vel noli quærere nobilem aliquem  
legatum Ostiis, ubi naues, quibus milites in alias regiones transfuehunt, sed in popina ipsum  
quære.

*Legatum.*] Lateranum, Damasippum, vel alium quemvis nobile, quem legatum eo mittas.

*Iuuenes aliquo.*] Egregia nobilium descriptio. i. Cum hominibus infamibus gladiatoribus,  
faciatis, latronibus facinorosis, vnter Schelmen vnd Dieben.

*Permixtum nautis.*] dieß ist ein Ehrliche Gesellschaft Si Diis placet.

*Ingruius.*] Seruis, qui à dominis aufugerunt, vel qui pœnæ metu patriam deseruerunt.

*Fabres Sandap.]* Sandapila feretrum populare vilissimorum hominum in quibus respillo-  
nes vel pollinctores cadauera portabant, quorum fabri abiectæ sortis homines erant viles, &  
pæne infames.

*Et resupinati.]* i. Inter homines molles & infames sacerdotes Deæ Cybeles, vel Gallos resu-  
pinatos & ventre subuersos, cum illi serias agunt, eorumque instrumenta pullatilia cessant &  
otium agunt.

*Resupinati.]* Descriptio hominis extreme ignaui & inertis. *der da ligt/vud hat die Füße  
emper gestreckt.*

*Eque vbi libertas.]* Vbi omnes omnia æquè libere vel liberrime dicunt & faciunt, sine vilo  
personarum respectu. *da hat ein jeder sein frey wert.*

*Communia pocula.]* i. Vbi licitores, carnifices, & fures vnum commune poculum habent  
cum Damasppe nobili.

*Leſtus non alius.]* i. Vbi non honoratior lectus est nobilis, quam faris, aut licitoris. Et vbi  
æque homo infamis, quam nobilis Damasppe primo loco cubat.

*Non alius.]* Non diuersus, non magis ornatus vni, quam alteri. Laudanda certe talis æquali-  
tas inter æquales. Nihil enim nobilis carnifice melior est, si cum eo conuerſetur, edat, bibat,  
viuat.

*Nec mensa r.]* vbi cõfusa & gregatim sine ratione dignitatis aut discrimine personarum viuunt.

*Remotior.]* i. Honoratiori loco posita, & tanquam dignior à vulgari mensa remota.

*Quid facies talem.]* i. O Pontice, (alii legunt Regul-) si seruorum quempiam haberes, qui i-  
ta viueret, tam turpiter & flagitiose, vt Damasppe, & similes nobiles, age quid illi faceres, qua  
ratione illum punires?

*Nempe in Lucanos.]* Responder auctor: Nimirum ipsum tanquam seruum nequam & pesti-  
mum supplicii loco catena vincum mitteres in Lucanos, vbi glebam inuerteret, vel in erga-  
stula, vbi serui vincti fodiebant in Thuscia.

*Lucanos.]* In Hetruria.

*Thuscia.]* Martialis. *Et sonat innumera compede Thuscus ager.*

Horat.

—O gus hinc te

*Ni rapis accedes opera agro nona Sabino.*

*At vos Troi.]* Vos nobilissimi Romani à Troianis scilicet oriundi vos nequam seruos puni-  
tis, sed vobis ipsi veniam datis, licet sitis longe nequissimi.

Horat.

—egomet mi ignosco Nauius inquit.

*Vobis ignoscitis.]* Iuxta illud: ich halte mir selber nichts vor vbel.

*Et quat.]* i. quæ scelera vilius & ignobilibus hominibus turpitudinæ, illa nobilibus hono-  
rem & decus adferunt.

*Voleſis.]* Intelligit nobiles Romanos quoslibet. Ita fere fit, vt si pauper & popularis adu-  
rium committat, crimen admisisse dicitur & punitur. Si vero nobilis idem faciat, non solum  
non punitur verum insuper de hoc gloriatur, sibi que id laudi ducit.

*Quid si nunquam adeo fœdis adeoq; pudendis*

*Vitumur exemplis, vt non peiora superſint?*

185

*Consumtis opibus vocem, Damasppe, locasti*

*Sipario, clamosum ageres vt Phasma Catulli.*

*Laureolum velox etiam bene Lentulus egit*

*Iudice me dignus verâ cruce. Nec tamen ipsi*

*Ignoscas populo: Populi frons durior huius,*

1190

*Qui sedet & spectat triscurria patriciorum,*

*Planipedesq; audit Fabios, ridere potest qui*

*Mamercorum alapas. QVANTI SVA FVNERA vendant,*

*Quid refert, vendunt nullo cogente Nerone,*

*Nec dubitant celsi pratoris vendere ludis.*

Finge

195

*Finge tamen gladios inde, atq; hinc pulpita pone,  
Quid satius? MORTEM SIC QVISQVAM exhorruit, ut sis  
Zelotypus Thymeles, stupidi collega Corinthi.*

Paulatim ad maiora flagitia nobilium Romanorum pergit, quod Comœdias agerent, & gladiatoriam in arena vel theatro spectante populo exercerent, q. d. n. hil tam fœdum & pudendū de Romanis dici potest quin adhuc fœdiora & magis pudenda dicenda supersint.

*Ut non peiora.*] Quasi hæcenus dicta levia adhuc & nullus momenti sint præ histronia, & gladiatoria.

*Consumptis opibus.*] Duplex crimen Damasippo obicit, & quod opes & bona paterna turpiter in populi cum infamibus hominibus attriuerit, tum quod iis consumptis in aliam turpitudinem peiorem prolapsus sit, & histroniam exerceat.

*Vocem locasti.*] i. Pro dato precio vocem tuam accommodasti, quando præco fuisti Mimicus. *Sipario.*] i. Actori vel mimo. Est a. velum mimicum sub quo personati latebant, cum in sca. nā prodeunt. Fuisti in Sipario, in mimo, ibiq; personam vilissimam præconis sustinisti.

*Clamorem ageres.*] i. Cum ageres fabulam Phasma inscriptam, cum multo clamore peragendam, mimographi illi ut Catulli.

*Ut* i. Cum, vel quando.

*Catulli.*] Non nobilem illum poetam Catullum Veronensem intellige, sed alium quemuis mimographum. Quidam Q. Lutatium Catullum intelligunt, de quo vide Probum.

*Laureolum Velox.*] i. Alius Lentulus Velox nobilis etiam personam suam bene agit in fabula vel mimo inscripto Laureolum, in quo crux fixa fuit. Hic ergo Lētul' nobilis suscepit serui personam in agendo mimo Laureolo, in quo crucifixus est tanquam servus in falso dep. chensus. Hæc fabulam scripsit Luberius.

*Velox.*] Cognomen Lentuli, ut Lentulus celer. Hic nobilissimus fuit.

*Iudice me.*] Aut cum Lentulum vera non ficta cruce dignum fu. se, qui nulla honestatis & nobilitatis, suorumq; maiorum habita ratione scurriliter mimum egerit.

*Nec tamen ipsi.*] iam populum Romanum reprehendit, qui huiusmodi scurrilitatem nobilium patienter spectaret. Ita reprehendas nobiles, ne interea populo Romano ignoscas.

*Populi frons.*] Quæ nullo pudore adducitur, nec erubescit, ad turpia hæc spectacula. Seneca. Nihil est tam damnosum honestis moribus, quam in aliquo spectaculo residere. Tunc enim per voluptatem facilius vitia surrepunt.

*Qui sciet.*] Qui tam turpia videre sustinet, & hanc patritiorum scurrilitatem.

*Triscurria.*] i. Immensa scurrilia facta nobilium, ingentem scurrilitatem, vel etiam immensos scurras patritios.

*Triscurria* verbum antiquum fictum, grandem scurrilitatem designans. Nam particula *tri* pro superlativo Græci & Latini utuntur. Sic dicimus *triginta*. Plautus. *Non sur sed trisur.*

— magno ter ab Hercule quintus.

Id est. Ter magno.

*Planipedesq; audit Fabios.*] i. qui in theatro audit nobilissimos Fabios planipedes, fabulas & mimos agentes. Qui teste Diomede planipedes dicuntur, quod actores planis, id est meris vel nudis pedibus (non ut Tragici vel Comici cothurno vel socco) vterentur, & in proscenium introirent.

*Mamercorum alas.*] Nobilissimos Mamercos, qui in mimis alas & vera patiebantur. Erant a Mamerci nobiles.

*Quanti sua funera &c.*] Inuictus fuit superius in nobiles, qui histroniam exercebant, tam damna illos nobiles, qui munus gladiatorum tanquam vilissima mancipia obibant, idq; sponte & vitro. Non ut olim a Nerone coacti. i. Nihil refert, quam magno vel parvo precio inducti gladiatoriam exerceant, se que mortis periculo obiciant, & ex se funera reddant, cum id faciant sua sponte nullo tyranno illos cogente.

*Sua funera* ji. Corpora de quibus funera futura erant. Nam cum vitæ periculo ibi pagabatur. Seneca. *Solis gladijs congregiuntur. Exitus pugnantium mors est.*

*Quid refert.* ji. Nihil interest. Vel illud adhuc parum est, & facile excusari potest collatione Histriioniz, quæ peior, & viro mobili indignior.

*Cogente Nerone.* ji. Ille. n. testibus Tacito & Tranquillo equites vel Senatores in arenam vel gladiaturam iussit descendere qui in ludis ad ferrū exhibuit 400. Senatores 600. equites. Seneca ad Lucili. Ep. 7. *Quidquid antea pugnatum est misericordia fuit, nunc omnis magna meracitidia sunt. Nihil habent quo tegantur. Ad idem totum corporibus sunt expositi. Nunquam frustra manum mittunt. Item. Non galea non scuto ferrum repellitur.*

*Nec dubitant.* ji. Non erubescunt omni pudore (preto etiam in ludis, quos prætor homo vilis & ignobilis, & ad præturam & consulatum euectus & sublimatus exhibet, funera & supplicia sua vendere. De prætore hoc superius Sat. 2.

— *Hic licet ipsum*

*Admonet cuius tunc munere res iam misit*

• Et Sat. 10.

*Quid si vidisset prætorem in curribus altis*

*Exstantem. Et medio sublimem in pulvere circi.*

*Fingo tamen.* ji. Demonstrat iam gladiatorium munus obire, non adeo turpe esse, nobilibus quam histrioniam agere, quod quidem omnium sit longe turpissimum. i. Esto quod Nero supplicio proposito cogat nobiles vel histrioniam agere, vel gladiaturam. Quid satius, vel agendus magis? Nonne satius esset mori, quam mimum agere?

*Inde* ji. Ex altera parte gladiatorum munus vel mortem, hinc ab hac parte histrioniz turpissimum munus.

*Mortem sic quisquæ.* ji. Respondet auctor noster. i. Adeone deploratus impudēs, & dura fronte utquam quisquam inuentus est, qui non gladiatorium munus & mortem potius obeat, quam histrioniam exerceat. i. Adeone quisquam mortem timuit, ut non mori malit gladiator, quam in histrionia Latinum mimum agere, qui Zelotypia vxoris suæ mœchæ Thymeles laboret. Et ut malit esse collega alterius mimi Corinthis, stupidi & ignaui, ac stolidi.

*Zelotypus.* ji. Ut in mimo simulet se esse Zelotypum Thymeles, more Latini mariti, & alterum alapis percutiat, quod supra inauit, cum dixit: Mamercorum alapis, Martialis.

*O quam dignus eras alapis, Mariane Latini*

*Te successurum credo ego parriculo.*

*Stupidi* Corinthis. Mimi planipedarii. Hoc refert ad superius: *Planipedesq, audit Fbrios.*

RES HAUD MIRA TAMEN Citharædo principe mimus

*Nobilis. Hic ultra quid erit nisi ludus? Et illud*

100

*Dedecus urbis habes, nec Mirmyllonis in armis*

*Nec clypeo Gracchum pugnantem, Et falce supina,*

*(Damat enim talos habitus, Et damnat Et odit)*

*Nec galea frontem abscondit: monet ecce tridentem.*

*Postquam librata pendentia retia dextra*

105

*Nequidquam effudit, nudum ad spectacula vultum*

*Erigit, Et tota fugit agnoscendus arena.*

*Credamus tunice, de faucibus aurea cum se*

*Porrigat, Et longo iactetur spira galero:*

*Ergo ignominiam grauiorem pertulit omni*

210

*Vulnere cum Graccho iussus pugnare secutor.*

laccit

Incessit iam ipsum Neronem, qui Citharædus sit. Deinde Gracchum quendam nobilissimum, qui retiarium egerat in theatro.

*Res haud m.* Non mirum est nobilem mimum esse, cum Imperator sit Citharædus. Nec nobilis aliquis Citharædo principe natus alud erit, quam histronia & ludus.

*Mimus nobilis.* Olim legebam cum quibuldam codicibus natus. Et explicabam hæc respiciens ad loca Sat. 6.

*Accipis uxorem de qua Citharædus Echion  
Vel Glaphyrus fiat pater. Ambrosiusus Choraulos.  
Vt testudineo tibi Lentule Conopai,  
Nobilis Euryalum mirmyllonem exprimat infans.*

Item.

Nam vt Sat. 6. dictum, nobilissimæ matronæ ludis, histronibus, Citharædis, mirum in modum delectabantur. Sæpe etiam familiarius per adulterium ab ipsis cognita prægnabantur. Vnde scilicet nascebantur nobilissimi hi ludiones, histrones Citharædi, quos hoc loco familiari suo more duobus pæne contrariis nominibus exprimat, & Citharædo principe natos inquit. Vt sit sensus, non mirum esse, si nobilissimi hi viri principibus nati (qui veri parentes non sunt, sed carnearum more parentum nomen sustineant) sicut inquam, à Citharædis, mimis & histribus concepti & nati parentum suorum mores imitentur. Hæc interpretatio mea forte absurda non est, & sententia illa exprimitur festivissimo nostro auctore digna. Codex meus legit *mim*. Sed alteram lectionem *matrum* super se. ipsam habet. Si ergo *mimus* legas hic sensus est. Non mirum esse, quod nobiles sint mimi & histrones, cum ipse Imperator Nero Citharædus sit. Porro Nero, vt refert Tranquillus, adeo Citharædis delectabatur, vt nomen suum inter illos adscribi iussit.

*Hic Glra.* i. Si princeps Citharædus est, non mirum si nobilis etiam præter mimum & ludum nihil sit. Vel lege.

*Hic Glra.* Quasi dicat ulterius vel porro tota urbs Roma erit ludus, histronia, & gladiatoria.

*Et illud de decus Urbis* Reprehenditiam nobiles, & ex illis potissimum Gracchum quendam nobilissimum, qui abiectum omni verecundia pudore & fronte in urbis & totius nobilitatis dedecus non solum in arenam more hominum infamium sese demittebat, idque non vt mirmyllo facie galea operta & velata, ne scitum ab omnibus possit cognosci. Sed vt retiarium sine galea, nudo vultu.

*De decus Urbis.* Gracchum apposito.

*Nec Mirmyllonem.* i. More mirmyllonis vel secutorum galea caput velat, nec clypeo pectus tegit. (Hæc enim mirmyllonis vel secutoris vel gladiatoris cum retratio pugnantis armatura erat.) Sed retiarium agit, i. Non vult esse mirmyllo, qui vultum suum galea abscondit, sed retiarium, qui galerum vel pectus oblongiorem habet nudo vultu, eoque pacto ab omnibus cognoscebatur. Quod ad dedecus accedebat. Habebat a. mirmyllo vel secutor, qui retiarium sequebatur effigiem piscis in galea. Vnde retiarium adversus eum pugnans cantabat: *Non te peto, piscem peto, quid me fugis Galle.* Origo & armatura retiaris à Pittaco Sapientie esse Lipsum creditur qui a Phrynone provocatus eum retiali involutum occidit.

*Nec clypeo pugnantem* Vt secutor vel mirmyllo, qui gladium & clypeum cum galea habebat. Indicat ergo illum non fuisse secutorem vel mirmyllonem. Erat a. retiarium loco Clypei recto loco gladii fuscina vel tridens.

*Aut falce supina.* Indicat etiam illum non fuisse Thracem, cui erat parma vel scutum breve & falx vel Harpe, & fida, id est gladius incurvus; quem hic supinam falcem vocat. *Ein Taschaffe.*

*Supina.* Ad incurvam ficam refert. Vel ad ipsum Thracem, qui pugnans testis Artemidorum quasi ambitiose pugnans sese arrolebat, & inurgebat.



*Damnat. n. tales.*) i. Satyrice. Ille Gracchus, secutorum mirmyllonum, Threcum arma & habitus, quibus reguntur, odit & auerſatur, ſed vultu & fronte nuda vt ab omnibus conſpici & agnoſci poſſit retiarium agit. i. Non pudet cum tam præclari ſui facinoris.

*Nec galea.*] Conqueſtus hoc ſuperius Seneca ad Lucilium, de quibuſdam: Non galea, non ſcutro repellitur ferrum, i. Solo galero vel pileo contentus eſt.

*Mouet ecce tridentem.*) i. Retiarium vel talem gladiatorem agit, qui ab omnibus cognofci poſſit, qui in capite gerit oblongum pileum vel galerum oblonga fascia vel ſpira inuolutum. Dextra rete, quo mirmyllonis vel ſecutoris cum quibus componebatur retiarium, caput implicabat. Siniftra tridentem vel fulcinum gerebat. Græci *επίμαχον* vocant, teſte Strabone.

*Postquam Vibrata.*) Oculis quaſi exponit ſolemne illud pugnae genus. Docti enim erant retiarium arte quadam collectum ſuſpenſumq; dextra manu rete in aduerſarii caput proicere, & ſi erraſſent, effuſe fugere, donec forte iterum rete recollegiſſent. Quod hoc loco in Graccho exprimitur. Sequitur ergo euentus huius pugnae, i. Poſtquam cum ſecutore congreſſus dextra ſua rete in aduerſarii caput quaſi vibrando coniecit, ſed fruſtra & nequicquam, aberrauit enim, ſtatim auſugit.

*Vibrata.*] Alii librata. i. Exacte quaſi perpenſa. Solertia n. opus erat ne nimium vires dexterae aut intenderentur aut remitterentur inter proiciendum.

*Effudit.*) In mirmyllonem, vel ſecutorem aduerſarium, emiſit, vt cum caperet.

*Nequicquam.*] Fruſtra. Poſtquam iactus retis ſefellit, & aberrauit.

*Nudum ad ſp. &.* i. Nudam ſuam faciem ad ſpectatores erigit. Ergo ſoli retiarium ex gladiatoribus facie nuda. Suetonius de Claudio. Gladiatores etiam forte prolapſos iugulari iubebat maxime retiarios, vt exſpirantium faciem videret. Illi enim nuda facie.

*Ad ſpectacula.*) i. Ad ſpectatores, forte orans, ne pollicem verterent, ſed pro ſe intercederent, ſibi que, ne occideretur, ſubuenirent.

*Tota arena.*) i. In toto theatro fugit inſequentem ſecutorem.

*Credamus tunica.*) i. Certo credamus Gracchum diſtiſſimum & nobiliſſimum retiarium egiſſe, & tunica indutum fuiſſe. Retiarii n. vrebantur tunica alias inermes. Vnde ſuperius Sat. 2. Idem hic retiarius Gracchus tunicatus dictus:

*Vixit & hoc monſtrum tunicati ſuſcinda Graecchi*

*Lustrauiq; fuga totum gladiator arenam.*

*De faucibus aurea.*) Probat Gracchum diuitem & nobilem retiarium illum egiſſe & fuiſſe, eo quod non vulgare ſed auream ſpiram vel fasciam in pileo vel galero geſſerit, quæ ſe à faucibus uſq; porregerit. Suetonius: *Pileum* inquit *vel galerum ſumebat & alij retiarij quinq;*

*Spira.*) Funiculus contortus & conuolutus, qui galerum aut pileum ſub mento obſtringit. Græcum eſt *αἰσος*.

*Iactetur.*) Hucilluc ventiletur.

*Ergo ignominiam.*) i. Secutor cum à Nerone cum Graccho retiarium pugnare iuſſus eſſet, viator exploſus & irriſus eſt à ſpectatoribus, qui nobilem retiarium & imperitum per totam arenam ſequeretur: maiorem ignominiam hoc ipſo pertulit, quam ſi occiſus concidiſſet.

*Cum Graccho.*) Cum viro nobili compoſitus, à quo ſi victus eſſet ignominioſum illi fuiſſet, & iam cum viciſſe patem ignominiam reportauit. Niſi mauis ita intelligere ſecutori dedecori imprimis fuiſſe, quod cum adeo nobili pugnare iuſſus ſit. Cum ſuperius virum nobilem in theatro pugnare adeo turpe eſſe dixerit, vt ſpectatoribus etiam illos ſpectaſſe ignominioſum fuerit.

*Iuſſus.*) à prætore ludi præfecto. Erant a. cruenti ludi.

*LIBERA SI DENTVR populo ſuffragia, quis tam*

*Perditus vt dubitet Senecam præferre Neroni?*

*Cuius ſupplicio non debuit vna parari*

*Simia, non ſerpens vnus, nec culex vnus.*

*Par Agamemnonida crimen. Sed cauſa facit rem.*

Dissimilem. Quippe ille Diis auctoribus vltor  
 Patris erat casi media inter pocula. Sed nec  
 Electra iugulo se polluit, aut Spartani  
 Sanguine coniugii, nullis aconita propinquis  
 210 Miscuit, in scena nunquam cantauit Orestes,  
 Troica non scripsit, quid enim Virginis armis  
 Debuit vlscisci magis, aut cum Vindice Galba?  
 Quid Nero tam senza crudaq, tyrannide fecit?  
 Hec opera, atq, ha sunt generosi principis artes  
 225 Gaudentis fudo peregrina ad pulpita saltu  
 Prostitui, Graiaq, apium mernisse corona.  
 Maiorum effigies habeant insignia vocis:  
 Ante pedes Domitii longum tu pone Thyesta  
 Syrma, vel Antigoni, vel personam Menalippes  
 230 Et de marmoreo cithararo suspende colosso.

Redit ad demonstrandum nobilitatem non in generis splendore, sed virtutis decore consistere. Aperte a. in Neronem inuehitur, quem generosissimum quidem fuisse ait, sed flagitiosissimū & pessimum.

*Libera si dentur.*] I. Si libere & sine omni superioris potentiae timore aut metu populo Romano suffragia, vota, iudicia ferre liceret, nemo adeo perditus adeo deploratus, & sceleratus esset, qui virum optimum, diuinum & sanctissimum Senecam virulentissimo illi, & crudeli, omnibusq; sceleribus contaminato tyranno praeferre dubitaret.

*Libera.*) nullo metu impedita.

*Suffragia.*) Voces electionis alicuius principis.

*Senecam.*) Praeceptorem, hominem ignobilem, sed optimum Neroni discipulo nobilissimo, sed sceleratissimo. Qui duplex parricida, & praecceptorem & matrem sustulit. Vnde subiungit:

*Cuius supplicio.*] I. Cui ob multiplicia parricidia non vnum aliquod & simplex supplicium in parricidas constitutum debebatur. Solebant a. parricidæ in culeo cum simia, gallo, serpente, & cane includi, & in flumen abiici, vt ita omnibus elementis priuarentur.

*Vna simia.*) Nam non vnum parricidium perpetrarat, qui praecceptorem Senecam, matrem Agrippinam, amitam, vxorem Poppaeam, Octauiam, Britannicum fratrem, & adoptiuum filium Claudium parricidio sustulerat.

*Supplicio.*] Vide Ciceronem pro Roscio.

*Par Agamemnonida.*] i. Idem scelus commisit etiam Agamemnonides vel Orestes Agamemnonis filius, se t non ob eandem causam.

*Dissimilem*] Orestes iustissimam causam, Nero improbam & nefariam causam sui sceleris habuit.

*Quippe ille*] Rationem addit. Orestes Deo iubente matrem suam cum adultero Aegistho interemit, vt patrem Agamemnonem vlsceretur, quem illi inter media pocula incautum interemerant.

*Diis auctoribus.*) Eo dicit nam initio Odysseas Homeri Iupiter dicit se monuisse Aegisthum per Mercurium, vt ab Agamemnonis caede abstineret, & à Clytemnestra aliena vxore. Secus enim fore vt Orestes filius caedem patris & adulterium matris vlsceretur. Verum Nero Agrippinam matrem Diis auctoribus minime interemit.

*Media inter pocula.*] Cum conuiuii susceptus fuisset, vt alii in balneo.

*Sed nec Electra.*) i. Sororem suam non interemit Orestes, vt Nero Britannicum fratrem, An-

tioniam Claudii filiam nuptias suas recusantem & amitam. Fuit autem Electra Orestis soror. *Iugulo polluit.*) Dum ferrò iugulum petiit, & ita iugulo, vel iugulatione, vel nece sororis suæ sese polluit.

*Aut Spartani sc.*) i. Orestes Hermionem Menelai patrui sui, & Helenæ filiam vxorem suam non occidit vt Nero Octauiam Antoniam & Poppæam istu calcis gravidam coniuges suscitaverfecit.

*Spartani.* i. Hermionis coniugis suæ Spartanz, quam sibi prius desponsatam (interfectò in templo Pyrrho vel Neoptolemo qui eam duxerat) vxorem duxit.

*Spartani.*) Erat enim Menelaus Spartæ vel Lacedæmonis rex.

*Coniugii.*) Pro coniugis. Sic Propertius:

— quæ viua sequetur

Coniugium. —

*Nullis aconitæ p.*) Vt Nero Britannicum fratrem suum adoptivum Locustæ beneficio interemit, & Pyrrhum præfectum, remedium ad fauces pollicitus, toxico occidit.

*In scena nunquam cantavit.*) Vt Nero, qui teste Suetonio nihil æque doluit, quam quod tanquam malus Citharædus increpitus esset, nec dubitavit in priuatis spectaculis inter Scenicos operam dare. Nam Tragedias in scena cantavit. Canacem parturientem, Orestem matricidam. Oedipodem excecaturum, Herculeum insanum.

*Troica non scripsit.*) Hoc eo dicit, quia Nero Troadas libros scripsit, vnde scilicet & maxime insanius, quia Poeta fuit. Et vt illum conflagrare spectaret magnam vrbis partem incendit, quod tam palam fuit, vt eius cubicularii cum stuppa & tæda deprehensi sint; quod in eundem ipse in turri Mæcenatiana prospectans lætabatur flammæ, vt aiebat, pulchritudine. Postea flagitium flagitio cumulauit, & miseros Christianos incendii illius insinulauit, eosq; supplicii loco circumdatos stuppa, tæda, cum cera & papyro noctu pro lucerna incendit. Teste Tacito vt latius Sat. i. dictum.

*Quid enim Virginius.*] Nihil fuit quod Virginius Ruffus cum Sergio, Galba, & Vindice lenio, magis vlcei & punire deberet, quam hoc pessimum flagitium, quod *clauus* vel illi expugnationem scripserit, & vt eius excidii figuram sibi ob oculos poneret, vt bema Romam incenderit. Hi tres, in Gallus & Hispania à Nerone delciuuerunt, & Neronem ex Imperio eicere à Senatu iussi sunt.

*Quid Nero tam fæua.* i. Quidnam fecit Nero toto tempore tam ferus & crudelis tyrannidis: nimirum saltatorem & citharædum.

*Crudatq;.*) Crudeli, immani, & inhumana.

*Hæc opera.*) Est amara Ironica responsio ad quæstionem, nimirum hæc opera & hæc artes quæ dictæ sunt, sunt generosi principis, quæ toto suæ tyrannidis tempore exercuit.

*Hæc opera.*) Troica.

*Artes.*) Citharistica, & Histrionia.

*Gaudens fæda.*) i. qui Nero delectabatur tanquam scortum ad stuprum prostitui, & representari turpi saltu mimico & histrionico idque non Romæ saltem, sed etiam Neapoli, in Achaia, & aliis peregrinis locis, vbi pulpita posita sunt, mimi aguntur, & histrionia exercetur.

*Fædo saltu.*) Turpi saltatione histrionica.

*Gratiæ apium.*) Eo dicit, quia apud Isthmios Agones victores apio coronabantur. Nero a. Isthmiaco certamine inter Citharædos certans apio coronatus fuit. Vti mos erat. Plin. lib. 19. *Scribit quod honor erat apio in Achaia coronari victores sacri certaminis Nemeæ.*

*Maiorum effigies.*) Irisorie & Ironice ludit Neronem. i. Cum alii insignia rerum egregie gestarum & triumphorum statuis maiorum suorum adfigant: Tu Nero quoq; coronam ex apio tanquam vocis & saltationis insigne, quam victor voce & saltu consecutus es ad maiorum tuorum imagines appendere potes.

*Antepedes Domitii.*) i. O Nero antepedes atavi vel patris tui Domitii, & ante pedes statum huius, pone longam syrma vel vestem Tragicam, in Tragedia acta de Thyeste. Vnde reimpertorem Tragediarum actorem vel mimum possis ostendere. Et hæc insignia poterunt collocari.

tationis imagines Domitii & Neronis maiorem tuorum. Fuit autem atavus Neronis vir optimus.

*Thyeste.)* Tragœdiam de Atreo intellige, qui Thyestæ fratri propriam filiam Phylthenam secitum & coctum epulandum apposuit. Hanc Tragœdiam egit Nero.

*Longum Syma.)* Longam vestem Tragicam à *ropa*.

*Antigone.)* Notat Tragœdiam de Antigone Oedipi filia, quæ cæci patris dux fuit.

*Vel personam.)* i. Larvam faciei, qua in agendis Tragœdiis Nero vîs, vel quæ persona vîs est in fabula Menalipoes.

*Menalipetes.)* Quæ à Neptuno adamata & granida facta, in vincula à patre coniecta filium Bacchum peperit in stabulo foetu à bubus pane obstricto. Vide & Boethius dictus.

*Et de marmoreo.)* Respectus ad illa quæ de Nerone Suetonius scribit, quod citharam ab iudicibus ad ledelatam adoravit, ferrique ad Augusti statuum iussit. i. Ad marmoream Augusti statuem de qua maiores tui arma & spolia hostium pendebant, ex citharam depende. Nam in hac ut triumphasti. Vel forte adludit ad colossam Neronis miræ magnitudinis, quem per Zenodotum Gallia secutum ædificavit.

*Quis Catilina tuis maioribus, atque Cethegi  
Inveniet quidquam sublimius? arma tamen vos  
Nocturna & flammæ domibus templisq; parastis  
Vt Braccatorum pueri, Senonumq; minores  
Ansi, quod liceat tunicâ punire molestâ.  
Sed vigilas consul, vexillaq; vestra coerces  
Hic novus Arpinas, ignobilis, & modo Roma  
Municipalis Eques galeatum ponit ubique  
Præsidium attonitis, & in omni gente laboras.  
Tantum igitur muros intra toga contulit illi  
Nominis & tituli, quantum non Leucade, quantum  
Thessalia campis Octavius abstulit vdo  
Cedibus assiduis gladio. Sed Roma parentem,  
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.*

Offendit vltimus nobilitatem in virtute animi non in sanguine consistere, nec esse nobiles qui ex generosis orti pessime agant, quod Catilinæ & Cethegi filiorum D. Iunii Bruti exemplo demonstrat, sed nobiles esse qui præclare de Repub. mereantur, licet obscuris parentibus nati sint, quod demonstrat exemplo Ciceronis, Marci, Servii Tullii.

*Quis Catilina.)* Fuit enim is nobilissimus, sed patriæ perditor & proditor, ut Cicero contra ignobilis, sed patriæ pater.

*Tuis natalibus.)* Tuo genere, familia & nobilitate. De Catilina vide Sallustium, & Appianum Alexand. lib. 2. de bell. civil.

*Cethegi.)* Hic cum Catilina, Lentulo, Statilio, Gabinio, Lipario contra Remp. conspirarunt omnes nobilissimi.

*Sublimius.)* Qui tamen æternam maculam & infamiam generi suo inussit. Porro Cethegus cum sociis in carcere à Cicerone sunt necati. Catilina in bello fortiter dimicans cecidit.

*Armata tamen vos.)* i. Licet nobilissimi, sceleratissimi fuistis, & vestræ patriæ domibus, templis & focis atque ariv noctis tempore bella & incendia admoliti estis.

*Vt braccatorum pueri.)* Vt quondam Galli Narbonenses ex braccata Gallia oriundi, vel filii Senonum, ex Lugdunensi orti, olim totam urbem Romam incendio abolere conati sunt. De hac re vide L. Florum, Simile facinus vos moliti estis.

*Braccatorum* ) Plin. lib. 3. cap. 5. Narbonensis prouincia appellatur pars Gallie, quæ intus mari alluitur, Braccata antea dicta.

*Ausi quod liceat.* ) id est, illud ausi estis propter quod digni eratis qui veste ex charta, cannabe, stuppa, bitumine, pice, cera, ista induti, nec sitis tempore pro lucerna accendimini. Quod supplicii genus in illos qui incendia moliri erant, constitutum erat, & quo usus fuit crudelis ille Nero in Christianos, quos incendii infirmulauit, cuius ipse auctor fuerat. Hanc vestem tunicam molestem vocant, de qua Sat. 1.

— *Tada lucebis in illa.*

*Qua frantes ardent, qui fixo gutturo fumant.*

*Sed vigilas consul.* ) i. M. T. Cicero vigilando vestra nocturna facinora & incendia prohibebat. Huius Ciceronis laudes vide apud Sallustium.

*Vexillaq; vestra.* ) i. Vestras turmas & Centurias frenat, & reprimat.

*Hic nouus Arpinas.* ) i. Vestra nobilium pessima facinora, æterna nominis fama & laude repressit ignobilis ille M. Cicero. Sic & Sallustio in illa oratione, quæ ei falso attribuitur, contra Ciceronem appellatur. *Homo nouus, Arpinas*, unde hæc desumptus. i. Cicero ignobilis ex Arpinate opido natus.

*Et modo Roma in e.* ) i. Modo in equestrem ordinem adscitus, qui ex municipio Arpinatensi oriundus esset. i. Ignobilis eques. Et sunt pæne contraria.

*Municipalis.* ) Pro obscuro positus. Sic Tacitus *municipalem adulterum* pro ignobili & obscuro posuit. Sic auctor noster. Sat. 3.

— *municipalis arena*

*Perpetui comites*

*Galeatum p. u. p.* ) i. Ciuiibus Romanis de re noua attonitis, & stupefactis armatum præditi, & munitiones, & custodiam armorum ubiq; ponit contra machinas coniuuratorum.

*Attonitis.* ) Sallustius scribit vrbis faciem prorsus immutatam fuisse. *Ad hoc, ait, mulieres afflictae sese, manus supplices ad caelum tendebant, miserreri parvulos liberos rogabant, omnia pangebant.*

*In omni gente.* ) Pro omni gente Romana pro summis & infimis, vel fatigatur in vniuerso populo, dum omnes & singulos ad Reip. salutem exhoratur.

*Tantum igitur muros.* ) i. Cicero ignobilis consul tantum nominis, honoris, & tituli consecutus est Romæ intra muros tempore pacis & togæ, sua sapientia, sine bello, æde, & sanguine, quantum vix Augustus ingenti prælio & victoria multi sanguinis effusione. Hinc Cicero pulcherrime de scipio,

*Cedant armatoga, concedat laurea lingua.*

Item.

*O fortunatum natum me consule Romam.*

*Tantum nominis & tituli.* ) Nam omnium primus à magno illo Catone, pater patriæ dictus est, & saluator pereuntis patriæ, quod nominis deinde Imperatores sibi usurparunt. Plin. lib. 7. cap. 2. Ciceronem alloquens: *Salus, ait, prime omnium parens patria appellata, prime in toga triumphum linguaq; lauream merita.*

*Quantum non Leucade.* ) i. Quantum nominis & honoris Augustus non reportauit ex victoria sanguinolenta, quam sub Leucade Epiri promontorio obtinuit, cum Antonium & Cleopatram vicit, nauali scilicet prælio.

*Thessalia campis.* ) Apud Philippos Macedoniæ urbem, in Thessalia contra Cassium & Brutum, quos cum Antonio vicit. Illa prælia admodum fuere cruenta.

*Vdo gladio.* ) Ex assidua cæde semper sanguine madente. Est a. hic mira *crux*. Nam inter se opponuntur:

Cicero  
Ignobilis  
Vrbis & muros  
Toga & pax.

Octavius  
Nobilissimus.  
Campus & mare.  
Bellum, assidue cædes, vdi gladii.

*Patrem patriæ. c. l. d.* ) Hoc nomine ipsum primus omnium & primum omnium appellant

*Libera.* ) liberata ex ancipiti illo periculo.

(M. Caro.  
Arpinas.

- 145 *Arpinas alius Volscorum in monte solebat*  
*Poscere mercedes, alieno lassus aratro,*  
*Nodosam posthac frangebatur vertice vitem,*  
*Si lentius pigrâ muniret castra dolabrâ:*  
*Hic tamen & Cimbros & summa pericula rerum*
- 150 *Excipit, & solus trepidantem protegit urbem.*  
*Atque ideo postquam ad Cimbros stragemq; volabant,*  
*Qui nunquam attigerant, maiora cadauera corni:*  
*Nobis ornatur laeta collega secunda.*  
*Plebeia Deciorum anima, plebeia fuerunt*
- 155 *Nomina. Pro totis legionibus hic tamen & pro*  
*Omnibus auxiliis atque omni pube Latinâ*  
*Sufficiunt Divi infernis, terrâq; parenti.*  
*Plures enim Decii quam qui servantur ab illis.*

Dixit de ignobilibus Seneca & Cicero, quos cum nobilissimis Augusto & Nerone contulit. Subiungit iam alia duo exempla Marii nimirum & Deciorum, qui & ipsi ignobiles optimi & vere generosi fuerunt.

*Arpinas alius.* ] i. Alius Ciceronis Sympatriota ex Arpino Volscorum oppido ortus, qui teste Plutarcho obscuro proflus genere parentes habuit pauperes, vixitque in villa, quæ erat in agro Arpinate. Is postea septies consul fuit, & Cimbros in Gallia, Teutonas in Italia, & Iugurtham in Africa superavit.

*Poscere m.* ] i. Cum iuuenis esset conductus solebat aliorum agros arare.

*Volscorum in monte.* ] Volscorum Metropolis erat Sueffa, reliqua oppida Arpinum, Fabratia, Frusino, Aquinum.

*Aliquo.* ] Paupertas notatur, cum ne ipse quidem agrum habuerit.

*Nodosam posthac.* ] i. Postea inter milites faber erat, & cæstra muniebat, & si aliquando tardus & ignavus ignava opera castra muniret & laboraret, à centurione vite verberabatur, & vapulando in tergo vitem frangebatur.

*Vitem.* ] Hanc centuriones pro insigni gestabant. Persius.

—aut Vitem posce libello.

*di lauro.* ] Ostendit initio vitem cum fuisse militum, i. Vapulabat à centurione miles, quotiens faber castrorum dolabra vitem ad castrorum munitionem pigre & lente opus faceret. Est autem dolabra illud instrumentum quo lignum dolatur, complanatur, & fræguatur.

*Hic tamen & Cimbros.* ] i. Licet ignobilis, sua tamen virtute summus belli imperator evasit, & Cimbros ac Teutonas vi Italiam occupaturos excepit suo exercitu, & funditus deleuit.

*Cimbros.* ] Illi magno corpore, horrendisque oculis erant, & apud Germanos prædones appellabantur. Iam Hostati Chersonesum Cimbricam inhabitant. Hi in Italiam venerunt, sibi aliquid terræ dari postulantes. Quod ubi non impetrassent precibus, armis quærere statuerunt, & aliquot præliis Syllanum, Marium, Cæpionem superant. Actumque de Italia fuisset, nisi Marius intervenisset, qui funditus Teutonas, deinde Cimbros de bellavit.

*Atq; ideo.* ] i. Postquam ergo Cimbros & Teutonas ingenti strage deleuit, & corui, qui ad ingentia Cimbrorum cadavera, qui magno corpore, & horrendis oculis erant, volabant. Ipse licet ignobilis collega existens nobilissimi illius Q. Catuli, cum prius de Iugurtha victoriam reportasset, secundam iam de Cimbribus consecutus, locum lauri, vel victoriæ insigni ornatur.

*Arpinus.* ] Iacris castrorum Cimbrorum. Nam tradantur castra ibi à Mario centum & quadraginta milia, & sexaginta milia capta.

*Arpinus cadavera.* ] Nam 1484 & magna Cimbrorum corpora.

*Nobilis collega.]* Nobilis est casus gignendi. i. Marius ignobilis collega viri nobilis Quatuli, qui ante a Cimbris fugatus dicitur.

*Plebeia Deciorum.]* Quartum Deciorum patris & filii exemplum, qui & ipsi non ex nobili, sed plebeia familia oriundi, & uterque tamen animi nobilissimi pro salute Reipub. se deuenerunt. Nam pater Decius bello Lauro in somno admonitus eam partem victricem fore, cuius dux in praelio cecidisset, calcari equo incitato in medios hostes proruit, ibique pugnas interfectus est. Cujus corpus cum milites liberare contenderent, cum plena victoria reuerſi sunt. Hoc patris exemplum filius in bello Samnitico & Thusco, ut alii, contra Hetrascos vel umbros secutus se pro Rep. deuouit, & interfectus victoriam suis peperit.

*Pro totis legionibus.]* i. Licet animæ Deciorum ex ignobilibus parentibus orta essent, tamen pro vniuerso populo R. & nobilissimis multis satis faciant Diis infernalibus, & terræ parenti, cui se deuouerunt.

*Diis infernis.]* Quia illis se solemnibus ritibus & verbis deuonebant, & omnia pop. Romani pericula in sua capita deriuabant.

*Plurim enim Decii.]* i. Decii quamuis ignobiles, sanctiores & Diis acceptiores fuerant, quam pop. Romanus vniuersus, quia ipsi propter Decios poperorant.

- Ancillâ natus Trabeam & Diadema Quirini*  
 260 *Et fasces moriens regum ultimus ille bonorum.*  
*Prostrata laxabant portarum claustra tyrannus*  
*Exsulibus inuenes ipsius consulis, & quos*  
*Magnum aliquid dubia pro libertate decebat,*  
*Quod miraretur cum Coclitæ Mutius, & quæ*  
 265 *Imperii finem Tiberinum virgo natabat.*  
*Occulta ad patres producit crimina feruus*  
*Marronis lugendus, at illos verbera iussis*  
*Adficiunt poenis, & legum prima securis.*  
*MAIO PATER TIBI sit Therſites, dum modo in ſe*  
 270 *Æacida similis, Vulcaniaq; arma capeſſas,*  
*Quam te Therſita similem producat Achilles.*  
*Ei tamen ut longe repetas longeq; reuoluas*  
*Nomen, ab infami gentem deducis Aſſylo,*  
*MAIORVM PRIMVS quiſquis fuit ille tuorum*  
 275 *Aut paſſor fuit, aut illud quod dicere nolo.*

Quintum & vltimum argumentum de Seruio Tullio, quem ait Valerius ex ancillâ vernam esse natum, & cuius mater Ocriquilana dicta captiua fuit, qui sua tamen virtute promeruit trabeam & fasces, i. imperium & regnum.

*Trabeam.]* Vestem regiam purpuream & albam. Occiso autem Tarquinio Prisco à duobus filiis Anci Martii, ipse Seruius cum Trabea & licetoribus prodiit, & sede regia sedisse, regnavitque annos 44.

*Diadema Q.]* i. Coronam Romuli primi regis.

*Fasces.]* Virgatum cum securibus, qui ei à 12 licetoribus præferebantur.

*Ultimus bonorum.]* Nam sextus erat. Post eum autem Septimus & vltimus Tarquinius superbus pessimus erat ut videre apud Liliam.

*Prostrata laxabat.]* Laudauit ignobiles multos ut optimos, qui cōſilio, fortitudine, vīta & sanguine Reip. profuerūt: Reprehendit iam nobilissimos, adeoque ipsos Iunii Bruti cōſulis filios qui patriā prodere, & tyrannis ac regibus à patre exactis portas voluerunt aperire, ac proinde à patre securi percussu sunt. i. Filii ipsius Consulis nobilissimi, portarum claustra laxantes proditores

ditores fuerunt, & L. Tarquinio Superbo, & Sexto filio tyrannis à patre ex urbe in exilium e-  
iectis noctis tempore urbis claustra aperiebant, L. Tarquinium Superbum cum filio, & exer-  
citur in urbem immisisti.

*Prodita claustra.*] i. Portas aperiebant proditores patriæ.

*Laxabant.*] Aperiebant, referabant.

*Iuvenes ipsius cons.*] Titus & Tiberius Iunii Bruti ipsius consulis filii, cum Marco & Manlio  
Gelliis uxoris Bruti fratribus, & aliis de reducendis regibus commentabantur apud Aquilios.  
Sed videt Cecineus Aquiliorum seruus ad P. Valerium rem decessit, à quo deprehensi iuue-  
nes pœnas dederunt Bruto consule suis filiis non parcere, quorum supplicium constantissime  
iussit, & spectauit.

*Et quæ magnam aliquam.*] i. Et qui exemplo optimi patris consulis magnum aliquod & egre-  
gium factum, licet omni vitæ periculo committitur pro patriæ libertate subire debebant.

*Pro dubio lib.*] i. Periculante vel in discrimen adducta. Hanc eam erigere iussit, ut loquar  
Tarquinias.

*Quod miraretur.*] Hoc sceleratissimum iuuenum facinus, & hanc patriæ prodicionem agi-  
tatem à filio optimi consulis cum impore dominaretur Horatius Cocles, Mutius Scauola, Ti-  
go Cloelia.

*Miraretur.*] Tanquam non solum facinus, sed scelus cadere potuisse in filios optimi con-  
sulis patriæ patri & libertatis aduersum. Miraculo enim simile tantum sceleris portentum can-  
dere potuisse in filios consulis.

*Cocles.*] Horatius Cocles cum sexaginta milites suis ab Etruria uideret, pontem sublium sub-  
daci iussit, ne hostes urbem irrumperent ipse solus tam diu exercitum Porcennæ sustinuit, De-  
hinc armatus in Tiberis se precipitauit, & in oleum ad suos transfatauit.

*Mutius.*] Scauola, qui in necem Porcennæ urbem Romam obsidentis, cum coniuisset, &  
cum errans in persona scribæ pro rege obruncasset, ad focum igne ardentem propere accessit,  
& dexteram, quod obruncasset spectante rege combussit. Liu. lib. 2.

*Et quæ imperii finem.*] Illo enim tempore Tusci campos & agros omnes ad flumen Ti-  
berim possidebant, qui Romani imperii finis erat, quod cum temporis angustia terminis erat  
circumscriptionem.

*Virgo.*] Hæc Porcennæ obsidis loco data custodes suos frustrata cum equo trans Tiberim  
nauit, & Romam peruenit, propter quod factum equestri statua aurata virgo donata est. Si-  
mularat autem se ritu patrio uelle in ripa cum reliquis virginibus sacra facere, & sic ablegatis  
custodibus ad suos transfatauit. Quæ ob virtutem per legatos à Porcenna recepta, in tanto ho-  
nore habita est, ut cum ceteris obdibus in patriam remitteretur.

*Occulta ad patres.*] Eandem rem de filiis Bruti consulis patriæ proditoribus persequitur.  
Vindicius seruus occulta & clandestina scelera filiorum Bruti dominorum suorum, patribus  
indicauit. Cui ob indicium hoc pecunia ex ærario, libertas & ciuitas data est. Ab hoc Vindicio  
Vindicta nomen habet, per quam serui in libertatem adferebantur.

*Seruum.*] Emphatice ignobilis per excellens factum, nobilissimos sceleratos prodidit.

*Matronis legendum.*] Ob serui enim indicium matres orbæ factæ sunt propter supplicium fi-  
liorum. Probus dicit, quod Brutus consul seruum ut conseruatorem patriæ manumisit, ut dela-  
torem dominorum cruci adfixit.

*At illos verbera.*] i. illos consules filios patriæ proditoris, dum virgis ceduntur, verbera ius-  
tis pœnis addiunt, & securis, qua per lictores percussus sunt. Liu. lib. 2.

*Legum prima.*] i. Primum supplicium post exactos reges in filios Bruti statutum, nisi mauis,  
quod securis hic ponitur pro executione iustitiæ & legum, omnium legum prima principe &  
optima. Nisi enim hæc executio accedat, leges mortuæ sunt. Vel eo dicit, quod ante leges  
conditas reges Romani facies & secures usurpant.

*Maiores.*] Cœclius nobilissimæ Saryræ. i. Sarius est reuissimis obscuris, turpibus, ignauis  
maioribus oreum filium vita integrum, factis strenuum, manu fortem, esse, quam ex nobili-  
ssimis & optimis natum filium esse non nauci, degenerem & ignauum.



*Thersites.*] monstrum hominis, admodum turpis & deformis, adde & contumeliosus, de illi-  
de Homerum lib. 2. Iliad. ubi dicitur quod omnium qui ad Troiam venerant turpissimus fac-  
rit. Ceterum postea Achilles illum pugno vel colapho occidit.

*Aecides similis.*] Achilli, qui ab avo Aecae nomen habet. Pater enim eius erat Peleus. Est  
autem Achilles contra Græcorum fortissimus.

*Vulcaniq; arma c.*] i. Qualia Achilles gessit, per matrem Thetia à Vulcano Deorum fa-  
bro consecutus. De hisce armis mortuo Achille postea inter Aiacem & Ulysses fuit contentio.  
Vide Ovid. 13. Metamorph.

*Quam te Thersites.*] Id quod saepe fit. Nam plerumque quod dicitur *apud Thersites* id est *apud*

*Es tamen & longe.*] Concludit responsione ad concessionem quandam. Est enim talis con-  
cessio. Age concedam te à primis vrbis incunabulis nomen, familiam & genus tuum posse re-  
petere & reuolvere. Verum quinam illi primi tui parentes sub initium conditæ vrbis fuerunt?  
Nimirum vel pastores, vel homines infames, qui initio vrbis ad Asylum quod Romæ Remulus  
constituit propter scelera confugerunt, ex quibus vrbis Roma initio aucta fuit, & vnde genus  
& familiam tuam dedecis.

*Nomen.*] & Genus & familiam tuam, quæ certo nomine insigniebatur. Vt nomen vel familia  
Brutorum, Lentulorum.

*Ab infans Asyle.*] Nam Romulus vt augetet populum Romanum secutus Athenicam  
morem, Asylum constituit, quo sicarii, fures, facinorosi, latrones, raptores confluebant, ex qua  
confluge hi adeo generosi & nobiles erant oriundi. Plutarch. in Romulo.

*Asylum.*] Templum quod violati non debet ab a priuatis, & *violatio*, id est rapio, violatio,  
propter.

*Aut pastor fuit.*] Nam collecta per asylum malitiae diæ pastorum & latronum Romulus vr-  
bem Romam constituit.

*Pastor.*] Quemadmodum & ipse Romulus.

*Quod dicere nolo.*] Propter turpitudinem, à quo si se oriundum consideres, erubescas iustus,  
quam vt tuam adeo generosam turpitudinem magno opere ostendes. Vt seruas, infamis fur, la-  
tro, sicarius, sacrilegus, parricida.

## FINIS SATIRÆ OCTAVÆ.

IN D.

# IN D. IUVNII IVVENA-

## LIS SATYRARVM LIB. III.

### SATYRA IX.

**H**æc Satyra faceta admodum, sed turpis & obscena est, qua Iuvenalis turpissimos Romanorum mores acerbissime insectatur. In avaros imprimis, & parriter infames virulentam Satyræ aciem stringit. Tria autem potissimum accusat, inauditam Draucorum turpitudinem, qui immani flagitio mulieribus & viris mollibus operam dabant. Deinde Pathicorum & Cinædorum incredibilem turpitudinem & obscenitatem, qui tales Draucos & ad sui, & ad suarum vxorum corruptionem, usum & operam infando scelere dato precio conducebant. Et denique Pathicorum horum auaritiam (quem ridicule accusat, cum vtrumque hominum genus & qui agunt, & qui patiuntur, turpissimum odio habeat) Draucis qui illis mollibus operam dabant mercedem non soluentium.

*S* *Cire velim quare toties mihi, Næuole, tristis*  
*Occurras fronte obducta cen Marfya victus.*  
*Quid tibi cum vultu, qualem deprensus habebas*  
*Rauola, dum Rhodopes vda terit inguina barbâ?*  
*Nos colaphum incutimus lambenti crustula sermo.*  
*Non erat hac facie miserabilior Crepereius*  
*Pollio, qui triplicem usuram prestare paratus*  
*Circus, & fatuos non inuenit. Vnde repente*  
*Tot ruga? Certe modico contentus agebas*  
*Vernam equitem, conuiuia ioco mordente facetus,*  
*Et salubris vebemens intra pomaria natis.*

Tota hæc Satyra Dialogismo inter Nzuolum & Iuvenalem absolvitur. Alloquitur autem initio, & acerrime vexat Nzuolum hominem turpissimum & Draucum, quem solito tristiorē videns, causas tristitiæ interrogat. Ille respondens de auaritia ciuium Romanorum Pathicorum conqueritur, à quibus conductus fuerat, quibusq; summo labore toties operam dederit, illorumq; vxores grauidas reddiderit & nihil pæne mercedis loco receperit. Vnum autem lectores rogo admonitos, ne quod Poeta obscærus est, mihi imputetur; neque hinc aliena vitia discant, sed sua emendent.

*Sicire Velim.*] Verba Poetæ Nzuolum Draucum mœstum causas tristitiæ postulantis, quæ verba Poetæ se initio ad 27. versus extendunt, vbi Nzuolas responderet: *Vtile & hoc multum.*

*Næuole.*] Nomen impurissimi Drauci, qui Virronis domini & patroni sui infanda libidine infanientis (etpote qui Nzuolo Drauco pro se & vxore sua vteretur) spurca flagitia postea depromit.

*Fronte obducta.*] quasi nube, id est fronte non aperta & exposita, sed in rugas contracta, quod signum est mœrotis. Plin. lib. 11. *Frontis hominis tristitia, hilaritatis, clementia & feneritatis index.*

*Cen Marfya victus.*] Respicit ad notam fabulam de Marfya Phryge, qui cum Apolline cantu certauit, & ab eodem victus tristissimus fuit, nam postea excoecabatur. Ouid. 6. Metamor. Et Apul. lib. 1. Floridorum, ait, *Erat Marfyas Satyrus, Phryx & tibicen, Vultu sermo, trux, hispidus, mulis verbis, spinæ & pilis oblitus, qui cum Apollina certauit. Et quem Apollo certamine superatū,*

*Sarberi aligatum excoriantur vinum.* Qui cum victus cute spoliandus esset, tristi erat vultu, ut verisimile est. Cum hoc Nzuolum in hoc loco, confert.

*Quid tibi cum vultu.* i. Cur geris tristem, confusum, & perturbatum vultum, qualem habebat Rauola ille cannilingus & fellator dum Rhodopæ turpissimo scorto operam dans in foedissimo illo opere aliorum interuentu deprehensus expalluit.

*Rauola.* ] Hunc satis notum suo tempore obiter notat.

*Rhodopæ.* ] Pro meretrice sui temporis posuit. Fuit autem alia Rhodopæ, ut Plinius scribit, Æsopi consensu, quæ meretrix in Ægypto tantum quæstû fecit, ut Pyramidem sibi exstruxerit.

*Vda.* ] Fædo illo humore vuida, humida, & squallenti.

*Terræ.* ] Atterit, lambit, expilat.

*Inguina.* ] Muliebre membrum intelligit.

*Nos colaphum.* ] Obscurior hic locus ob cohzrentiam. Quidam ita illum interpretati. Nos seruo crustula lambenti colaphû incutimus, quanto magis huiusmodi cannilingus cadendus erat: Vel seruus percutitur à nobis dum placentam lingit: Rauola autem dum mulierû inguina lambit, impune euadet? Forte hæc est sententia. Quid tibi cum illo vultu, qualem seruus habet, cui crustula lambenti colaphû incutimus. Quamuis & hic aliquid desideretur: Nam scilegendû esset: cui colaphum incutimus lambenti crustula seruus. Nû forte iocose & scēptice hæc ait, q. d. Non immerito Rauola metu expalluit: Nam nos cum deprehendimus seruum dulciaria lambere illû solemus colaphis percutere. Ob id merito etiam Rauola sibi timuit, dū deprehenditur dulciaria & mellitas placentas lingere. Et hæc mea explicatio cum natura auctoris nostri satis congruit: qui acerrimis salibus uti consuevit. Vt ita foedissimum illum & fortidum ibi lam locum, cum crustulis & dulciariis placentis scēptice & Saryrice confert.

*Colaphum.* ) Alapam, à Græco κολαφιζω.

*Crustula.* ] Erat dulciarii genus quod pueris dabatur. Horat. Sat. 1. Seru. 1.

— Vt pueris olim dant crustula.

Item Sat. 4. lib. 1. Satis quorum ingenium noua tantum crustula premunt.

*Non erat hæc facie.* ] Notat obiter alium quendam Pollionem, ut Horatius obiter notat. Nonium. i. Hac tua facie ô Nzuole, nihilo miserabilius vel tristior erat Pollio ille Crepereius qui consumptis opibus pecuniâ in fœnus quætebat, pollicitus se triplicem vsuram daturû. Sed quia tam stolidus nemo inueniebatur, qui pecuniâ illi dare vellet, neque capitalem summam neque fœnus recepturus, tristis erat Pollio.

*Non erat miserabilior.* ] i. Tuas facies & que tristis & miserabilis est atq; fuit facies Pollionis.

*Triplitem vsurâ.* ] Triplicatam fœnore pecuniam, cum alias simplex tantum requiratur. Talis autem qui se prætuituros polliceantur ruinæ sunt proximamq; desperant. dic vollen bast de ein Panckerott machen.

*Præstare.* ] Soluere, reddere.

*Circum.* ] Quærit ubiq; qui sibi fœnerent, & pecuniam in vsuram credant. Porro luxuriosus nepos consumptis opibus pecuniam in fœnus quætere cogeatur. Qui recordatione prioris fortunæ, à qua gula & luxus eum deiecerat, & quod neminem inueniret, qui vel triplicem vsuram reddidit, pecuniam vellet credere, iniquo animo, & contracta fronte circumibat.

*Fœnus.* ] Q. d. Tam perditus & deploratus erat Pollio, ut quicquid pecuniam dedisset fœnus esset iudicatus. Nam capitalem pecuniæ summâ eum vsura & fœnore perdidisset. Fœnos ergo vocat, qui pecuniam crederent non soluturo. Nam luxurioso tale periculum erat.

*Vnde repente tot ruga.* ] tibi nartæ, vnde tædium & senium tam subito tibi contraxisti?

*Certe modico contentus agebas.* ] i. Antea, modicum quidem possideas, neque contentus, viuentis iucundissime vivebas. Et quamuis verna & vilis seruus esses, videbaris tamen eques. Adco iucunda erat tua vita.

*Vernam equitem.* ] i. inter vernas & viles seruos antea non minori hilaritate vivebas, quam si eques Romanus fuisses. Vnde ergo hæc subita mutatio? Vel verna cum esses, equis animam & lætitiâ præ te ferebas.

*Coniuna ioco mordente faciem.* ] i. iucundus antea, & hilaris eras in Symposiis & eleganter conuiuia dicaci sermone ad risum omnes prouocans.

*Joca mord.* ] Quemuis mordaciter, iocose tamen carpente.

Labitur

*Sedibus Veneremur.*] Facetis sermonibus copiosis, quibus omnes in convivio solebas fatigare.

*Intra parietaria.*] Non rusticis & inter haras natis iocis, sed urbanis, & elegantibus intra muros civitatis natis. Sunt autem parietaria loca, quae intra muros sunt.

*Omnia nunc contra. Vultus gravis, horrida siccus  
Silva coma, nullus tota nitore in cute, qualem  
Praestabat calidi circumlita fascia visci.*

15 *Sed fruticante pilo neglecta & squallida crura  
Quid macies agri veteris, quem tempore longo  
Torret quarta dies, olimq; domestica febris?*

*DEPRENDAS ANIMI TORMENTA latentis in agro  
Corpore, deprendas & gaudia, sumit utrumque  
Inde habitum facies. Igitur flexisse videris  
Propositum, & vita contrarius ire priori.*

20 *Nuper enim, ut repeto, fanum Isidos, & Diomedem  
Pacis, & aduecta secreta pallatia matris,  
Et Cere rem (nam quo non prostat femina templo?)*

25 *Notior Ausidio mæchus celebrare solebas,  
Quod taceo atque ipsos etiam inclinare maritos,*

Pergit ulterius inquirere causas morboris in Nævo.

*Omnia nunc.*] Quid talis antea eras, omnia sese iam contra in te habent. Nam hilaritas frontis nunc in mororem versa, ex iucundo & poltro, tristis & horridus factus es.

*Vultus gravis.*] Tristis & severus, qui antea iucundus erat.

*Horrida Silva coma.*] Crispitudo vel congeries capillorum non compositorum tanquam arbores in silva horrida & erecta stans, & inculta.

*Silva.*] Metaphora. Cuius neglecti crines instar arborum sese erexerunt.

*Sicca.*] coma. Non vincta, aut aromate precioso delibata.

*Nullus tota nitore.*] i. Decorem & ornatum corporis tui prorsus neglexisti.

*Qualem praestabat.*] i. Qualem cutis candorem & nitorem antea tibi medicamentis solebas provocare. Intelligit autem Psilotrum, vel Dropacem, vnde sicbat viscus cum resina & cera tenacissimus quibus pilos euellabant, & cutem leuigabant.

*Circumlita.*] Herumbgeschmieret. Circumlita.

*Fascia.*] Ein Tuch.

*Visci.*] Dicitur viscus & viscum. Scim. Pro Psilotroposum.

*Sed fruticante pilis.*] i. Fruticis instar subnascente, crescente, & pullulante. Studebant enim non solum illi moribus, sed etiam corpori, ut non solum in corpore etiam videri. Inde non solum in barba, sed etiam aliis locis non naminandis, & toto adeo corpore pilos euellere solent. Crines enim non lenia glabra & depilata, sed densi, & multo propter, qui in fruticem modum densi sibi pronemunt. Est enim fruticosa, frutices omni, pullula. Tales pilos viscus antea tollebat.

*Horrida.*] Densis pilis renatis, quae antea glabella & laevis tibi erant.

*Quid macies agri Veteris.*] scilicet vult sibi in fronte tua, q. d. tum macilentus, pallidus & decolor es, ut videaris vetus aliquis aegrotus, qui longo tempore quartana febris laborarit.

*Agri Veteris.*] i. Alicuius senis, vel ut esse solet senex aliquis aegrotus.

*Tempore longo.*] Nam quartana febris tarde admodum finitur nisi primis diebus medicamentis excutatur. Constat in Saxonia mulierem quandam per 30. annos laborasse quartana & tandem tamen fuisse liberatam.

*Quarta dies.]* Quartanam febrem notat. Nam illa quarta quaque die agerum solus habetare.

*Torres.]* Exsiccatur, & quasi consumit more æstus febrilis.

*Olimq; domestica.]* Iam pridem familiaris, consueta, & assidua illi leni, sed ingrata hospita, dassein täglicher Alter bestanter Gast ist.

*Deprehendat animi tormentum.]* i. Petes deprehendere, colligere & cognoscere, omnes animi affectus, voluptatem, dolorem, iram, gaudia, metum ex facie & vultu eiusque habitu & colore quod d. Hoc conicio ex tua facie. Nam deprehendere moerore & tormentum animi latentis in ægro corpore. Deprehendere etiam petes gaudia in sano corpore. Idque ex facie, qui utrumque habitum lætum & tristem ex animi dispositione & affectione sibi sumit & contrahit.

*Utrumque.]* Habitum scilicet gaudii & moeroris inde ab animo sumit facies.

*Inde.]* Ex animo. Nam facies plerumque animi index & character est.

*igitur flexisse.]* Concludit ex facie ipsum à proposito & vita suaducunda atque hilari deflexisse. i. Ergo quia olim lætus fuisti, & iam tristis es videris vitæ genus & propositum tuum mutasse.

*Et vita contrarium ira.]* Ut cum vita prior læta fuerit hæc tristis sit, & iniucunda.

*Nuper enim ut repeto.]* Ordo & constructio, sensusque hic est. Nam (ut memoria tecum repeto) nuper tu, ô Nzuole tanquam moechus & adulter ipso Ausidio moecho nobilissimo notior & famosior solebas celebrare templum Iſidis, & omnia denique loca in quibus conveniunt libidinose mulieres, ibique non solum mulieribus, verum etiam viris tuis operam solebas præstare. Insigniter vexat Nzuolum.

*Fatum Iſidis.]* De hoc sano Iſidos, in quo libidinose mulieres conveniebant, & tales Draucos conducebant, dictum est Sat. 6. ad illum versum:

*Aut apud Iſiacæ potius sacraria læna.*

*Ganymedem pacis.]* id est, Solebas frequentare statuam Ganymedis in templo pacis, à Vespasiano factam. Et hoc locoturpes & lascivi viri & læminæ ad sui libidinem & corruptionem abutebantur. Quæ mulieres numerosæ huc consuebant, & Draucos bene mentulatos sibi eligebant, unde ait Nzuolum Draucum hunc locum antea frequentare consuevisse. Erat autem Ganymedes Trois filius ob pulcritudinem per aquilam in cælum raptus, ut ibi Iouis pincerna & catamitus esset.

*Eraduella.]* id est, Solebas sacra Cybeles Deæ Phrygiæ ex Pergamo aduectæ frequenter celebrare. i. Matris Deum mysteria, cuius templum erat in Palatio. De huius infamibus sacerdotibus dictum Sat. 2.

*Secreta.]* Forte sacrata per Antichristum.

*Et Cererem.]* Nota bene quod Cererem ait. Nam ob id parenthesis sequentem inserit. In Cereris autem templo solum castæ & pudicæ esse solebant. Sat. 6.

*Pauca adeo Cereris Vitis contingere digna.*

*Et alibi:*

*—qualem Cereris Vitis esse sacerdos.*

Postea etiam meretrices & adulteræ ad eius sacra & templum penetrabant, quæ omnia loca etiam sacra Cereris castæ templa implebant. Vade ait:

*Nam quo non prostrat femina templo?*

~~\_\_\_\_\_~~

*Notior Ausidio.]* Chio, qui adulteris nobilis, & matronarum corruptor erat famosissimus, quem in transitu notat. Huius etiam meminit Martialis, cum ait:

*Actior hoc Chium non erat Ausidium.*

*Celebrare.]* Imo scelerare.

*Quod taceo, atque ipso.]* πνεῦμα ψις, vel occupatio figura. Dicit enim se illud tacere, Nzuolum scilicet, Draucum infamem agere, & viros ad stuprum etiam inclinare, quod tamen vel maxime dici. Non solum mulieribus operam dabas, sed viris etiam, quos etiam ad stuprum incurabas. Quod præ turpitudine dicere nolo. Turpis enim habebatur infanda illa libido mascula, qua tamen illo tempore nihil erat vitæ.

*Notiorare.]*

*Inclinare.*) Habitu detestabilis illius libidinis exprimit. Sat. sequenti.

— *quos discipulus inclinat Amillij.*

*Vile* & hoc multis vita genus: at mihi nullum.

*Inde opera precium.* Pingues aliquando lacernas

*Munimenta toge duri, crassiq; coloris*

*Et male percussas textoris pectine Galli*

*Accipimus, tenue argentum, venaq; secunda.*

*FATA REGUNT HOMINES, FATUM EST in partibus illis*

*Quas finis abscondit. Nam si tibi fidera cesserint*

*Nisi facies longi mensura incognita nervi.*

*Quamvis te nudum spumantis Virro labello*

*Videris, & blande, assidue, densaq; tubella*

*Sollicitens, (autòs ἰδὲ ἰπλάται αὐδὲ ξεινὰς)*

*QVOD TAMEN ULTERIUS MONSTRUM, quam mollis auarus*

*Hac tribui, deinde illa dedi, mox plura tulisti.*

*Computat & cœcet. Ponatur calculus. Adfuit*

*Cum tabula pueri, numera Sestertia quinq;*

*Omnibus in rebus: numerentur deinde labores.*

*An facile, & primum est agere intra viscera panem.*

*Legitimum, atq; illic hesternæ occurrere cœna?*

*Hucusq; Iouenalis.* Respondet iam Nzouolus Draucus, & proluxe mætoris ac tristitiæ suæ causas exponit, sub cuius persona infamia atque infamia draucorum flagitia, & eorum, qui eo sibi & suis vxoribus conducebant pathicorum & cince dorum scelera horribiliter exagitat.

*Vile* & hoc. ) i. quod dicis, ô Iouenalis, viros inclinare & draucum agere illud officium & viuendi genus adeo absurdum non est. Nam multis fuit fructuosum & vile.

*At mihi nullum.* ) i. Ego vero nullam inde vtilitatem percepi, nullum mihi inde operæ & laboris precium, nisi quod interdum vilem aliquam vestem, aut exigui valoris nummum inde consequor.

*Pingues Lacernæ.* ) i. Interdum hinc mercedis loco accipio ab avaro meo Pathico lacernas ex pingui & crassa lana confectas.

*Pingues.* ) i. Ex pingui & crassa lana confectas, vel quod illæ iam antea ab avaro attritæ sint & imitando vsu pingues reddite.

*Lacernæ.* ) Pænuilas quæ aliis vestimentis super induuntur. Ob id ait:

*Munimenta toge.* ) i. quibus togam tegam, i. quæ togam à pluuia muniant, non quæ ornent.

*Duri crassiq;.* ) i. Ingrati, viles, & rustici coloris.

*Et male percussas.* ) Eo dicit, quia Galli viliores & crassiores vestes, vel pannos texebat. Quippe quibus, teste Strabone lana, vnde laga conficiebantur crassior & asperior. Martial. lib. 4.

*Accipe Sequanica pinguem tæxtricis alumnæ.*

*Et alibi.* — *Me pinguis Gallia vestit.*

*Pectine.* ) Instrumento textorum penfili, quo tela appellitur densaturq; vel quo Subtegmen flammis inferitur, & appellitur.

*Tenue argentum.* ) i. Non crassum argentum, quod tenue & melius est, nec purum & mundum argentum, sed secundæ venæ. Nam primæ venæ argentum purum & putum erat, nullis aliis metallis commixtum, vt secundæ venæ argentum.

*Fatum regunt homines.*] Optima sententia, ab homine turpissimo ad oblectatissimum detorta. I. Si quis cur ego miser sim, & alii mei similes drauci felices ac dices, scias fatum vel voluntatem diuinam me miserum esse constituisse atque velle. Sive cuius nomine, quamuis vel maxime vocationis tuæ officia diligentissimè obsecras mihi proficeris. Et quod fatum etiam membra nostra genitalia regit & curat. Nam quamuis illa vel maxime & bene longa sint, tamen si sydera cessent, & fatum obstitit, nihil quamuis ab omnibus appetaris, lucraberis. Egregie hæc sententia refferri potest ad sterilitatem hominum quorundam vel optime à natura muquitorum.

*Quas finem absconder.*] Intellegitur virile membrum, quod licet vel maximum longumque; si nihil tamen acquirere potest sine voluntate Dei.

*Simul.*] Proprie præcinctorium, vel castula, vel palliolum, præcinctui destinatum, quo infra papillas præcingebantur nudæ. Germanis. *Ein Schurz/ ein Hiderstend.*

*Nam si tibi.*] Si te non adiuvat fatum, nil prodest mensura penis non visa vel incognita, quæ excedit opinionem hominum.

*Quamuis te nudum.*] Quod in genere de fato dixit, iam in specie suo exemplo declarat. i. Licet vel maxime Pathicus ille tuus Virro summo tui desiderio teneatur, ut qui te in nudo membro præditum in balneo viderit. (Hic enim Pathici draucos suos eligebant) teque adfusus & crebro missis literis ut ad se venias, sollicitet, teque ad sui consuetudinem inuitet: Parum tamen ab illa consequeris, quia fato infelix es.

*Spumanti.*] Præ libidinis nimirum furore, & desiderio concubitus, Nam in summo desiderio hominibus salua solet fluere. Persius:

*Nec glusto forbero saluam Mercurialem.*

Libidinis ergo impatientiam, more hominis furentis in Virrone exprimit. Naro Pathici illi viri Martiali, draucos vel bene à natura instructos in balneo nudos videntes oculis deuorabāt.

*Tabella.*] Non measas & conuiuia ut quidam inepte, sed litteras intellige, quibus Virro Næuolum blande ad sui concubitum multis pollicitationibus inuitabat.

*Hæc γδ γλυκός, &c.*] Si ita legendum, respicit ad blandas tabellas de quibus dixit: tanquam ait: Hominem enim Cinædum motis blandi atque dulcis esse conuenit. Ut ostendat Virronem extreme mollem & lasciuum fuisse, unde Græcis de illis verbis vtitur, Græcus enim sermo ut Sat. 6. dictum plus iucunditatis & blanditiarum habet. Ut sic Virro Næuolum non solum literis ac pollicitationibus, verum etiam blandis moribus & effeminatis gestibus ad sui concubitum pellexerit & inuitarit. Sed non placet hæc lectio. Melius alia exemplaria habeant: αὐτὸς δὲ ἰφιλέταυ αἰδέεσθαι αἰναιδός. i. ipse enim Cinædus tanquam mulier virum appetit & ad se trahit: Hinc alter Poeta.

*Digito capus vno*

*Scalpit, quid credas hunc sibi velle? Virum.*

*Quid tamen vltimus.*] i. Licet ille Virro me ita literis & blanditiis ad se trahat, quid tamen postea? Vel quod vltius maius, & enormius monstrum est quam mollis avarus, quasi dicat: Nihil tamen inde lucri consequor eo homine quod mirabile monstrum sit homo avarus & parhicus. Olim ita distinguendum censui. Quid tamen vltius? q. d. Vltius nihil à Virrone Pathico accipio, hoc tantum quod me desiderat meaque opera vii gaudet. Et postea hæc sequentia coniunctim legebam.

*Monstrum quam mollis avarus!*] Ut sit exclamatio. q. d. Quam ingens inauditum & inouitatum monstrum est homo mollis, parhicus, & lasciuus libidine petulans ac furiosus & interea avarus, ut Virro, qui etiam vilissimæ quæque quæ mihi dederit, obicit. Verum hæc de re doctiores iudicent. Prior sententia forte melior.

*Monstrum.*) Monstri & ostri profecto loco est hominem libidinosum & avarum esse. Nam plerique amatoribus nihil est profusius, qui nihil non impendunt, modo libidinem explant. Sed hoc ait Næuolus ut ostendat se fato miserum esse, & fato quoque in illud monstrum inde nihil acquirat incidisse.

*Hæc*

*Hæc tribui.*) Verba Virronis Pathici, quæ Nzuolus illi attribuit, & recitariue profert, quibus beneficii ipsi Nzuolo collata exprobrat. i. Virro Cinædus meus ita ad me dicit: Hæc tribui tibi. Deinde alia tibi dedi.

*Computat & cænet.*) Explicat illud monstrum mollis avari, de quo supra dictum. Sunt autem verba Nzuoli, quibus turpis avaritia Virronis notatur. i. Computat quæ mihi Nzuolo mercedis loco dederit, & iterum ad libidinis intemperantiâ continuo deuoluitur. Vel Cinædus meus Virro adeo auarus est, vt etiam dum in obsceno opere mecum cluoes mouet & canum more agit non desinat rationem & calculû mecum subducere. Possunt hæc tria Nzuoli verba non incommode Parenthesi includi. Nam quæ sequuntur rursus sunt verba Virronis.

*Ponatur calculus.*) i. Fiar per calculos computatio tui laboris & acceptæ mercedis.

*Adiut cum tabula pueri.*) Computatoria scilicet, in qua rationes subducimus.

*Numera festeria, &c.*) In omnibus vel pro omnibus rebus, quas mercedis loco tibi contuli vt minimam numeram quinque festeria, & numeretur deinde tui labores. Et videbis tibi abunde esse satisfactum. Vel: Si omnes res quas tibi contuli æstimas, inuenies illas quinque festeria constituere.

*Labores:*) quibus mihi operam dedisti.

*An facile & prouum est.*) Merito hic exclamarim:

*Esse procul casti, prouum è procul esse pudici.*

Vos imprimis Germani mei, quibus hoc quod hic exprimitur horrendum, exsecrandum & detestabile scelus, à quo ipsa natura, & bruta etiam abhorrent, non solum inusitatum, sed Deo optimo maximo sit gratia, etiam incognitum. Quo vao, vt etiam in aliis non paucis, præ reliquis vicinis regionibus mihi non nominandis merito nobis gratulamur. A quibus nos barbaros & indoctos, (falso tamen. Nam Amusia & barbaries à nobis funditus iam dudum profligata est) & calicum trahones, vocari facile patimur, modo Scarabæi, vt cum Ansonio loquar iure merito non audiamus. Verius a. hi duo extreme impuritatis, & immanæ turpitudinis, sunt verba Nzuoli, quibus immensos suos labores commendat, sibi que satisfactum esse negat. Propter insignem vero rursipundinem hi versus explicari neque possunt, neque debent, & alius quibuldâ videtur, istos non esse Iuuenalis, sed ab alio quodam impuro nebulone insertos.

*Leptimum.*) i. Iuxta mensuræ & magnitudinis vt pise drauci.

*Ille.*) i. intra viscera.

*Mesterna cæna.*) Comestitionis prioris diei excrementis. Reprehendendus profecto Iuuenalis, quod hæc enormia tam aperte exprimat, & q. ob oculos ponat quamuis impuritatem illam, reprehendat & satissimè laceret & q. iugulet. Nec absurde doctissimus ille Scaliger pater ob talè obiceantatem (quamuis illa rara in Iuuenale) à toto opere pudiciæ abstinendum cænet. Verum quisquis animo castus, illi obscena talia non offererint.

*Seruus erit minus ille miser, qui foderit agrum,  
Quam dominum. Sed tu sane puerum & tenerum te.  
Et pulchrum, & dignum cyathos cælog, putabas.  
Vos humili affecta vos indulgebis unquam.  
Culteri, iam nec morbo donare parati?  
En cui tu viridem umbellam, cui succina mittas  
Grandia natalis quoties redis, & madidam ver  
Incipit & longa positus stratus, cathedrâ  
Munera femineis tractus secreta calendis.  
Dic passer cui tot montes tot prædia seruas  
Appula, tot miluos intra tua pascua lassos?*



55

*Te Trifolium ager fecundis vitibus implet,  
Suspectumq; iugum Cumis. & Gaurus inanis.  
Nam quis plura linit vultui? dolia musto?*

60

*Quantum erat exhausti lumbos donare clientis  
Iugeribus paucis? Meliusne hic rusticus infans  
Cum matre & casulis & conlusore catello  
Cymbala pulsantis legatum fies amicus?*

Persequitur querelam suam de ingratitude Virronis.

*Servus eris.*] Ille servus meliorem conditionem habebit, & minus miser erit qui agrum coluerit & araverit, quam qui ipsum dominum colat, aret, & fodiat. Vel agricolæ servi, qui agrum domini sui colunt, lautior conditionem habent, quam qui domino eiusque libidini operam dant.

*Federit.*] Aperta & evidens rursus obscœnitas in verbi huius ambiguitate, quod hic significat libidinem exercere. Egregie Martialis in Milonem quendam:

*Milo domi non est, peregrè at Milone profecto*

*Arma vacant mulier non minus inde parit.*

*Cui sit ager sterilis, cui femina fertilis adam:*

*Qui fodiat ager non habet, Sxor habet.*

*Sed tu fame.*] Acris Ironia & Sarcasmus in hæcce verbis Nævoli ad Virronem. q. d. Sed nimirum putabas me tua pulchritudine & formositate inductum gratis operam tibi datum: Tanquam tener mollis & formosus esses ut Ganymedes aliquis qui Iovi est à Cyathis, & per aquilam in cœlum raptus. q. d. Talibus formosis gratis operam damus, non vero tibi huiusmodi ac deformi.

*Tenerum.*] Cum minime tener sis, sed hispidus, hirsutus, & turpis.

*Puerum te & pulchrum.*] Ut gratia tua molliæ & forma inductus operam tibi præstarem. Hoc vero loco auctor noster dum Nævolum aperte turpis suæ vitæ conditionem narrantem introducit, & insimulantem Virronem suum pathicum ingrati tudinis, qui sibi pro multis laboribus parum retribuat: Vtrumq; & Draucum & Cinædam, Nævolum & Virronem miris modis virulentissime infectatur, iugular & flagellat, quod in tota Satyra observandum, & hic semel me admonuisse sufficiat.

*Dignum cyathis calatq;.*] Ut Ganymedem quendam pulchrum & formosum, qui fingitur ob formæ pulchritudinem in cœlum ab aquila raptus, & pincerna Iovis cyathis & poculis miscendis adhibitus.

*Vos humili affecta.*] Verba Nævoli adhuc, in genere ingratos illos Cynædos reprehendentis. q. d. Quid possumus clientes qui vos patronos colunt, à vobis divitibus Cinædis adeo avaris boni expectare, cum nihil in ipso quidem libidinis morbo aliquid in nos velitis conferre, id est quid vos daretis aliis clientibus vestris qui vos colunt & salutant, cum ne ipsi quidem clientis velitis aliquid dare qui vestro libidinis morbo medetur.

*Morbo.*] In ipso pruriginis & libidinis tempore, cum drauci morbo & libidini vestre medentur. Ex quo tempore vos cœnetis, & simul rationem computatis vel subducitis nobiscum. Tangit autem hoc loco eundem Virronem, quem supra Sat. 5. Sordidum, & clientibus suis contumeliose avarum demonstravit.

*En cui tu viridem vmbellam.*] Ironia, qua Nævulus per irrisum Virronem pathicum exagitat. q. d. En tibi formosulum illum pusionem Virronem cui tanquam amicæ mittas munera, cui munere palperis, cui viridem vmbellam vel velum ad faciendam vmbra & pocula è succino mittas die natali, vel festis matronalibus. Irridet & exagitat hispidum illum & barbarum Cinædam Pathicum Virronem, innuens, quod si nihil det Cinædas, neque ei munera debeat mittere. Solebant autem diebus natalibus & festis matronalibus amicis & coniugibus munera mittere.

*En.]*

En.] Particula Irtifioni & Ironiz accomodatissima: Sic Sat. 6.

*En animam & mentem cum qua Dij nocte loquantur.*

*Videtur Umbellam*) Umbella Martialis est umbraculum capitis operculum ad defendendum solem & imbrem comparatum. Græcis *ovaidiov*. Martialis:

*Accipe qua mimis Vincant Umbracula soles,*

*Sit licet & ventus de tua vela regent.*

Dicitur autem ab vmbra facienda, nec aliud tegmen fuit, quam quo hodie in Italia passim supra caput suspensum vtratur per viam & in æstu. ipsos Capelletto dicta. Formabant a hoc è linteo instar obtuse & brevioris metæ quod orbiculata virga extensum baculo sustinent super caput erectum. Hac utebantur mulieres delicatiores, eamq; solebant colore viridi, prasino, vel veneto inducere. Nota autem extremam maliciam & mollitiem in viris Pathicis, qui ut mulieres etiam in hoc imitarentur, patiebantur sibi festis matronalibus munera mitti non aliter atque si fuissent mulieres.

*Succina.*) Pocula è succino electro vel glesso intelligitur cum temporis in deliciis. De his Sat. 5.

— *ipse capaces*

*Heliodum crustum.*

Et Sat. 6. *Grandia tolluntur cristallina, maxima rursus  
Syrphina.*

*Natalis.*) Ipsi Cinædi Virronis.

*Aut madidum Ver.*) Hoc dicit, nam tempore veris, quod plerumq; madidum: Calendæ Martis sunt, quibus dona mulieribus dabantur. Et hæc festa dicebantur matronalia, ubi natalis Veneris.

*incipit.*) Nam principium veris incipiebat Calendis Martis.

*Et strata posuimus.*) Tapetibus scilicet ornata. Solabant mulieres Calendis Martis domum ornare & sedes vel cathedras tapetibus sternere cum illis eo die mariti vel amatores dona mitterent, eas adirent, illæque operam darent. Quod hic Næuolus Virroni suo tanquam amicæ etiam præstitisse non sine indignatione refert. i. Quando tu Virro ut mulier in longa Cathedra tapetibus strata & floribus iacens vel posurus tractas munera, quæ tibi tanquam mulieri mittuntur.

*Femineis calendis.*) Fæmineis Emphatice, cum Virro vir fuerit. Celebrabantur a illis Calendis festa matronalia.

*Secretum.*) Secretum tibi missa, nam palam se Cinædum gerere non erat tutum. Ob id ait *Secretum*. Illis Calendis consuebatur Natalis esse Veneris, celebrabatur festum Iunonis, quo die etiam Iliæ à Marte compressa dicebatur. Horat.

*Martis celebs quid agam Calendis.*

*Dic passerem tot monter.*) Iam aperte in Virroa debacchatur, & ex ipso querit, in cuius gratiam tam anarus sit, & tot diuitias referret.

*Passer.*) Mollis, lascivus, salax ut passer.

*Monter.*) Immeusos agros in montibus.

*Prædia Appula.*) In Appulia, agros & prædia.

*Tot milibus.*) i. Tam longum pascuorum & agrorum tuorum tractum in quibus vel milui peruiolantes delascitur, vel immensa pascua quibus peruiolandis etiam milui defatigari quæst. Miluos pro agris, quos milui transuolant posuit imitatus Persium, qui ait:

*Dives erat Curibus, quantum non miluum oberret.*

*Te Trifolium ager.*) Ostendit etiam magnas diuitias Virronis, & per consequens eiusdem auitiam. Erat hic ager in Campania optima vina producas. Martialis.

*Non sum de primo sellor Trifolium Lyæo*

*Inter Syra tamen septima vitis ego.*

*Fecundis.*) Fertilibus, fructuosus.

*Implet.*) Vel cellam & dolia tua vino, vel te locupletem reddit.

*Suspectum q.*) i. Iugum illud Miseni Promontorii Cumis proximum, & cum is imminens, & quod Cumani suspectum est ne aliquando præceps se obruat. Hic optima nascebantur vina.

. *Et Gaurum Inanis.*] Campaniz montis optimarum vitium vberitate nobilis. Plin. lib. 14. cap. 9. *Certant Massicaeque ex monte Gaurano Putcolae Baisaeque prospectantia.*

*Inanis.*] i. Concauus & caernosus, vel inanis transacto viademiatarum tempore, vel potius quia arboribus eradicatis solis vinetis vacabat.

*Nam quis plura linis.*] i. Quis ciuium Romanorum te est diuor, qui plura vini dolia luto vel limo vel pice obturet, in quibus mustum vel vinum diu duraturum.

*Linis.*] Pice vel resina. l. n. dolis perunctis vina seruabantur. Inde solebant dicere: linum deradere, pro dolium referare.

*Vituro.*] Multum duraturo, & antiquissimo olim futuro. Vt Sat. 5. de eodem Virrone, eiusque vino antiquissimo dixit.

— *Cuius patriam titulumque senectum  
Deleuit multa Veteris fuligine testis.*

*Quantum erat exhausti.*] Exiguum admodum damnatum, & modicum atque vile nulliusque momenti tibi adeo opulento esset, si me clientem tuum paucis ingeribus donatis verearis, cuius lumbos dum tibi continuo operam dat pæne exhaustisti. Hoc vult dicere: Aequius esse, ut pauperi clienti sibi Nzuolo, qui tam bene de Virrone mereatur eiusque libidini satis faciat, aliquot agri iugera, cum prædiolo, & domo rustica, cum matre & puero in agro, quam illa in testamento legare nescio cui Archigallo, amico molli, & ex cohorte Virronis, qui nihil operæ & beneficii Virroni præstiterit.

*Quantum erat.*] Germani dicimus. Es ist ein geringes/vñ ein schlechter Schad.

*Exhausti.*] Sanguine vacuo & ex succo, ob assiduam Veneris consuetudinem.

*Lumbos.*] Macilentos & exhaustos.

*Melinthe.*] i. Est ne melius æquius & iustius, ut bona tua agri rustici pueri cum cane & matre amico Cymbala pulsanti Gallo & impuro donentur, & ex testamento legentur potius, quam mihi, qui toties tibi operam dedi. Vel ita. Age estne iustius ut villa, rusticana & infans rusticus, cum matre sua & domuncula, & cane collulore legatum potius fiat alicuius Galli amici tui, quæ meum? q. d. Minime.

*Rusticus infans.*] Ponitur pro vniuersa villa rusticana. Qui infans rusticus tuus est, & quem mihi iustius legares in testamento, quam amico cuidam tibi consimili lasciuo & Gallo.

*Casulis.*] Domunculis vilibus rusticanis in prædio.

*Consulori.*] Intelligit rusticum catellum, qui cum infans puer luserit.

*Legatum.*] Ita lege, non legatus, quorsum. n. puer legatus?

*Rusticus infans legatum.*] Est appositio. Ceteram quid iureconsulti legatum vocent notissimum.

*Cymbala pulsanti.*] Gallum intelligit mulierosum Cinædum, & ob id Virroni carum. Hi solebant pulsare tympana.

*Improbis es cum possis ait. Sed pensio clamat.*

*Posce: sed appellat puer unicus, ut Polyphemi*

*Lata nocia, per quem sollers enasis Phyllos*

65 *Alter emendus eris. Namque hic non sufficit, ambo*

*Pascendi. Quid agam bruma spirante: quid oro,*

*Quid dicam scapulis seruorum mense Decembri*

*Et pedibus? Durate atque expectate cicadas?*

*Verum ut dissimulas, ut mittas cetera, quanto*

70 *Metiris precio, quod mi tibi dedimus essem*

*Denotasse, cogens uxor tua virgo maneres?*

*Scis certe quibus ista modis, quam saepe rogare.*

*Et que pollicitum, Fugientem saepe puellam*

*Amph*

77

*Amplexu rapui. Tabulas quoq, ruperat, & iam  
Signabat, tota vix hoc ego nocte redemi,  
Te plorante foris, seftis mihi lectulus, & tu  
Ad quem pervenit lecti sonus, & domina vox.  
INSTABILE ET DIRIMI COEPTVM, & iam pene solutum  
Coniugium in multis domibus seruanit adulter.*

Persequitur eundem Dialogum.

*Improbus et.)* Sunt verba Virronis quæ recitative Næuolus profert.

*Improbus.)* Petulans, importunus, pertinax, molestus, iniuriolosus, cum tantum à me poscis,

*Sed pensio clamat.)* Respondet Næuolus Virroni, & suam importunitatem excusat, tanquam dicat. Fateor me esse importuniorem sed pensio, quam de domo & agello meo persolvere debeo illa me cogit, & ad me quotidie clamat: Posce, & solue.

*Sed appellat puer Senuum.)* Senuus qui mihi vnus est, nec vnus seruire potest, ille me cogit, vt a-lum emanu. Forte legi potest *appellat*, id est cogit, & me adigit huc.

*Vt Polyphemi.)* Vnicum seruum habeo vt Polyphemus vnicum oculum habuit, quem vaser ille Vlyses cum excæcasset, in columnis euasit. Vel: Vt Polyphemo vnicus oculus non satis fuit, illo enim effosso ab Vlysse cæcus erat, ita mihi vnicus seruus nō satis est, q. d. Si Polyphemus duos oculos habuisset, non fuisset excæcatus, ita neque ego multis molestiis premerer si duos habere seruos.

*Laturacies.)* Erat enim teste Virgilio. 3. *Æn.*

*Argolici Clypeis, & Phæbea lampadis instar.*

i. Vnicus ingens cy-lipsis Polyphemi oculus, quem Vlyses dormientis & temulenti stipiti ficul-neo præussio perterebrauit. Fabulam vide apud Virg. Onid. & Homerum, quasi dicat. Non magis mihi vnicus puer sufficit, quam Polyphemo vnicus oculus, qui si duos habuisset, non euasisset Vlyses. Notandum v. in hac Satyra auctorem nostrum Næuolo vt bipedi asello & stolido nebuloni ineptissimum interdum sermonem attribuere. Vt & hic, & inferius quid n. ineptius quam oculum Polyphemi cum seruo comparare. Verum auctor noster de industria hoc facit vt soliditatem ac stuporem cum insigni turpitudine coniunctam in hoc nebulone exprimeret.

*Solert.)* Prudens, altutus, *πῶλύτιτος*.

*Alter emendus.)* Vnus adhuc seruus.

*Namq, hic non sufficit.)* quem vnicum habeo.

*Amba pascendi.)* Et hic quem habeo, & ille alter, qui emendus id est. Ideo peto, quia me duos pueros pascere & vestire oportet.

*Quid agam bruma sp.)* i. quomodo illos sustentabo hiberno tempore, cum tunc calciamenta petant frigori arcendo, quid tunc illis dicam?

*Quid oro?)* Orote quid tunc faciam? quid dicam membris & scapulis seruorum meorum, cum hiemis tempore non satis vestiti sint. Anne tunc illis dicam? Tolerare hoc frigus vsq; ad tempus æstiuum, quo cicadæ canunt, tunc aer est calidior.

*Scapulis.)* Humeris seruorum hiemis tempore frigore tumentibus.

*Men(e Decembri.)* Media hieme.

*Et pedibus.)* Cum calceos non habent.

*Durate.)* Æstiuum tempus quo cicadæ cantillant expectate. i. Nunquid illis dicam expectate statis tempus, quo non friget, & vestibus opus non habetis. Interea illi hieme frigore perirent.

*Verum vt dissimules.)* Hic Næuolus Philopygista alia beneficia ipsi Virroni Cinædo exprobrat, eique obicit quod magno ipsum beneficio adfecerit, cum ab eo rogatus vxorem suam gravidam factam imprægnarit. Et ita auctor noster hac Satyra mirifice, falsissime & virulentissime exagitat molles illos Romanos, hoc est impuritatem Draucorum simul & Pathicorum, quasi dicat. Verum, quamuis vel maxime non dissimules

Vn 2

quanta in te beneficia contulerim, & alia omnia taceas & omitas, illud vaneum saltem facere non potes: quis magni beneficii loco agnoscas, & maximum beneficium esse nō neges, quod ego vxorem tuam feminam reddiderim, eamq; tuo rogatu gravidam feci, quæ alias virgo mansisset. Nam cum tu ipse effeminatus & mulier sis, per te illi virginitate non potuisses immiscere. Ego illam tibi exosam, iamq; abitu molientem reconciliaui.

*Mistas cetera.*) Quando tibi scilicet operam dedi, in te ipso corrumpendo.

*Quanto metirus.*) i. Quanta mercede dignum putas?

*Ne tibi deditum offem.*) Absq; me, mea opera virtute & auxilio fuisset, vxor tua tantum abest, ut imprægnari à te potuisset, ut adhuc virgo intacta esset. Quia cum tu ipse mollis & impotens ac effeminatus Pathicus & cinaedus sis vxori tuæ operam dare non potuisses. Ob id me tuo loco submisisti.

*Duotusq;.*) Omnino addictus, & tibi semper paratus cliens.

*Scis cerre.*) Non te potest fugere, quam sæpissime istud petieris, ut tuo loco cum vxore tuâ cumberem, illamq; tibi à me gravidam redderem, & prolem sub tuo nomine tibi generarem. Scis etiam quæ munera mihi pollicius sis pro hoc meo labore.

*Fugientem spe puellam.*) i. Vxorem tuam, quæ è domo tua aufugere voluit, ob tuam impotentiam & molitiam, ego amplexu meo è fuga retractam tibi reconciliaui.

*Tabulas quoq; ruperat.*) i. Iam vxor tua frangebat dotales tabulas, volebat te impotentem repudiare, alteri nubere, & alium suorum bonorum hæredem facere, iamq; tabulas testamenti, quibus te volebat abdicare, & alteri nubere suaq; bona legare, obsignabat. Hanc ego virtus mea reuocauit; cumq; ea dormiens ei satisfeci, & tibi reconciliaui.

*Tabulas.*) In quibus conuenerat maritus & vxor. Moris erat ut illis dotalibus & matrimonialibus tabulis ruptis matrimonia soluerent.

*Tota vix hoc.*) i. Totius noctis labore ego huiusmodi vestra dissidia vix composui. Vix summis vigiliis, sudoribus & laboribus per totam noctem ego huiusmodi iram placui, offensam sustuli, & te in pristinum statum restitui.

*Te plorante foris.*) i. Cum tu me in famiæ, & repudiante ianuam cubiculi extra plorares.

*Testis mihi lectulus.*) In quo cum vxore tua dormiui.

*Lecti sonus.*) Spondæ crepitus. Qui foris spondæ crepitum, & virilem meam fortitudinem auribus petcepisti.

*Domina Vox.*) i. Audiuiſti etiam foris vxorem tuam in complexu meo libidinis impatientia gannientem: *Inter gannitum, & subantis Voculas*, ut ille in Anacrchomeno ait.

*Instabile & dirimi.*) Verba Neuoli, quibus beneficia & vilitate Draucorum in Rep. Romana exaggerat. q.d. Adulterorum beneficia vxores viris ignauis adherent, à quibus alias facerent diuortium.

*Dirimi captum.*) Ob impotentiam virorum Pathicorum qui ipsi mulierosi, mulieribus à se ductis non possunt satisfacere.

*Adulter.*) Qui vices impotentis mariti suppleat.

20.

*Quo te circumagas, quæ prima & ultima ponas?*

*Nullum ergo meritum est ingratis & perfide, nullum.*

*Quod tibi filiulus, vel filia nascitur ex me?*

*Tollis enim & libris Actorum spargere gaudes,*

*Argumenta viri, foribus suspende coronas,*

25.

*Iam pater es: dedimus quod fama opponere possis.*

*Iura parentis habes, propter me scriberis heres,*

*Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.*

*Commoda præterea, iungentur nulla caducis,*

*Si numerum si tres impleuero. Iusta doloris*

30.

*Neuole causasq; tui, contra tamen ille quid adferit?*

*Regia.*

*Negligit, atq; alium bipedem sibi querit asellum.*

*Hac soli commissa tibi cælare memento,*

*Es tacitus nostras intra te fige querelas,*

*NAM RES MORTIFERA EST inimicus pumice lenis*

*Qui modo secretum commiserat, ardet & odit*

*Tanquam prodiderim quidquid scio, sumere ferrum,*

*Fusse aperire caput, candulam apponere valvis*

*Non dubitat nec contemnat, nec despicias, quod*

*His opibus nunquam cara est amona veneni.*

*Ergo occulta teges, ut curia Martis Athenis.*

*Quo te circumagat.*) i. O Virro ingratiſſime, quocunq; etiam te veritas ſubter ſugia quærens, & quibuſcunq; rationibus effugere, & mea in te collata beneficia extenuare coneris: Velis no-  
lis multa te mihi debere, & accepta reſerre oportet, cum præſertim meo beneficio pater & hæ-  
res factus ſis, & parentis iura atq; adeo ius trium liberorum conſecutus ſis.

*Circumagat.*) Voluas ſubterfugia quærens.

*Prima & ſiliſima.*) In excuſationem tuam & ut mea beneficia extenues.

*Nullum ergo meritum.*) Verba indignationis plena.

*Ingrate.*) Immemor quod uxorem tibi reconciliaui, & prolem excitavi.

*Filia naſcitur ex me.*) Ingens proſecto beneficium. Porro in hac Satyra Poeta ſolito vehe-  
mentior & virulentior in exagitan-  
dis vitiis.

*Tollis enim.*) i. Illos qui ex me nati ſunt tollis, nurris, & pro tuis educaſ.

*Et libri actorum.*) Gaudes te inſcribi in libros, in quibus publica negotia actorum in iudi-  
cio, & ſuſceptorum liberorum argumenta; vel in probationem quod vir ſis, cum tu ſcilicet (ſed  
per me) generiſ. Ita dicit, quia apud ærarium patres filiorum natorum deſerebantur. Origo  
huius inſtituti à Servio Tullio Romanorum Rege, qui ut numerum ſciret naſcentium & mo-  
rientium virorum adinvenit, ut propinqui nata prole certum aliquem nummum in ærarium  
lanonis Lucina inſerentiſdem aliquem mortuo in Veneris Libitinae, & ſumente quopiam viri-  
lem rogam in lauentutis. Hunc morem exoletum D. Auguſtus in pueris natis retraxit. Ea-  
que adnotatio in actis cum cura habita. Hæc Lipſius in Tac. i. gaudes tuos filios quaſi ex te nati ſint, in  
acta publica reſerre, ut annotentur.

*Spargere.*) Immiſcere libris actorum, & cum aliis coniungere, quaſi tu generiſ.

*Argumentum viri.*) Liberos quæ arguunt aliquem eſſe virum. Te putant iam virum eſſe ſtro-  
num & geniſſe.

*Feribim.*) In valvis domus ſuſpende coronas in ſignum puerperii recentis.

*Quod fama opponere poſſis.*) Cum enim paſſim male audias, quod cinædus & mulier ſis, filium  
tibi excitavi, quo vir appareres, & hanc de te famam dilui.

*Fama.*) Quia eras infamiſ tanquam Patibicus & Cinædus eſſes, iam quæ credunt te liberos  
generaſſe, conſent te eſſe virum, & falſum eſſe, quod de te locuti ſint alii.

*Iura parentis habes.*) Per me & meo beneficio non pateris pœnas orbitatis. Ceterum paren-  
tum iura apud Iureconſultos vides, quibus orbi carebant.

*ſcriberis hæres.*) Ab uxore vel quocunque, eo quod pater es, quod alias non poteras.

*Legatum omne capis.*) i. Quidquid in teſtamento à teſtatore tibi legatum eſt, id capis, quod  
ſine ſobole non faceres.

*Dulce caducum.*) Caducum eſt legatum relictum ſub conditione, qua deſiciente vel vivo vel  
mortuo, id cadat & perueniat, vel ad teſtatorem viuum, vel ad ſubſtitutum eo mortuo. Vide in  
codice legem de tollendis caducis.

*Commoda.*) His caducis multa adhuc commoda, privilegia, & immunitates tibi accedent  
per me, ſi tres implevero vel numerum trium liberorum implevero, tum enim ius trium libe-  
rorum habebis. Inter alia à tutelæ laboribus & moleſtiis liberi excuſabant, & in faſcibus ſunt  
dis prior erat, qui filiorum numero præſtabat. Teſteram etiam frumenti triplicem accipiebant.

*Infra doloris.*] Respondet Poeta & simulat, se illi condolere & consilium dare, merito dolet, & Nzuolus, & tuam vicem doleo, quod post tot labores exantlatos, post tot collata beneficia, parum precii consequeris, vel non iniuria doles, & de ingratitude Pathici tui conquereris. Sed quid ille contra avertit Virro, quomodo se excusare?

*Negligit.*] Respondet Draucus Nzuolus, non curat, & alium simplicem & credulum morione sibi querit, qui illū itidē nullo dato precio corrumpat, vel dicit asellū Draucū, subagitatōre respectu magni penis, eo quod Drauci tanquā aselli bipedes, grandia membra habeant, vt & asial.

*Hac salis.*] Monet iam Nzuolus luenalem, caveat ne secreta hęc de Virronis turpitudine, soli sibi commissa diuulget, cum res sit periculosa, Cinædus iratus. Cui postea respondet auctor noster nullum turpe facinus diu occultari posse.

*Tibi.*] Emphatice. i. Hoc tibi vai & soli commissum custodi & tace.

*Inimicus pumice laui.*] Cinædus iratus, quod autē pumice cæurnoso & scabro lapide, Catimeni & pilothro, dropace, & aliis cutem & pudenda læuigauerint, illi pathici, & pilos corporis extraxerint ex aliquot Satyris præcedentibus constat. Talis si inimicus & hostis fiat, est res formidolosa & periculi plena.

*Et tacitus nostras.*] i. Exacte retine quæ querelæ fixæ in animo tuo mancant neque vquam inde ad alios eliminentur.

*Qui modo.*] i. Qui te conscium fecit secretæ suæ turpitudinis.

*Secretum commiserat.*] Omnia sua flagitia & scelera mihi concediderat, quæ si diuulgem ex amico omnium maximus inimicus ei euado. Superius Sat. 5. de Græcis dixit, qui eiusmodi secreta audiose inquirebāt, & deinde dominis ni darent quod peterēt, se reuelaturos cōminitabatur.

*Scire volunt secreta domus atque inde timeri.*

*Sumere ferrum.*] Me occide: re non dubitabis, ob id supra dixit Cinædū esse rem mortiferam.

*Fuisse.*] Baculo capiti meo vulnus infligere.

*Candelam apponere Valui.*] i. Podici meo quod supplicii genus notauit. Catullus:

*Absum te miserum maligni, satis,*

*Quem attraxi pedibus parentis porta*

*Percurrent raphanid, mugileq.*

Patentem portam, valuum vel podicem dixit. Potēs etiam intelligere quod domum eius incendere facibus adhibitis sit tentaturus.

*Contemnas.*] Quod Cinædus sit mollis & mulierosus, quod si viribus nihil valeat, veneno rem gerit.

*Nec contemnas.*] i. Diuitis Cinædi iram ne contemneris, quanquam enim alias fordidus & auarus, in cōmendis venenis, quibus vtatur in eos quos odit, satis est prodigus & liberalis, nec curat si venena carius constiterint.

*Huius opib.*] Huiusmodi opes habentibus, nulla veneni annona cara est. Annona prouentus.

*Vi curia Martis Atib.*] Areopagum qui Athenis fuit, intelligit, vbi teste Macrobiolib. 7. Satur. Areopagitæ, vel severissimi illi, & iustissimi iudices tacentes iudicabāt & sententiam & vota sua characteribus & litteris significabant: vbi Theta mortifera erat littera *Θ* iudicium supplicium indicans. Capitale autem erat ibi secreta iudicia diuulgare. Martis curiam vel Areopagū inde dictum volunt, quod in eo Mars à Neptuno omnium primo accusatus sit, quod filium Haliræthium occidisset.

O CORYDON CORYDON secretum diuitis vllum  
Esse putas? SERVI VT TACEANT: inuenta loquentur.  
Et canis & postes & marmora claudē fenestras,  
Vela tegant rimas, iunge ostia, tollit lumen  
E medio, clamant omnes, prope nemo recumbat:  
Quod tamen ad cantum galli facit illa secundi,  
Proximus ante diem caupo sciet, audiet & quæ  
Finxerunt pariter librarius, archimagiri,  
Carptores, quid enim dubitant componere crimen

105

110

In do-

*In dominos, quoties rumoribus ulciscuntur  
 Balthea: nec deerit qui te per compita quæras  
 Nolentem, & miseram vinosus inebriet aurem  
 Illos ergo reges, quicquid paullo ante petebas  
 Anobis, taceant illi: sed prodere malunt  
 Arcanum quam subrepti potare Falerni,  
 Pro populo faciens quantum Sausæia bibebat.  
 VIVENDVM RECTE, cum propter plurima, tum de his  
 Præcipue cassis, ut linguas mancipiorum  
 Contemnas. Nam lingua mali pars pessima serui.  
 Deterior tamen hic, qui liber non erit, illis  
 Quorum animas & farre suo custodit, & are.*

115

120

*O Erydon.]* Verba Poetæ quibus responderet & irridet Næuolum, O stulte Næuole, existisne mæneti diuitum secreta oculari posse, quod impossibile esse ait: Vititur autem more suo Homistichio Virgiliano.

*Corydon.]* Simplex rustice & stolide.

*Flam.]* Flagitium, vel facinus secretum, testum & incognitum fore putas, alicuius diuitis Ciazdi qui plurimos seruos habeant. Gell. cap. 11. lib. 11. ex Sophocle. i. Licet ipsi serui hæc secreta non reueleant, qui tamen omnia produnt, à brutis & saxis veritas erumpet, indicat immensa vim lucis & veritatis, quæ vel à brutis & saxis erumpat.

*Large ostia.]* Conduplicentur ostia vel ianuam claude, & cum ostiis iunge.

*Clamens.]* Ne diuitis facinus exaudiri possit, vel clament omnes domestici, ne quis prope te recumbat.

*Quod tamen.]* Ordo. Quod tamen ille diues facit, ad cantum secundi galli, proximus caupo fiet ante diem.

*Secundi galli.]* Vbi gallus secundo canere incipit, sub mediam noctem.

*Audiet & qua.]* Et caupo audiet famosa carmina, quæ librarius Archimagiti, carptores infamici, & hostes Pathici illius Virronis in infamis illius Pathici & Cinædi Virronis flagitia, quæ præterita nocte perpetravit, confecerint.

*Carptores.]* Antiquis illi qui cibum scindentes carptentesque præministrabant, vel etiam carminatores i. Carptores sanarum.

*Archimagiti.]* Magistri & principes coquorum.

*Librarius.]* Libræ & impensæ profectus, & bibliopola, ut Sossi Romæ.

*Rumoribus ulciscuntur Balthea.]* Diffamationibus & infamia quam de dominis suis passim spargunt, ulciscuntur balthea, flagella, lora, quibus à dominis cæsi sunt. Sunt autem balthea hoc loco baltheorum verbera vel habenæ quibus olim cæci sunt.

*Nec deerit.]* Quin inuenietur, etiam familiaris aliquis polypragmon, qui te vel in compitis vel in quadriuiis, vbi plurimi homines conueniunt, quærat ut secreta domini flagitia & crimina tibi reuelet.

*Compita.]* Loca vbi tres aut plures concurrunt viæ, vbi solebant rustici compitalia celebrare & comperare.

*Nolentem.]* Quæri scilicet ab eiusmodi garrulis, & qui curiosus non sis, nec eiusmodi secreta scelera desideres: tamen illa audire vel inuitus cogaris.

*Vinosus.]* Qui ebriis secretis suis dominorum suorum flagitiis reuelandis te enecat. i. Qui ebrius & vinosus. (*ebrietas enim aperta recludit*) secretis sui domini factis reuelandis, tuas aures imbuat & impleat.

*Miseram.]* Quam ineptiarum illarum, & scelerum, quæ refert, exdium coepit. Miserrimum enim & molestissimum est, cum quis garrulum nolens audire cogitur.

*Illos ergo.]* Illos seruos qui tacere nequeunt, roga ut taceant quod à me antea petisti.

*Parthas.]* Dixerat canit: *Hæc soli tibi commissæ custodite memento.*



*Taceant illi.]* Qui tacere non possunt, ob id addit & subiungit.

*Prodere malunt arcanum.]* Notat garrulorum mores, qui nihil libentius faciunt, quam ut secreta suæ fidei commissa diuulgent. quasi dicat, quamuis libentissime vinum subreptum bibant, libentius tamen scelera domitorum suorum produnt, & arcana domini sui malupt prodere, quam illa facere, quæ illis sunt omnium iucundissima, & quæ cum summa voluptate & auiditate faciunt, nempe ut vini clam furto ablati, tantum bibant & potant quantum Lausella meretrix ebria, & libidinosa, dum sacra bonæ deæ pro populo celebrat. Est autem senfus. Quamquam libentissime ad temulentiam se inebriant, tamen libentius domini sui facinorosa secreta produnt.

*Subrepti falerni.]* Falernum licet sua suauitate bibentes inuitet, tamen quia subreptum clam est, auidius adhuc bibitur. Vnde Salomon in Prouerb. cap. 9. *Aqua fursum dulcior est, & panis absconditus suauior.* Ut & res Veneræ longe maiori ardore, & mutuis adfectuum flammis committi dicuntur, si furtiue sint. Ordo est. Sed serui illi malunt arcanum domini sui prodere, quam potare tantum Falerni subrepti, quantum Lausella pro populo sacra bonæ deæ faciens bibebat. Ceterum in sacris bonæ deæ (vt Sat. 6. ostendit) mulieres ad extremam usque ebrietatem sese inuitabant: versus illi hoc ostendunt:

*Nota bona secreta deæ cum tibia lumbos*

*Incitat & cornu pariter sim- q. feruntur.*

Et paullo post: — *qua vox saltans libidine: quantum*

*Ille meri veteris per crura madentia torrens!*

Vbi ipsa etiam Lausella, cuius hoc loco fit mentio, lenonum ancillas in pugna pygiaca pronocat.

*Lemonum ancillas posita Lausella corona.*

*Pronocat.*

Qui locus hunc satis explicat. Alia exemplaria & hic & Sat. 6. habent Saufcia. Ridet obiter Saufciam illam pro populo sacrificasse.

*Pro populo.]* Bonæ Deæ enim sacra scilicet populo fiebant. Cicero: *Clodium Appii filium credo te audisse, cum Vestis muliebri reprehensum domi C. Casarii, cum sacrificium pro populo fieret.* Seneca epist. 98. *Credat aliquis peccatam esse versatam, in eo iudicio in quo erat Clodius. ob id adulterium quod cum Casarii uxore in aperto commiserat, Violatis religionibus eius sacrificii quod pro populo fieri dicitur: sic summorum extra conspectum omnibus viris. Si pictura etiam animalium masculorum contegantur.*

*Faciens.]* Sacrificans. Virgil. *Cum faciam vitula.*

Et Plautus. *Et si reperero, ofides, multis cingialem plenam faciam tibi.*

*Viuendum recte.]* Pulcra sententia, qua laudat vitæ innocentiam, & integritatem ob eam potissimum causam, ne quis seruos garrulos timere cogatur, quod quidem innuit longe esse miserrimum. Non solum in vita conscientiam vereri debemus, sed quantum potest etiam famam: Erit bonus non solum à crimine, sed etiam à criminis suspitione. Et det esse alicuius. Cicero in Epist. ad Varronem. *Tibi idem consilii do, quod mihi met ipsi, & vitæ oculos hominum. si linguas minime facile possumus.*

*Tum hic.]* In hoc loco cum sua vocali manet. Alii legunt Tum de his, vt etiam legit mss. Codex à Ioannellacio Pontano mihi communicatus.

*Linguas mancipiorum.]* Miserum profecto cum nihil mali commiseris male audire. Pulcre autem Stoici: *ἡμετέρας δόξας τῶν πραγμάτων ἀμείλις ἀπὸ τῆς ἀληθείας πεινῶμεν.* Et Alexander cum eianunciaretur quosdam esse, qui male de ipso loquantur, animose respondit. *Regium est cum benefeceris, male audire.* Et alter nō absurde responder: *Non absurdū esse male agentes male audiri.*

*Lingua mali pars pessima serui.]* Illa enim seruorum & vilium hominum mancipia quo deteriora, hoc maiore conuitiorum thesaurum sibi habent in lingua possumus. q. d. cum uerius seruus malus sit, lingua tamen serui pars in illo est longe omnium pessima.

*Deterior tamen hic.]* Senfus hic. Quamuis serui sunt pessimi, tamen dominus hic adhuc est deterior, qui seruos suos semper ob maleficia sua quorū conscii sunt, timere cogitur, suorumque seruorum seruus est, & nunquam liber erit, ab his suis seruis quos ipse nutrit. Et qui dominus

malus

malus cum sit liber esse non possit. Et longe peior est hic dominus illis servis suis, quorum vitam suo pane & cre sustentat.

*Farre* Far pimus antiquis in Latio cibus.

*Corum sententia* omnes agere debent.

*Idcirco ut possim linguam contemnere servi*

*Vtile consilium modo, sed commune dedisti:*

*Nunc mihi quid suades post damnum temporis, & si ex*

125 *Deceptas.* FESTINAT ENIM DICERE VELOX

*Flosculus, angustæ miseræq; brevis vite*

*Portio: DVM BIBIMVS, DVM SERTA, vnguenta, puellas*

*Poscimus, abrepis non intellecta senectus.*

*Ne trepida nunquam pathicus tibi deerit amicus*

130 *Stantibus, & salvis his collibus: undique ad illos*

*Conueniunt, & carpentis & nauibus omnes,*

*Qui digito scalpunt uno caput, ALTERA MAIOR*

*Spes superest: tu tantum erucis imprime dentem.*

*Hæc exempla para felicibus: at mea Clotho,*

135 *Et Lachesis gaudent, si pascitur inguine venter.*

*Idcirco ut possim.*] Verba respondentis Næuolii. dedisti mihi utile consilium, ut recte vitam, ut si linguas malorum servorum non cogit extimescere. Sed id consilium nimis commune est. *Modo.*] id est, paullo ante.

*Commune.*] Quod spectat ad omnes qui habent servos, vel quia omnium interest, ut honeste vivant.

*Post damnum temporis.*] Qui in hoc meo officio maiorem vitæ partem transegi: postquam tempus vitæ meæ præterit, & ipse de vitæ meæ instituto me se felicit.

*Spes decepta.*] Speravi enim me hoc vitæ genere opes & res inuenturum, vel meorum tantorum laborum aliquid emolumentum à Virrone & fructus, sed frustra.

*Festinatio enim.*] Iuuenilis ætatis flosculus, qui velociter decurrit & quæ huius miseræ & calamitosæ vitæ, breuissima omnium portio est, festinat & properat & ad senium vergit.

Virgilius: — Breve & irreparabile tempus

*Omnibus est cista.*

*Velox flosculus.*] Iuuentutem intelligit, quæ nihil formosius, sed & nihil velocius. Præclara scæcra. Venissime enim ut Basil. ait, ἡ νῆπιος τῆς τοῦ ἡγεῖν ἀδελφῆς ἀπορίας. *Inuenit in citius elabitur quam seris flores.* Ait autem breuissima. Nam quæ incunda breuia, quæ ingrata & iniuncta longissima apparent.

*Angustæ.*] Quæ angustis breuissimisque terminis circumscripta.

*Miseræq;.*] Hæc quot quot viuimus nemo nostrum non experitur. Vide Axiochum Platonis. *Dum bibimus.*] Inter ea dum in delitiis viuimus, & vel maxime oblectamur, senectus occupat nos, non animaduersa, neque intellecta.

*Serta vnguenta.*] Coronis ornabantur, & vnguentis inungebantur inter bibendum.

*Puellas.*] Amicas, meretrices.

*Abrepis.*] Significantiissima voce rem expressit, more insidiantis clam venit.

*Non intellecta.*] In cōuiuiis vngimur, iocamur, vitam libidine ducimus, canrus suauitate trahimur oculorum blandimentis irremouimus, ambitione tumemus, cæterisq; affectibus exaccamur, cum omnis nox horaq; per tacitos fallacesq; cursus, ad vitæ nos traducat exitium, & in hoc vitæ tam celeri cursu festinantisque rei momento centes præmoriimur.

*Ne trepida.*] Rutilica & Ironica Poetæ consilatio, hortans Næuolum ut in proposito perseveret. Mi Næuole caue animum delicias, dum Roma incolumis stabit & durabit, tu & tui simi-

les semper quod agant habebunt. Semper habebis Cinædum, cuius tu scarabæus agrum colas, & fodias. Nam hic Romam quicquid totus mundus habet libidinis & impuritatis tanquam in sentinam profuit.

*His collibus.*] Id Roma stante adhuc & florente.

Sunt autem 7. colles supra quos Roma posita est Palatinus, Tarpeius, Viminalis, Auentius, Esquilinus, Cælius, Vaticanus.

*Vndique ad illos conueniunt.*] Colles scilicet vel Romam, omnes ex illis regionibus qui corrumpi cupiunt, veniunt terrestri itinere carpentis, & mari nauibus, de hoc superius Sat. 3. conqueustus.

*Iam dudum Syrus in Tyberim defluxit Orentes.*

Et Sat. 6.

— *Hinc fluxit ad Histros*

*Et Sybaris colles: hinc & Rhodus & Miletus*

*Atque coronatum & petulans, madidumq; Tarentum.*

*Qui digito scalpunt caput Vno.*] Cinædi qui muliebri more caput componunt, ne ornati capitis ambitiosum perturbent. Respicit Poeta ad calui Poetæ versiculum qui de Pompeia.

*digito caput Vno*

*Sculpit, quid credas hunc sibi Velle? Surrum.*

Quare Poeta indicasse conatur confluere Romam Parthicos omnes, hoc est eos qui sibi virum vellent, festiue hoc innuit, ex particula calui versiculorum, tum quidem (vixt verisimile) notissimum, per quam sequentia noscitantur. Porro Pompeium sic à Clodio notatum Plutarchus author est. Seneca: *impudicum in excessu offendit, & velatus ad caput digitus.*

*Altera, maior.*] Id est hic Romæ etiam omnes imberbes habes tibi crescentes. Vel potius ut sit sententia Futuri temporis spes longe maior & melior, quam præteriti tibi superest.

*Tu tantum crucis, imprime dentem.*] Tu tantum para te, ut sis fortis: tu herbam illam salicem, quæ Veneris excitat, & ad libidinem extimulat comede, teq; ad futurum prælium extimula, & præpara. Dicitur autem hæc crux herba homines vehementer ad coitum inflammare, & vires dare. Quidius: *Nec minus erucas aptum est vitare salaces.*

*Et quicquid Veneri corpora nostra parat.*

*Hac exempla.*] Respondet Næuolus. O Iuuenalis hanc consolationem de felicibus, & fortunatis draucis, qui ex suis sudoribus, & laboribus aliquid emolumenti acquirere & sperare possint, mihi fato impostum est, ut nullo emolumento, & fructu meo prædicem: & si meo inguine qualitercunq; corporis, victum mihi comparo, contentus esse cogor.

*Et Lachesis gaudent.*] Fatum, vel Parca mea contentum me esse iubent, si tenuem meo opere victum mihi cōparem, nedum multam rem faciam, vel meum fatum fortuna & fors contentum esse cogitur.

*O parui nostrig, lares, quos thure minuto*

*Aut farre, aut tenui soleo exorare corona.*

*Quando ego figam aliquid, quo sit mihi tuta senectus*

*A tegete. & baculo? Viginti millia fœnus,*

140

*Pignoris positis, argenti vascula puri,*

*Sed qua Fabricius censor notet, & duo fortes.*

*De grege Mæstorum, qui me cervice locata.*

*Securum iubeant clamoso insistere Circo.*

*Sit mihi præterea curuus calator, & alter;*

145

*Qui multas facies pingat cito: sufficiant hæc,*

*Quando ego pauper ero. votum misereabile, nec spes*

*His saltem. nam cum pro me fortuna rogatur:*

*Affigit ceras illâ de nane petitas,*

*Quæ Siculos cantus effugit remige surdo*

O parui



*Nes spes his saltem.*] Tam irritum meum votum est, ut ne sperare quidem possim, me consecuturum quod petii.

*Nam cum pro me.*] Rationem subiungit, cur sperare nequeat se voti compotem fore: eo quod nunquam diuitias ab ipsa fortuna petens auditus sit. Quæ fortuna ad præces suas autem obturet illa cera, qua Vlyssis socii remiges aures suas obturantes surdi fuerunt, & non audientes Sirenium cantus, incolumes & salui euaserunt.

*Pro me.*] *mei periculis* pronuncia.

*Affigit ceras.*] i. Surda est fortuna, nec me invocantem audit, ut Vlyssis socii, qui cum Sirenas præternavigarent, ne illarum cantibus, & blanditiis irriterentur, consilio Vlyssis aures cera occluserunt. i. Cum ego fortunam aliquid rogo, illa ceras auribus suis affigit, petitas è naui Vlyssis, quæ Vlysses vehabatur cum præternavigaret Sirenas, quas ne audiret cera aures sociorum occlusit, quæ naui Siculos Sirenium cantus sociis remigantibus propter ceram auribus adfixam surdis tuta, & immunis effugit. Vide Homer. lib. 12. Odys. ubi Vlysses à Circe admonitus, ne pateretur se allici cantu Sirenium præter quas erat navigaturus. Quare cera omnium sociorum aures occlusit, iussitque se ad malum naui alligari apertis auribus, imperans ut si forte vel autu vel clamoribus illarum cantu sollicitatus, rogaret se solui, non parerent. Per Sirenas autem scopulos in Siculo mari intelléxit; vel potius vitæ (quæ tanquam mare) infames scopulos, & voluptatum illécebras, quæ nonnullum in extrema naufragia & vitæ pericula præcipitant.

*Siculos cantus.*] Sirenium iuxta Siciliam habitantium.

*Remige surdo.*] Sociis remigantibus propter ceram auribus adfixam, nihil audientibus, & ad tempus surdis. Atque ita ego quoque huius infamis Satyræ scopulos prætervexi, & tu quis lector futurus es, non tam aures huic turpitudini occlude (nihil enim mala cognovisse nocet, quæ cognita sæpe magis vitantur, quam ignorata) quam interiores illos animi recessus, qui si puri erunt, vel inter medios scortorum, Drautorum, & Pathicorum greges, ab omni turpitudine tutus & immunis es futurus, idque des operam, ne hinc peior, sed melior euadas, id est, ut & initio dixi, ne aliena hinc vitia discas, sed tua emendes. Vale.

I N D.

## IN D. IUVNII IUVENALIS SATYRARVM LIB. IV.

## SATYRA X.

**O** MNIBVS IN TERRIS, quæ sunt à Gadibus usq;  
*Auroram, & Gangem; pauci dignoscere possunt.*  
*Vera bona, atq; illis multum diuersa remota:*  
*Erroris nebula: QUID ENIM RATIONE timeamus*  
*Aut cupimus? QUID TAM DEXTRO pede concipis ut de*  
*Conatus non pæniteat, voti q; peracti?*  
*EVERTERE DOMVS TOTAS optantibus ipsi*  
*Diis faciles, NOCITVRA TOGA, NOCITVRA petuntur*  
*Militia, sorrens dicendi copia multis*  
*Et sua mortifera est facundia, viribus ille*  
*Confusus perit, admirandisq; lacertis.*



**OMNIBVS in terris.]** Accusat hac Satyræ quæ longe est præclarissima, Iuvenalis ignorantiam hominum, qui à Diis per summam imprudentiam ea optant quæ perniciofa sunt, docet quid homines à Diis impetrare debeant; non diuitias, honores, potentiam, eloquẽtiam, famam, gloriam, senectutem, pulchritudinem, sed animi bona, virtutem, & fortitudinem. Tractat autem hac satyrâ idem Argumentum, quod Persius Satyrâ secunda. Et Plauto Alcibi, secundo & stulta perniciofaq; hominum vota taxat, qui talia à Diis peterent quibus plurimi in extemas calamitates incidissent. In fine demonstrat animi bona vitæq; integritatem & corporis fortitudinem, & sanitatẽ à Diis petendam esse, reliqua Diis esse committenda. Sunt ergo dux huius Satyræ partes: In priori demonstrat quid non petendum sit, in posteriori quid sit petendum. Exorditur autem statim à propositione: vult enim demonstrare paucissimos homines vera bona à Diis petere. Est autem hic incitio sensus: Tanta est humanæ mentis cœcitas, tanta bonorum & malorum ignorantia, ut ab ortu Solis usq; ad occasum, ab æquinoctio usq; ad austrum paucissimi inueniantur qui vere bonâ malis, & contra possint discernere. Seneca Epist. 45. *Res fallunt illas discerne, pro bonis mala amplectimur, optimum contra id quod optimum pugnant nostra vota cum votis, consilia cum consilijs.* M. Cicero etiam lib. 1. de finibus a. Ignorantione rerum bonarum & malorum maxime hominum vitam sexari.

**À Gadibus.]** Ab extremo occidẽte ad orientem extremum. Sunt autẽ Gades sive notissimi, & Insula, in mari Atlantico Hispaniæ proxima; vbi se angustissimo diuortio inter columnas Herculis, & mediterraneos sinus infundit, hodie Calis Malis dicta, quam Insulam cum America nondum detecta esset extremum veltus occasum notis orbis terminum antiquitas credidit, & mundi metam, Statius:

— Solisq; cubilia Gades,

**Auroram.]** Ad extremum orientem vbi Sol oritur. i. ab occasu ad ortum.

**Gangem.]** Nobilissimam Indiæ Orientalis fluvium.

*Vera bona.*] Quæ animi tantum sit virtus, iustitia & vitæ integritas, & honestas. quæ Plato illa vocat, *qua fracta nane cum possessore enatare possunt*. & quæ Stilbon indicauit, de quo Seneca in Epistola 9. *Stilbon capta patria, amissus liberis, amissa vxore, cum extincendis solus publico, & tamen beatus exiret, interroganti Dismetrio numquid perdidisset. Omnia inquit bona mecum sunt. Ecce vir fortis & strenuus ipsam sui hostis victricem vicit. Nihil inquit perdidit, dubitare eum coegit, an viceret: Omnia mea mecum sunt, iustitia, virtus, temperantia, prudentia. Hoc ipsum nihil bonum putare quod eripi possit. Simile de B. ante refert Cicero. Cum quisdam patriam Prienam viceret hostis, ceteriq; ita fugerent, & multos de suis asportarent; cum esset admonitus a quodam, ut idem ipse faceret: Ego vero inquit facio, nam omnia mea mecum porto. Ille hæc ludibria fortunæ, ne sua quidem putauit, quæ nos appellamus etiam bona. Nam recte Seneca. *Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.**

*Illis multum diuersa.*] i. Mala quæ bono contraria, & sæpe tamen bona apparent. Zeno ait nihil malum nisi quod turpe, & vitiosum i. illis bona contraria.

*Remota erroris nebula.*] i. Ignorantia, cum ex errore opinamur bona esse quæ mala sunt, vello, propter quam vt Seneca & Plato aiunt *& xxiij nostræ æpæ & xxiij nostra sæpe sunt execrationes.* Vide Platonem Alcibiade 2. vnde totum satyræ argumentum desumptum est. Vbi ait Plato. *Es quod deterrimum est, ob eam ignorantiam pessima nobis quandoq; precamur, quod memo putaret.*

*Erroris nebula.*] Quam Persius vocat. *Veteres auia.*

*Quid enim ratione timeamus.*] i. Quæcunq; timeamus, & petimus quæ fugimus, & optamus: facimus non ratione, sed affectu, non veritate sed ratione: nec bona aut mala ia seipsis, sed in superficie & extrinsecus tantum consideramus, & metimur.

*Quid tam dextro pede concipis.*] Alii *concupis*. i. Quid tam dextero aut prospero auspicio à Diis petis, & concupis, vt non olim tuæ petitionis & voti te pœniteat? Dextra cum erant numina fauere credebantur, laeua contra. i. Quid tam felici successu à Diis petis & accipis, vt te postmodum non pœniteat desiderium & votum tuum à Diis completum & peractum esse, illiq; satisfactum esse. q. d. Nihil. Nam multi optant, quæ cum consecuti sunt experiantur sibi nocere, & tum deum vota sua damnant.

*Conatus.*] Contentionis, appetitus, desiderii.

*Pœnitent.*] Socrates in secun. Alcibiæ: Platonis; *breui post tempore præterita vota damnant, & ad priora recurrunt.*

*Euertere domus.*] i. Dii faciles ad obsequendum votis hominum dum dant quidquid homines petunt mala, & noxia, totas domus & familias perdidit.

*Dij faciles.*] Ad largiendum & obsequendum. Satyrice ad mala peragenda, vel quia stultas preces audiunt faciles. i. ad dandum & audiendum prompti illa, quibus se & pleraque præcipiant. Luc. lib. 1.

*O faciles dare summa Deos, eademq; tueri  
Difficiles.*

*Noctura toga.*] Toga, & militia ia auferendi casu. i. pace, & bello petimus quæ nobis noceant. Togam enim pro pace posuit. Seneca. Epist. 109. *Sed magna illa in quibus honores amiseris petunt, alij perpetuas potestates, alij bellorum euentus prosperos, triumphosq; alij diuitias, alij matrimonia ac liberos, alij salutem suam, suorumq; Et postea. Quanti animi res est solum nihil petere, nulli supplicare & dicere. nihil mihi tecum fortuna, non facio mei tibi copiam.* Hinc alibi ait, inter execrationes parentum excreuimus.

*Es torrentis.*] Ordo. Torrentis copia dicendi, & facundia multorum est ipsi mortifera, vel multis eloquentia abundans & torrentis instar fluens mortifera & exitialis est, & sua facundia multis exitium attulit. Sic apud Senecam:

*Sæpe in magistrum scelera redierunt sua.*

*Torrentis.* Ingens dicendi copia, abundans, & fluens eloquentia. Horatius.

— *Ingenium rapido torrentis amne.*

Et noster supra.

— *sermo.*

*Promptus & isao torrentior*

*Dei à Summe Metaphora. Sic dicimus Oratio fluens. ut & Homerus de Nestore.*

Τὸ δὲ δῶδ γλαύσας μέλιτ' ὅ γλυκύνει ῥίον αὐτῷ.

*Multa* (Sua mortifera est.) Ut Ciceroni, Demostheni, & aliis.

*Viribus ille confusus perijt.* ] ut Peolomzus Pyrrhi filius, qui viribus suis confusus, in oppugnatione Sparta: urbis in mediam vsq; urbem cum equo procurrit, ibiq; concursu multitudinis interfecit. De Milone Crotoniata referunt Agellius & Strabo ipsum contubernium Philosphorum ruinam minitandam tam diu sustinuisse, quo ad omnes effugerint. Quo membrorum robore fretus miferandum vitæ exitum, sibi maturavit. Aiunt enim cum per Italæ siluam quandam iter faceret, & arborem multa sui parte discissam conspexisset, in hiantem scissuram profluisse, ac vt omnia manibus deductis diuelleret ac discerperet conatum cuneos quidem omnes excidisse, at cum vires suas remitteret arborem hiatu coeunte, eius manus occupasse, & ita Milonem comprehensum feris pabulum præbuisse, & à lupis miserabiliter deuoratum.

*Admirandus.* ] Ob insolitum robur.

SED PLVREIS NIMIA CONGESTA *pecknia curâ*:

*Strangulat, & cuncta exsuperans patrimonio censu.*

*Quanto Delphinis balena Britannica maior.*

15 *Temporibus diris igitur, inssuq; Neronis*

*Longinum, & magnos Seneca pradiuitis hortos*

*Clausit, & egregias Lateranorum obsidet ades*

*Tota cohors. RARVS VENIT IN COENACVLA MILES:*

*PAVCA LICET PORTES, ARGENTI vascula pari*

20 *Nocte iter ingressus, gladium contumq; timebis,*

*Et mota ad Lunam trepidabis arundinis umbram,*

*CANTABIT VAGVVS CORAM Latrone viator.*

*Sed plureis.* ) Arist. lib. 1. cap. 1. Ethic. *Quidam ob diuitias, quidam ob fortitudinem perire.* Apul. *Immodica diuitia velut ingentia, & enormia gubernacula facilius mergunt, quam regunt.*

*Nimio cura congesta.* ] Non sine vitæ periculo læpt.

*Strangulat.* ) Opprimit, suffocat. Sic Diogenes Cynicus in Epistola aliqua ad Chrysen *μὲν οὖν τὸν κύναν γλαύσας, λιπώτερον πλεῖστος, βρόχους ἅπαντες χειρὸς ἀπὸ πύργου.* *Mida regis miseriam imitatus, esuriendo discit, ut laqueo sic auro strangulatus.* Hoc enim Poetæ per Midæ fabulam notat, cui cum etiam cibus in aurum conuersus esset (cum ex voto nuncupasset, vt omnia quæ tangeret, aurum fierent) eo auro postea strangulatus est.

*Et cuncta exsuperans.* ) Ordo est. Censu, vel diuitiarum cumulus & thesaurus tanta magnitudine sua, reliqua omnia & veterum patrimonio exsuperant: quanta Balæna vasta Britannica maior est Delphinis.

*Strangulat,* scilicet. Notat autem veteres paucis bonis rectius vixisse, & beatius: Nunc magnis opibus male, & misere viui. Comparat autem census magnitudinem, cum duabus immanibus belluis, vt ostendat in his esse temeritatem & fortunæ impetum.

*Delphinus.* ) Dicimus Delphin, & Delphinus. Vitur autem his appellationibus, in Tyberim, & diuites.

*Balæna Britannica.* ) Quod in Britannia maiores, immo maximæ spectentur: Idem ceteræ te-  
ste Festo. Græcis inde Latinum *φάλαγξ* dicitur.

*Temporibus.* ) Exemplis iam demonstrat diuitias multis obfuisse, quod Tyranni Neronis tempore, cum omnes spoliare iussisset milites; omnes ad diuitum domos currebant, nullâ



ad pauperem. Ordo est. Tota militum cohors, clausis diris illis temporibus Nerone imperante Longinum, & Seneca diuitis hortos: & obsidet ædes Lateranorum diuitum: rarus autem milites in pauperum casulas, & cenacula venit. Quasi dicat illo tempore pauperes securi fuerunt, diuites multis periculis exposti.

*Igitur.*] Ad magnos census & diuitias. Iusserat autem Nero omnes diuites spoliare, & ita ad domos diuitum percurrerunt, nulli vero ad domos pauperum.

*Diris.*] quibus Tyrannus Nero imperabat, qui omnes potentes proscribebat, aut è medio tollebat, aut illorum bona confiscabat.

*Iussu Neronis.*] i. Imperio Neronis vel iubente Nerone.

*Longinum.*] Caium Cassium Longinum Iureconsultum intelligit cui Casigulam Drusillam in matrimonium collocauerat, ille à Nerone oculis prius orbatus interfectus est, quod Cassii percussoris Cæsaris imaginem in stemmate suo haberet. Mori iussu non amplius quam horz spacium Nero dabat. Reuera autem mortis ei causa diuitia fuisse, quod hinc est promptum colligere. Per Longinum intelligit Longini domum.

*Seneca.*] De huius optimi & sanctissimi viri diuitiis, vita, & morte superius aliquoties dictum. Vide Tacitum lib. 14. Hunc Fœnius Rufus & Tigillinus post mortem Burii variis criminacionibus adorti sunt, quasi augmentem opes euectas vltra priuatum modum & hortorum amœnitatem, & villarum magnificentia principem, supergredientem ad necem compulerunt.

*Magnos hortos.*] Quos Nero ipsi dedit, & Seneca præceptore occiso postea rursus abstulit.

*Lateranorum ædes.*] Tacitus lib. 15. scribit, in coniuratione Pisoniana, contra Nerone Plautium Lateranum consulem designatum, etiam deprehensum fuisse, qua de re eum Nero ad aulem compulit, adeo propere, vt non complecti liberos, non illud breue mortis arbitrium admitteret.

*Obsidet.*] vt Lateranus comprehendatur, & ne qua aufugiat.

*Tota cohors.*] Militum Neronianorum, i. Miles percussor raro ad pauperes mittitur.

*Rarus venit in cenacula miles.*] Scilicet ad pauperes & inquilinos, iussu Neronis occidendos id est. Paucis inquilinis immittitur percussor. i. illis diris persecutionis temporibus diuitibus tantum periculum erat à militibus, qui nunquam penetrabant ad superiores ædium partes, ad cenacula, ad quæ scalis ascenditur, vbi tegulis proximi pauperes habitant.

*Cenacula.*] sunt domus tabulata, ad quæ scalis ascenditur, illa autem superiora domus tabulata, rectis proxima pauperibus & inquilinis locabantur. De his dictum Sat. 3.

*Pauca licet portes.*] Probat iam paupertatem ab omnibus periculis tutam & securam esse, diuitias quantumcunque etiam sint curas & metum possidenti creare, licet modicas: cum habeas diuitias noctis tempore, insidias & pericula metues, hec modica tibi sit res familiaris, metuis tamen impetum militum, à Tiberio missi ad proscriptionem tuam, alicuius latronis vel raptoris gladium vel longam hastam. *Ein Wortinger.* Recte ergo Menander *πλοῦτος δουλοεισεν, diuites anxius & sollicitus esse appellatur.* Vnde innuit illas non esse appetendas.

*Puri argenti.*] Ad extenuationem dicit, non enim illud tanti, quanti cœclatum Emblematis.

*Contumq.*] Conti hastæ longiores & robustæ, Nonius.

*Et nota ad Linnam.*] sic Virgilius,

*simul ipsa silentia terrent.*

*Vmbra acundinæ.*] illam enim latrone quendam esse, imaginatis, & illinc ad te proflitre.

*Cantabit.*] Nempe nudus & inops, qui nihil auri & argenti secum gestat, latrones non timet, quia cū nihil est, nihil auferri potest. Illis autem maxime timendum, quibus maximè diuituz.

PRIMA PERE VOTA, & cunctis notissima templis

Diuitia ut crescant, ut opes, ut maxima toto

25 Nostra sit arca foro. Sed NULLA ACONITA BIBUNTUR

Fistilibus: Tunc illa time cum pocula sumes

Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.

Iamne igitur laudas, quod de Sapientibus aliter

- 30 Ridebat, quoties è limine monerat unum.  
 Protuleratq; pedem, flebat contrarius alter?  
 SED FACILIS CIVIVS RIGIDI censura cachinni.  
 Mirandum est unde ille oculis suffecerit humor.  
 Perpetuo risu pulmonem agitare solebat.  
 Democritus, quanquam non essent urbibus illis  
 35 Prætexta, & trabea, fascos, lætica, tribunal.  
 Quid, si vidisset prætorem in curribus altis  
 Extantem, & medii sublimem in pulvere Circi  
 In tunica Ionis, & picta serrana ferentem.  
 Ex humeris aulea toga, magnaq; corona.  
 40 Tantum orbem, quanto cernix non sufficit ulla,  
 Quippe tenes sudans hæc publicus, & sibi consul  
 Ne placeat, servus curru portatur eodem.  
 Da nunc & volucrem sceptro qui surgit eburno,  
 Illinc cornicinis, hinc præcedentia longi  
 45 Agminis officia, & nuneos ad frena Quiritis.  
 Defossa in oculis quos sportula fecit amicos.

Damnat iam hominum dementiam, qui imprimis à Diis maximas diuitias peterent, olim sibi perniciosas damno & si audi futuras, vel anxias & sollicitas, & quam dementiam non immenso Democritum risisse, & Heraclitum descesse innuit.

*Prima Vota.*) Notavit idem Horatius:

O si formam argenti fors qua mihi monstræ.

Et Persius:

— O si

Sub trastro crepes argenti mihi serra.

*Cunctis notissima templis.*) Ut quæ in omnibus templis ad Deos concipiuntur, & quorum templa sunt conscia, qualia erant quæ ob turpitudinem eum murmure & susurro ad Deos concipiebantur. Persius:

Haud cuius promptum est marmurq; humilesq; susurros  
 Tollere de templis & aperto vivere Voto.

*Diuitia Et crescant.*) Inter diuitias & opes distinxisse videtur Cicero in Lælio: *Expetuntur diuitia, Et stare, opes, Et colaris, honores, Et laudaris.*

*Et maxima toto, &c.*] i. Ne quis ciuium Romanorum nobis sit ditior. Eo dixit, nam in foro Traiano Senatores & ditiores arceas habebant, in quibus argentum & pecuniam deponebant, ut ab incendio tutæ esset. Unde & locus ille, in quo arceæ erant positæ. *Opes* dicebatur.

*Sed nulla aconitæ.*] Exprimi iam stultitiam illorum, qui immensas diuitias exoptabant, cum tamen longe rectius & securius in modicis viuerent, quam stultitiam merito Democritus irriserit. Pulchre hæc Seneca in Hercule Orestæ expressit, cum dixit:

Pectora pauper securæ gerit  
 Temes è patula pocula fago  
 Sed non trepida tenet illa manu.  
 Carpit faciles vilesq; cibos,  
 Sed non stridos respicit enses,  
 Atque misces pocula sanguis.

Id est. In Samiis & scitilibus vasibus venena non propinantur, sed aureis, & ratio est, quia pau-

per pauperum nihil invidetur, sed dotes & potius ditionibus, qui plerumque Tragicis scribendi materiam subministrant, à quibus non nisi Divites & principes introducuntur.

*Falsitas.* Bene Poeta vult ostenderet paupertatis securitatem & innocentiam, & divitiarum sollicitudinem & malitiam vasa potiora ad demonstrandam diversitatem posuit.

*Pocula gemmata.* i. gemmis ornata. De his si perius Sat. 5.

*Nam Virro, ut multis, gemmas ad pocula transfert.*

*Setinum ardebit.* i. Quando optimum vinum resplendet aut lucebit in amplo poculo saturo. Ceterum de vino Setino dictum Sat. 5.

*Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de Setino.*

*Ardebit.* Eo dixit, nam in inauratis poculis liquor quasi ardentem lucidam flammam imitatur.

*Iamne igitur laudas.* Probat illa hominum vota stulta esse auctoritate eximiorum duorum Philosophorum Democriti & Heracliti: quorum hic illam dementiam semper deflevit, ille semper risit.

*Laudas.* Ut sapientes, quos suae aetatis homines dementes esse existimaverunt. Vide Epistolas Democriti & Hippocratis.

*De Sapientibus alter.* Democritum Abderitam intellige. Cui cum obiectum esset, quod semper rideret. Respondit: Ego tantum rideo hominem ignorantia plenum, & recte factis omnino vacuum, qui omnibus ceptis puerilem superfluis & nocuis laboribus se conficit. Huiusmodi vanitates, quibus homines iugiter implicantur cum aspicio risus subinde oboritur. Vixit ille annos 109. Teste Laetio. Vide de illo mira apud Suidam.

*Quoties.* i. Quoties vel extra domum prodierat, & vel semel hominem intuitus esset.

*Flebat contrarius.* Heraclitus Ephesus notatur, qui semper hominum dementiam deflebat, contrario risui adfectu, quod & Graecum Epigramma testatur. Alii Anacharsidem Scytham, qui & ipse hominum vanitatem semper defleisse dicitur, intelligunt. Alii Diogenem Cynicum. Sed nulla hi vera opinione ducuntur.

*Sed facilius cuius.* Iam hocce duos contrarios adfectus inter se comparat, demonstrans promptius ac facilius esse ridere, quam flere. Id est. Non mirum est Democritum semper ridere potuisse, qui forsitan fuerat petulanti plene cachinnus, ut Persius ait. Verum vnde Heraclito tantarum lacrimarum supererit vel suffecerit copia illud vero demirandum est.

*Rigidi.* Effusi, & petulantis.

*Censura Cachinnus.* i. De ineptia ac ridicula iudicium, cur aliquis rideat, cum ridicula passim plurima occurrant.

*Mirandum est.* Vnde nimirum Heraclitus semper materiam fletus, vel potius lacrimarum ad flendum habere potuerit.

*Perpetuo risu.* i. Democritus suo tempore semper ridebat, quo homines tamen longe melius vivebant, & quo nondum vestitum & ornamentorum tam ridicula vanitas erat. Quanto magis risisset nostro tempore. Horat.

*Si foret in terris rideret Democritus.*

*Vrbibus illis.* Ut Abderae Patriae Democriti, & reliquis Graeciae, non erant tales ineptiae, quae nostris Romanorum vanitatibus intuendis risu forte fuisset emortuus.

*Prætexta.* Huius usum Tarquinius Priscus invenit & Romae intulit. Erat autem nobilioris, & erat toga palmata, cui purpura prætexebatur, quam variis coloribus distinctam Democritus haud dubie irrisisset.

*Trabea.* Regum vestes purpureae albæ. Erat etiam trabea toga augurum à cocco & purpura.

*Fascis.* Virgarum, quos lictores Dictatoribus, consulibus, Praetoribus præferebant.

*Lectica.* Qua ditiores portabantur.

*Tribunal.* Vnde Praetor iudicat, & sententiam dicit. Pedianus lib. 1. Verrinarum ait: *Subsellia sunt tribunorum, Triumvirorum, Quaestorum & huiusmodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis, sed in tribunalibus, sed subsellis confidebant.* Ille ergo inter subsellia & tribunalia distinguunt.

*Quid si.*

*Quid si vidisset.* ) Erat obiter Prætozem illum, cuius superius aliquoties meminit. i. Quid ædum fuisse putat. Democritum quantos cachinnos editarum si vidisset prætozem illum ignobilem iactatum, & superbam in sublimi curru vectum, & habitu triumphali latus Circosæ agentem & spectantem Sat. 8.

*Nec dubitant celsi prætoris vendere ludio.*

Et Sat. 2.

— *Hic licet illum*

*Admonet, cuius tunc munere vetia misit.*

*Exstantem.* ) Eminentem, superexstantem, quod celsum dixit superius. Sat. 8.

*Excelsum* in sublimi curru quasi triumphantem.

*Medi sublonem.* ) In media hominum corona in circo spectantium, in sublimi curru stantem & spectantem.

*In tunica lousi.* ) i. In palmata trabea, qua illi utebantur qui palmam erant promeriti & triumphabant. i. in picta & triumphali toga, quod alibi dicitur:

— *Similesq; triumpho*

*Prædo tabulorum prætor sedet.*

*Toga picta.* ) Acu Phrygionum a te quæ pendebat ex humeris prætoris.

*Serrana aulæa.* ) i. Purpurea & Tyria. Tyrus. n. Serra olim dicta. Aulæa dicit Sartyrice, quod tantum paterent, tamq; amplæ & sinuosæ essent, ut aulæa, id est vela regia videri merito possent. Vnde Cicero dixit:

*Velis amictos non cogit.*

Virg.

*Ut gemma bibet, & Serrano dormiat ostro.*

*Magnæ corona tantum orbem.* ) Ordo est. Si Democritus vidisset Prætozem ferentem tantum orbem magnæ coronæ.

Quanto ferendo scilicet una vel vlla ceruix non sufficit. Plin. lib. 33. *Triumphanti cum corona Hetrusca ex auro sustinere. ut à tergo annulus tamen in digito ferreus erat, æqua fortuna triumphantis, & ferus coronam sustinuit.* Notat hoc loco coronam triumphalem tanti ponderis & magnitudinis, ut triumphantis una ceruix ipsi portandæ non satis esset, sed opus fuerit publicis ministrum una curru triumphali in ascendere, ut coronam illam porteret. Vnde addit irrisorie; consulem sibi non debere placere tanquam solus vehatur, cum seruus eodem curru sit vectus.

*Tantum orbem.* ) Alludit Scoptice ad fabulam Atlantis, qui cum cælum vel orbem humeris amplius sustinere non posset ab Hercule adiutus est. Erat a. à tergo triumphantis seruus, qui sustentabat coronam, & quidem pondere sudans

*Publicum.* ) Seruus scilicet. Sunt qui intelligant de Prætoze vel consule in publico quasi triumphantis. Nota hic Prætozem & consulem pro eodem accipi. Nam, teste Pediano, consul olim Prætor dicebatur, & veteres etiam omnem magistratum cui pareretur exercitus Prætozem dicebant.

*Et sibi consul.* ) Vide superius citata ex Plinio.

*Dauus & Volucrum.* ) Persequitur ulterius triumphalia ornamenta, quæ Democritus risisset. i. Adde his Democrito ridendis ineptis etiam sceptrum eburnæum, quod triumphas in manibus tenet, in cuius summitate aquila sculpta est. Liuius lib. 10. Secundi belli Punici scribit triumphantes ornari solitos aurea corona, scipione eburneo extante aquila in capite, toga picta, & palmata tunica.

*Illic cornicines.* ) i. Ab una parte. Hi cornicines triumphantes præcedebant, illiq; non mite & suæ sed bellicum suantes.

*Longi agminis officia.* ) i. Longissimi ordines comitum & feruorum, qui officii gratia comitantur triumphantem ex altero latere præcedentes.

*Niveos ad frenæ.* ) Circum equos & curru triumphantis.

*Despecta in loculis.* ) i. qui ob equum sportulæ quadrantes in crumena triumphantis patroni sui absconditos amici sunt. Scoprice hoc dicitur. Inuit autem ciues Romanos utilitate omnia metiri, qui patronos suos non ob virtutem, sed utilitatem & sportulam ament.

*Tunc quoq; materiam risus inuenit ad omnes*

501  
*Occursus hominum, cuius prudentia monstrat  
 Summos posse viros, & magna exempla daturus  
 Vernecum in patria; crassog, sub aere nasci;  
 Ridebat curas, nec non & gaudia vulgi,  
 Interdum & lacrimas cum fortuna ipse minaci  
 Mandaret laqueum, mediumq; ostenderet unguem.  
 Ergo superuacua hac, aut perniciofa petuntur,  
 551 Propter qua fas est genua incernere Deorum.*

Persequitur quod cœperat innuens Democritum sua ætate, materiam risus inuenire potuisse, quam præsentis auctoris nostri æuo longe promptius inuenturus fuisset.

*Tunc quodq; .* ] Emphatice dictum cum scilicet homines longe prudentiores & longe rectius viuerent.

*Ad omnes occursus.* ] Quoties exiuit, & quoties homo illi occurreret. Quanto magis nostro tempore hominum vanitates rideret.

*Cuius prudentia.* ] Digreditur in laudes Democriti. i. Democritus ex Abdera Thraciæ obscura vrbe oriundus ostendit viros inelytos vbiq; posse nasci iuxta Senecæ illud : Potest etiam ex angulo vir magnus prodire. Dependet autem hoc ex stomacho præcedentis Satyræ octauæ, quam scripsisse Iuvenalem quidam censent, vt ignobilitatem suam, quæ ipsi erat obiecta tueretur. q. d. Si Democritus in Thracia natus tantæ prudentiæ fuit, in Thracia, inquam inter Galætophagos & agrestes, possunt etiam alii, quamuis patria obscuri, magis viri esse.

*Magna exempla .* ] Virtutis, Prudentiæ, Fortitudinis.

*Vernecum in patria.* ] Apud Megarim aut Abderam Democriti patriam. Ostendit ergo Democritam inter stultos sapientissimum natum. *Vernecum* dicit, quasi inter homines rudes & verueces. Est. a. veruex mas inter oues sine testiculis. Postum hic pro homine simplici ac rudi.

*Crassog, sub aere .* ] Qualis erat in Boeotia. Porro ex cæli vitio etiam ingenia solent æstimari. Seneca Epist. 68. *Potest ex casu vir magnus exire, potest ex desertis humilisq; corpuscula formosum animus & magnus.* Horatium in Epistola imitatur, qui ait :

*Boeotum in crasso iuuares aere natum .*

*Ridebat curas.* ] i. Omnes hominum actiones, curas, contentiones, gaudia, dolores, & omnia fortuita deridebat tanquam misera & stulta, cum ipsi nulla fortuna, sed ipse fortunæ dominaretur. Et quasi in sublimi beatitudinis arcis specula constitutus esset, vnde vana hominum studia, errores, & labores intueretur & derideret.

*Curas.* ] Contentiones de rebus nihili, cum homines perturbationibus detinerentur, obres vanas & ridiculas. Nam ipse Democritus homo sapientissimus nulla externa re commouebatur, neque vllâ ratione fortunæ, sui faciebat copiam. i. Derisit homines ob fortunæ bonas sese affligentes, cum ipse omni fortuna maior esset.

*Nec non & .* ] Pleonasmus. Idem valere quod, & quæq; .

*Cum fortuna ipse minaci.* ] i. Cum ipse fortunam, & omnia eius bona contemneret, irridere, illisque illuderet. Nam cum fortuna ipsi minitaretur mali aliquid, ille ipsam fortunam contemnens, ipsi laqueum quo ipsa se suspenderet, trans mittebat, & infami digito cum contumelia & contemptu turpiter ipsi insultabat.

*Minaci.* ] Frustra ipsi minitanti, cum ipsi fortunæ ipse imperaret.

*Mandaret.* ] Transmitteret laqueum suspendii per irrisorem.

*Mediumq; .* ] Illud summæ ignominie loco ducebatur, & infamie nota erat tanquam Cinadum notaretur : ideo quod subdactis duobus vtrunq; digitis, & medio extenso penis formari videatur. Vnde ille digitus infamis dicitur. Quamuis hoc ob alias causas. Marcial.

*Rideto multum qui se Sextile Cinadum  
 Dixerit, & digitum porripito medium .*

*Erge*

*Ergo supernacna.*] Concludit disputationem de opibus, quas homines optent, demonstrans illas aut esse supernacnas, ut sine quibus homines beate possint vivere, aut perhiciosas. Probavit autem superius ob diuitias multos in summa vitæ discrimina peruenisse, & tamen illæ à multis expectantur, quæ ut impetrent, vota Diis faciant, & sacrificent.

*Genus incereare D.*] Ita dicit nouo vocabulo. nam votà, ut quidam censent, insculpebantur aut inscribebantur in cera in genibus statuarum. Incerebāt autem Deorum genua qui votū susceptum signabant, sequē vti reos constituiebant. Quidam arbitrantur ex veterum consuetudine hæc dici, qui vota in charta concepta & obfignata Deorum genibus cerâ adfixerint. In genibus autem misericordię situm putabant, vnde dicimus: ad genū alicui supplex accedere. Et in *Genibus* autem *dei* *genus* *incereare* *dicuntur*: Hæc adhuc in Deorum genibus sita sunt. Imitatur hoc Prudentius, cum ait:

— *genua incereare Diana*

*Quosdam precipitat subiecta potentia magna  
Inuidia, mergit longa atque insignis honorum  
Pagina, descendunt statua, restemq; sequuntur.*

60 *Ipsas deinde rotas bigarum impasta securis  
Cedit, & immeritis franguntur crura caballis,  
Iam stridunt ignes, iam foliibus atque caminis  
Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens  
Seianus: Deinde ex facie toto orbe secunda  
Fiunt vrceoli, pelues, sartago, patella.*

65 *Pone domi lacros, duc in capitolia magnam  
Cretarumq; bouem, Seianus ducitur unco  
Spectandus: Gaudet omnes, Quæ labra: quis illi  
Vultus erat! Nunquam si quid mihi credis amari  
Hunc hominem. Sed quo cecidit sub crimine? quis nam?*

70 *Delator? quibus indiciis quo teste probauit?  
Nil horum verborum & grandis Epistola venit  
A Capreis: Bene habet, nil plus interrogo: —*

Transit iam ad honores, quos & ipsos, æque ut diuitiæ pluribus exitio fuisse ostendit exemplo Seiani.

*Subiecta potentia*] Verissime dictum. Vnde Seneca de potentibus:

*Et cum in populos prodire parans  
Comes inuidia est.*

*Mergit.*] Obruit, pessum dat, perdit.

*Longa atque insignis.*] Forte intelligit stemmata, proauorum honores, generis rationem, & regestis continentia. Vel paginam ante statuas maiorum, omnes illorum honorum gradus inscriptos continentem, quam nunc dicunt *tabulam patronatus*.

*Descendunt statua.*] Deiciuntur, recte in terram trahuntur, proculcantur. Moris autem erat, ut 8. Sat. dictum damnatorum statuas deicere, & diuulsas in Gemonias trahere. teste Tac. lib. 3. Annalium.

*Restemq; sequuntur.*] Nam laqueos altioribus statuis solebant iniicere, atque ita detrahere. Seneca Octauia de statu S. Poppæ:

— *Membra per partes trahunt  
Diductâ laqueis.*

*Ipsas deinde rotas.*] i. Triumphales equestres statuas deiciuntur & rotæ currum securibus franguntur, & ceduntur.

*Impacta.*] Percussa, incussa, immissa, iniecta, vel impulsiva in statuas. *Eingehawen.* Ab impingo.

*Es immeritis.*] Equis ex ære conflatis vel ex saxo sculptis curruum triumphalem trahentibus. Ridicule & Satyricè dixit: quasi nec illi equi immerito poenā & scelera Seiani domini sui lauant. Dicuntur autem hæc de Ælio Seiano, qui præfectus Prætorii erat, & apud Tiberium tantū auctoritate valebat, ut eius imagines auræ passim colerentur, eiusq; natalis dies publice celebraretur. Et collega Imperatori Tiberio fuerit in quinto consulatu. Sed cum res novas per coniurationem in Principem moliretur oppressus est, tractus vinctus, abiectus in Gemonias, statuz eius deiecit, & igni combustæ. Id egit Tiberius senex absens datis à Capreis ad senatum literis.

*Imstridunt ignes.*] Quibus statuz liquefunt, ex quibus conflatis ab artificibus fiebant vrceoli, pelues, larragines, patellæ.

*Ardet adoratum.*] i. Pollibus, quibus ignis excitatur ardet caput statuz Seiani in caminis artificum, & liquefit, quod antea in tanto honore habitum, ab vniuerso populo cultum & adoratum fuit, tanquam numen. *Scoptice dixit*

*Crepit ingens Seianus.*] i. Magna statua magni imò ingentis illius Seiani in fornace cum crepitu reloluitur & liquefit. Et hoc Satyricè dictum.

*Ex facie.*] Ex capite statuz Seiani.

*Toto orbe secunda.*] Tiberius enim totius orbis Imperium obtinebat, à quo Seianus perperus collega Imperatoris in consulatu, ob summam potentiam à principe sibi traditam secundus erat.

*Fiunt vrceoli.*] Postquam ab artificibus est liquefactum. Mira hic est amarities.

*Vrceoli.*] i. vas atrium gle.

*Sartago.*] Bradysphaxe.

*Pone domi lauros.*] Sunt verba populi, quem introducit Tiberio gratulantem quod hostem Seianum oppresserat, & Seiano damnato & occiso, cuius statuam ante adorauerat, insultantem. Vbi mores populi & multitudinis plebeie accurate depinguntur, quæ sese eo inclinât, quæ se fortuna: Et rectè Græcus:

*Αδελφὸς δὲ τοῦ τυραννικοῦ θυμῷ.*

Accedebat quod Tiberius omnes notos & familiares Seiani persequeretur, quare ne inter illos viderentur, damnato se infensissimos esse simulabant.

*Lauros.*] In lætitiæ argumentum, quibus te coronatum significes triumphantis habitum. id est, Coronare domituz.

*Ducit Capitolia.*] i. Candidum bouem, quem Ioui Capitolino ex triumphantium more immolantes. Immolabantur autem Ioui candidi boues, quippe color nitui ipsi Ioui fuit, cum taurus Europam Agenoris filiam constuprasset, ut ait Ouid lib. 2. Metamorph. sub fineq. Imitatus hic est Lucretium qui ait:

*Cretatumq; bouem duci ad Capitolia magna.*

*Seianus ducitur vincto.*] Hoc quod ait Ducitur, ad superius ducefit referendum, ut fit sensus: Seianus antea collega Imperatoris triumphans candidum bouem sacrificaturus ducebat nunc ipse vincto ducitur. Occisus autem est cum omni progenie, adeo ut filiam eius virginem Senatus per extremum scelus per carnificem stuprari iuberet, & sic occidi, ut iure occisâ fuisse videri possit.

*Spectandum.*] De quo iam liâores triumphum agunt, spectante populo. Vel qui paullo ante alios in triumphum ducebat, iam ipse ducitur, aliis spectaculum exhibiturus.

*Gaudet omnes.*] Eius interitu, ne quis illi amicus videretur, ob causam superius adductam.

*Quæ labra.*] i. Quam distorsit labra sua cum occideretur. Ita ait populus à spectaculo tantum gristi & crudeli reuersus, occiso Seiano insultans, ut ita omnem suspicionem amicitie Seiani amoliantur. Quo etiam sequentia pertinent, cum aiunt: Nunquam si quid mihi credis amari hunc hominem. Hanc vulgi infidelitatem & mutabilitatem eleganter expressit Seneca:

*Tu quicumque es, qui sepe tra te me*

*Isceat omne tua vulgus in aula*

Centum

*Centum pariter luminapulset,  
Cum tot populus stipatus eas.  
Im tot populus vix una fides.*

*Nunquam si quid.* Est occupatio, quasi dicat aliquis: Ego quidem illum nunquam amant. Sed tamen libenter scirem sub quo crimine occiderit, & oculus sit, ne forte credas me illum amare, qui tam curiose de eius condemnatione inquiram.

*Cecidit sub crimine.* i. Quid sceleris commississe dicitur, ob quod occisus cecidit.

*Quisnam delator.* Qui ipsum detulerit tanquam res novas molitum.

*Inducio.* Alii legunt inducibus, qui illi sunt, qui conscii sceleris alios aecusant.

*Quo se se probavit.* Imperator Seianum sibi insidiatum esse.

*Nel horum.* Respondet alter è populo qui introducitur: q.d. Princeps non diu probat, neq; longo processu vituit. Sed tantum scripsit ad Senatum ut Seianum è medio tollerent, cum tota familia.

*Verbo sa.* Minis plena. Vel quia Tiberius vanior, multis superfluis ad suos scripserit.

*A Capreo.* In hac Campaniæ insulam Tiberius secesserat. Unde & Senatui scripsit. Lecta autem eius in Senatu Epistola Tribuni & milites statim circa Seianum circumsteterunt, vinctumq; ac mox per Senatum condemnatum in Gemonias scalas deiecerunt, vinctoque distraxerunt, ut scribit Dion.

*Bene habet.* Respondet iam prior ille, qui ante de ratione condemnationis interrogauerat, se iam omnem rem tenere. Sic Græci: *εὖ λόγισται*.

— Sed quid

*Turba Remi? SEQUITUR FORTUNAM ut semper, & odit*

*Damnatos. Idem populus si Nursia Tusco*

*Fauisset, si oppressa foret secura senectus*

*Principis, hac ipsa Seianum diceret hora*

*Augustum. Iam pridem, ex quo suffragia nulli*

*Vendimus, effugit curas. Nam qui dabat olim*

*Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se*

*Continet, atque duas tantum res anxius optat,*

*Panem & Circenses. Perituros audio multos.*

*Nil dubium est: Magna est fornacula. Pallidulus mi*

*Britidius meus ad Martis fuit obuius aram.*

*Quam timeo uictus ne poenas exigit Ajax,*

*Vi male defensus. Curramus precipites, &*

*Dum iacet in ripa calcemus Caesaris hostem:*

*Sed videant serui, ne quis neget, & pauidum in ius*

*Cernice adstricta dominum trahat. Hi sermones*

*Tunc de Seiano secreta hac murmura vulgi.*

Uterius vulgi inconstantiam, à quo honor & potentia dependet, depingit.

*Sed quid r. R.* i. Quid interea agit populus Romuli & eius fratris Remi, id est Romanus populus, qui antea tantopere colebat Seianum Non placet vulgata lectio: *Turba tremens*, vel *frementis*. Tremens. Amicorum Seiani. Frementis, quasi in gratiam imperatoris, ne Seiano fauisse videretur, infremuerit supra Seiani scelus & facinus. Alii legunt *tremens*. Et intelliguntur vel Seiani amici, vel scoptice hoc dicit in ignauiam populi.

*Sequitur fortunam.* Innuat quam fluxa pariter & perniciofa res sit potentia. Ouid.

*Denec eris felix multis numerabis amicos*

*Tempora si fuerint nubila solus eris.*



*Cæsar.* *Plerumque in calamitate ex amici inimici existunt.* Cicero: *Ut homines austo tempore praesto sunt frigore pulsa recedunt. Ita falsi amici sereno vita in tempore praesto sunt, simul atque inopem fortuna viderint, deuolant omnes.*

*Odii damnatos.* ] Exempla habes a Pompeio, Mario, & mille aliis.

*Idem populus.* ] Explicat quod dixit: *Sequitur fortunam.* i. Idem populus si Seianus superius Tiberium oppressisset. Seianum in Tiberii locum assumpsisset, eumque saluasset Augustum.

*Nursia.* ] Natus erat Ælius Seianus Volsciniis in Thulcia. Peculiaris autem Volscinensium Dea Northia, vel ut libri meliores Nurscia. i. Si Seianus Thulcius Dea patris fauente Tiberium oppressisset: Vel si Nurscia Thulcorum Dea contetraneo suo Seiano fauisset, ut Tiberium superare potuerit.

*Si oppressa foret.* ] i. Si Seianus principem Tiberium senem & securum oppressisset, vel hac hora Seianum Imperatorem & Augustum proclamaret. Miram populi leuitatem arguit.

*Iam pridem ex quo.* ] Increpat iam obiter desidiā & ignauiam Romanorum ciuium. i. Iam dudum, quia magistratus iam non amplius populi si fragio eligitur, populus Romanus nihil prorsus curat, & abiicit curam de eligendo magistratu. i. Nullum imperium amplius est populo, quod per suffragia diuersis vendat. i. Post Augusti Monarchiam, ex quo Imperatores esse ceperunt ex quo non amplius per suffragia magistratum eligimus.

*Ex quo.* ] Inde à tempore Monarchiæ iustitiae Cæsar.

*Effugit curas.* ] Eligendi magistratum curam reliquit & deseruit, & quem magistratum fors offert, illum ambabus manibus amplectitur. Ostendit populum nihil audere Imperatoris iure. Non enim liber, ut olim erat.

*Nam quis.* ] Populus scilicet, qui eligebat olim consulem.

*Imperium.* ] Dictaturam, consulatum, præturam, qui magistratus per fasces prælatos signabantur.

*Legiones.* ] Exercitus, belli præfecturam.

*Contentat.* ] Ocium agit, securus est. Contentus est dummodo habeat unde viuat, & ludos Circenses spectare possit. *Behilffte sich/ vnd lest Gutt twetter sein.*

*Panem & Circenses.* ] Panem ad victum & voluptatem è ludis Circensibus. Hæc vera lectio. Tacitus *Vulguis cui vna ex Rep. annona cura.* Derider præterea populum Satyrice, qui ludis Circensibus tantum occupabatur, quod & superius sæpius fecit, ut ad monni.

*Perituros audio multos.* ] Iterum populi ignauiz insultat, ex quo quomodoque vellet Imperator è medio tollebat. Rursus autem populus pauens introducit, cum Seianus vaco traheretur, quo modo plures inquit perituros.

*Nil dubium est.* ] Ita alter è populo, qui inter se loquens introducit, respondens, inueniens multos esse perituros.

*Magna est fornacula.* ] Dicunt interpretes fornacem pro ira æstuantem poni, quasi dicat: Ia multos Tiberii Imperatoris ira qua noxios puniat, quæ & magna est & æstuat, incensa est. Non desunt, qui per fornaculam intelligant fornacem ad noxios exurendos à Cæsare constitutam. Videtur autem rursus ludere antithetis & contrariis, cum ait *Magna fornacula.*

*Pallidulus mi.* ] i. Ille amicus meus præ timore pallidus est, metuens ne forte & ipse Imperatori tanquam amicus Seiani suspectus sit. Hunc Brutidium ait Tacitus *artibus honestis copiosum fuisse* qui etiam teste Seneca *Rhetor & historicus suis non sine laude.*

*Ad Martii.* ] Vltoris scilicet.

*Quam times Viti.* ] Alii plerique hæc de Brutidio explicanti. Metuo ne Brutidius hic se interimat metu iræ Imperatoris ut Ajax fecit, cum male in iudicio de armis Achillis defensus esset. Vide Ouid. lib. 13. Metamorph. Multi autem ex Seiani amicis sibi ipsis mortem conscierant ne torquerentur.

*Vt male defensus.* ] A proceribus Græcorum dum petit sibi dari armam Achillis sibi debita, quæ postea Vlyssi ad iudicabantur. Per Brutidium ad Brutos libertatis Romanæ vindices quidam auctorem nostrum volunt respicere, ut hic sit sensus: Metuo ne Brutidius tanquam Brutus Kempub. in pristinam libertatem reuocare volens ab Imperatore iniuste condemnatus de se, ut Ajax, supplicium sumat. Verum rectius meo iudicio hæc de Tiberio intelligatur, id est,

Timco

Timeo ne Tiberius se à senatu male defensum dicat, & Sciani scelera non satis puniæ esse, & deinde ut furiosus Ajax in quosvis crudeliter sæuiat. Vel ita: Valde metuo ne Imperator Tiberius pœnas sumat à multis Senatoribus, & ciuibus Romanis, à quibus non satis defensus sit, ut qui Scianum non satis punierat. Ut Ajax male à Græcis defendebatur, qui tamen potiore causam habebat. Quicunque autem ne Sciani offendi erant, & maiestatem Imperatoris non satis defendissent, illi puniebantur.

*Curramus precipites.* ] Hæc omnia dicit, quasi illo tempore populus hæc inter se locutus sit, ut omnibus modis suspicionem amittat, & cognationis aut favoris Sciani à se remouerent, & declinarent.

*In ripa* ] Sub scalis Gemoniis inscriptus.

*Sed videant ferui.* ] i. Serui nostri: etiam atque etiam videant nos Sciani cadaver ut hostem pedibus conculcasse, ne & nos illius amici esse videamur, vel ne feruorum indicio in discrimen veniamus, in ius rapiamur ab illis, & in summum vitæ discrimen incidamus. Scribit Tranquillus, quod multi ex familiaribus Sciani cum in ius vocarentur à Tiberio, nihil de damnatione dubitantes sibi mortem conficiuerint, vel venenum in media curia hauserint. Dederat autem feruis potestatem, ut dominos liceret accusare.

*Hi sermores* ] Quos recitat illo tempore, quo Scianus condemnatus in scalas Gemonias trahabatur. Hucusque ergo populus. Sequuntur iam verba Poetæ.

*Secreta hæc marmura* ] Huiusmodi tacite & secreta populus inter se mormurabat. Iterum populi ignauiz & timiditati insultat.

- 90 *Visne salutaris fuit Scianus? habere  
Tantumdem? atque illi sellas donare Curules?  
Illum exercitiis preponere? tutor haberi  
Principis, antequam Caprearum in rupe sedentis  
Cum grege Chaldeo? Vis certe perila cohortes,  
95 Egregios equites, & castra domesticâ. Quidnis  
Hæc cupias? Et qui nolunt occidere quenquam  
Posse valent. SED QVÆ PRAECLARA & prospera tanti,  
Vt rebus latis par sit mensura malorum.  
Huius qui trahitur pretextam sumere manis:  
100 An Fidenarum Gabiorumq; esse potestas?  
Et de mensurâ ius dicere, vasa minora  
Frangere, pannosus vacuis adilis Vlabris?  
Ergo quid optandum foret ignorasse fateris  
Scianum. Nam QVI NIMIOS OPTABAT honores,  
105 Et nimias poscebat opes, numerosa parabas  
Excellsa turris tabulata, unde altior esset  
Casus & impulsæ preceps inmane ruina.  
QVOD CRASSOS, QVOD Pompeios enertis, & illum  
Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites?  
110 SUMMVS NEMP: locus nullâ non arte peritus.  
Magnaq; numinibus vota exaudita malignis.  
AD GENERVM CERERIS sine cade & sanguine pauci  
Descendunt reges, & sicca morte tyranni.*

Notat iam hominum dementiam, qui ad summos honores adspicarent, qui cum tot personis coniecti sint, cum satius sit & longe securius ac beatius mediocribus honoribus in municipiis potiri.

*Vise salutari.*] Sunt verba Poete. Exoptasne tibi summos honores & diuitias Seiani, vel videri & salutari collega & summus amicus Imperatoris Tiberii, & postea vincto in Gemonias trahi. Q. d. Minime quidem tam calamitoso exitu. Hinc est, quod Seneca ait:

*Tum sibi felix pauper habetur*

*Quando felices cecidisse vides.*

*Habere tantundem.*] Nimirum immensas diuitias tam atroci exitio.

*Atque illi sellas.*] Tantæ esse potentie, ut hunc magistratum vel consulatum, illum exercitus ducem, vel magistrum milicum efficias. Porro in Curulibus sellis magistratus sedentes iura populo dabant. Alii sellas curules intelligunt, quibus Magistratus in Curiam vehebatur.

*Tutor haberi principis.*] Vicarius Imperatoris esse, eiusque munera obire, dum Capreis in secessu otium agere cum Mathematicis. i. Appellari protector quasi & defensor Tiberii Caesaris absentis.

*Caprearum in rupe.*] Quo secessu delectabatur, & ubi omnia scelera committebat, & nefanda libidinis exercitia excogitabat, teste Suetonio, qui quia vini etiam audior erat, pro Claudio Tiberio Nerone dictus est *Caldium Bibereus Mero*. Erant autem Capreae parua insula ultra Sorrentum Campaniae urbem secessu hanc Tiberii infans.

*Cum grege Chaldaeo.*] Thrasillum intellige, cuius moniis imprimis teste Suetonio obtemperabat. Illum autem consulebat timidus & meticulosus, quod & ex eius Epistola colligitur, cuius principium est. *Quid scribam patres conscripti? aut quomodo scribam? aut quid animo non scribam? Hoc tempore Di me Deaque perstant, quam quotidie vivere sentio.*

*Vix certe, pila, cohortes.*] Concessionis vim habet. q. d. Tu certe talia cupis, quæ etiam boni & mites desiderare possunt, ut sunt Prætoræ & alii magistratus, quæ notat per pilam, cohortes, &c. Alii legunt *certa pila cohortis*. i. Præcipuum ducere, primi ordinis ductorem esse, & primum centurionem. Et sic gubernatio alicuius certæ & specialis cohortis potest intelligi. Nam in legione erant cohortes decem.

*Pila.*] Erat Pileum missile, ferro triangulo, vinctum 9. hastili pedum quinque cum semisse. Hisse missilibus utebatur pedestris exercitus. Dixit autem pila pro pedibus pilis munitis. Potest etiam hæc esse sententia. Desiderasne gubernationem alicuius specialis cohortis alicui conferre.

*Egregios equites.*] Quibus nimirum tanquam Præfatus præs.

*Castra domestica.*] i. Prætoriana, quibus præfuerat Seianus, & quæ omnia primus super Diocletianas iuxta aggerem posuit, teste Probo.

*Quidni hac cupiam.*] Repetitur concessio. q. d. Hæc quidem videlicet potentiam & diuitias etiam boni desiderare possunt, sed quibus tamen plus mali quam boni attulerunt.

*Et qui moluit.*] i. Boni pariter & mali, humani iuxta & crudelis horum cupidi sunt.

*Sed quæ præclara.*] i. Hæc omnia quæ prædixi prospera & præclara tanti constant, ut quantum commodi & lætitiæ, tantum etiam damni & mali inde consequaris Potest & ita explicari: Quæ potentia, qui honores tanti æstimari possunt, ut, id est, quando vel ubi par mensura tristiæ & ætatis ipsis rebus lætis adest. Hoc eo dicit, nam honores ac diuitiæ plus mœroris & calamitatum hominibus adferunt, vel saltem tantum mœroris, quantum lætitiæ & gaudii. Mallem ergo hic legere, *par est*. i. Cum par vel æqualis est, licet vulgata lectio. *ut sit*, i. cum sit etiam reuerenti possit.

*Nimium qui trahitur.*] Monstrat his verbis mediocritas meliora esse, quam nimis, & satius esse mediocres honores vel in municipiis, quam illos summos in urbe Roma consequi. i. Nonne præoptas in oppido aliquo prætor esse vel Aedilis, quam imperatoria illa Seiani ornamenta consequi? Vel cum securitate ac tuto in minori dignitate vivere, quam cum malo & periculo in summa.

*Qui trahitur.*] Seianus vincto in Gemonias.

*Intextam.*] Vestem purpuream & consularem, quæ in senatum ibant.

*Quam Fidenem.*] i. Fidenis & Gabiis in vilibus extra Romam municipiis mediocres honores consequi & ediles esse, & tuto ac secure licet in obscuro loco vivere.

*Praefectus.*] i. Magistratus.

*Dynastura.*] i. Edilis p. p. Porto edilium erat de ponderibus & mensuris caucere, qui mini-  
mi ceteris magistratuum.

*Vespa minor.*] Inde dixit Persius de Edili:

— *Italo quod honore supinum,*

*Fraxerit haminas Arres! adulu iniquas.*

*Ergo quid optandum.*] Repetit propositionem & concludit ipsum Seianum vera bona ignorare. Q. d. Constat ergo Seianum dum honores appetit nihil boni petiisse, sed in alium & ad summam honorum cacumina adscendisse, ut alius & profundius rueret. Vel: Seianus seipsum ad summum honoris culmen enehabat, ac sibi ipsi numerosas & multiplices contignationes & tabulata in excello honorum fastigio exedificabat, vnde grauiori calu decideret. Claudianus:

*Tolluntur in altum*

*Ut lapsu grauiore ruant. —*

*Impulsus ruina.*] Violenter illatz, & ad casum impulsæ & concussæ, vnde esset immane precipitium, vel ingens spacium per quod precipitatur & ruat. Nam *præceps immane*, hic est sublimis precipitium.

*Quid Crassus.*] Hucusque de Seiano. Iam idem probat exemplo Crassorum, Pompeiorum, Iulii Caesaris, Quærit autem Poeta quidnam illos pessum dederit, videlicet potentia.

*Crassus.*] M. Crassum patrem, cuiusque filium à Parthis trucidatum. Vide Plutarchum. Appianus scribit *gloria belli gerendi elatum Crassum ut ad Indicum penetraret oceanum, & aurum Parthicum raperes*, bellum iniuste in Parthos mouisse. Cui victo illi eliquatum aurum, tanquam qui aurum fuiret capiti infuderunt.

*Pompeius.*] Pompeianum magnam intelligit cum duobus filiis, qui tres partes sua cæde ac morte quinartunt. Martialis lib. 5.

*Pompeios inuener Asia atque Europa sed illum*

*Terra regis Lybias, sitamem illa regit.*

*Julium.*] Iulium Caesarem perpetuum dictatorem intellige, in Senatu à Bruto, Cassio, Cicerone, & reliquis 23. vulneribus confossum. Possunt etiam Sella vel Cinna intelligi.

*Adhuc qui.*] i. Qui populum Romanum ad sua flagra impulsit, quibus quos volebat è ciuibus creabat. Vel qui per tyrannidem impulsit Romanos subactos ad sua flagra, suumque imperium cum Dictatura perpetuam occurrere & tyrannide.

*Remanos Quirites.*] Romanos ciues in seruitutem redactos.

*Summa perire loca.*] Respondet iam Poeta ambitionem, & nimiorum honorum studium esse, his locis, & amina vel Deos malignos & malevolentes, qui nimium indulgentes prompti & faciles illorum vota exaudierint.

*Nulla ergo arge.*] Omnibus modis & rationibus, omni astu, studio, & labore questus etiam periculum & infestitiam. Nam ut ille ait:

*Sic iam violandum, regi gratia*

*Violandum est, ceteris rebus pietatem colas.*

*Magna vox.*] De rebus magnis, & totius orbis imperio.

*Quæ vota.*] Quæ vota Diuitum malitiosi & maligni exaudierunt, & dederunt petenti aduocata.

*Generum Cereris.*] i. Pauci tyranni & imperatores qui per fraudem, cædem & sanguinem imperium perueniunt moriuntur inuenta, naturali, & sua morte. Nimirum qui plerumque & trucidati ad Plutona ad inferos descendunt. Est autem Pluto Deus inferorum, & Cereris frater, gener Cereris, nam Proserpina est Cereris filia, Plutonis coniux, in quam omnes fere Tragediæ scriptæ sunt. In quibus magnorum heroum calamitosis exitus plerumque depinguntur.

*Quia reuera illi ad inferos descenderunt, & tali sortem in coelum subleuati.* Quia reuera illi ad inferos descenderunt, & tali sortem in coelum subleuati.

*In coelum,*

*Zz*

Sæcra.] Naturali & inenitum.

- 115 *Eloquium & famam Demosthenis & Ciceronis*  
*Incipit optare & totis quinquatribus optat,*  
*Quisquis adhuc unâ partem colit asse Minervam.*  
*Quem sequitur custos, angustæ vernula capse,*  
*Eloquio sed uterque per se orator, utrumque*  
*Largus & exundans leitho dedit ingenii fons.*
- 120 *Ingenio manus est & cernix casa, NEC VNQVAM*  
*Sanguine Causidici maduerunt rostra pusilli.*  
*O FORTVNATAM natam me consule Romam,*  
*Anton I gladios potuit contemnere, si sic*  
*Omnia dixisset. Ridenda Poemata malo*
- 125 *Quam te conspicua diuina Philippica fame,*  
*Volueris a prima qua proxima. Scelus & illum*  
*Exitus eripuit, quem mirabantur Athena*  
*Torrentem, & pleni moderantem frena theatri.*  
*Ditis ille aduersis genitus, fatosq. sinistro.*
- 130 *Quem pater ardentis massæ fuligine lippus*  
*A carbone, & forcipibus gladiosq. parante*  
*Incude & luteo Vulcano ad Rhetora misit.*

Hæc vsque demonstrant diuitias & honores multis exiis fuisse. Iam idem probat de eloquentia, & fama, quæ & ipsa à pluribus appetere, & plurimos etiam in exitum præcipiat, quod ipsum probat exemplo Ciceronis & Demosthenis.

*Eloquium & famam.*] i. Quicumque puer adhuc sapientiæ & eloquentiæ Deam Minervam, quæ minimo vnius assis precio comparari potest, colit & veneratur: ille summorum oratorum famam & eloquentiam sibi exoptat. Quo, um hicieter Latinos, ille inter Græcos eloquentiæ palmam omnibus præripuit.

*Totis quinquatribus.*] i. Integris quinque diebus, quibus celebrantur quinquatrus scilicet in Mineræ ingeniorum prædis honorem, instituta à Domitiano in Albano.

*Quisquis adhuc.*] Inuit etiam pueros, qui paruum adhuc mercedem præceptoribus dabat, nimirum tantum assem, etiam eloquentiam optare.

*Vno asse.*] Scæpricæ & inuidiosæ in Romanos dictam. i. Exiguo admodum precio & mercede, de quo dictum Sat. 7. q. d. Tantillo iam comparari potest eloquentia, & sapientia. Parum enim præceptoribus dabatur.

*Quem sequitur custos.*] i. Quem parvus servulus in ludum sequitur, dedit & redact, qui patrem capiam custodit, in qua libri continentur ipsius patris.

*Eloquio sed uterque per se orator.*] Probat eloquentiam absolute bonam non esse, utpote quæ abusi perierunt.

*Per se.*] Ultima syllaba longa, quia contracta ex periit.

*Præterquamque Largus & exundans.*] i. Vtrumque oratorem Demosthenem & Ciceronem sperabundans ingenii & eloquii fons morti dedit. Nam hic ab Antonio, ille à Philippo fuit occisus. Vide de utroque Plutarchum.

*Ingenio manus est.*] Probat quod dixit ex historia vtriusque erroris. Ob eloquium & ingenium Ciceroni caput & manus Antonii iussu à Popilio Lenæ abscissa & pro sostris adfixæ sunt, pro quibus Cicero in Antonium dixerat. Inuit ergo Poeta hoc facti non fuisse, si Cicero exiguis tabula & vilis causidicus fuisset, & tantum eloquentia non valuisset. Porro Fulvia Antonii uxor caput Ciceronis intra genæ detentum spuito fœdauit, cuiusque linguam ex ore extractam, quæ toties ante in maritum suum Antonium iniectus erat, aciculis percutit. Oculi caus-

si cunctis multas alias & hæc non postrema fuit, quod Cicero Lentulum cum aliis in con-  
sultatione Catilinaria supplicio in carcere adfecerat. Cui Lentulo nupta erat Iulia ex Cæsaris  
familia, & ipsius Antonii mater.

*Hec Vagantur.*] Quippe

*Minus in parvos fortuna furit.  
Molacisq; rebus longius annus est.*

*O fortunatam.*] Supple, dixit Cicero: ob Catilinæ conspirationem feliciter repressam & ex-  
tinctam. In quo versu, quia *matrem natam* inepte iteratum videbatur Cicero irritus est. Vnde au-  
thor innuit: Si talia inepta carmina Cicero semper scripsisset, & tam inepte omnia dixisset, nec  
Philippicas orationes & potissimum secundam incredibili eloquentiæ & ingenii virtute in An-  
tonium fulminasset, facile ab Antonii gladiis tutus ac securus fuisset. Porro in hoc versu, quod  
Cicero per singularem elegantiam fecit, eius malevoli invidi & amuli irriserunt. De hoc versu  
ait Turnebus lib. 7. cap. 19. aduers. Noſ. Vero est cur à Quintiliano lib. 9. cap. 4. Vel à Iuvenale  
lib. 10. Versus ardeat ob iterationem carundem Syllabarum. Illos enim veteres in delictis habu-  
erunt, ut eo loco locuti sumus. Virgilii 3. Æneid.

*Tales casus Cassandra cavebat.*

*Hæc figuram posterioris fastidii.* & ex suo fastidio, ea qua de industria, & venusto affectu erant  
composita, aspernat a se. Quæ tamen multis in rebus ineptum lasciuji, & laſci, & merito in quibus se  
circumspicit interdam a serijs & intelligentibus irrideri mereatur.

*Si se omnia dixisset.* i. Si male sonantem versum, sicutiam orationes recitasset, Vult noster  
auctor Ciceronem tutum futurum fuisse ab Antoni gladiis, si tam malus Orator, quam Poeta  
fuisset.

*Ridenda Poemata malo.*] i. O Cicero, si ab omni periculo securus es vir, teque in nullum  
capies periculum conicere, malo te inepta & ridicula carmina conscribere, quæ invidi rodant  
& rideant, quam egregiam illam orationem secundam Philippicam, in qua omnes ingenii tui  
& eloquentiæ vires expendisti, & Antonium tibi reddidisti inensissimum.

*Confusa fama.*] Nobilissima & omnibus numeris absoluta. Huc enim contulit quidquid  
ingratum, quidquid eloqui habuit.

*Philippica.*) Demosthenes in Philippum regem Macedoniæ multis actionibus, quæ etiam-  
num extant, inuictus est, quas Philippicas inscripsit, quem æmulus est Cicero, & Orationes,  
quæ in M. Antonium scripserat, Philippicas inscripsit, cum proprie Antonianæ dicendæ fuissent.  
Porro inscriptionis illius malum omen in Cicerone fuit, nimirum qui Demosthenis inscriptio-  
nem imitatus, eundem etiam ex eadem causa vitæ suæ cum Demosthene sibi contraxit.

*Scelus (Syllabus).*) Hæcens de Cicerone, digreditur iam ad Demosthenem. Hic Demosthe-  
nes ob eloquentiam Athenis miraculo, cum ob suspicionem corruptionis ab Areopagitis con-  
demnatus esset, fracto carcere aufugit, per uulnque exsilium in Ægina. Deinde cum bene de pa-  
tris sentiret & loqueretur publico decreto longa nauireductus est. Postea cum Alexander rex  
Macedonum Athenienses vicisset, ut cæuitati parceret Demosthenem ad supplicium sibi dari  
posuit. Ergo cum audiret Antipatrum & Craterum aduentare diuersæ factionis principes  
nam cum Hyperide Oratore & al. is aufugit, qui omnes à populo damnati sunt, misitq; Archia  
Tyrio Tragædo Hyperidi linguæ abscissa est, & Demosthenes cum in Calabriam Thraciæ per-  
uenisset in templo Neptuni accepto nuncio Damnationis, cum spatium adscribendum peti-  
sit, venæcum è calamo hausit & interfuit. Vide Plutarchum.

*Torrentem.*] Eloquentiam in Demosthene in modum torrentis fluentem, quæ eloquentiæ  
illæ regibus & gubernabat totam theatrum & auditorium plenum ciuibz Atheniensibus.

*Moderatrem frenam.*] Dicimus moderor te, & moderor tibi.

*Theatri.*] In theatris orationes etiam recitari solitas, vel ex actis Apostolorum liquet, ad  
quas in seip. populis confuebat.

*Dixi ille aduersus.*) His verbis indicat auctor Demosthenem Diis exosum fuisse, qui ad tantum honorem & ad tantam eloquentiam tam crudeli exitu euectus sit. Vt pote qui fuerit fabri ferrarii filius ipse faber talis manere potuerit, & tamen non suo numine se in Scholas rhetorū contulit ibiq; didicit illam artem, qua ipse abutens in suam & aliorum perniciem calamitosum vitæ finem inuenit.

*Pater lippus.*) Faber ferrarius cui oculi fumo & fuligine ignitæ massæ ferreæ continuo fluebant. Pater enim Demosthenis officinam gladiatorum Athenis egregiam, & multis artificibus seruis insignem habuit, ob id *lippus* dictus. A patre Demosthenes 7. annorum relictus amplo patrimonio ad eloquentiam animum adpulit: Præceptorem habuit istum oratorem facundissimum.

*A carbore.*) Reliquis instrumentis fabrilibus ad eloquentiam discendam misit, qui si faber quansisset, tutius vixisset.

*Incude*) Super qua gladios fabricantur fabri.

*Luteo Vulcano*) Non de luteo colore vel ruffo intellige. Sic enim prima syllaba prodsceretur. Sed *luteo*, i. lutofo, deformi, obsoleto, nigro. Fabri enim plerunq; vultu fuligine ac fumo nigro & deformi sunt.

135

*Bellorum exuvie truncis adfixa tropæis  
Lorica, & fracta de casside bucula pendens  
Et curtum temone ingum, victæq; triremis  
Aplustre, & summo tristis captivus in arcu,  
Humanis maiora bonis creduntur: & huc se  
Romanus, Graiusq; & Barbarus Induperator  
Erexit: causas discriminis atq; laboris*

140

*Inde habuit. TANTO MAIOR FAMÆ sitis est, quam  
Virtutis. QVIS ENIM VIRTUTEM amplectitur ipsam.  
Præmia si tollas? PATRIAM TAMEN OBRUIT olim.  
Gloria paucorum, & laudis tituliq; cupido  
Hæsi saxi cingrum custodibus, ad qua  
Discutienda valent steriles mala robora figus.*

145

*QUANDOQV IDEM DATA SVNT ipsis quoq; fata sepulchris.*

Transit iam ab eloquentia ad glorias & laudes ac victorias bellicas, quas & ipsas multis exitio fuisse demonstrat exemplis Alexandri Magni, Annibalis, Xerxis, &c.

*Bellorum exuvie.*) Sensus est: Gloria ex victoria in bellis à plerisque reputatur esse prorsus summum bonum, & quæ tantopere à plerisque appetitur quasi bonum prorsus divinum esset.

*Exuvie.*) Triumphi, tropæa, & spolia de hostibus, quæ victis in bellis exiuntur, ut sunt omnis generis spolia, & pleraq; quæ sequuntur.

*Truncis adfixa Tropæis.*) Solebant victores tropæum in victoriæ signum in tumulo aliquo vel colle ex ditruncatis arboribus constituere, & arma hostibus victis excepta & alias exuvias ad tropæum adfixas suspendere. Virg. lib. 11.

*Voti Deum primo Vixtor soluebat Eo  
Ingentem quercum decisis undiq; ramis  
Constituit tumulo, fulgentiaq; induit arma,  
Mæzæq; I ducis exuvias. Tibi magne Tropæum*

Bellig.

*Bellipotens apant rotantes sanguine cristas  
Telaq; trunca viri, & bus sex ibat ac a petisum  
Perfissumq; locis.*

Tropæum dicitur à convertendo, quod ibi à persequendi victis hostibus fuerint reuerſi.

*Loricæ.* Olim ex loris fiebat, iam ex hamis siue annulis. *Cin Panzer.*

*Et fracta de casside.* Tegmen ferreum buccæ per quod spiritus ducitur cassidi fractæ adhærens, est à hoc loco buccula, buccarum tegmen. *Das Visier.* Porro omnia fracta & trunca propteris solebant adfigi.

*Curruæ remone iugum.* Iugum aliquod curruæ, cui temo deest, vt pote in bello fractus. i. iugum quod suo remone spoliatum est. Nam solebant veteres curribus conſigere & prius tamen equo hinc certandi consuetudo. *Lucretius:*

*Et primæ est armatûm in equi descendere costar  
Et moderaret hunc frenis, dextraq; regere  
Quam biungo curru bella tentura pericla,  
Et quam falciferis armatum ascendere curruæ.*

*Temone.* Ligno quod ad iugum inter equos excurrit.

*Victaq; tremens apluſtre.* Victoria nautalis. i. Puppis ornamentum alicuius nauis tribus ordinibus temorum vitæ victæ & superatæ. Dicitur a. apluſtre in plurali apluſtra & apluſtria, eo quod sine illis nauigare possit, cum sit tantum puppis ornamentum. *Cine Blacte.* Sunt n. apluſtria recte Festo ornamenta nauium superuacua.

*Et summo tristis captiuus.* In arcu sc. triumphali alte exstructo ex lapidibus vt in pontibus in omniſummitate victor oſtrum & victum hostem tenebat, quem tristem vocat, eo quod victus & superatus hostibus suis. Ipe baculum præberet. Hæc omnia, inquit, creduntur maiora esse, quam omnia humana, & maiora quam quæ ab homine in hominem conferri possunt. Quandoquidem triumphans summo Deo æquabatur, in iisdem vestibus sacrificabat, vt supra dixit *Antonia leui*, & eius etiam personam gerebat.

*Humanis maiora creduntur.* A stultis & imprudentibus.

*Ad hæc se.* i. Ad hæc bona, ad hæc victorias, hos de demitis hostibus triumphos, omnes imperatores in terra, siue sint Latini, siue Græci, siue Barbari sese erigunt. hæc & consimilia totius viribus adſectant.

*Romanus.* Vt Sulla, Crassus, Pompeius Iulius Cæsar.

*Græcus.* Alexander Magnus.

*Barbarus.* Xerxes, Darius, Annibal.

*Causa discriminis.* Ex ambitione scilicet & laudis ac victoriæ cupidine, hi tot discrimina, pericula, ærumnas & labores in se susceperunt.

*Discriminibus.* Nemo enim ex illis ferme naturali morte periit.

*Tanto maior.* Nam omnes virtute relicta famam & gloriam bellicam quæſuerunt. Nihil enim plerique morantur, quomodo ad imperium perueniant, siue per fas, siue per nefas, modo perueniant.

*Qui enim virtutem.* i. Si honorem famam & gloriam, quæ virtutis præmia plerique respiciunt, tollas, nemo virtutem curabit. Ouid. lib. 2. de Ponto ad Maximum:

*Ipsæ decore recti, facti si præmia desint,  
Non mouet, & gratis panis: esse probum.*

*Patriam tamen obruit.* Sic patriâ calamitate oppresserat ambitio Sullæ Marii, Cinna, Crassus, Pompeii, Cæsaris, Augusti, & aliorum. Ex huius rei hodiernum seculum exempla suppeditat: notissima. Quidam rex Daniz prudentissime solebat dicere: *Plerumq; omnium bellorum causa fuisse pugillum superbia.*

*Olim.* Præteritis seculis. Sic Annibal gloriosus patriæ suæ ruina fuit.



*Et laudis tituliq;*] i. Desiderium glorioſæ inſcriptionis, & eximii tituli, qui inſculpendus eſt & inhaſurus eſt ſaxis ſepulchris & monumentis in quibus vixit & cineres mortuorum coaduntur & caſtodiebantur, ob id dicitur caſtodibus. Eo dicitur, nam res geſtæ ſepulchris incidebantur.

*Haſori ſaxi.*] Contempna dixit: q. d. inania monumenta & titulum, in quo res geſtæ conſcriberentur, & qui titulus paulo poſt vna cum lapide vel monumento interit.

*Ad qua diſcutienda.*] Notat ſcoticæ ſtultitiam hominum, qui propter eximiam ſepulchrorum inſcriptionem tanta pericula & tantos labores ſubirent, cum illa ſepulchra à caprificis diſrumpi & frangi poſſint. Hæc enim natura illius arboris. Martialis:

*Marmora Meſſalla ſcindit caprificus.*

Huc etiam Perſius Saryra prima reſpicit, cum ait:

— *Rupto iocore exierit caprificum.*

Eſt a. arbor ſterilis, cuius ficus nuquam matureſcunt, & caprificus dicitur Latinis, Meſſeniorum lingua dicebatur *καρύϕις*.

*Mala robora.*] Sunt enim ſteriles ficus, & aulla in re proſunt. Scindunt a. validiſſimos muros & ſaxa in quibus naſcuntur.

*Quandoquidem data ſunt.*] Cum tamen monumenta vel ſepulchra eo ſiant, vt memoriam noſtram maxime longam efficiat. Iam vero iſtis etiam ſepulchris, ſepulchrum vel mors data eſt, cum iſta etiam validiſſima monumenta frangantur & rumpantur. Naſcuntur enim in illis caprificus, quæ monumenta frangunt, & utulos deſcunt. Hinc Auſonius.

*Miremur perſiſſe homines, monumenta ſarbiſcunt,*

*Mors etiam ſaxis momimbuiſq; venit.*

*Expende Annibalem, quos libras in duce ſummo  
Inuenias? Hic eſt, quem non capit Africa, Mauro  
Perfuſa Oceano: Nilôq; admota tepenti.*

150

*Rurſus ad Æthiopum populos altoſq; Elephantæ  
Additur Imperiis Hispania: Pyrenæum,  
Transiſit. Oppoſuit natura Alpemq; niuemq;  
Diduxit ſcopulos, & montem rupis aceto,  
Iam tenet Italian: Tamen ultra pergere tendit.*

155

*Altum inquit nihil eſt, niſi Pæno milite portas  
Frangimus & media vexillum pono Suburra.  
O qualis facies, & quali digna tabella,  
Cum Getula ducem portaret belua laſcum!*

160

*Exitus ergo quis eſt, o gloria! Vincitur idem.  
Nempe, & in exſilium præceps fugit, atq; ibi magnus  
Mirandusq; cliens ſedit ad prætoris regis,  
Donec Buſthyno libeat vigilare tyranno.*

165

*Finem anima, quæ res humanas miſcuit olim,  
Non gladii, non ſaxa dabant, non tela. Sed ille  
Cannarum vindex, & ſanti ſanguinis vltor  
Annulus. I demens, & ſanus curre per Alpes  
Vt pueris placeas, & declamatio ſias.*

Probat ſuperiora, quod gloriæ ac tituli cupido, quamuis parum duraturi belli incendio, tamen quam dilectio multorum patriæ obuerit, Annibalis exemplo. Cuius mortui cineres in parua vna continebantur, quem vinum vinet in Africa capere non poterat.

*Expende*

*Expende Annibalem.*] i. Ponderando vel librando explora cineres Annibalis maximi illius ducis, quot librarum illos esse censet? Vix unius aut duarum. Opponuntur autem inter se paucæ libræ & summus dux.

*Hic est.*] i. Annibal ille, in cuius mortui cineribus vix vnam & alteram libram inuenias, ille fuit, quem vitium tota Africa non cœpit, quæ à Septentrione alluitur mari Atlântico, iuxta quod Mauri habitant, ab ortu Nilo. Qui tamen hoc tanto imperio non contentus Romanum adiungere volebat.

*Maurus.*] Mari Æthiopico & Atlântico.

*Nilo repenti.*] Vt qui maiori sui parte æquatori subiectus est, & solem ad verticem habet. Unde ob loci & regionis calorem repens dicitur.

*Rursus ad Æthiopum.*] Notatur incredibilis regnandi auiditas in Annibale, qui Hispaniæ quoque imperium populis Libyæ & Æthiopum, quibus imperabat, adiungebat.

*Æthiopum populos.*] Duplex enim Æthiopia. Intelligit autem illos qui erant in Lybia.

*Alios Elephantos.*] Videtur Mauritaniam vel Lybiam intelligere ubi Elephantum, qui & in India. Sunt autem in Mauritaniæ saltibus Elephantum teste Plinio, quibus Annibal in bellis usus.

*Hispania.*] Quam Amilcar & Asdrubal primus infestauit, & Annibal demum obtinuit. De hoc Iustinus plane in fine. *Vniuersam Hispaniam domuit, inde Romanis illato bello Italiam per annos sedecim variis cladibus fatigauit.*

*Pyrenæum.*] Montem Gallias ab Hispania diuidentem. Nam per Gallias in Italiam penetravit.

*Opposuit natura.*] Altissimos illos montes niuibus conspersos opposuit, ne inde Italiam penetrare posset. Illos tamen superauit.

*Alpem.*] Natura Alpes Italiæ pro muro dedit aduersus impetum barbarorum. i. opposuit Annibali inuofas Alpes. Diuidunt autem Alpes Galliam & Germaniam ab Italia.

*Diduxit scopulos.*] Distraxit, diuisit, viam per illos aperuit.

*Et montem ruper.*] Adhibito incendio & infuso aceto, scopulos fregit. Vt Liuius scribit, & Silius Italicus. Quod tamen Polybius vt fabulosum omittit.

*Item tenet Italiam.*] Vt pote quam quatuor præliis miserrime adfixit & Capuam sine prælio ingressus est.

*Tamen Ultra.*] Non satis esse putat Italiam tenere, nisi etiam Romam teneat.

*Pergere.*] Alii codices habent perdere.

*Album inquit nihil est.*] Verba Annibalis, quibus mira regnandi libido in Annibale exprimitur.

*Portæ.*] Urbis Romæ. Et recte, hæc enim Italiæ caput.

*Et media vexillum pono.*] i. Nisi in signum Imperii & victoriæ in nobilissimo illo & populoso vrbis Romæ vico vexillum pono. Subura nobilissimus erat vicus, ita dictus quod esset sub antiqua vibe.

*O qualis facies.*] Irridet Poeta vanitatem & deformitatem Annibalis, qui tamen tot & tanta animo agitabat. Mos autem Romæ erat intabula sæpe deformis facies & distorta ora risu gratia depingere. Q. d. auctor Scoptice. Nimirum tu bene à natura informatus es, qui Romanum etiam Imperium tibi somaies. Quam ridicula enim facies tua futura erat, si tu vnoculus Getulo alicui Elephantio insidens pingereris. Sic nos Germani dicimus. *Du sichst wol dar nach auß.*

*Qualis tabella.*] Vt depingereris ad spectaculum.

*Cum Getulo.*] i. Cum Elephantum ducem luscum portare. Posuit luscum pro vnoculo. Perdidit autem vnum oculum in transitu Alpium Apennini. Vbi ingentem hominum & iumentorum iacturam fecit.

*Exitus ergo quis est.*] i. Quis euentus fuit huius talis ac tanti imperatoris?

*O gloria.*] Quæ scilicet tantorum malorum & calamitatum causa es. Vel etiam Scoptice hæc in Annibalem dicta.

*Vincitur idem nempe.*] Dum scilicet victoriam ad Cannas non persequitur, dum Italiam posita relinquit, & Scipio in Africam cum Romano exercitu penetrat. Nam, quam primum pe-

dem extra Italiam ponere cœpit, inclinare eius fortuna etiam incœpit, vt ipse apud Iustium conqueritur.

*Et in exsilium.*] Cum scilicet à Scipione victus esset exsilio mulctatus ad Antiochum Syrię regem profugit, quem sibi suspectum postea deseruit, & ad Prusiam Bithinię regem peruenit, pro quo aduersus Eumenem victor bellum gerit.

*Atq; ibi magnus.*] Scoprice & Satyrice suo more quasi contraria coniungit. *Magnus*, mirandus, & *cliens*. Mirandus reuera, qui quidem ante summus dux fuerit iam cliens, & è triumphatore fugitiuus.

*Ad pratoria*] Ad sedem quasi iudicalem regis Prusię.

*Donec Bithyn.*] Donec in assentationem Romanorum, qui eolegatum miserant Flaminium, Annibalem deposcentem, placuit Regi Bithynię ipsum iugulare. Sed ille regem pręueniens, seipsum veneno interemit. Vide Plutarchum.

*Vigilare*] Bene ita legitur, Tam diu sedet ad pratoria regis mane regem expectans donec illi non amplius dormire sed vigilare & surgere libeat.

*Iugulare.*] Alii legunt *Vigilare*. quod tamen non probo. Qui sic legunt, de cliente interpretantur, qui vigilare & opperiri solet patronum è somno surgentem, & salutare.

*Finem anima.*] Indicat iam quā facillime per etiam leuissimam mortis occasionem, tales inexplebiles gloria & honoribus animi satiari possint. i. Qui omnia humana inexplebili glorię & potentię desiderio, ex de, sanguineque subuertebat, illi mortem inferet, non gladius, non saxa, non tela, sed exigua admodum veneni portio, quam sub palea annuli gestabat in illum vsum. Tale superius etiam memoravi de Demosthene.

*Miscuit.*] Confudit perturbauit & *Scoprice* & *Prusię*, supera infera ponens.

*Sed ipse annulus.*] Indicat quam leuissima re etiam robustissimi heroes, & spe futurę potentię mundi regna deuorantes, domari possint.

*Cannarum Index.*] Respicit haud dubie ad famosam illam Romanorum cladem ad Cannas, vbi tot nobiles Romani perierunt, vt etiam aliquot mensurę annulorum è nobilium occisorum digiris detractorum Carthaginem miserit. Horum annulorum vltorem dicit fuisse, & tam insignis Romanorum cladis ad Cannas, annulum Annibalis, sub quo venenum occultabat.

*Idemens.*) Insultat iam Annibali, qui iam mortuus ex tot laboribus tot tumultibus, bellis, cladibus, nihil reliqui habeat, quam vt scholasticis pueris in Scholis materiam declamandi prębeat.

*Demens.*] Vanus & imprudens.

*Sauas Alpes.*) Horrendas, niofas, asperas, in quibus transeundis plurimum pertulit.

*Vt pueris placeat.*] Nam vt dictum Satyra 7. pueri in scholis hinc declamandi & perorandi materiam sumebant.

— Cum mihi sexta

*Quaq; die miserum diras caput Annibal implet.  
Quidquid id est de quo deliberas, an petas Urbem  
à Cannis.*

*Vnus Pelleas inueni non sufficit orbis,  
Aestuat infelix angusto limite mundi.  
Vt Gyara clausus scopulis paruaq; Seripho.  
Cum tamen à singulis manitum intraueris urbem  
Sarcophago contentus eris. MORS SOLA FATETVR  
Quantula sint hominum corpuscula. Creditur olim  
Velificatus Athos, & (quidquid Græcia mendax  
Audet in historia) confutatum classibus isdem,*

*Suppositumq; rotis solidum mare, credimus alios  
Defecisse amnes, epotaq; flumina Medo  
Prædente, & madidis cantas quæ Soffratu alis.  
Ille tamen qualis rediit Salaminæ relicta.*

180 *In Corum atq; Eurum solitus sentire flagellis,  
Barbarus, Acolio nunquam hoc in carcere passos.  
Ipsum compedibus, qui vinxerat Ennosigæum  
Mitius id sane, quod non & stigmatæ dignum  
Credidit, huic quisquam vellet servire deorum?  
185 Sed qualis rediit? Nempe una naue, cruentis  
Fluctibus, & tarda per densa cadauera prora.  
HAS TOTIES OPTATA exegit gloria pœnas.*

Probat idem Alexandri Magni, & Xerxis exemplo, quorum ille vivus vno mundo non contentus vivebat, & mortuus sarcophago contentus esse cogebatur. Hic Græciam immensis classibus navium deuorare cupiens & obruere, victus vna naue cum ingenti clade & maiori de decore redire coactus est.

*Vnus Pella.*) Dicitur hoc ex historia. Scribit enim Plutarchus Alexandrum, cum Anaxarchum de infinitis mundis differentem audiuisset, fleuisse, & amicis flatus causam interrogantibus respondisse: Annon hoc fletu dignum, Si, cum infiniti mundi sint, nos tot ærumis ac laboribus vi x vnus domini facti sumus.

*Pella iuneni.*) Alexandro. Pella enim est Macedoniæ ciuitas vbi natus Alexander, & à qua Philippus etiam Pellaus dicitur: Lucanus:

— *Pellæi proles Gesana Philippi.*

*Aestuat.*) Quasi in angusto & calido couclauio clausus, in quo vix spiritum possit ducere.

*Infelix*) Scœptice & Ironice, qui mundi tam angustis limitibus inclusus viuere cogatur.

*Vi Gyra.*) Non secus ac si in angusto exilio tanquam carcere inclusus esset. Ceterum de Gyra, quæ erat vna Sporadum, & Seripho, quæ vna Cycladum, ad quas facinorosi in exilium mittebantur dictum est Sat. 1.

*Aude aliquid Gyris breuius & carcere dignum.*

Et Sat. 6. *Et parua tandem caruisse Seripho.*

*Parua Seripho*) Erat enim angusta admodum insula.

*Cum tamen*) Quem viuum totus mundus non capiebat, mortuum exiguus capulus tegebat. i. Cum tamen magnus ille vir Babyloniam intrabit, quam Semiramis cocto à sigulis latere arena, pie, & bitumine interstrato muris cinxit & circumdegit. Hic Babylone à Cassandro veneno sublatu est, quem locum Pythagoras Magus fatalem ipsi prædixerat. Vide Iustinum lib. 11.

*Sarcophago.*) Vna vel capulo, ita dicitur quod carnem & cadauera suo ambitu quasi deuoret, & includat.

*Mori sola fatetur*) Egregia sententia qua Satyrice indicat, solam mortem quantula sint nostra corpora, quam exigua illa loco includi & contineri possint, quibus viuus, ob animorum inextinguibilem audacitatem ne immensæ quidem regiones satis fuerint. q. d. Cum moriuntur homines tum demum apparet, qui & quales fuerint.

*Credisur olim*) Transit ad Xerxem Persarum regem, qui & ipse immenso suo imperio non contentus, etiam Græciam bello petiit. Describit autem immensum eius exercitum, quo Arborem Macedoniæ montem perforauit, & continenti abscidit illumq; navium velis circumdedit.

*Velificatus.*) Velis tectus & nauigatus. Ei enim monti classem circumduxit teste Herodoto.

*Credisur.*) Quia est historia, quamuis fabulæ similior.

*Et quicquid Gracia mendax.*) Notat obiter vanitatem Græcorum, quæ in suis laudibus admodum verbosa ut gloriam suam magis amplificaret incredibilia de immenso Xerxis exercitu scripsit, veris historiis fabulas admiscens. Ob id ait Sat. 14.

— *Si Gracia Vera.* —

*Constratum classibus solidum mare.*) i. iisdem classibus quibus Arhos velificatus erat, crediunt & scribitur mare constratum & coopertum. Nam teste Iustino lib. 2. centum mille naues habebat. Athenienses vero tantum ducentas.

*Suppositumq; rotæ.*) Vehiculorum scilicet constructo super ipsum mare Ponte. Nam ut Iustinus ait, quædam maria pontibus sternebat, & Abydum cum Sesto iunxit. Rotas ergo carruum intelligit, quæ per pontem transibant.

*Credimus alios.*) i. Profundos fluuios euacuatos fuisse, cum exercitus Xerxis biberet. Scribit enim Herodotus lib. 2. epotum fuisse ab exercitu Xerxis Scamandrum fluuium omnium fluminum primum, item flumen Melenum, & lacum triginta stadiorum in circuitu, & Lyfium epotum & exsiccatum à iumentis & exercitu Xerxis. Vide & Iustinum.

*Medo prandente.*) Exercitu Xerxis ex Medis & Persis.

*Et madidus.*) Credamus illa quamvis fabulosa, & rei quæ Porta Sostriatus de expeditione Persarum in Græciam scripsit, qui potus & ebrius furore Poeticotantum declamator prodigiosa argumenta tractauit, & nimis alte volans pleraque mentitur.

*Madidus.*) i. Madidus bene potus & furiosus fabulas cum historiis, falsa cum veris coniungens.

*Ille tamen qualis.*) Q. d. Age licet illa vera esse ponamus, verum qui cum tanto exercitu aduenierat, qualis ille ad angustias Salaminii freti à Themistocle victus in patriam rediit? Nimirum qui ante totum mare nauibus implebat vnica nauicula fugere coactus est.

*Salamine.*) Vbi cum paucis Abydon ad pontem contendit, quem cum hybernis tempestatibus fractum videret piscatoria scapha trepidus turpissime traiecit. Erat, ait Iustinus, respectuulo digna & ad æstimationem rerum humane fortis admiranda varietate in exiguo videre latentem nauigio, quem paullo ante vix æquor omne capiebat. Est autem Salamin insula è regione Atticæ iuxta Egioam. Vbi cladem accepit.

*In Coram.*) Scopitice. Qui ante mari & ventis imperare solebat, & in Corum atque Eurum flagris suis sruire. Vel, qui barbarus & inhumanus tyrannus in miseros ventos, qui ipsos pontem quo Abydum cum Sesto coniunxerat, septem stadiorum disiecerat. De hoc Herodotus ait: *Cum pontem septem stadiorum orta tempestas disiecerat iussit trecentum Helleponto verbera infligi, & in eum pelagus per compedum demittere. Et qui Helleponto colaphos incutiebat, dicebant barbara voce: Domine hanc tibi pœnam irrogas, quod cum laesisti, qui de te nihil male meritus erat: Et tamen rex Xerxes velis nolui transmitti, meritoq; nemo hominum tibi sacrificat, & deolo pariter & amaro flumini. Et hac quidem pœna pontum adfecit, & pontem refici iussit.*

*Æolio nunquam.*) Scopitice. q. d. Tu ventos o rex tam inhumaniter tractasti, ut ipse ventorum Deus Æolus in suo carcere miseros ventos nunquam tam inhumaniter & crudeliter tractarit.

*Ipsam compedibus.*) i. Neptunum compedibus vincit, quod iam ex Herodoto citatum, Ennoligeus est Neptunus ab inu concutio & yam terra.

*Mitius id sane.*) Amara ac falsa ironia. Mitius & Clementius egit Xerxes cum Neptuno quod illi stigma non inuenerat, neque violentius aliquid in Neptunum statuerit, Herodotus lib. 8. *Qui inquit voluerunt insensum hominum imperare toti Asia atque Europæ, qui tantifecit sacra, quantopropina, Deorum simulacra incendit & deiecit & mare ipsarumq; uis.* Est autem Stigma Ein Drantmahl.

*Hinc quisquam.*) Poetæ verba: Huic tam temerario & stulto regi aliquis insensuire vellet Deorum. Illud vero absurdum est. Possunt autem rectius hæc cum præcedentibus coniungi, ut sententia sit: Quod non plane ignominie notam Neptuno inuenerat, merito deorum aliquis ipse insensuiret.

*Sed qualis rediit.*] Obiter irrisit Xerxen. iam ad priora redit. Rediit autem Salamine in patriam tarpissima fuga elapsus, vt superius ex Herodoto citati, & auctor subiungit.

*Nempe Vna nave.*] Pileatoria scapha, qua trepidus aufugit.

*Cruentis fluctibus.*] Tot militum suorum cæde, quos Themistocles occidit.

*Tarda.*] Cum mare cadaueribus plenum esset, & naui ob multitudinem cadauerum retardaretur, quæ nauim quasi impediabant.

*Hæc toties optata.*] Conclusio huius membri de gloria bellica. Hæc & consimilia mala atque pericula pæne loco exigit gloria ab Annibale, Alexandro, Xerxe, & aliis, gloria inquam quam ipsi toties exoptauerant.

*Da spacium vite, multos da Iuppiter annos,*

*Hoc recto vultu solum hoc & pallidus optas.*

190

*SED QUAM* continuus, & quantis longa senectus

*Plena malis, deformem & tetrum ante omnia vultum,*

*Dissimilemque sui, deformem pro cute pellem.*

*Pendentesque genas, & tales aspice rugas,*

*Quales umbriferos ubi pandit Tabraca saltum,*

195

*In vetula scalpit iam mater simia bucca.*

*Plurima sunt inueniunt discrimina. Pulchrior ille*

*Hoc, atque ille alio, longe hic robustior illo.*

*VNA SENVM* facies, cum voce tremantia membra

*Et iam leue caput, madidumque, infantia nasci.*

200

*Frangendus misero gingiva panis inermi,*

*Atque adeo grauis uxori, natisque, sibi que,*

*Vt captatori moueat fastidia Cossa.*

*Non eadem vini atque cibi torpent palato*

*Gaudia. Nam coitus iam longa obliuio: vel se*

205

*Coneris, jacet exiguum cum ramice nervus.*

*Et quamuis tota palpetur nocte iacebit.*

*Anne aliquid sperare potest hac inguinis egri*

*Canities? Quid? quod MERITO SUSPECTA libido est*

*Que Venerem adfectat sine viribus, —*

Pergit iam ad votum longæ vitæ & senectutis, cuius miseriam multis verbis fufius & proflixius describit Seneca. *Quam bene Vinas referi, non quam diu.* Texit autem auctor noster longum Catalogum; malorum & miseriarum senectutis.

*Da spacium.]* inuicem hæc profert.

*Hoc recto Vultu.]* Hanc senectutem exoptas omni vitæ tempore, tristis & lætus, sanus & ægrotus. Artabanus Xerxis patruus dicit Xerxi apud Herod. lib. 7. *Miserabiliora patimur. Nam incidentes calamitates & morbi vitæ perturbant, & efficiunt. Et cum brevis sit tamen prælonga. Videatur.* Ita mors est optatissimum perfrugium arduosa Vita.

*Pallidus.]* Vel ex metu, vel ex morbo cum mortem potius optare deberes.

*Sed quam continuus.]* Recitat iam infinita senectutis incommoda. Nimirum in quam tanquam in mare omnia vitæ aduersa & incommoda fluunt.

*Deformem & tetrum aspice.]* Tu quicumque es qui senium tibi exoptas aspice quæso. Primum incommodum est deformitas. Ait Aristoteles homines senescentes nigriores reddi. Ex

rationem addit, quia senectus est putredo quædam.

*Dissimilemque suis*.) Nam senes illorumque vultus non videntur idem esse, qui ante fuerunt.

*Deformem pro cute pellem.*.) Ut pellis deformis & rugosa.

*Et tales aspice.*.) Ordo est. Tales in senibus rugas aspice, quales simia iam mater scalpit in vetula bucca, in illa regione ubi Tabraca pandit saltus imbriferos, vel quales simiæ habent in opacis silvis regionis Tabracenæ in Africa.

*Imbriferos saltus*.) Ingentes & opacas ac densas silvas.

*Tabraca.*.) Regio Lybyæ. Refert Possidonius se cum ex Gadibus in Italiam navigaret in Lybyæ oram delatum esse, ibique sylvam quandam secus mare vidisse simiis plenam, quarum alix in arboribus, alix in terra federent, nonnullos catulos habere & vbera dependentia, quædam etiam caluas, & herniosas. Ennius.

*Simia quam simili turpissima bestia nobis.*

Certe ipsis vetulis non ab similibus.

*Iam mater.*.) Annoxa simia & ob id deformior,

*Plurima sunt.*.) Amplificat deformitatem senectutis dissimili à iuuentute, quod iuvenes inter se valde dissimiles sint. In senibus vero nulla sit dissimilitudo. Vtpote in quibus omnibus eadem deformitas & imbecillitas. Ob id ait,

*Vna senum facies.*

*Cum voce trementia membra.*.) Vox & membra præ senio æque omnibus trepident.

*Et iam lane caput.*.) Caluum & depilatum capillo ob humorem radicalem deperditum iam defluente.

*Madidique infantia nati.*.) Vel quod nonnulli ad infantiam redeant, vel quod senibus humor de naribus dependeat, ut infantibus. Hoc superius Satyra sexta de vetulis dixit:

*Iam grauis es nobis et saepe emungaris. Exi.*

Ita autem humor senibus de naribus, ut infantibus de labris dependet.

*Frangendus misero.*.) Aliud incommodum quod misero & edentulo seni panis gingiua frangendus & contruncandus sit, cum dentes non habeat. Gingiua dicitur, quod dentes inde gi-gnantur.

*Atque adeo grauis.*.) i. Adeo deformis, grauis, ac molestus est, ut non solum vxori & liberis suis, & sibi ipsi molestus euadat, verum etiam, quod miseris (Scoptice hoc dicit) Cossio hæredipetæ. Porro hi captatores orbis senibus blandiebantur omnis generis officiis, & nihil non tolerabant, etiam grauissima, & intolerabilia. Ob id Scoptice notat Cossium, qui licet omnia tolerare possit in senibus orbis, interdum tamen illam deformitatem senum cum tædio fastidiat. Notat obiter Cossium, de quo supra.

*Non eadem vini atq; cibi.*.) Aliud incommodum quod nullam amplius ex cibo & potu voluptatem capiant cum palatum vel gustandi vis illis torpeat, stupeat, staceat, hebescat, & obtundatur senio.

*Nam coitus.*.) Q. d. Multo minus ex rebus Venereis voluptatem capit. Vtpote quorum iam datum oblitus. Virgilius.

*Frigidus in Venæm senior.*

*Velfi coneris.*.) Res scilicet Venereas repetere frustra laboras. Nam exiguus nervus vel penes in vel cum testibus iacet. Est autem ramex proprie genus morbi & tumor scroti, idem quod hernia.

*Et quamuis tota.*.) Nullis quippe blanditiis irritari & incendi potest.

*Anne aliquid.*.) q. d. Minime. Vtpote cum inguen ob senectutem sit canum & imbecillum. Porro in hisce locis antities omnium nouissime prouenit,

*Quid.*

*Quidquid merita.*] Eo dicit, nam qui ob ætatem nihil amplius in hisce rebus valebant, & tamen libidinosi erant, illi credebantur esse irrumatores; id est, qui patiebantur sibi pudenda linci: Alias in senibus libido foedissima.

*Turpe senex miles, turpe senilis amor.*

Cic. 1. Offic. *Luxuria cum omni aetate turpis, in senectute foedissima est.* Martialis in talem irrumatorem ait:

*Summa petas, istic mensula vivis annos.*

— *Aspice partis*

- 210 *Nunc damnum alterius. Nam qua cantante voluptas,  
Sic licet eximius Citharædus, sine Seleucus,  
Et quibus aurata mos est fulgere lacerna?  
Quid refert, magni sedeat qua parte theatri,  
Qui vix Cornicines exaudiat, atq; tubarum.*
- 215 *Concentus? (Amore opus est ut sentiat auris  
Quem dicat venisse puer, quot nunciet horas.  
PRÆTEREA MINIMVS GELIDO iam corpore sanguis  
Febre calet sola. Circumsilit agmine facto  
Morborum omne genus, quorum si nomina quæras,  
220 Promtus expediam, quot amaveris Hippiæ mæchos,  
Quot Themison agros autumno occiderit uno,  
Quot Basilus socios, quot circumscripteris Iru  
Pupillos, quot longa viros exorbeat uno  
Maura die, quot discipulos inclinet Hamillus,  
225 Percurram citius, quot villas possideat nunc,  
Quo tendente gravis iuveni mihi barba sonabat.  
Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambos  
Perdidit ille oculos, & luscis invidet huius  
Pallida labra cibum digitis capiunt alienis.  
230 Ille ad conspectum cœna diducere rictum,  
Suetus hiat tantum, cœnæ pullus hirundinis, ad quem  
Ore volat pleno mater ieiuna. —*

Subiungit iam alia senectutis incommoda, quod nimirum ob surditatem, vel præstantissimis Musicis & citharædis canentibus nullam voluptatem inde percipiant. Senes enim si non omnino surdi, saltem surdaſtri plerique evadunt.

*Nam qua cantante voluptas?* i. Citharædo etiam eximio cantante nihil audiunt, nullam voluptatem capiunt.

*Sine Seleucus.*] Hic optimus tibicen fuit ætate illa.

*Et quibus aurata.* i. Optimi & præstantissimi tibicines illi enim variata veste induti, & gemmis auroque ornati, per theatrum cantando solebant peruagari. Horat. in arte.

*Sic præca motumq; & luxuriam addidit arti  
Tibicen. Traxitq; vagum per pulpita vester.*



*Quid refert magni.*] Aut frustra senes in theatro sedere cum vix cornicines & tubicines, qui in theatris adhibentur, audire possint.

*Qua parte.*] Siue enim propius, siue remotius sedeat in theatri & spectet, nihil exaudit. Porro digniores & nobiliores in primis sedibus propius spectabant.

*Clamore opus est.*] Si amicus aliquis adueniat, ipsumque salutet, ipsum non videt neque audit, sed ut hoc audiat & intelligat, magno clamore opus est.

*Quot nuntiet horas.*] Quotam diei horam. Non enim scit amplius dici tempus & horas.

*Præterea minimus.*] Aliud incommodum quod omni fere calore destituuntur, sicut exsucci & exsangues. Sic Virgilius.

—gelidus tardante senectâ  
Sanguis hebes.

*Gelido iam corpore.*] Calor enim paulatim absumitur.

*Febre caler sola.*] Saryrice. Non nisi in morbo vel febre caleant, quod quidem est miserium.

*Circumfiliit agmine facto.*] Aliud incommodum quod omnes morbi in senectutem confluant, & in senes agminatim incurraunt Plin. lib. 7. cap. 52. De senectâ. *Tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot cura, totiens inuocata morte, si nullum frequentius sis vitium.* Natura vero nihil homini breuitate vita præstabit melius. Hebescent sensus, membra torquentur, præmoritur visus, audistis, incesus, dentes, etiam & ciborum instrumenta. Studiosius autem senectutem describit lucretius suæ ætatis cæditi. Nam fuisse dicitur 80. annorum. Terentius.

*Senectus ipsa est morbus.*

*Quorum si nomina quæras.*] Hemistichium Ouidii.

*Silua ferax quot alit, quot piscibus unda natatur,*

*Quotq; soperiferum grana papauer habes.*

*Tot premor aduersis. Quorum si nomina quæras*

*Icaria numerum dicere comer aqua.*

*Promptum expediam.*] Locus vere Saryricus, in quo quasi aliud agens obiter multos accerime flagellat, quod primaria Saryricorum virtus est, & in hoc poeta nostro potissimum elucet. i. Facilius enumerabo quot adulteros famosa illa mœcha Hippa adamauerit Quod acti-quam impossibile. Q. d. Citiùs tibi enarrem infinitos Hippæ adulteros, quam senectutis morbos qui prorsus sunt innumerabiles.

*Hippa.*] Vxor Senatoria, quæ cum Sergio gladiatore adultero suo in Ægyptum profugit maritum suum Fabritium Veientonem Senatorem & Consiliarium Domitiani deferens, ut Sat. 6. prolixius dictum est.

*Quot Themison.*] Nobilissimus Archiater eius temporis, quem obiter verat, quasi ille innumerabiles ægros uno autumno curando occiderit. Porro autumno morbi & mortes sunt frequentissimæ.

*Quot Basilus.*] Quot præfectus ille & spoliator Prouinciarum Basilus Prouinciales in societatem Romanorum receptos, spoliauerit. De hoc Lucanus.

*Ut primum aduersa socios in listore terra*

*Et Basilum videre ducem noua furta per aquor*

*Exquisita fuga.*

*Circumscripserit iræ pup.* i. Quot pupillos suæ tutelæ commissos infidelis ille & fraudulentus tutor Hircus deceptor, & defraudarit. Hæc omnia tanquam Impossibilia profert, quæ tamen possibiliora sunt enumeratu, quam senectutis morbi. De hoc dixit Sat. 1.

*Quid referam quantæ siccum iecur ardeat iras*

Vbi verbo iræ ad eius nomen allusum esse diximus.

*Circumscripserit.*] Sic dixit Sat. penultima.

— *Pupillum ad iura Vocantem.*

*Circumscriptorem.*

*Quot longa viros.*] Quot viros vna die famosa illa & procera meretrix Maura Venere & concubitu exhauriat, & euacuet. Non defunt, qui Mauram lingua impuram & fellatricem fuisse notari putent. Sed falluntur illi. Ceterum illud exforbuit, vel absorbuit non dissimili significatione est usurpatum Sat. 6 De Messalina Lupanar ingressa. Quamvis versus ille in omnibus exemplaribus non inueniatur. Est aurem hic, obscœnus & infamis.

*Est resupina iacens multorum absorbit istius*

*Est lassata viris non dum satiata recessit.*

Mauræ autem huius meminit eadem Sat. 6.

*Maura pudicitia Ceteros dum præteris aram.*

*Quot discipulos.*] Ille infamis magister. Padoico pullipremo.

*Corrupt totum qui inuvenile secus.*

Vt cum Aufonio loquar in Eunum magistrum ita scribentem, quot discipulos ille ad stuprum inclinavit, per portento iam illam *ἀπορὴν νόμον*. Sic Sat. 9.

— *Atq; ipsos etiam inclinare maritos.*

Porro de Amillo Martialis ait lib. 7.

*Reclusis foribus grandes praeclis Amille,*

*Et te deprendi cum facis ista cupis.*

*Percutram citius*] De hoc dictum est Sat. 1. Vnde etiam sequens totus versus repetitur. Vbi alii Licinium ex tonsore Senatorem factum intelligunt: Alii Cinnamum. i. Citius dicam quot villas ille nunc habeat, & quam diues ille malis artibus factus sit, qui me puero vilis erat tonsor.

*Ille humero.*] Postquam multos obiter ex obliquo lancinauit, redit iam ad senum incommoda morbosque recensendos.

*Et Inscis inuidet.*] i. Omnino cæcus est, & illis, qui vnicum adhuc oculum habent, tanquam felicibus inuidet. Apposite dixit *Inuidet*. Inuidere enim senum proprium est. Ex quo senibus cænes solent adpingere.

*Huius pallidiora.*] i. Chiragra fractus manum ori admovere, & suis manibus cibum capere non potest, ob id ab aliis cibatur tanquam puer.

*Ipsæ ad conspectum cæna.*] i. Alius senex ostentum potest aperire ut pulli hirundinis, qui mira auditate cibum captant. Conspecto cibo rictum oris diducit, & ampliter aperit.

*Ad quem ore volat pleno.*] Exprimat egregie adfectum maternum, quæ ipsa icinians cibam suos pullos. Videntur hæc rursus sapere contraria. *Mater ieiuna, ore pleno.*

*Sed omni*

*Membrorum damno maior dementia, quæ nec*

*Nomina seruorum, nec vultum agnoscit amici.*

235

*Cum quo præterita cœnavit nocte, nec illos*

*Quos genuit, quos eduxit. Nam codice sano*

*Heredes vocat. esse suos. Bona tota feruntur*

*Ad Phialen, tantum artificis valet halitus oris,*

*Quod steterat multis in carcere fornicis annis.*

240

*Vt vigeant sensus animi, dicenda tamen sunt*

*Funera gnatorum, rogius aspiciendus amata*

*Coniugis, & fratris, plenaque sororibus urna.*

Bbb

*Hac data poena diu venientibus, ut renouata  
Semper clade domus, multis in luctibus, inq;  
Perpetuo maerore, & pulla veste feneſcant.*

Subiungit iam plurima alia ſeneſcutis incommoda, & primo quidem quod plerique ſi uai-  
di ſi uiporis. Bis pueri ſenes fiunt, quod quidem omnium longo miſerrimum. Plato Axiocho.  
Quod niſi quis oculos ſeu aliquid aliud uitam reddiderit, aſſans ſupra caput natum, tanquam ſe-  
nior reſpoſit, & ſuram ab alio ſiſum ſeu auditum, ſeu ſitumq; Ac ſi quis dantiſſimè cunctetur, da-  
bilat eum, excruciat, membrifq; deſtituit. Alii recuperant. Dii igitur, quos plurimum amant  
auferunt e ſenibus. Ordo eſt: Dementia, omni membrorum damno (quod ſenes cæci, ſurdi, ſed  
claudi euadunt) maior eſt. Miſerrimum proſecto, cum organa mentis aut cerebrum ſenes de-  
ſtituunt, ut ratio titubet, memoria ſtaccat. Quod non eo fit, quaſi ratio titubet, ſed fit ob la-  
ſa organa. Redde enim ſeni iuuenum membra cerebrum, oculos, aures, nihil à iuene vel ratio-  
ne, vel viſu & auditu ſuperabitur.

*Maior*) Quo ſcilicet animus præſtat corpore.

*Nec nomina ſeruorum.*] Multis enim ratio & memoria omnino perit.

*Præterit a nocte.*] Nedum eius vultum, quem pridem non vidit.

*Nec illos quos genuit.*] Proprios filios non amplius nouit, vel propter ſenium, vel propter ual-  
litiã, de quo dicit. Notat enim obiter maliciã quorundam ſenum qui dementari à ſellani-  
cibus ſuis, mulieribus alienis bona ſua legabant, & ſuos liberos exheredabant.

*Nam codice ſano.*] Szuis, iniquis, & iniuſtis teſtamenti tabulis ſuos liberos vetant ſuam here-  
ditatem adire illeſti à ſellatricibus beſtiis.

*Ad Phialem.*] Meretricem ſellatricem ſuam, quam ex aſſe heredem conſtituit, quæ ſeni libi-  
dinoſo & irrumatori ſellandi obſequio ſeruiebat, eiſque animum ſibi deuinciebat. De tali ne-  
bulono ſene ſuperiora illa intelligenda.

*Quid quod merito ſuſpecta libido eſt.*

*Qua ſenem adſectat ſine ſcribis.*

*Tantum artiſicij.*] Tantum impuro ſuo ore præſtitit, dum ſcēdiſſimam & abominabilem  
operam ſeni locat, qua in ſene mortuam libidinem rurfus exſcitat.

*Halitus*) Taſtus oris cum roncho & halitu. Sat. 6. de ſellatrice in mulierem.

*Inuſus & debilis, qua ſorbeat æra ſanna.*

*Maura.*

*Quod ſeterat.*] Per os intelligit Phialã meretricem, quam offendit multis annis in ſupam-  
ri tanquam in obſcuro angulo & luſtro tanquam carcere proſtititſe.

*Carcere furnicij.*] In proſtitulo obſcuro velut in carcere.

*Vi vigeant ſenſus animi.*] Alia incommoda ſubtexit, & occurrit tacite obiectioni tali: Ta-  
men multi etiam in extrema ſeneſta corpore & animo vident. Reſpondet Poeta: Ut maxime  
vigeant, tamen in longa illa vita multa, quæ noliãt, vident, omni morte grauiora. Ut monem  
ſiliorum, coniugis, fratris, ſororum, & alios luctus, mærores, & ruinas innumeras.

*Ducenda funera.*] Ad ſepulturam.

*Reges*] Lignorum ſtrues, qua cadauera concremabantur.

*Plenaque ſororibus urna*] Urnæ plenæ, oſſibus & cineribus ſororum aſpiciendæ ſunt. i. Vaſa  
in quibus mortuorum ſororum cineres & oſſa componuntur.

*Hac data poena diu*] Hoc Poenæ loco datur hominibus ut ſua domus, familia, genus, liberi  
ſemper nouo damno & recenti clade adſiciantur, in perpetuo mærore & luctu ad ſenium per-  
ueniat. Vnde ſapiens dixit: Hoc mihi longa vita attulit, ut multa quotidie qua nolim videre.

*Nigra veſte.*] Pulla & lugubri.

*Rex Pylus, magno ſi quid quam credis Homero:*

*Exm.*

*Exemplum vita fuit à cornice secunde.*

*Felix nimirum, qui tot per secula mortem,*

*Distulit, atq; suos iam dextra computat annos*

250

*Quisq; nouum toties mustum bibis. Oro parumpor*

*Attendas, quantum de legibus ipse queratur*

*Fatorum, & nimio de stamine, cum videt acris*

*Antilochi barbam ardentem. Nam querit ab omni*

*Quisquis adest socio, cur hac in tempora daret?*

255

*Quod facinus dignum tam longo admisseris auro.*

*Hac eadem Peleus raptum cum luges Achillem,*

*Atq; alim, cui fas Ithacum lugere nascentem.*

Iam exemplo Nestoris & aliorum demonstrat illos, qui diu viuunt multa aduersa experiri.

Rex Pylus.] Nestor cuius pater Neleus; Neptuni filius. Patria illi Pylus in Laconico mari insubens, (est Strabone lib. 7.

Si quidquam credis Homero.) Cuius verba de Nestore Odyss. 3.

Ταῖς γὰρ δὲ πρὸς φαινο ἀνέθανε γῆρι ἀνδρῶν.

*Exemplum vita.*] Trecentos annos vixit, & proxime ad cornicis ætatem accessit, quæ vixit dicitur 9. secula vel ætates. Quod autem ad tres ætates hæc attinet video auctores inter se dissentire. Alii terminant ætatem 30. annis. Homeri Scholiastes. ἰσίου ἐν οἱ πάλαι τὰς θηοῖς ἐψήφισαν ἑαυτὴν τελευτῶν. Artemidorus. Οἱ δὲ γὰρ Νέστορ βούλοισι τινος παρβαίνειν τὴν ἐξήκοντα ἐπὶ ἀνδρῶν τῇ τρίτῃ θηοῖς καὶ οἱ συνέηκον τῇ γηρῶναι. Et Nicomachus. Εὐκρίτος τὴν θηοῖς τὴν τελευτῶν οἱ πέντε τῶν τελευτῶν τῇ τριῶν, καὶ τῶν οἱ ἰδῶν. Et Xenophon in Æquinocis. Ἐἰς αὐτὸν ἑξήκοντα ἔτη αὐτοῦ ἀποθνήσκουσιν. Et sic non desunt qui Nestori tantum 90. annos attribuant. Quorum sententiæ si standum esset, sequentem tertium versum explicare vellem de annorum decadibus, quarum singulas vsque ad quinquaginta in sinistra manu per dextram computarit. Reliquas quatuor à sexaginta ad nonaginta in dextræ manus digitis per sinistram. Sed auctor noster, cum de vita cornicis loquitur in altera fuit sententia.

*Nimirum felix*) Vel serio loquitur ex vulgi iudicio, vel ironice ex sua sententia. Immo vero infelix, quod probare vult.

*Mortem distulit.*) Et ita diutissime mortuus est.

*Atq; suos.*] Hæc vult innuere. Nestorem iam impleuisse 300. annos. Larva enim manus numeros omnes citra centenarium indicabat, vel numerabat ad centum vsque. Dextra vero centenos, ducentos, trecentos vsque ad mille. Huc referendum Epigramma lib. 2. cap. 9. Quintum auctoris Nicarchi de vetula.

Γράφα δὲ ἢ Νέστορ ἐν ἡλικίᾳ ἀνδρῶν

ἢ φάος ἀποθνήσκου ἐλάφου πλείον, ἢ χερὶ λαγῶ

Γράφας ἀνδρῶν δὲ πρὸς ἀνδρῶν ἀνδρῶν.

Vbi innuit hanc vetulam 10000. annorum fuisse. Illa enim semel computarat annos sinistra vsque ad centum, postea dextra vsque ad mille, postea denovo sinistra, incepit suam senectutem numerare.

*Quisq; nouum toties*] Qui tot autumnos vixit, quibus nouum mustum solet esse in deliciis. *Oro parumpor attendas.*) Recenset iam ætumnas, quas Nestor longa sua vitæ expertus est, & de quibus ipse conqueritur, vitam nimirum sibi contingere nimis longam.

*De legibus fatorum.*] Vel nimis longis, vel iniquis, quæ se tanto tempore in miseris vitam transgredere permittant.

*Nimis flamine.*] Quod nimis prolixum sit, & quod Parca vel Atropos non citius abripit. Respicit enim ad Parcas, quæ unicuique stamen vitæ longum vel breue distribuere à Poetis finguntur.

*Cum videt acris.*] Cum desset filium suum, cum eius cadaver combureretur. Hic enim Antilochus cum patri opem ferre vellet, à Memnone fuit occisus.

*Barbam.*] Cum videt barbati filii corpus concremari.

*Acris.*] Fortis, bellicosus. Ægerime autem huius filii mortem tulit, quod & Propertius testatur, cum inquit:

*Non ille Antilochi vidisset corpus humari,*

*Diceret aut o mors cur mihi sera venis?*

Hom. 2. Odyss. *Illici aciet memi carnis filius fortis & clarus Antilochus.*

*Nam quæris ab omni.*] Interrogat omnes familiares, cur non mortuus sit, ante quam hæc calamitates experiretur.

*Cur hac in temporad.*] Quidnam deliquerit, quamobrem filii natu grandioris mortem spectare coactus sit.

*Quod facinus dignum.*] Vt puniatur tam diuturna vita, quæ nihil est aliud, quam prorogatio longi temporis.

*Hæc eadem Peleus.*] Hactenus de Nestore, sequitur secundum exemplum de Peleo Æaci filio cuius filius Achilles quem ex Thetide susceperat, ab Paride & Deiphobo in templo Apollinis Thymbraei sagittis confossus est, cum Polyxena nuptias speraret, & quem pater senex adhuc superstes desceat.

*Atque alius.*] Tertium exemplum Laertæ, qui admodum senex, Vlysses filium decem annis in pelago errantem, naufragum & natantem luxit. Illi, inquit, eadem conquerruntur cum Nestore. Hunc Laertem Cicero scribit in senectute, lenientem desiderium quod capiebat è filio, colentem agrum & stercorantem facit. Homerus.

*Alius.*] Non frustra nomen patris obicit, vtpote incertum. Nam constans fama erat Anticleam Vlyssis matrem dum Laertem petit, à Sisypho compressam, & inde Vlysses natum, quod. & Ajax lib. 13. Metamorph. Vlyssi obicitur.

*Natantem.*] Decem annorum errore per mare lactatum vnde tota Homeri Ilias nata.

*Incolumi Troia Priamus venisset ad umbras  
 Affaraci magnis sollempnibus. Hectore funus  
 260 Portante, & reliquis fratrum cernicibus, inter  
 Iliadum lachrymas, & primos edere plantus  
 Cassandra inciperet, scissaq; Polyxena palla:  
 Si foret extinctus diverso tempore, quo non  
 Cæperat audaces Paris edificare carinas.  
 265 Longa dies igitur quid contulit? Omnia vidit  
 Eversa, & flammis Asiam, ferroq; cadentem.  
 Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara,  
 Et ruit ante aram summi Iouis, ut vetulus bos.  
 Qui domini cultris tenne & miserabile collum.  
 270 Præbet, ab ingrato iam fastiditus aratro.  
 Exitus ille ut cunq; hominis: sed torna canino  
 Latrauit rictu, quæ post hunc vixerat uxor.*


Quartum iam Priami exemplum subiungit. i. Felix etiam fuisset Priamus, si Troia adhuc incolui, & florente regno, vel ante excidium, & incendium Troiæ mortuus fuisset. Tunc enim magnis

magnis solemnitatibus à quinquaginta filiis funus eius deductum fuisset. Et tot mala regni que sui interitum non fuisset expertus.

*Incolum Troia.*] Valent idem quod ablativi consequentiam notantes. I. Cum adhuc Troia florebat mortuus fuisset Priamus cum magnis ceremoniis.

*Vmbra Assaraci.*] Reliquiis aut sui fratris fuisset adiunctus, magna vniuersæ vrbis Troianæ solemnitate.

*Assaraci.*] Genealogia hæc est.



*Hectore funus portante.*] Ex veterum consuetudine hoc dicit. Nam filii olim funus patris portabant. Plin. lib. 7. de Q. Metello. Inter felicitatis humanæ exempla numeratur. Nam præter honores amplissimos, cognomenque Macedoniæ à quatuor filiis illatus est rogo. Vno præterea, tribus consularibus, vno ex illis Censore.

*Reliqui fratrum cernicibus.*] Teste Homero, Virgilio, Cicerone quinquaginta illi filii erant, & duodecim filiz. Quorum omnium fere nomina, & plerorumque gesta vide in Genealogiis meis.

*Inter Iliadum lacrimas.*] Describit solemnitates funebres. Fleuissent autem mortuum suum regem & patrem Iliades & Troianæ mulieres.

*Et primos.*] Cassandra enim quia vates erat futuram patris mortem præsciuisset, & ob id prima omnium, & prius quam reliquæ sorores fleuissent. Erat autem Choroæbo desponsata. Vide Virg. 2. Æneid.

*Scissæq; pallæ.*] Oblonga muliebri veste, ob luctum patris mortui.

*Polyxena.*] Virgo pulcherrima & fortissima, cuius nuptias Achilles appetebat, & ab Alexandro Paride, vt supra dictum, occisus est. Ob id hæc euerfa Troia ad Achillis tumulum in Sigæo interfecta fuit à Pyrrho Neoptolemo Achilles filio. Quæ cum mactaretur, vt decore caderet, verum abscidit, & illa genus sua inuoluit.

*Si forte exsimulans.*] Si mortuus fuisset priusquam filius Alexander naues illas ædificabat, quibus Helenam Menelai coniugem abducebat. Quæ rapina causa fuit excidii vrbis Troianæ.

*Audaces.*] Recte, quippe illis alienam coniugem abdukturus erat, Has autem naues Phædus celeberrimus faber à Minerva delectus Paridi fabricauit. Testis Hom. Iliad. 5.

*Longa dies igitur.*] Nimirum hoc ipsi contulit vt multas extremas calamitates morte atrociores experiretur, quæ sequuntur.

*Omnia videt euerfa.*] I. Iliada malorum & calamitatum longa vita expertus est, & ruinam Atz Imperii sui. Virgilius de illo cum ad aram Iouis Hertii à Paride obtuncaretur. lib. 2. Æneid. ait:

*Hæc finis Priami factorum, hic exitum illi  
Sorte tulit. Troiaq; incensam & prolapsa videntem  
Pergamæ, tot quondam populis terrisq; superbum  
Regnatorem Asia iacet ingens litore truncus  
Anulusq; humeris caput & sine nomine corpus.*

*Toni miles tremulus.*] I. Deposito Pileo vel tiara, qua pacis tempore utebatur miles senex, &

annis tremulis arma induit, & gestavit. Respicit ad illud Virgilii 2. *Æneid.*

*Forſitan & Priami fuerint quaſata requirū.  
Vrbis ſibi capta caſum communis, q̄ videt  
Limina tectorum, & medium in penetralibus hoſtem  
Arma diu ſenſor deſueta trementibus aus  
Circumdāt nequidquam humeris, & inutile ferrum  
Cingunt, & medios fertur moriturus in hoſtes.*

*Ante aram ſummi Iovis* ] Hertii, vbi à Pyrrho filium ſuum inſequente cruciatur, cum filium Politem vellet defendere.

*Vetulus bos.* ] Iam ætate ſegnīs ac inutilis.

*Qui domini cultus.* ] i. Qui bos ob ſenectutem aratro iam inutilis mactatur.

*Fuſſiſſimus.* ] Contemptus ab aratro, cui ſam inutilis eſt.

*Ingrato* ] Qui pro tot laboribus nullum beneficium, nullam requiem retribuit.

*Exitus ille & cunctis hominibus.* ] Demonstrat his verbis, fatum & mortem Priami adhuc fuiſſe tolerabilem, præ morte ac fato miſerrimæ reliquæ coniugis Hecubæ, quæ Polydori filii mortem viſcens excecato Polydeſtore, cum ſaxis impeteretur, in canem verſa fuit. Fabula eſt apud Ovidium & Virgilium. Priamus vrbis Troiæ interitum veritus filium Polydorum cum ingenti auri copia ad regem Thraciæ Polymeſtorem miſit, ut ibi aleretur. & forte poſt ſuorum funera ſuperſtes eſſet. Verum Polymeſtor, cum Priami fortunam inclinare videret & Trojam iam iam diruendam præ ſummum ſcelus Polydorum obruncat, & auro vi poſitur, & cadaueris mare abiicit. Hecuba mater cum Polyxenæ filiz ad tumulum Achillis mactatæ corpus abluta ad litus accederet, Polydori filii ſui in litore corpus invenit. Quem interfectum cum viſciſſi vellet, Polymeſtor tanquam filii interfecti neſcia eſſet, ad colloquium vocat, pollicita ingens auri pondus, quod filio Polydoro redderet, ſe oſtenſuram. Quem in ſecreta abductum à comitibus mulieribus adiuta excecavit erutis oculis. Quem cum Thracis regis ſui elade irritati lapidibus inceſſerent, illa in canem conuerſa projectos lapides morſu petiit, & petentibus more canum allatruit. Hoc autem ob multa eius maledicta in exercitum Græcorum, cum ob tantam ſuorum caſum animi furore acta eſſet, Poetæ ſinxerunt. Vide Ovid. 13. Metamorph.

*Hominis* ] Notant hominem hic pro viro tantum poni. Quod Sat. 6. de muliere etiam uſurpant ad illa verba auctoris admonui.

— *Homo ſum.* —

Verum falluntur illi: Hoc enim dicit Poeta: Caſum Priami utcuq; ferendum eſſe, qui quidem homo ſit mortuus. Cum uxor Hecuba in Canem mutata, canis ſit mortuus. Cuius calamitas longe atrocior.

*Latrans.* ] Ita fictum, nam Græcis conuitia torua ac truculenta fronte ingerebat, ob id canis dicta. Hinc etiam diuinus ille Diogenes canis cognomentum ſibi contraxit.

*Ridens.* ] Os enim in riſtum diſtrahunt latrantes canes.

*Feſtino ad uoſtros, & regem tranſeo Ponti  
Et Cræſum, quem vox inſti ſacunda Solonis  
275 REſPICERE AD longa inſſit ſpacia vltima vita.  
Exſulium, & carcer, Minurnarumq; paludes,  
Et mendicans victa Carthagine panis  
Hinc cauſſas habuere. Quid illo ciue tuſiſſet  
Natura in terris, quid Roma beatius unquam,  
280 Si circumducto captiuorum agmine, & omni  
Bellorum pompa animam exhalaiſſet opimam,  
Cum de Teutonico vellet deſcendere curru,*

287

*Provida Pompeio dederat Campania febris  
Optandas. Sed multa urbes, & publica vota  
Vicerunt. Igitur fortuna ipsius & urbis  
Servatum victo caput abstulit. Hoc cruciatum  
Lentulus, hac poena caruit, ceciditq; Cethegus  
Integer, & iacuit Casidina cadavere toto.*

Missisiam Græcis & externis exemplis, Romanorum exemplis senectutis incommoda & calamitates persequitur.

*Festino ad nostros.* ] Pergo ad nostra Romanorum exempla.

*Regem transgo Pontis.* ) Mithridatem intelligit, qui vixit annos 69. & cum Romanis per 40. annos varia bella gessit & 57. annis regnavit. Demum ter à Sulla, Lucullo & Pompeio victus, cum Pharnacem filium & reliquos eius fratres interficere voluisset ab omni relictus exercitu, veneno mori voluit. Sed quod ante frequenter aduersus venena sumpserat Antidoton, veneno eringui non potuit. Ob id gladio se traiecit, vt alii, sacellitem quendam exorauit, vt se occideret.

*Et Cræsum.* ) Lydiæ hic rex erat diuissimus. Qui cum sibi ob diuitias omnium beatissimus videretur. Solonem ostenso suo thesauro, interrogauit: Vidissetne aliquem feliciorum. Respondit ille, Tellum aliquem Atheniensem, qui pro patria fortis: & dimicans interierit, feliciorum fuisse. Cum iterum eum interrogaret, quem secundo post illum loco felicem deputeret, Cleobius & Bythone filios sacerdotis Argiæ, respondit, qui mira pietate iugum subeuntes matrem ad Iunonis Argiæ templum curru traxerunt, ibique post nocturnas preces (cum mater ob hanc pietatem filius à Dea petiisset, quod optimum esset,) quiescentes non amplius sunt excitati. Porro Cræsum regem non posse se beatum iudicare ante obitum. Sed expectandam esse vltimam vitæ diem. Nam cum tota hominis vita sit calamitas, multa accidere posse, etiam illis qui maxime sibi felices videantur. Postea à rege Persarum Cyro victus, captus, & rogo impositus est, vt vñus cremaretur. Vbi cum ter Solonem miserabili voce inelamasset, Cyro sciscitante quem inelamaret, omnem rem ipsi aperuit. Qui Cyrus & ipse humanæ conditionis & fragilitatis recordari cœpit, & extincto rogo ipsum vita donauit. Vide Herodotum lib. 1.

*Respicere ad longa* ] *Ὅ γε τίλος μακρὸς βίη.* Quam sententiam egregie expressit Ouid. in fabula Atreionis.

— Sed scilicet vltima semper

*Expectanda dies homini dicitur, beatus*

*Ante obitum nemo supremamq; funera debet.*

*Exsulium & carcer.* ] Pergit iam ad Romanos. Et primum exemplum proponit Marium Arpinatensem, qui septies consul fuit. Vbi Sulla cum Ingurtha in Africa pugnavit, Marius supra ipsum ambit, & Sulla ab exercitu remouit, ac Ingurtha victo triumphauit. Ex qua æmulatione bellum inter Marium & Sullam exortum. Victus Marius fugit, & in Galliis in Minturnarum paludibus latuit. Vbi inuentus, & in carcerem coniectus, cum occidendus esset, immissum percussorem Gallum vultus auctoritate & maiestate deterruit, qui relicto gladio territus fugit. Vnde ille demissus in Africam abiit. Vbi cum exsularet monitus à Sextilio illic prætoris perlicto, vt inde abiret, licitori dixit. Nuncia Sextilio, te vidisse Caium Marium in ruinis Carthaginiensis sedentem, exsulem, & panem mendicantem. Nec plura dicens ad nauem rediit, & Romam reuersus ingenti strage omnes Sillanos occidit, & à Cinna tum temporis consule receptus urbem tenuit, & septies consul, febre postea correptus mortuus est.

*Exsulium* ] Africa scilicet & Carthago, hinc ex longa vita causas habuere.

*Carcer.* ] Nam Minturnenses ciues cum captum in carcerem coniecerunt.

*Minturnarum.* ] Strabo lib. 5. ait Minturnas oppidum prope mare inter Firmios, & Sueffanum flumines quos diuidit Liris amnis. Hac de re Lucanus.



*Cum post Teutonicos Victor, Libycosque triumphos  
Exsul limosa Marius caput absdisit Olua  
Stagna ausidi sexere soli, laxa q3 paludes.  
Depositum fortuna tuum. Mox Vincula ferri  
Exedere senem longuq3 in carcere pedor.*

*Et mendicatus.*] De hoc iam dictum est,  
*Victa Carthagine.*] In rudibus Carthaginis.  
*Hinc cussas habuere.*] Ex longa vita. Nam si citius illis honoribus ac triumphis defunctus  
mortuus esset, in tantas calamitates non incidisset.  
*Quid illo ciue.*] Nemo fuisset beator C. Mario, si mortuus fuisset iunior, & illo tempore cum  
de Teutonibus triumpharet.

*Circumdactus*] Triumphum indicat, in quo captiui circumducebantur.

*Animam optimam.*] Florentem, felicem, lætam.

*Teutonico curru.*] Quo de Teutonibus triumphabat.

*Prouida Pompeio*] i. Exemplum Pompeii, qui ante bellum civile magnis rebus gestis Caput  
(vt alii Neapoli) febre correptus est. Quia si mortuus esset, felix fuisset & in miserum illud civile  
bellum non seruatus fuisset. Sed a febre seruatus est, vt postea à Cæsare occideretur. Nam Nea-  
poli vota publica facta sunt, vt sanitatem reciperet, vnde ad multa futura mala reseruatus est.  
Nam à Cæsare ad Pharsaliam victus in Ægyptum confugit, vbi à Ptolomæo 60. annos natus  
obtruncari iussus est, & occisus ab Achilla, præsentē vxore Cornelia. Caput deinde ad Cæsarem  
perlatum, qui in Ægypto erat, sed oculos ab illo auertit. Gemmam vero Pompeii cum accepit,  
set, illa erumauit, & Achillam postea iugulauit. Plutarchus.

*Prouida.*] Fauens & beneuola, quæ cum voluit Cæsaris manibus eripere, eiusque gloriæ con-  
sulere, & rebus antea præclare gestis. Quæ ipsum futuris calamitatibus præreptum voluit.

*Febres optandas.*] Et hæc sapiunt contraria. Optandum certe ipsi fuisset febre mori, ne cum  
ignominia victus moreretur, & ab Achilla obtruncaretur.

*Publica vota*] Quæ in multis vrbibus pro salute Pompeii concipiebantur, illum morti eri-  
puerant, vt postea miserius moreretur ab Achilla occisus.

*Igitur Fortuna.*] i. Aduersa fortuna Pompei & vrbis Romæ abstulit à Cæsare victo caput.  
quod preces ante à Cæsare seruabant, ob id ait: *Seruatum caput.*

*Seruatum.*] Per preces & publica vota.

*Victo*] Pompeio à Cæsare abstulit.

*Hoc cruciatus.*] Scopitice iam exaggerat ærumnas Pompeii ob longam vitam, quas grauiores  
esse dicit, quam Lentuli, Cethegi, Gabinii, Statilii, Cæparii, & ipsius Catilinæ, qui (vt ex Sallustio  
patet) cum contra patriam coniurassent partim à Cicerone Consule in carcere laqueo suffoca-  
ti, partim in bello perierunt, omnes tamen integro corpore & cadauere, cum Catilina trunca-  
tum habuerit.

*Hæc parua.*] Vt non capite mutilati, sed integri occiderint.

*Cruciatus.*] Capitis amputatione.

*Lentulus.*] Intra Senatorii ordinis. Vide Sallust.

*Catilina*] Qui cum hostibus acriter pugnans confossus est, & longe à suis inter hostium ca-  
dauera repertus, vt scribit Sallustius, in calce de coniuratione Catilinæ, quem vide.

290 *Formam optat modico pueris, maiore puellis  
Murmure, cum Veneris fanum videt anxia mater:  
Vsq3 ad delicias votorum. Cur tamen inquit  
Corripias? pulchra gaudet Latona Diana.  
Sed vetat optari faciem Lucretia qualem  
Ipsa habuit. Cuperet Rutila Virginia gibbum  
295 Accipere, atq3 suam Rutila dare. Filius autem*

Corporis

Corporis egregii miseros trepidosq; parentes  
Semper habet. RARA EST ADEO CONCORDIA forma  
Atq; pudicitia. SANCTOS LICET HORRIDA, mores  
Tradiderit domus, & veteres imitata Sabinas:  
300 Præterea castum ingenium, vultumq; modesto  
Sanguine fermentem tribuat natura benigna  
Larga manu (quid enim puero conferre potest plus  
Custode & cura natura potentior omni)  
NON LICET ESSE VIROS. Nam prodiga corruptoris  
305 Improbitas ipsos audet tentare parentes  
TANTA IN MVNERIBVS fiducia—

Dixit de diuitiis, honoribus, gloria, potentia, eloquentia & de Senectutis voto. Transit iam ad votum pulchritudinis, quam & ipsam multis exitiosam & pestiferam fuisse demonstrat.

*Formam optat.*] Ordo & sententia est. Mater anxio, & de filiorum ac filiarum salute admodum sollicita pueris & filiis suis venustatem corporis paucis verbis & modico murmure optat, sed filiabus pluribus verbis, & maiore murmure, idque facit in templo Veneris.

*Veneris sanum.*] Illa enim venustatis Dea, quæ vel Paride iudice Dearum pulcherrima.

*Vsq; ad delicias.*] Mater etiam de votis ad delicias pertinentibus sollicita est, dum liberis suis formam orat, quæ ad votorum delicias tantum spectat.

Sic Persius de mulierum delitiosis votis.

*Tunc manibus quatit, & spem macram supplice voto,  
Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ades,  
Hunc optent generum rex & regina, puella  
Hunc rapiant, quidquid calcauerit, hic rosa fiat.*

*Cur tamen hoc tu.*] Obiectio cuiusdam matris, quæ probat pulchritudinem optandam esse, idque exemplo Dæ Latonæ, q. d. Cur tu nos talem pulchritudinem liberis nostris petentes corripis & reprehendis? Tamen facimus illud Dæ Latonæ exemplo, quæ suo filio Apolline formoso, & Diana filia pulcra gaudet. Præclare de perniciosis huiusmodi votis loquitur diuinus ille Seneca. *Desine optare, quæ tibi optauit nutrix, aut Pedagogus, aut mater. Nondum intelligit quantum mali optauerint. O quam inimica sunt nobis, hæc vota nostrorum. Eo quidem mimicio, quo cessere felices, iam non admittor si omnia nos à prima pueritia mala sequantur, inter exsecrationes parentum excruciamur.*

*Gaudet.*] Hinc Homerus de Latona ait, (quo etiam auctor respicit)

--- Γενέσθαι δὲ τῷ ὄντι Λατῶν.

Et Virgilius *Latona tacitum pertinet ant gaudia pectus.*

*Sed vetat.*] Respondet Poeta ad obiectiōem. Vt maxime Latona hoc faciat. Tamen Lucretia, quæ propter formam, per vim corrupta, formam exoptare vetat, cum sibi probro & exitio fuerit. Historia notissima. Lucretia vxor Tarquini Collatini, quæ ob formam à filio Sexto Tarquini Superbi vltimi Romanorum regis per vim constuprata, sibi ipsi manus intulit. Videtur Liuium in fine lib. 1.

*Cuperet Rutila.*] Aliud exemplum. Virginia pulcherrima virgo cum ob formam interiit, vellet potius gibbosa & deformis fuisse vt Rutila, & suam formam contrā Rutilam habuisse, ne ita ob formam illam suam in pericula incidisset.

*Rutila.*] Lura Rutila, vt Plin. lib. 7. scribit nonaginta septem annos excessit, gibbosa & deformis.

*Virginia.*] Fuit hæc L. Virgini filia, formosissima, quamuis plebeia, cuius Appius Claudius decemviri constuprandæ consilium cepit, & illam clienti, quem ad hoc subordinauit, in seruitutem dedit, & addixit, vt postea liberrime ad illam commercaret. Quod pater viduus cum nulla

ratione eam vt inuiolata permaneret, tutari posset, cultello arrepto propriam filiam interemisse dicens: Liberam, honestam, & pudicam te, o filia, ad inanes progenitorum mitto. Nam viuens neutro horum per tyrannidem tibi potiundam est. Quo facto protinus a caede recedens, mater adhuc filia cruore ad commilitones confugit, deque iniuria Claudii conquestus est. Vnde Claudius in carcerem coniectus & postea necatus est.

*Filium autem.* Pulcris enim vbique periculum est. Nam quod multis placet, id difficulter consistitur, vt ait Seneca.

*Trepidus parentes.* Timent ne ad stuprum rapiatur, ne à matronis adametur, & propterea in vitæ discrimina incidunt.

*Rara est adeo.* Egregia sententia. Plerumque enim formosi solent esse impudici. Quid.

*Lux est cum forma magna pudicitia.*

Et in Fastis.

*Fœdera seruaſſet, si non formosa fuisset.*

*Sanctos licet horrida.* His verbis indicat, quam difficile sit ipsis pulchris Romæ pudicitiam tutari ac defendere. Est autem hic sensus versusum aliquot sequentium. Licet simplex & inculta domus à lasciuia & libidine aliena, alicui attribuat mores sanctissimos, & quæ domus veteres Sabinas mulieres castissimas imitetur, & repræſentet; Licet etiam ipsa natura præterea, quæ potior est omni magistro & disciplina aliquem à natura castum, & à libidine alienum efformauerit: Tamen Romæ viri manere, & casti pudoris decus tutari atque custodire ipsis non licet.

*Horrida domus.* in exigua casula, in qualibus plerumque pudicitia & sanctitas inueniuntur solummodo. Vt non immerito querat apud Senecam Hippolytus.

*Cum sancta paruis habitatur lectis Venere.*

Et postea,

*Non in recessu furti & obscuro improbus*

*Quarit cubili sequi, multiplici timens.*

*Domo recondit, æthere ac lucem petit*

*Et teste cæca viuunt.*

Nam profecto ditiores illi & potentiores, vt Seneca ait, sumptuosas domus ambitiose construunt, Non vt tutius viuant, sed vt occultius peccent.

*Sanctos mores.* Nulla libidine aut turpitudine inquinatos.

*Horrida.* Paupercula, sine cultu ac deliciis.

*Veteres Sabinas.* Quæ sine cultu & ornatu castæ & pudicæ. De tali Sat. 6.

*Intactior omni*

*Crinibus effusus bellum dirimente Sabina.*

*Præterea castum.* Coniunxit duo, quæ plurimum faciunt ad honestos mores pudicitiam & castitatem, educationem & naturam. De illa dixit, iam sequitur de hac, id est, Vt maxime etiam inueniantur qui à natura casti & pudici sint, Vel, Licet aliquis à natura consequatur animum castum, modestum & verecundum. Tamen Romæ corrumpetur. Vtpote ubi tanta prædiconum, & libidinosorum nebulationum sit multitudo, qui auro omnia expugnent.

*Quid enim puero.* Quid alicui puero ipsa natura plus ad pudicitiam tutandam tribuere potest quam naturalem inclinationem ad castitatem & modestiam.

*Natura potentior omni custode & cura.* Egregie dictum. Naturæ enim vis omnem institutionem & custodiam superat. Vnde ille ait:

*Naturam expellas furca tamen usque recurret.*

*Sanguine fermentem.* Pudoris gratia rubore sparsum, vel cito erubescens, Optimi animi documento.

*Larga.* Liberalis, benefica, facilis ad hæc tradenda.

*Cura & custode.* Institutione, adusfactione, doctrina, exercitatione. Quæ & ipsa tamen multum valent, sed plus natura. Quod omnes & singuli experimur. Sane quæ natura pronuntiat vitiosa, prorsus emendari nequeunt.

*Non licet esse viros.*] Tamen inquit difficillimum est, ut viri illi permaneant, & cum pueri sint, ut non corrumpantur. Nam ut sequitur, quia pulcri sunt, aut castrantur aut corrumpuntur. Hoc est aut spadones fiunt, vel Cinædi & parhici. Porro qui castrantur parne abeunt in forminam quod & vox illorum indicat, quæ statim exilis & muliebriis euadit. Porro Cinædi muliebria patiebantur, ut merito dictum sit:

*Non licet esse viros.*

*Nam prodiga.*] i. Improbata corruptoris munus pro digalitate ipsos parentes sollicitare non erubescit, ut sumtis muneribus patiantur filios suos corrumpi.

*Prodiga.*] Exsecrabilis profecto impudentia pædiconum, qui magnitudine munerum confisi ipsos parentes compellere, ut sibi filios corrumpendos indulgerent, non erubuerunt.

*Tanta in muneribus.*] i. Vsq̃ue adeo confidunt muneribus suis quibus omnia expugnantur.

*Munera crede mihi placant hominesq; Deosq;.*

Atque hic imber ille aureus, per quem Iuppiter in Danaes sinum decidisse fingitur.

— Nullus ephebum

*Deformem sana castravit in arce tyrannus,  
Nec pretextatum rapuit Nero loripidem, nec  
Strumofum, aut utero pariter gibboq; tumentem.*

310

*Inunc & specie iuuenis latare tui, quem  
Maiora exspectant discrimina, fiet adulter  
Publicus, et pœnas metuet quæcunq; maritis  
Iratis debent. Nec erit felicior astro*

315

*Martis ut in laqueos nunquam incidat. Exigit autem  
Interdum ille dolor plus, quam lex vlla dolori  
Concessit, necat hic ferro, secas ille cruentis  
Verberibus quosdam mæchos & mugilis intrat.*

320

*Sed tuus endymion dilecta fiet adulter  
Matrona, mox, cum dederit Servilia numos,  
Fiet & illius, quam non amat. Exuet omnem  
Corporis ornatum. Quid enim vlla negaverit vdis  
Inguinibus? siue est hac Hippia, siue Catulla.  
DETERIOR TOTOS habet illic femina mores.*

Monstrat ulterius nimiam esse miseriam hominem pulcrum esse nimis Et supra dixit pulcris periculum esse propter pædiconum prodigam improbitatem, iam idem demonstrat ob tyrannidem Neronis & aliorum qui castrarint pulcros, ut ipsos postea loco mulierum usurparint. Hæc autem ad superiora spectant cum dixit:

*Non licet esse viros.*

*Nullus ephebum.*] Castrabantur enim pueri ante 14. annum, quibus postea per extremum scelus ad libidinem abutebantur, vt Sat. 6. dictum. Eligebantur autem à mulieribus bene armati à natura, vt Sat. 6. notavi ad illa verba:

*Nec dubie custodem vitis & horti*

*Pronocat à domina factus spado.*

Nero autem in arce Tarpeia vel Capitolio etiam Ephebos castrare solebat, sed formosos. I-mo Spurium suum genitalibus exsectis plane in mulierem efformare voluit.

*Sana.*] Nam ibi spoliabantur illis partibus à quibus viri nominamur.

Ccc 2

*In arce.*] In pratorio. Nam ibi ad libidinem principis Neronis formosissimi quique Spadomes fiebant, quod tamen Domitianus postea prohibuit.

*Nec prætexitum.*] Probat tyrannicus Neronis temporibus periculum tantum fuisse formosis non autem deformibus, ut loripedi strumoso, gibboso, ephebo.

*Prætexitum.*] i. Nobilem puerum ad stuprum rapuit.

*Loripedem.*] Claudum, contortum, oblique incedentem.

*Strumosum.*] Pectore tumentem. Est autem Struma proprie *xyris* tumor, in quo glandulae duræ oriuntur in ceruice & aliis membrana sua inelusa. Germanis *Der Kropf*.

*Gibbo pariter.*] qui gibbosus pariter & ventrosus fuerit.

*Inunc.*] Ridet stultos parentes & matrem pulchritudine filiorum suorum gaudentem, ob quam etiam in maiora discrimina sint præcipitandi, quam illa de quibus paulo ante de Nerone dixit.

*Fiet adulter publicus.*] Ab omnibus matronis propter formam sollicitatus.

*Et penas metuet.*] i. Omnes illas pœnas adulterii metuere cogetur quas debent iratis maritis quorum vxoribus in adulterio abusi sunt, si ab ipsis deprehendantur, de quibus mox. Alii aliter hoc legunt Sed hæc vera lectio:

*Nec eris felicius.*] Argumentum ab imparibus maioribus, quod ne ipsi quidem Marti impune fuerit adulterum esse, nedum sibi, i. in vincula incidet, ut Mars cū Venere in adulterio à Vulcano deprehensus catenis victus est. Vide Ouid. 4. Met.

*Exigit autem.*] Exaggerat iam illas pœnas.

*Ille dolor*] quem maritus patitur, dum adulterum deprehendit. Quod profecto quisquis æquo animo petulerit ille dignus ut ex omni consortio hominum longe lateque profigatur.

*Plus quam lex.*] Multi enim impatientia doloris illius crudelissime & atrocissime sœuiunt in adulteros.

*Necat hic ferro.*] Adulterum deprehensum. Quod ante paucos annos Neapoli P. Lanoio eximio iuueni contigit.

*Secat ille.*] Ad mortem vsque flagellis caedit & lancinat.

*Quosdam mœchas & mugilis.*] Mugilis piscis, magno capite cætera gracilis solebat ipsis adulteris per podicem vel anum immitti. Est autem hic mugil incredibilis voracitatis piscis, verus mœchorum supplicium. Est *Harder/ein Schelisch*. De mœchis deprehensis. Horatius.

*Hic se præcipitem secto dedit, ille flagellis*

*Ad mortem casus, fugiens hic decidit acrem*

*Prædonum in turbam, dedit hic pro corpore numos:*

*Hunc perminxerunt calones. Quin etiam illud*

*Accidit, si cuidam testes caudamq; salacem.*

*Demeteret ferrum.*

*Sed tuus Endymion.*] Ironia. Compellat autem matrem formosi iuuenis. Sed pulchellus ille tuus, & venustus Endymion solas formosas & dilectas amabit scilicet. Imo vero ille omnium adulter erit, & illius etiam, quam non amat modo pecuniam illa dederit. Miseriam pulchrorum notat, qui non solum formosarum matronarum adulteræ erant, sed deformes etiam, quas non amabant, sed pecunia induciti amare cogebantur.

*Endymion.*] i. Formosulus filius ut Endymion à Luna amatus. Verum ille reuera astrologus fuit, & Lunæ motum primus observauit, unde hæc fabula nata est.

*Mox cum dederit.*] i. Turpis & deformis Seruilia, ipsum numis eo adiget, ut se amare, quam tamen ob deformitatem non amat, cogatur. Notatur hic turpissima & notissima mœcha quæ cum deformis esset, muneribus datis adulteros ad sui concubitum pellexit.

*Exuet omnem.*] i. Seruilia illa nihil filio tuo denegabit, omnia dabit, etiam corporis omnia ornamenta, ut libidini suæ satisfaciat.

*Quid!*

*Quid enim illa.*] i. Mulier quæcunque etiam si mœcha sit, nihil negat suis adulteris, modo libidinem expleat. Per vda inguina membrum muliebrem intelligit, in obsceno illo opere madidum.

*Siue est hac Hippia.*] i. Siue alias sit prodiga vt Hippia, siue auara, vt Catulla in adulterum satis liberalis erit. Vel per Hippiam nobilem (de qua supra) intelligit, per Catullam, plebeiam.

*Deterior totos.*] i. Femina, quæ aliis in rebus deterior & auara est, illic in erogando aliquid in adulterum habet totos mores, optime morata & liberalis est. Vel omnes mores habet, liberalitatem, beneficentiam, humanitatem. & Die sonst Ein Teuffel ist. Ist threm Ehebrecher als kein Guttig.

SED CASTO QUID forma nocet? Quid profuit olim

325:

*Hippolyto graue propositum. quid Bellerophonti*

*Erubuit nempe hac ceu fastidita repulsa.*

*Nec Sthenobea minus, quam Cressa excanduit, & se*

*Concussere amba. MULIER SÆVISSIMA tunc est*

*Cum stimulos odio pudor admonet---*

Occurrit iam obiectioni, Quod si quispiam castus sit, illi nulla forma vel pulchritudo fraudi esse possit quod falsum esse demonstrat exemplis Hippolyti Virbii, & Bellerophontis.

*Casto*] Qui natura talis est.

*Quid profuit olim.*] Alii legunt, quid profuit ergo, alii, quid profuit immo. i. Hippolyto tamen graue illud & seuerum propositum caste viuendi nihil profuit. Illo enim vitæ periculum sibi accersit. Erat autē Hippolytus Thesei, & Hippolytes, vt alii, Antiope Amazōnis filius, formosissimus & castissimus. Quem Phædra nouerca vxor Thesei adamauit. Verum cum recusaret concubirum Phædra amore in odium permutans immenso scelere ipsum apud maritum suum detulit, quasi nouerca suæ vim inferre & eandem constuprare voluerit. Ob id in exsiliū mittitur, in fuga equi eius à monstris vel phocis marinis territi ipsum subuersa quadriga discerpserunt. Phædra seipsam dolore interfecit. Cum vero à Diana propter castitatem adamaretur eius ope per Æsculapium medicum omnibus membris relictis vitæ restitutus est, & post mortem rursus viuens *Virbium* appellatus, quod bis vir fuisset.

*Quid Bellerophonti.*] Bellerophon Glauci filius formosissimus, quem Sthenobea Præti regis vxor (apud quem degebat) ad concubitum illecebris atque blanditiis sollicitauit, promittens illi mariti regnum. Quod cum recusasset & ipse apud maritum ab eadem accusatus est de vi sibi illata. Qui cum ob id infinitis periculis expositus semper victor exstitisset, tandem apud Eumenen Sthenobea patrem gratiam inuenit propter continuam rei periculorum victoriam certam innocentia suæ documentum. Ob quod Sthenobea ira & furore percita sibi manus intulit.

*Erubuit nempe hac.*] Ordo est. Hæc Sthenobea ceu fastidita & repulsam passa erubuit, nec minus eadem Sthenobea excanduit vel irata fuit, quam Phædra illa Cretensis, de qua prius.

*Cressa.*] Phædra Minoidis Cretensium regis filia, & Pasiphaea quam Theus ex Creta à Minotauri cæde rediens, in Græciam rapuit.

*Concussere.*] Ad vitionem sese excitauerunt more Athletarum & vehementer iratorum, qui petus vel latus ad iram excitandam solent concutere. Quemadmodum leo caudam concutit, ad iram rabiem excitulandam, in qua habet exquisitissimum sensum.

*Mulier sæuissima.*] Dum contempta erubescit & ex pudore iram & furorem concipit. i. Dum laesa vel contempta erubescit, vel dum furor fit ex læso & repudiato amore. Virgilius.

—Duri magno sed amore dolores

Polluto notumq; furens quid scilicet possit.

Seneca Hippolyto egregie iram Phædrae describit.

*Furis insana similis procella*

*Pudor.*] Ex contemptu dum ille odium & iram extimulat.

— *Elige quidnam.*

- 330 *Suadendum esse putes, cui nubere Caesaris uxor*  
*Destinat. Optimus hic, & formosissimus idem.*  
*Genis patritia rapitur miser extingendus*  
*Messalina oculis. Dudum sedet illa parato*  
*Flammeolo, Tyriusq; palam Genialis in hortis*  
 335 *Sternitur, & ritu decies centena dabuntur*  
*Antiquo, veniet cum signatoribus auspex,*  
*Hac tu secreta & paucis commissa putabas.*  
*Non, nisi legitime, vult nubere, Quid placeat dios*  
*Ni parere velis perendum est ante lucernas,*  
 340 *Si scelus admittas dabitur mora paruula, dum res*  
*Nota urbi & populo contingat principis aures,*  
*Dedecus ille domus sciet ultimus. Interea tu*  
*Obsequere imprio, si tanti est vita dierum*  
*Paucorum. Quidquid lenius meliusq; putaris*  
 345 *Præbenda est gladio pulcra hac & candida cervix.*

Subiungit iam aliud adeoque vltimum exemplum de Caio Silio quo probat formam & corporis pulcritudinem obesse. Historia propemodum talis est. Cum Claudius Cæsar sacrificii gratia Hostiam profectus esset, Messalina vxor Claudii (illa portentose libidinis de qua dictum Sat. 6.) Caium Silium consulem designatum iuuentutis Romanæ speciosissimum, coniugem sibi sumit spreto Imperatore Claudio. Neque Silius flagitii & periculi nescius erat, Verum quia si abouere, certo exitio opponebatur, præsentibus frui pro solatio habebat. Solemnes igitur nuptiæ inter illos celebrantur. Illa Sylium osculata & complexa, nox denique acta licentia coniugali: Narcissus autem Claudii libertus hoc adulterium Messalinæ Claudio statim indicauit, qui illam vna cum mœcho in Lucilianis hortis interfici curauit. Vide Tac. lib. 11. & Sueton. Claud. c. 25.

*Quidnam suadendum.*] Quasi dicat, nihil illi suadere, nullum illi consilium dare potes? quomodo tem effugiat, quia moriatur.

*Cui nubere Caesaris uxor.*] Hæc Messalina profus libidinis fuit portentum & monstrum.

*Optimus hic.*] Quia etiam vt dixi consul designatus.

*Messalina oculis.*] Vel propter oculos Messalinæ quibus placuit, vel vt Probus ait, quod postea vidente Messalina in conspectu eius cruci adfixus sit.

*Dudum sedet illa.*] Eo dicit nam nuptiarum flammeo velabantur. Inquit autem ipsam Messalinam coniugii illius cupidissimam, & paratam fuisse, & omnia ad nuptias necessaria iam esse parata.

*Tyriusq; palam.*) i. Purpureus Genialis vel coniugalis aut nuptialis lectus palam sterneretur in hortis Lucilianis. Dicebatur lectus Genialis, vel quia genio aut Iunoni sacceretur, vel quia

quia liberis gigoendis destinaretur ita vocabatur, omnis causa. Dicebatur & lectus aduersus.

*Palam*] Vt in licitis nuptiis. Exprimitur incredibilis mulieris auiditia.

*Eritus decies centena*] Sestertia scilicet ingens dos, de qua dictū fuit 6. Satyra. Erat autē hic numerus in dote lauorum legitimus & sollemnis. Nā decies sestertium semper in dote dicebatur. Subintelligebantur autem centena millia. Ita autem scribitur hic numerus 10000000. valent. a. singula Hs. 25. coronatos Gallicos, & singula sestertia 1000, sestertios de quibus loquitur autor.

*Ritu antiquo*] Dos enim marito dari instituta fuerat propter matrimonii onera.

*Cum signatoribus*] Qui obsignabant tabulas & instrumenta matrimonialis contractus id est cum notariis. Eo dicit nam vt Tacitus & Tranquillus testantur conuenerant qui obsignant. Audiuerat & auspicum verba, sacrificauit, discubuit, inter conuiuias.

*Auspex*] Nullæ nuptiæ præsertim legitimæ fiebant sine auspicio

*Hæc in secreta*] Verba Poetæ ad infelicem iuuenem Gaium Silium, qui hosce concubitus furuios & clam fore existimauit, & eo adsenferat, & creditur hæc præparationes fieri clam futuris nuptiis.

*Paucis commissa*] Quod pauci scirent inter vos nuptias contrahendas.

*Non nisi legitime*] Exprimitur hoc loco cæca libido in Messalina, quæ imperatore marito viuo & superflite tamen legitime & palam alteri veller nubere. id est Non clam, sed omnibus consensu, vt legitimæ nuptiæ fieri solent, vult nubere

*Quid placeat duc*] Ad Silium hæc dicuntur non sine morsu cui reliquit arbitrium mortis hoc vel illud, vel Messalinam ducere vel non ducere. Vtrunque illi erat mortiferum, vt paulo post demonstrat. id est, Elige o Sili, quomodo mori velis, à Messalina occidi an à Claudio. Si nolis Messalinam ducere, ab illa statim occideris hodie. Si ipsi obsequaris paulo post ab ipso Claudio occidendus es. Hoc autem malum tuæ formæ debes.

*Ante lucernas*] Te Messalina curabit occidi antequam nox adueniat.

*Si scelus admittas*] id est. Si contra Messalinæ morem gesseris, paruulam vitæ moram conserueris, donec vestræ hæc nuptiæ, quæ toti vrbi & omni populo innotuerunt, etiam ad principii Claudii aures perueniant.

*Mora paruula*] Vnius aut alterius diei.

*Dum res*] Vestra scelera & nuptiæ tragicæ

*Principis*] Imperatoris Claudii Hostiæ tertio lapide à Roma vrbe commorantis.

*Dedecus ille domus*] id est. Omnium vltimo loco & tempore resciscet hoc probum dedecus & infame adulterium suæ familiæ. Indicium ipsi inter alios fecit Calpurnia Hostia, quæ illi dixit: *Matrimonium Sillii videt populus, Senatus, & miles, & ni prope agis, tenet urbem matris imperio. Messalina, cuius iussu multa cades perpetrata fuerunt*, Tacitus.

*Interea tu*] Scopitice illum iam quasi hortatur ad obsequium Messalinæ, & paruulam illam vitæ moram æque & boni consulendam. id est. Interea dum ad Imperatorem maritum crimen vestrum peruenit, voluptati morem gere, & obsequio tuo Messalinæ libidini satisfacere.

*Obsequere Imperio*] Messalinæ quam ducas. Si nimirum paucorum dierum vita tanti tibi est, vt adhuc per vnum atque alterum diem potius viuere velis, quam statim mori & occidi à Messalina si recuses.

*Quicquid lenius*] Hic duo mala Silio proponuntur ex quibus siue grauius siue leuius eligat. Vix, moriendum illi est

Der Ropff muß ab.

*Præbenda est gladio*] Pulchra hoc loco ceruix Emphatice dicitur. Nām pulchritudo ipsi exitiæ fuit fuerat.



Porto innuit hęc auctor capitis illum supplicium sustinuisse, alii dicunt ipsum in præscitiâ  
Messalinæ cruci adfixum, idque monente vel inperante Narcisso, De quo auctor noster in li-  
ne Sat.

*Sufficient animo nec diuitia Narcissi  
Indulgit Caesar cui Claudius omnia, cuius  
Paruit imperiis uxorem occidere iussus.*

*Nil ergo optabunt homines? Si CONSILIVM VIS,  
Permites ipsis expendere numinibus, quid  
Conueniat nobis, rebusq, sit utile nostris.*

350

*NAM PRO IVCVNDIS aptissima quæq, dabunt Diî,  
CARIOR EST ILLIS HOMO quam sibi. NOS ANIMORVM  
Impulsu & caca turpiq, libidine capi  
Coniugium petimus, partumq, uxoris, at illis  
Notum qui pueri, qualisq, futura sit uxor*

Hactenus dixit & exposuit, quid non sit optandum, nimirum non opes, non potentia, non eloquentia, non gloria bellica, non senectus, non pulchritudo. Cum illa omnia vel misera, & calamitosa sint, plerisque etiam fraudi & exitio fuerint. Respondet ergo Obiectioni, qua quis diceret: Si horum nihil orandum est, sequitur homines nihil prorsus a Diis debere petere. Illi respondet, orandos quidem esse Deos, & optima esse petenda. Ceterum quæ optima sint Deorum arbitratui esse permittendum.

*Permites ipsis* ] Pia & Christiana sententia. q. d. Tu tantum ora, quidquid autem tibi utile sit illud Deus nouit, & tibi dabit. Vel tu a Deo optima pete, quæ ille tibi eliget. Hinc in oratione nostra Dominica oramus *Fiat Voluntas tua*. quæ Dei voluntas cum mala velle non possit. haud dubie optima dabit, & cum sapientissima sit optima potest eligere. Præclare Lacedæmonii, qui ut Plato in secundo Alcibiade refert orantes Deos pulcra cum bonis sibi dari postulabant. Nec plura illos precari quis audiuit. Præclarus etiam ibidem citatus a Platone versus.

*Ζεὺς βασιλεὺς ὁ μὲν ἐσθλὰ ὁ εὐχομένοις ὁ ἀεικτοῖς  
ἀρμυ δίδυ, ὁ δὲ λυγρὰ ὁ εὐχομένοις ἀπέλξειν.  
Sine petam seu non, quæ sunt bona Iuppiter o rex  
Da mihi quæ mala sunt mihi nec largire petenti.*

*Expendere.* Considerare.

*Nam pro iucundis.* ] Pro illis quæ ad oblectationem & voluptatem pertinent, quæ homines maxime expetunt. Vel pro illis, quæ nobis inconsulto, & inconsiderato appetitu iucundissima videntur, deus nobis dabit aptissima, vtilissima, & salutaria quæque.

*Aptissima quæq,* ] Optima nobis, & conuenientia. Seneca Ep. 111 *Quicquid nobis bono futurum erat dominus & parens noster in proximo posuit. Non expellauit inquisitionem nostram sed vltro dedit, nocitura altissime prestitit.* Valerius lib. 7. cap. 2. de sapienter dictis hanc rem latissime tractat, Vnde Iuuenalis totum Satyræ Argumentum desumisse videtur. Ipse etiam Socrates humanæ sapientiæ quasi quoddam terrestre oraculum nihil ultra petendum a Diis immortalibus arbitrabatur, quam ut bona tribuerent, quia illi demum scirent, quid unicuique esset utile. Nos autem plerumque id votis expetere, quod non impetrasse melius esset. Etenim densissimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quam late patentem errorem cæcas preces rationes suas spargis. Diuitias appetis, quæ multis exitio fuerunt. Honores concupiscis, quæ complures persumdederunt. Regna tecum ipse voluis, quorum exitus sæpenumero miserabiles cernuntur. Splendidis coniugis iniicis manus. At hæc ut aliquando illustrant, ita non nunquam funditus domos euertunt. Desine igitur stulte futuris malorum tuorum causis, quasi felicissimis rebus inhiare, teque totum cælestium arbitrio permitte. Quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere aptissime possunt.

Carior

*Carior est illis.*] Pia, præclara & egregia sententia, & ratio est, quia nos mali mala sæpe & perniciosiora petimus & illi Dii contra boni non nisi bona dant. Nam teste Seneca *Deum malum non datur nocivum*. Quasi dicat: Nos multa perniciosiora à Diis petimus, quasi nobis ipsis infesti & inimici simus. Illi vero non mala, sed bona nobis dant, tanquam nobis amari.

*Nos amoremus.*] Affectum impulsu, non rationis.

*Cuius magnitudo.*] Inconsiderata, multa, immensa, inexplebili.

*Continguntur petimus.*] Forte nobis pestiferum & exitiale si daretur.

*Partem gerit.*] Respicit ad 1. Alcibiadem Platovis, ubi dicitur: Ingenias præterea eodem pacto nonnullos homines, qui filios votis exoptant. At cum filios adepti sunt in calamitatis doloresque maximos incidunt. Nam plerique cum nati per omnem ætatem improbi perseverent, valuerunt vitam mortore efficiunt. Qui vero probos filios nati aduersus quodam casu illis orbantur. Nihilominus quam superiores illi miseri sunt, ut propterea eligerent filios se nunquam genuisse.

*Illis nocuum.*] Qui sciunt futura, quam nos ignoramus.

*Qui pueri.*] Qui forte *Horripilo* nunguam forent.

*Qualis & sor.*] Xantippe vel Andromacha quædam.

*Vt tamen & poscas aliquid vaneasq; sacellis*

*Extæ & candiduli diuina tomacula porci,*

*ORANDVM EST VT SIT MENS SANA IN CORPore SANO*

*FORTEM POSCE ANIMVM, & mortis terrore carentemq;*

*Qui spaciū vitæ extremū inter manera ponas*

*Nature, qui ferre queat quoscunque labores*

*Nescias irasci, cupias nihil, & potiores*

*Herculis ærumnas credat, sæuasq; dolores*

*Et Venere, & pluvio, & cœnis Sardanapali.*

*Monstro quod ipse tibi possit dare. SEMITA CERTE*

*Tranquilla per virtutem patet unica vitæ.*

*NULLVM NVMEN ABEST si sit prudentia: sed te*

*Nos facimus fortunæ Deam cæloq; locamus.*

Iam denum subiungit, quæ homo orare debeat, animi nimirum bona & valetudinem corporis.

*Est tamen.*] Vt tamen aliquid sacrifices & optes, vel, ne interea omnia vota & preces videat collere, & existimare hominem nullam boni quod petat cognitionem habere.

*Vaneas (sacellus).*] Vt votum facias, ut in templo alicuius sacrificii te reum facias.

*Extæ.*] Intestina delicata.

*Tomacula.*] Farcimina pinguis est porcinis carnibus, iecore, & aliis inuolutis. Tomacula, quasi incisores sectio à *tomare*, vel *temere*. i. Incisam & dissectam pinguem carnem. Alii legunt Thy-macula tanquam à *thys*, id est Sacrificio.

*Candiduli.*] In nuptiis & re uxoria porcus candidus solebat sacrificari, teste Varrone de re Rustica.

*Diuina.*] Quod rebus diuinis & sacrificiis adhiberentur.

*Orandum est.*] Plato Alcibiade 2. *Magna providentia opus est, ne quis seipsum fallat, dum magna petit mala, credens bona se petere*. Egregie autem monet ante omnia vera veri hominis bona esse petenda. i. animi bona. Nam vtille dixit: *τὸ ἐπὶ ψυχῇ ἐστὶν αὐτῷ πρῶτον*. Hinc Seneca: *Ora sanitatem animi, deinde corporis*. i. Ora propria non aliena.

*Mens sana.*] Nam stulticia, ut Cicero ait, maius est malum quam si omnia mala fortunæ & corporis in altera parte ponantur. Idem: *quæ potest homini maior esse pars furere & dementia*. i. Ora Prudentiam.

*Fortem animum.*] Fortitudinem, & alias virtutes.

*Mortis errore.*] Qui fortis mortem contemnat. Plin. lib. 27. cap. 1. Ex omnibus bonis quæ homini tribuit natura nullum melius est tempestiva morte. Porro fortitudinis est omnia terribilia contemnere, quæ versatur circa *ὑψηλὴν καὶ ὀδυρῶν*. Iam vero mors: *ἡδὲ τὸν ὀδυρῶν ἐκείνου*. Qui animus sibi dicit: *Ἦνθα ἀδὸν μοι μισερὸν ἐστὶν*?

*Qui spaciū vita extr.*] i. Qui laias mortem munus aliquod naturæ esse, quod mensans omnibus obcundum, nemini defugiendum. Est autem Sapiens & fortis libenter subire, quod vim re aliquis nequeat. Hoc ait, quasi mors naturalis sit, & ponenda inter naturæ munera. Hinc dicitur: *Natura cessit, i. mortuus est.*

*Qui ferre queat quoscunque labores.*] i. dolores. Versatur enim virtus inter volupcates & dolores. Hinc Epictetus dixit: *Ἀνὴρ καὶ πῶν, id est, Sustine dolores, & abstine a voluptatibus, & eris ἀνὴρ καὶ πῶν*.

*Nesciat trahi.*] Hæc de iustitia iam intelligi possunt. Ira enim & cupido alique affectus à norma iustitiæ homines solent transuersum agere. Dicit autem hoc ex sententia Stoicorum, qui omnes affectus à viro bono & iusto segregarunt.

*Cupiat nihil.*] Cupiditas enim hominem mancipat & seruum vilissimum reddit.

*Et potiores.*] Hæc iam de Temperantia dicta sint. Nam per quatuor illas virtutes Cardinales transire videtur. i. Qui in vita sua potius Herculis labores & virtutes imitetur, quam voluptates & Veneres Sardanapali. i. Qui cupiat vitam viuam viuere, in laboribus & actionibus honestis. Non mortuam in voluptatibus & deliciis corporis, quibus vita minime vitalis viuatur. Seneca in Epist. Proinde hi, qui hactenus & per operosa atque ardua iussu atque deorsum eunt, & expeditiones periculossimas obeunt, fortiores sunt priores, castrorum, & diuersa existimandi sunt. Illi quos publica quæstus laborantibus molliter habet inuicillius sunt, tunc contumelia causa, quam vitam confenda.

*Hercules armatus.*] Qui vt Hercules per egregia facinora, & labores gloriam quarat, & labores deliciis præferat. Noti autem satis sunt labores Herculis.

*Veneres.*] Sardanapalus vitium Syriæ rex muliere corruptior, cum inter sotorum greges in muliebri habitu purpuram colo nere cum molliæ corporis, & oculosum lasciuia omnes feminas anteire, ab Arbactio Medo prehensus esset, pensa inter mulieres particula: Indignatus Arbactus tali feminæ tantum virorum esse subiectum, tractantique lanam ferrum & arma habentes parere progressus ad socos, quid viderit refert. Negat se ei parere posse, qui se feminam malit esse quam virum. Fit confutatio. Bellum Sardanapalo inferitur. Qui victus in regiam se recepit vbi constructa incensaque pyra se & diuitias suas in incendium misit, hoc solo imitatus virum. Monumento eius inscriptum:

*Hæc habui quæ edis quæque exsaturata libido*

*Hausit. At illa etiam multa & præcæra relicta.*

Alii referunt ipsius sepulcro litteris Assyriis inscriptum fuisse: *Sardanapalus Acynderci filium Anchialum & Tharsum vno die condidit, Sorani, hibi, lusi.* Quod Chirologum quidam scriptis referunt.

*Monstro quod ipse tibi.*] Ne aliorum implores auxilia, bonum animum tibi ipsi dare potes. Ethnice dixit, quasi hæc omnia suo Marte quispiam sibi comparare possit. Sic Horatius:

*Des vitam, des opes, æquum mi animum ipse parabo.*

Censebant enim illi quemq; suæ virtutis auctorem, & quemq; etiam sua fortunæ esse fabrum. *Samia certe.*] i. Vnica via ad tranquillam & beatam vitam tendit per virtutem. Neq; potest incunde viui nisi cum virtute viuatur. Egregie dixit Isidorus: *Vix nunquam tristis esse recte vixit.*

*Tranquilla vita.*] Hinc Pallas, vel Sapientia & virtutis studium in Clypeo caput Medusæ id est, sapientiam gestat cuius intuitu intuentes in scopulos conuerti fingebantur i. in constantes & imperterritos viros, qui omnes vitæ humanæ maris fluctus frangant & contemnant.

*Nullum numen abest.*] i. Si tu prudenter vitam tuam & cum ratione instituas, nullus fortunæ locus erit, & omnes Diu sapienti fauebunt, & opem ferent. Sic Horat.

*Ad summam sapiens vno minor est Iuppiter, labor, honor atque pulcher rex denique regum.*

Et Sal.

Et Sallust. Non votis neq. supplicis muliebribus auxilia Deorum comparantur. Vigilando, agendo bene consulendo prospere omnia cedunt. Vbi scordia atque ignavia te tradideris, nequidquam Deos impleras, irati infestiq. sunt. Et Plato Alcib. 2. Perspicuum est, & apud Deum, & apud homines sana mentis iustitiam & prudentiam precipue honorari. Prudentes autē iustiq. sunt, qui sciunt erga Deum, & homines, quid agere, atque dicere deceat. Dicit autem hoc Poeta ob fortunam, quæ non solum nullum numen est, sed nusquam & nihil est. Nam cum sciamus omnia in mundo, maxima & minima, providentia Dei gubernari, quid restat de fortuna nisi vanum & inane nomen. i. Fortuna nullas vires & potentias in nos habet, si prudentes secundum virtutem vivemus. Vnde Stoicus ille dixit: Προκρίτειν μὲν σε ὡς τύχη, καὶ πῶς αὐτὴν ἐφελεῖν οὐ τὴν παροῦσαν. Anteverti tibi, o fortuna, & quasi Gallo firmissimo opposito omnes tibi aditus interclusi. Recte si de vaga aliqua Dea intelligas. Illa enim cum nulla sit, nihil auferre cuiquam potest. Et egregie Sallust. Sed Dux atque imperator mortalium Vita animus. Quippe fortuna probitatem, industriam aliisq. bonas artes, neque dare, neque eripere cuiquam potest. Et Seneca: Errat, inquit, qui aut boni aliquid nobis aut mali iudicant tribuere fortunam. Est autem fortuna rerum accidentium subitus & inopinatus eventus, quæ ex hominum imprudentia nata est. Vnde recte dicitur: Tolle ignorantiam & personis fortunam de rebus sustuleris. Quia enim homines rerum omnium causas non perspicimus, ut est mortalium cæcitas: Fortunam nescio quam vagam, irritam, instabilem nobis fingimus. Quod si causas rerum latentes & abditas nobis inspicere daretur, non modo nullam esse talem fortunam videremus, verum etiam omnium minima, singulari Dei providentia regi. Et sic fortuna nihil aliud est, quam Dei providentia, sed nobis non perspecta. Et recte diivius ille Seneca: Fortuna, fatum, natura, omnia eiusdem Dei nomina. Varie sua potestate stentis.

Sed nos te facimus. i. Nos homines, qui virtutem negligimus nec ratione utimur, sed imprudentia temere ferimur ignavi & stolidi, omnia foruito eventui metimur, nihil ratione, proposito, aut consilio agimus, sed nos & nostra Fortune tanquam Deæ committimus. Vnde si bene cesserit nobis acceptum referimus, quasi nostra prudentia & consilio euenierit. Sin male cesserit fortunam accusamus. Quo nihil vanius & ridiculum magis cogitari potest. Seneca Epist. 59. Valenter omni fortuna animus est, & in utramque partem ipse vos suos ducit, beataq. & misera vita sibi causa est. Plin. lib. 2. cap. 7. Toto quippe mundo, omnibusq. locis & horis omnium vocibus fortuna invocatur, & una nominatur, una accusatur, una apitur, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum convitiis colitur, volubilisq. à plerisque etiam ceca existimata, vaga, incensibilis, incerta, varia, indignorumq. faustrix. Hæc omnia expensa, omnia referuntur accepta in celebratione mortalium sola & utramque paginam facit. A deo que obnoxi sumus, forsi, & forsi ipsa pro Deo fit, quæ Deus probatur incursis. i. Nos omnia eventui metimur, nihil providentia & consilio, & ob id vera bona nobis comparare non possumus. & falsa à Diis petimus. Hoc est: Ignorantiam & imprudentiam nostram Deam facimus, cum potius prudentiam & sapientiam velle Deæ, i. naturam, veritatem, & rectam rationem cuique à Deo datam sequi deberemus.

# IN D. IVNII IVVENA-

## LIS SATYRARVM LIB. IV.

### S. A T T R A X I.

**A** Tricus eximie si cœnas lautus habetur;  
 Si Rutilus demens. QUID ENIM MAIORE cachinno  
 Excipitur vulgi, quam pauper Apitius? Omnis  
 Conusctus, & hermafroditæ, omnes theatrum  
 De Rutilo. Nam dum valida ac iuuenilia membra  
 Sufficiunt galea, dumq; ardens sanguine fertur,  
 Non cogente quidem sed nec prohibente Tribuno.  
 Scripturus leges, & regia verba lanista:  
 Multos porro vides, quos sæpe elusus ad ipsum  
 Creditor introitum solet expectare macelli,  
 Et quibus in solo vivendi causa palato est.  
 Egregius cenat, meliusq; miserrimus horum,  
 Et cœno casurus iam perlucens ruinâ.  
 Interea gustus Elementa per omnia querunt,  
 Nunquam animo pretiis obstantibus: INTERIUS SI  
 ATTENDAS: magis illa iuvant, quæ plaris emuntur.  
 Ergo haud difficile est, perituram arcescere suam  
 Lancibus oppositis, vel matris imagine fracta,  
 Et quadringentis nummis condire gulosum  
 Esibile. Sic veniunt ad miscellanea ludii.



**S** CRIPUIT hanc Satyræ ad Persicum quendam, quem ad constitutum  
 tat, & cui frugalem cœnam, & tranquillæ ocii mensam pollicetur. In qua Saty-  
 ra & veterum frugalitatem commendat, & sui temporis luxuriam & prodig-  
 litatem condemnat. Principio autem reprehendit pauperes luxuriosos. Est  
 autem initio hic sensus: Cum unicuique ratione facultatum suarum summo  
 faciendi sint, non immerito divites cum laute vivunt & liberales & magnifici,  
 pauperes contra si sumptuosi sint dementes habentur.

*Atticus eximie.*] i. Si dives quisquam summo apparatu convivia instituat liberalis, lautus &  
 magnificus habetur. Si pauper contra: Nam hic comici illud valet: *Duo si faciant id id non est idem.*

*Atticus.*] Nomen nobilis & divitis qui gentilicium nomen duxit ab Attico Romano, qui li-  
 teris & familiaritate Ciceronis insignis. Martialis lib. 7.

*Attice qui renonas succunda nomina gentis.*

*Rutilus.*] Ex Rutilorum familia, qui omnia sua bona paterna gala attriuerat. Qui cum iam  
 tenuem rem familiarem haberet, lautissimas tamen parabat mensas. Unde non immerito de-  
 mentis arguebatur.

*Demens.*] Magnæ enim dementiæ est, ultra suas facultates sumtus facere.

Quid

*Quid enim.*) Rationem reddit cur demens dicatur. Eo quod nihil magis sit ridiculum, quam cum pauper quispiam sumptuosus & gulosus; qualis Apicius fuit, esse velit. Non enim pauper quispiam facit hoc nomine, sed gulosus quispiam nebulo. qui delictis suis immonsum patrimonium dilapidavit, & liberos de condimentis iusculorum & ferculorum scripsit, & teste Seneca scilicet suum infecit.

*Matura cachinnus.*) Solutior & effusior risu.

*Pauper Apicius.*) Prorsus proverbii speciem habet in illum qui gulosus & inops est.

*Omnes convivia.*) i. Omnes irrident Rutilum, qui ob gulam pauper factus, nec tamen gulam contrahit.

*Convivia.*) Convivia. Alii legunt *convivunt*, *turna*. De convivibus autem supra dictum. Sat. 8. ad illa verba:

*Nec per convivium Es. convivia per oppida, Es.*

*Therma.*) Homines plurimi in thermis sedentes & lavantes.

*Stationes.*) Homines in quodam loco simul stantes, interq; sese colloquentes. Doctissimus Turnebus ait in foro Romano fuisse Municipiorum stationes. Testatur hoc Plinius lib. 16. cap. 44. cum ait: *Radices eius in forum Gij. Caesaris per stationes municipiorum penetrant.* Irridebant a. Rutilum, quod ob gulam pauper factus gladiator fieri coactus sit.

*Nam dum Gaudet.*) i. Rutilus, qui gula bonam suam antimit, quia adhuc corpore iuvenis robustus, & armis portandis validus est ad gladiatoriam se applicat, ipsi lanista operam dabit & leges magistrorum gladiatorum scribet. Vel etiam ipse lanista erit, & discipulis suis imperiose leges præcibet. Vt utiq; intelligi potest. Conquestus est superius de huiusmodi nobilibus. Sat. 8.

*Consumptis opibus Vocem Damasippe locasti*

*Superis.*

Et Paulo post. *Quid refert quanti sua sumera vendant.*

*Sufficient galeæ.*) Videtur ipsi in Scoptice laudare, tanquam qui prudenter faciat, qui dum adhuc per corporis vires potest, alio se conferat. Galeæ portandæ, & fereudiis armis. Indicat ipsum admodum adhuc iuvenem bona sua consumpsisse.

*Ardens sanguine.*) Dum adhuc habet calidum sanguinem, qui roboris, & agilitatis causa est.

*Fertur scripturæ.*) i. Impellitur ad magistri gladiatorum, vel lanistæ artem discendam. i. Vult gladiator fieri, & leges gladiatorum, quas ipsi magister imperat, scribit, discit, & mediatur. i. in arena se recipit disciturus armorum præcepta, quæ dictata appellabantur. Nam reuera præcepta illa etiam scriptis commiserat. Sat. 6.

— donec peragat dictata magistri

*Omnia:*

*Leges.*) Armorum præcepta.

*Regia Verba.*) Imperatina, vt sunt attolle, declina, percuti, cæde, virge.

*Lanista.*) Magistri gladiatorum, qui præcepta dabit. Demonstrat ergo Rutilum iuvenem adhuc consumptis bonis gladiatorem esse factum, & accepto precio gladiatoriam exercuisse.

*Non cogente quidem.*) Reprehendit hoc loco vt moris est, per transitum tribunalum, quod hoc nobilium dedecus, qui in theatro, vt supra Sat. 8. dictum, sua sumera vendebant, illud dedecus urbis non prohiberent.

*Non cogente.*) His verbis Rutilum taxat, qui sua sponte hoc faciat, nõ coactus à Nerone quopiam vt Sat. 8. dixit:

— vendant nullo cogente Nerone.

*Non prohibente.*) Qui illud dedecus urbis latius legibus non prohiberent.

*Multos porro videt.*) Redit ad luxuriam Romanorum, & potissimum pauperum debitorum, qui nullo in loco frequentius & citius inveniuntur, quam in macello ubi delicata fercula edebant.

*Multos.*) Et illos quidem obæratos, qui pæne animam debent.

*Elusos creditor.*) Deceptus, qui debitores convenire non potuit, qui cum debitum se exsolutos iuravit semper tamen tergiversentur.

*Intrastrum Macelli.*) Vbi illos præstolatur ad macellum properantes ad emenda delicatissima fercula, cum tamen prius obæratum sint. Nimirum qui ex pecunia sibi eredita luxuriabantur.



Ludi.] Ita profusè legendum est ut ultimum i. longum sit valens duo. Sic Sat. 6. dixit:

*Nuptæ Senatori comitatus est Hippia Ludum.*

Quod vero hoc sensu versus hic legendus & explicandus sit, indicant superiora, quibus Rutilum vexauit sese ob inopiam ad gladiatoriam conferentem. Nec magis momenti sunt, quæ Probus adfert, qui ait: Cum non habeant vade manducant, distrahunt se ad ludum, & ad genus ferocis miserabile. Non intelligit n. ludum, sed ludios & gladiatores.

REFERT ERGO QVIS hac eadem paret. In Rutilo nam.

*Luxuria est, in Ventidio laudabile nomen.*

*Sumit. & à censu famam trahit. ILLVM EGO IVRE*

*DESPICIAM, qui scit quanto sublimior Atlas*

*Omnibus in Libya sit montibus. Hic tamen idem*

*Ignoret quantum ferrata distat ab arca*

*Sacculus. è COELO DESCENDIT yūdi murt*

*Figendum & memori tractandum pectore, sen in*

*Coniugium quaras, sen sacri in parte senatus*

*Esse velis. NEC ENIM LORICAM poscit Achilles*

*Tberfites, in qua se traducebas Ulyssæ*

*Anticipitem. Sen tu magno discrimine causam.*

*Protegere adfectas, TE CONSULE, DIC TIBI QVIS SIO*

*Orator uehemens, an Curtius, an Mætho, vtccæ*

*NOSCENDA EST mensura tua, spectandaq; rebus*

*In summis minimisq; etiam cum piscis emetur,*

*NE NULLVM CVPIAS cum sit tibi gubio tantum.*

*In oculis. QVIS ENIM TE deficiente crumena*

*Et crescente gula manet exitus? Aere paterno*

*Et rebus mersis in ventrem fœnoris atq;*

*Argenti gravis & pecorum agrorumq; capax.*

Repetit his verbis priora initio Sat. proposita. Monens vnumquæq; pro suarum facultatum ratione res & opes suas debere metiri, & sumptus facere. Postea generaliter hanc thesin tractat, demonstrans vnumquemque se & sui ingenii vires debere perpendere antequam aliquid incipiat.

*Refert ergo.*) Est egregia sententia. i. Multum refert, differt, interest, diues aliquis an pauper sumptus faciat, & opipare vivat. Nam quamuis eadem & vnius sumptus fercula sint, tamen non iidem sunt, qui illa parant. In diuite enim laudantur, in paupere vituperantur.

*Quis.*) Gulosus diues scilicet an pauper.

*Pares.*) Sibi in cenam comparet.

*In Rutilo.*) Diuite & nobili quondam, iam inope, de quo supra.

*Luxuria est.*) Ut qui ultra vires suas pauper sit, luxurietur.

*Ventidio.*) Dimite & pollente. Forte illum intelligit cuius Tacitus meminit, qui Galilæorum nationi præfuit, & cum Felice fratre Pallantis Samaritas, & vicinas prouincias spoliavit. Forte idem de quo dixit Sat. 8.

*A censu famam trahit.*) Eximie dictum. Si census magnus, liberalitatis, si exiguus luxuriæ famam obtinet.



*illum ego iure.*) Commendat hinc verbis illud *Nosce te ipsum*, ut unusquisque consideret facultates suas, pro earumque ratione sumptus faciat. i. Stultus est, qui nouit Atlantem montem sublimiorem esse reliquis, & ignorat ditissimos ciues Romanos, qui ferratas arcas in foro habent numis plenas, maiores sumptus sustinere posse, quam tu, qui tantum sacculum habes.

*Iure despiciam.*) Tanquam stolidum & ignauum. Qui illa quæ extra se sunt nouit & metiri possit, se ipsum suas substantias & diuitias, quousque se extendant ignoret, & sumtus suis facultatibus maiores & diutioribus æquales faciat.

*Quanto sublimior.*) i. In rebus extra se inutilibus, & sibi ad beate viuendum nihil conferentibus mire ingeniosus est, aotus, & subtilis, in metiendis facultatibus & seipso culpa cecior est. Notatur *πυλωναργισμῶν*, & sui ignorantia.

*Atlas.*] Iapeti filius, cum in Libya motum astrorum tanquam peritissimus artifex obseruaret in monte altissimo, in quem postea conuersus fuisse dicitur. Ouid. *Metamorph.*

*Quantum erat monti factus Atlas?*  
*Virg. lib. 4.* *Oceani finem iuxta, solemq; cadensem*  
*Ulimus Æthiopum locus est, ubi calesit Atlas*  
*Axem humeris torques stellarum fulgentibus aptum.*

*Hic tamen idem ignorat.*) i. qui pauper ignorat, quantum differat à diuitiis, & tamen eodem cum illo sumptus faciat.

*Quantum ferrata.*) i. Quantum suus sacculus & paruulus pecuniae locus distet à ferrata arca opulentissimi alicuius ciuis Romani auro & argento plena.

*Arca.*) De his arcis dictum præcedenti. Satyra.

— *Vt maxima toto.*

*Nostra sit arca foro.*

Et Sat. 1.

— *posita sed laeditur arca.*

Erant a ferro vndique munitæ, nam in his opes & thesauros suos habebant repositos in foro, & à furibus & incendio tutæ essent.

*E caelo descendit.*) i. Chilonis & Socratis præceptum tanquam Oraculum à cælo delapsum, illud figendum animo & volucadum est in tota vita humana. Hæc Chilonis sententia præ foribus templi Delphici aureis literis scripta fuit.

*Figendum pectore.*) adeo fixe ut nunquam inde euellatur.

*Memori pectore.*) Vt nunquam obliuiscamur, qui & quales simus, nimirum hominæ, & si nec nos cognoscimus, nihil.

*Sine coniugium quæras.*) i. In omnibus vitæ partibus hanc sententiam tanquam oraculum consulte. Quæ sententia in contrahendo cum aliquo matrimonio illud tibi insularet *τίς γὰρ σὺν ἑλπίδι*. Tibi parem ducito & ne magnis coniugis manus implices, te deterrebit.

*Sensu sacri in parte senatus esse velis.*] i. Siue locum aliquem ambias in magistratu, aut senatu. Sane qui se vere norunt, & vere etiam honoribus digni sunt, semper sibi diffident, & ad honores non facile aspirant, sed vires suas prius ponderant, ut ne oneribus illis ferendis pares.

*Nec enim loriceam.*) Probat quod dicit exemplo vel argumento vel simili, desumpto ab armis Achillis. Vt enim illa sibi non expetebat, vilissimus ille Græcorum Theristes. Sed Ulysses, qui se tamen accipitem & dubium traducebat, ecquid etiam illa arma iure petere posset, & ecquid etiam infidem esset dignus: Ita etiam homo rudis & plebeius maximas dignitates non ambiet, quibus vix sapientissimi sufficiunt.

*Loricæam.*) Arma quæ fabricauerat Vulcanus. Vide Ouid. *Met.* 13.

*Poscit.*] Qui Theristes licet stultissimus, & ignauissimus inter omnes Græcos ad Troiam, tamen sciebat se Achillis armis imparem & indignum esse. Persius.

*Nauem si poscit sibi peronatus arator*  
*Luciferi radia exclamet Melicerta perisso*  
*Frontem de rebus.*

*Traducebat accipitem.*] Verfabat se dubium, an illa etiam petere deberet, vel an illis etiam esset

reflet par. Commendatur prudentia & modestia Vlyssis. Innuit illud. *Nosce teipsum*, non solum vile esse in faciendis sumptibus, ne quis modum & mensuram facultatum suarum excedat: Verum etiam in omnibus actionibus, consiliis, & tota vita humana.

*Sed in magno.*] i. Si etiam caudidicus vel aduocatus sis, & maguam causam in maximo periculo constitutam debeas defendere tuas viros explora, & perpende quid valeant, quid ferre recusent.

*Causam magno discrimine.*] i. Magna discriminis & periculi, ut cum de periculo famæ, capitis, vitæ agitur.

*Te consule.*] i. Tui ingenii vires prius perpende, ne quid in te suscipias cui ferendo impar sis. i. Te ipsum in consilium voca.

— *Et nulli de te plura, quam tibi credas,*

*nec te quæsieris* Extra illud n. Te hoc loco Emphasis habet.

Cicero. *Suscipe omni officij, quod te putas sustinere posse.*

Idem 1. Offic. *Necq. n. attinet quidquam sequi, quod assequi nequeas.*

*Dic tibi, quis sis*] Egregia sententia, & omnium animis inscribenda, qua monemur, ut, velut Perſius ait, nobiscum habitemus.

*Orator Gehenens.*] Ut Cato, M. Cicero.

*Cursum.*] Montanus, qui teste Tacito, oratione fuit truci, iactabundus & inflatus.

*Matro.*] Hic vilis rabula fuisse videtur, cuius meminit. Sat. 1.

*Considuci nova cum veniat leticia Matronis.*

Et Sat. 7. *Sic Peto conturbat, Matro deficit.*

*Bucca noscenda est mensura.*] Explorandum tibi, quantum eloquio valeas. Mensura facunditæ, & virorum laterum, rorū tibi perpendenda est. Forte legendum est *bulga*, ut ita ad sequentia referatur.

*Mensura spectanda.*] i. In maximis rebus & minimis rebus hoc oraculum nosce teipsum tibi propone. Commendatur etiam mensura & modus omnium rerum.

*Etiā cum piscis emetur.*] i. Etiam in rebus vilissimis, quæ non consideratæ ad paupertatem ducent. i. Nihil debes insinere ultra vires facultatum tuarum.

*Nec nullum cupias.*] i. Noli magna desiderare, cum non nisi parua dato precio redimere possis. i. Non plura velis quam possis. i. Noli desiderare preciosum piscem nullum, cum tantum numerum solummodo habeas in oculis, quibus gobionem emas, piscem exiguum. Eo hoc dicis, nam gulosi pauperes qui emere non poterant, nihilominus desiderabant, & quasi oculis deuorabant. Idq. eo etiam, quod teste Seneca pleriq. maior famæ sui quam suæ.

*Quicquid.*] Malus profecto exitus talem manet. Quæ. n. gula absumperunt, furto, rapina, latrocinio, aliisq. malis artibus student recuperare. Quis vero talium exitus sit, nemini obscurum est. Vide Salmastium in Catilinæ focis.

*Aere paterno.*] i. Omni patrimonio gula atq. ventre absumpto. Qui venter tanquam inexplibilis vorago & abissus, fœcus, argentum, pecus, ædificia, agros absumit, & decoquit.

*Favore.*] Qui tanquam inexplibile baratrum potest absumere fœcus à patre tibi relictum, cum capitali summa.

*Capere.*] Sceptice & ridicule. Qui venter omnia potest capere & concoquere, precii scilicet in obsonia commutatis. Qui venter deglutire potest integra ædificia cum trabibus & sacis. Hos nos Saxones appellamus. Die Walchenschucker.

Talibus à dominis post cuncta nouissimus exit  
Annulus & digitus mendicat Pollio nudo,  
Non præmatvri cineres nec funus acerbum.  
Luxuria, & morte magis metuenda senectus.  
Hi plerunq. gradus: conductæ pecunia Roma,  
Et coram dominis consumitur. Inde ubi paullum

*Nescio quid superest, & pallet fœnoris auctor*  
*Qui vertere solum, Baias & ad Ostia currunt.*  
 50 *Cedere namq; foro iam non tibi deterius, quam*  
*Esquilias à ferventi migrare Suburra.*  
*Ille dolor solus patriam fugientibus, illa*  
*Mœstitia est, carnis anno Circensibus una,*  
 SANGVINIS IN FACIE non heret gutta: MORANTVR  
 55 *Pauci ridiculum & fugientem ex urbe pudorem.*

Pertexit, quæ de Prodigis inceptit dicere demonstrans Romæ amplius turpe non esse, si quis dei ceptis creditoribus deficiat.

*Talibus à dominis.* ] Gulosi & luxuriosi, bona sua paterna decoquentibus.

*Annulus.* ] Insigne equestris dignitatis, quem nemo gestare poterat, nisi qui quadrigenta Sestertium possideret, quæ conficiunt 10000. coronatos Gallicos. i. Annulus exit, alienatur, per gulam transit, & postea cum nihil reliqui habeat deniq; mendicare cogitur. Hoc autem eo dicit, nam hos annulos gerebant luxuriosi, ne pauperes viderentur. Postea etiam, cum iam paucæ ad mendicantem redacti erant, hi annuli etiam exibant ab illis, omnium ultimi.

*Possit cuncta* ] iam dudum absumpta.

*Pollis.* ) Notat nobilissimum quendam.

*Non pramaturi.* ] Demonstrat tales luxuriosos consumptis opibus deniq; in senectute esse miserimos. i. Nulla res luxuriosis magis formidanda est, quam senectus, quæ quidem pauperes, præsertim si iuniores luxuriosi fuerint, omnium sunt miserissimi. Vtpote quibus in senectute de nullo præsidio sit prospectum.

*Pramaturi.* ) Imo felices tales sunt si cito, absumptis opibus moriantur. Vt scilicet mature moriantur.

*Fœnus acerbum.* ) Mortis genus crudele & dolendum.

*Luxuria.* ) Luxuriosia.

*Hi plerumq; gradus.* ) Recitat iam auctor noster 3. gradus, quibus tales nepotes ad extremam paupertatem & ad fidei violationem ac defectum perueniant. Principio conducebant pecuniâ, eamq; in fœnus assumebāt: Deinde eandem pecuniâ in vrbe Roma coram creditoribus gula & luxuria consumebant. Postea, quando parum supererat, & creditor, metu ne forte fœnus cum capitali summa perdat, pallet, solum vertunt, & aliquo aufugiunt.

*Conducta pecuniâ.* ) 1. gradus. Pecunia in fœnus mutuo assumpta.

*Et coram.* ] 2. Gradus, id est, illa pecunia in fœnus sumpta coram creditoribus pecuniâ & dominis consumitur. Sie versfressens / und lassen die Creditoren zusehen.

*Inde tibi paululum.* ) 3. Cum ex illa pecuniâ à creditoribus assumpta paululum & nescio quid ferme nihil reliquum est.

*Nescio quid.* ] Parum admodum.

*Pallet.* ) Metuit ne mutuum perdat, cum omnia à debitor dilapidentur.

*Qui vertere.* ) 1. Prodigii luroones qui sedem & locum mutant, propter alienam pecuniâ coniumptam confugiunt Baias ad locum Campaniæ amoenissimum.

*Vertere solum.* ) Qui versuram fecerunt, & patriam mutarunt, ob facta nomina & res alienæ, cum soluendo non sint. Est enim solum vertere sedem & locum mutare.

*Ostia.* ) Vbi portus Tiberis tribus miliaribus Roma distans, quo confugiunt, ut si vrgeatur, nauis possint aufugere.

*Cedere namq; foro.* ) Inuehitur in Romanorum luxuriâ & impudentiam, qui si ob res alienum & debita cogerentur foro cedere & Romam relinquere, illud turpius non existimabant, quam è Subura frequentissima vrbis regione migrare in montem Esquilinum editiorem & frigidiorem locum.

*Cedere foro.* ) Non amplius comparere in foro. Bankrott machen / nicht mehr auff die Borse kommen.

*Tibi.*

*Tibi.*) Quisquis versuram facis. Vel lege *ibi*. i. Romæ.

*Esquilear.*) Quæ dicuntur à monte editiore & frigidior.

*Foruenti.*) Aituant propter hominum multitudinem, & abundantiam.

*Ille dolor solus.*) Rursus Romanos notat, ludis Circensibus, & theatris nimis impense deditos. i. Qui patriam fugiunt illi hoc solum & vnum dolent quod ludos Circenses cogantur relinqueret. Sic dicit supra Sat. præcedenti.

— *duas tantum res anxium optat*

*Panem, & Circenses.*

Et Sat. 6. de Hippia. *Vix, magis superas ludos Paridemq, reliquit,*

*Sanguinis in facie.*) Conqueritur Roma pudorem exsalare, nullam verecundiam Romæ esse, omnes esse perfrictæ, & nullius frontis. i. Civibus Romanis ne minima quidem pars pudoris & sanguinis in fronte reliqua est. Quos quidem tantæ turpitudinis non pudeat. Ponitur sanguis pro pudore. Ille enim pudentibus in faciem penetrat, quasi illos qui turpe aliquid admiserant absconditurus. i. Romæ homines nullo amplius pudore suffunduntur. Frons de rebus Romæ perit.

*Morantur.*) i. Romæ pauci retinent pudorem.

*Ridiculum.*) Quos enim pudet, vel quibus pudor reliquus est, illi ridentur.

*Fugientem ex Urbe.*) Imo orbe, vt Sat. 6. in principio dixit, pudicitiam & iusticiam simul fugisse. Vult dicere Romanos profus nihil curare, si quis ob infamiam in exilium abeat, vel ob æ alienum. Illos non amplius pudere. Diogenes Cynicus cum videret puerum quenquam rubore suffusum. Conside inquit fili, *huiusmodi est virtutis color.*

Experire hodie nunquid pulcherrima dictum  
 Persice non prestem, vita, vel moribus, & re,  
 Sed laudem siliquis occultis ganeo pulvis  
 Coram aliis dictum puero, sed in aure placent ar:  
 Nam cum sis conuicta mihi promissus habebis  
 Euandrum, venies Tirythius, & minor illo  
 Hospes, & ipse tamen contingens vertice, caelum  
 Alter aquis, alter flammis ad sidera missus.  
 Fercula nunc audi, nullis ornata macellis.  
 De Tiburtino veniet pinguis ager  
 Hadulus, & toto grege mollior, inscius herba  
 Necdum ausus virgas humilis mordere salicti.  
 Qui plus lactis habet, quam sanguinis, & montani  
 Asparagi posito quos legit villica fuso.  
 Grandia prætoræa toroq, calentia feno.  
 Ona ad sunt ipsis cum matribus, & sernata  
 Parte anni quales fuerant in vitibus una.  
 Signinum Syriumque pyrum de corbibus iisdem  
 Aemula Picenis, & odoris mala recentis  
 Nec metuenda tibi siccata frigore postquam  
 Autumni, & crudi posuere pericula succi

Hucusq; in perditam Romanorum gulam inuectus est, & laudauit illud *Nosce teipsum*, admodum, ut unusquisq; secundum suas facultates sumtus faciat. Iam ad Persicum, ad quem haec satyram scripsit, se conuertit; eumq; compellat & hortatur, ut sibi in conuiuio praesto sit, & periculum faciat, ne quid merito Romanorum luxum reprehenderit, an vero & ipse luxuriosus sit, & in illorum numero, qui sua vitia in aliis reprehendunt. Dicit autem se velle pulcherrima de frugalitate dicta & praecepta vita, moribus, & reipso praestare.

*Pulcherrima dictu.*) De Partimonia, & de illo *Nosce teipsum*, & ne quis ultra suas vires sumptus faciat.

*Vita.*) Ecquid alium & alienum à vita mea sermonem geram:

*Sed laudem siliquar.* i. Qui palam verbis frugalem vitam commendem, clam vero popinas tanquam ganeo confectetur. Detailibus Hypocritis dixit. Sat. 2.

*Siliquar.*) Graecis *νεπινα*, quod cornuum figuram quodammodo referat. Germani dicunt *S. Johannes Brodij*, quod illis Iohannem Baptistam victitasse credatur tanquam victu tenuissimo & maxime frugali contentum. Intelligit ergo antiquorum victum & cibum ex siliquis, vili legumine.

*Ganeo.*) Lureo, vorax, ganeorum sectator, popino, qui cupedias sectetur. Cicero pro P. Sextio *Rura dixi, quam dicendum fuit in furiosissimum & egentissimum ganeonem*. Est a. ganeo Varro, Nonio, & Horatio idem, quod popino cui vitæ modolus culina. Cicero pro scortatore ponitur, qui lupas popularis libidinis nundinas frequentat. Graecis *νεπινα*, & *νεπινα*.

*Pules coram aliis.*) Viles, faciles, & parables cibos coram aliis, ut frugi videar, mihi parati inbecam per puerum, sed clam ipsi in aurem infusurum, ut delicatissimas placentas mihi patet.

*Pules.*) Ex farina, quali cibo olim ante panis usum Latini victitauerunt.

*Placentas.*) Melleiilitas, quas Cato luxuriosæ gulæ esse dicit, & veteres in deliciis habere.

*Nam cum sit.*) Innuat illud Virgilii *Æneid* Octauo, ubi recitatur, quod Euander primo Herculem, deinde Æneam conuiuio exceperit. i. Cum te mihi hodie conuiuium venturum recepturus ego te, qui vir magnus es, excipiam ut Euander Herculem & Æneam, hospitio frugali atq; tenui pro tua conditione.

*Habebis Euandrum.*) Ut Hercules Euandrum expertus est. Experientia me frugalem hospitæ, qui Herculem vili hospitio exceperit.

*Tiryntibus.*) i. Hercules à Tirynthe opido Argiuo Herculis patria.

*Minor illo.*) Hercule, Æneas scilicet, qui ætate, magnitudine famæ, & nominis maior fuit ipso Hercule.

*Et ipse tamen.*) i. Qui licet minor, & ipse tamen à Diis originem duxit, utpote Veneris filius, quæ Iouis tertii filia, qui Saturni, qui Vranii, vel Cœlii.

*Alter aquis.*) Æneas scilicet, qui in Numicium fontem lapsus interit, inq; eo submersus creditur, qui fons Deo consecratus. Tibullus.

*Illic sanctum eris, cum te Venerande Numici*

*Vnda Deum calo miserit indigetem.*

*Alter flammis.*) Hercules scilicet: Nam cum ipse sacrificaturus ob delectæ Oechaliæ vrbis victoriam, & raptum Iolæ, ad Deianiram coniugem misit puerum, qui vestem adferret, qua vi in sacrificando consecratur. Deianira vero marito vestem misit Nessi Centauri sanguine respersam, verita ne Iolæ amore ipsa posthaberetur. Quod Nessus, cum ab Hercule Deianiram rapere volens sagittis Hydræ eardē venenatis, confectus esset, dolose forminxit ut faceret suaserat, si quando Hercules alterius mulieris amore implicaretur. Eam vestem, quam primum attingit Hercules, veneno aspersus lenta tabe exedebatur; quare doloris impatentia pyram in Oeta monte construxit, inq; eam ardentem se coniecit:

*Quem pater omnipotens inter caua nubila raptum*

*Quadrifido curroradiantibus intulit astris.*

*Fercula nunc audi.*) Recenset iam Persico, ad quod frugale conuiuium, & ad quæ fercula ipsam inuitat.

*Nullis ornatis.*) i. Non condita, non constructa libis venalibus, aut obsoniis delicatis in macello emptis.

*Tibullus.*]]

*Tiburino.*] Ex agro prope oppidum Tibur.

*Hodulus.*] Parvus hœdus, pullus capræ.

*Toto grege mollior.*] Omnium tenerimus in vniuerso caprarum grege.

*Iussus herba.*] Lactens adhuc, qui herbam non attingit, qui hætenus vberibus matris nutritus est. Tales enim in delitiis habebantur.

*Nec dum ausus.*] i. Qui ob teneram ætatem nondum consuevit salices in imo & humili humidoque nascentes admordere.

*Ausus.*] Consuevit. In hac enim significatione frequenter hoc verbo vitur auctor. Sat. 7.

*Nil prater gelidæ ausæ conferre cicutas.*

*Salicti.*] Est locus salicibus confusus, quibus imprimis capri infesti esse solent.

*Humilis.*] Viminalis forte, quod ad salices vsque ob ætatem rictum nondum potuissent pertingere.

*Qui plus lactis.*] Propter lac matris, quo hætenus nutritus.

*Et montani asparagi.*] Corrudæ, in montibus nascuntur, fati noti, sic dicti, quod in locis asperis nascuntur. Solent autem condimenti loco cibis addi. Dicit autem montani, nam & in hortis nascuntur.

*Quæ legis Villæ.*] Rustica, quæ habitat in villa & in agro meo illos asparagos collegit. Hinc apparet luenalem mediocrium dititiarum fuisse.

*Posito fuso.*] Quæ colum cum fuso tam diu deposuit.

*Grandia præterea.*] Recenset alia condimenta, oua nimirum gallinarum adhuc recentia. id est, Quæ oua paullo ante ex nido è torto fœno vel stramine factis extenta sunt, & quasi paullo ante exclusa, adhuc calida, & profus recentia.

*Torto.*] Circumuoluto stramine, aut fœno, ex quo nidus.

*Ipsi cum matribus.*] Cum gallinis, quæ matres pullorum sunt quæ ex ouis, & ob id ouorum matres.

*Et seruata parte annis.*] i. Nobis etiam vix ad sunt succulentæ, quales in ipsis vitibus fuerunt.

*Seruata parte anni.*] i. Quæ vix per anni partem aliam suspensæ & seruatae sunt succulentæ adhuc & recentes. Inuitant enim ipsam, vt ex sequentibus liquet, in hieme vel etiam post, sub initium veris.

*Siginnum.*] Laudabantur in Italia pyra Signina, & Tarentina à patria & locis in quibus optima nascebantur.

*Syrium.*] E Syria allata, quæ laudat Martialis & Plinius.

*De corbibus isdem.*] i. Canistris, quibus allata sunt, vel quæ ex his corbibus, in quibus promiscuè reposita sunt.

*Æuola Picenis.*] i. Sua formositate & suauitate cum Picenis pomis certantia, quæ quidem optima. Horatius:

*Picenis pomis cedunt Tiburtina succo.*

*Nec metuenda tibi.*] Commendat hæc poma, quod non fiat amplius cruda & aspera. Vt quæ superfluos humores autumnii, quo maturerunt, frigiditate hiemis exsiccarunt.

*Nec metuenda.*] Panquam cruda, & immatura, postquam noxios humores autumnii, exsiccati à frigore exuerunt.

*Crudi succi.*] Ita dicit, nam sicca poma non generant morbos humore nocuo & malo contento & digesto.

*Periculo.*] i. Periculosos & noxios humores, qui morborum pericula possint generare.

*Hæc olim nostri iam luxuriosa senatus*

*Cana fuit. Curius paruo quæ legerat horto,*

*Ipse fœcis breuibz ponebat oluscula, quæ nunc*

*Squalidius in magnâ fastidit compede fossor,*

*Qui meminit, calida sapiat quid vulua popina.*

*Sicci terga suis rarâ pendentia cratæ*

- Moris erat quondam festis seruare diebus  
Et natalitium cognatis ponere lardum*  
85 *Accedente noua si quam dabas hostia carne,  
Cognatorum aliquis titulo ter consulis, atque  
Castrorum imperiis & Dictatoris honore  
Functus, ad has epulas solito maturius ibat.  
Erectum domito referens à monte ligonem.*  
90 *Cum tremere autem Fabios, durumq; Catonem  
Et Scauros, & Fabritios, postremo Senecas  
Censoris mores etiam collega timeret:  
Nemo inter curas & seria duxit habendum  
Qualis in Oceani fluctu testudo nataret*  
95 *Clarum Treiugenis factura & nobile fulcrum:  
Sed nudo lateri, & paruis frons arca lectis  
Vile coronati caput ostendebat aselli,  
Ad quod lascini ludebant ruris alumni.*

Commendat iam collatione dissimilium veterum frugalitatem & parsimoniam, contra iam seculi luxuriam condemnans.

*Hac olim nostri.*] i. Hæc tenuis & frugalis mea cœna ( respectu aliorum, qui maiori apparatu conuiuia celebrant ) olim nostris maioribus etiam senatoribus luxuriosa videbatur.

*Nostri senatus.*] Emphatice.

*Curium paruo.*] Probat hæc luxuriosa esse, si referantur ad frugalem victum Curii Dentii optimi Dictatoris, qui oluscula, quæ in paruo suo horro ipse collegerat, ponebat, & coquebat in exiguis suis focis. Curium hunc laudauit Sat. 2. Cui ad focum sedenti cum Samnites magnum auri pondus attulissent, respondit illis, se in lignis suis malle aurum habentibus imperare.

*Paruo.*] Laudat continentiam, qui paruis optime & beatissime vixerint.

*Ipse.*] Emphatice. Summus imperator & Dictator ipse hoc faciebat.

*Qua nunc.*] Quales viles cibos cum fastu aspernarentur etiam flossores immundiciæ opus longis catenis & compedibus victi in agris opus facientes. De hac luxuria etiam tenuiorum Persius Sat. vi.

*Faniseca crasso vitiarum sanguine pulles.*

*In magna compede.*] Serui, mancipia & malefici, catenis victi in agris opus solebant facere. Ouid.

*Hac facis ut vivat fessor quoque compede vincitum.*

*Qui meminit.*] Notat suo tempore etiam vilissimos flossores Romæ lautius & delicatius vivere, quam olim maximi Consules & Dictatores. i. Qui fessor luxuriosis temporibus est expertus, qualem saporem habeat porcina vulua in popina calida cocta.

*Vulua.*] Posterior porcæ pars, & crassæ atque pingues pulpæ in posteriori parte, apud sacrum priscum in summis delictis sunt habitæ. Alii intelligunt veterum suis electissimum. Martial.

*Me materna grasi de sue Volua caput,*

Et Horat.

— Volua nil dulcius ampla.

*Calide popina.*] In hoc ubi carnes delicatæ assantur & præparantur. *die Vahrsude.*

*Sicci terga suis.*] Notat iam delicias priscorum, quibus diebus festis vti fuerunt, quæ respectu sui temporis tantum fuissent meræ frugalitates, imo paupertas. i. Laridum porcinum siccum & fumo induratum, in cratelignea, in qua raræ trabes, ut fumum & ventum capere possit, dependens illud tanquam delicatius in dies festos tantum seruabatur.

*Et nata-*

*Et natalitium.*] i. Lardum in die festo, aut natali, quo delicatius vivebant moris erat cognatis & amicis inuitatis apponere.

*Natalitium.*] Quo tantum vescabantur die natali.

*Cognatis.*] Qui die natali inuitati insolitis huiusmodi lautitiis tractabantur.

*Accedente noua.*] i. Ad hoc lardum accedere vel addebatur noua & recens caro, si quæ ex victima die natali oblata, remanserat.

*Hostia.*] Die natali genio oblata, hoc autem die maxime genio indulgebat.

*Cognatorum aliqui.*] Vterius priscorum parsimoniam commendat, id est, Aliquis ex cognatis illius, qui diem natalem celebrabat (qui consularum & Dictaturam gesserat, ad hoc lardum & recens carnem & ad hanc tractationem die natali festinabat tanquam ad insolitas la utrias.

*Cognatorum.*] Refer ad superius illud: *Et natalitium cognatis ponere lardum.* Indicat autem cognatos illos hisce epulis tractatos sæpe fuisse viros summos.

*Timulo ter consul functus.*] i. Qui iam ter consul fuit.

*Cæstrorum imperis.*] Qui dux & imperator exercitus fuit. i. Summi consules & imperatores tales cibos olim habebant in deliriis.

*Solito maturius.*] Ante horam nonam. Forte quod ad tales solemnitates natalitias inuitati citius ierint. Vel potius quod ad insolitas illas delicias festinarint.

*Erectum demissa.*] i. In scapulis gestas aliquem ligonem in sublime erectum, cum quo fodit & opus rusticum exercuit in monte aliquo vel agro. Quod olim habitum fuit honestissimum. i. Cum opus rusticum fecit.

*Demissa.*] Culto, fosso, subacto à feritate agresti iam purgato.

*Cum tremere autem.*] Vterius commendat maiores, à simplicitate supellectilis, in qua veteribus non tanta fuit luxuria, & contra carpit luxum sui temporis in exornandis lectis discubitoriis.

*Tremere.*] Romani formidarent.

*Fabius.*] Patrem Q. Fabium Maximum cunctatorem, cum filio. Qui erant temperantissimi, & minime luxuriosi.

*Domumque Catonem.*] Censorium, de cuius vita lege egregia apud Plutarchum. Qui luxui imprimis infestus erat. Erant autem Censores, ad cuius censum & arbitrium populus censetur. Et duo semper erant, eorumque administratio per quinquennium vel lustrum tendebatur, Quorum magistratus erat maximæ omnium reuerentiæ plurimæque potestatis, tum aliis rebus, tum ad morum emendationem. Nam è Senatu remouere emeritos poterant, & principem proscribere, auferre equos, notare infamia, censum augere, lustrum condere. Hosce ergo cives Romani olim maxime metuebant.

*Et Scæuros.*] Marcum Æmilium Scæurum, cum reliquis. De quibus dictum Sat. 2.

*Nemo igitur in re & merito vitia vltima fides  
Contemnunt Scæuros.*

*Fabritius.*] Intelligit Censorem Fabritium, qui in Censura nomen Maximi inuenit, qui collegam suum P. Decium tanquam prodigaliorem accusare & punire non dubitauit. De hoc dictum Sat. 9.

*Sed quæ Fabritius censor notat.* —

Hic inuitabatur se collegam Decium magistratu remoturum, nisi in emendationem morum Romanorum consentiret. De hoc enim sequens versus intelligendus.

*Nemo inter curas.*] Illis temporibus nemo de lectis discubitoriis per luxum ambitiose exornandis sollicitus erat. Nemo tanquam serium & necessarium curabat lectos discubitorios. ambitiose testudinibus exornare.

*Inter curas & seria.*] i. Inter necessaria, de quibus merito quispiam curiosus & sollicitus sit. Ut lectum testudineum haberet non curabant.



*Qualis in Oceani.*] Iudici potissimum.

*Tefudo.*] Concha marina Perlemutter.

*Claram Troiugenam.*] Vade huc nobilibus Romanis à Troianis oriundis eximium lecti-  
cium. Notare videtur Caium Aruiliū Pollionem, qui prodigi & sagacis ad luxuriam in-  
strumenta ingenii temporibus Neronis docuit secare putamina testudinum in laminas, & inde le-  
ctos discubitorios operire.

*Fulcrum.*] Sustentamentum in lecto discubitorii putaminibus concharum coopertum.

*Sedundo lateri.*] i. Prisci non adeo ambitiose exornabant illa fulcra in quibus ad mensam  
discumbebant, sed frons vel altior pars lecti (ad quam caput inclinabant, qui in illo latere sum-  
mus erat) erat ex ære, & formam gerebat capitis alicui feris coronati. Ordo hic est.

*Frans ærea.*] Altior & superior pars fulcri discubitorii.

*Distendebat.*] i. Protendebat, & prominere faciebat, super latus lecti vel fulcri discubitorii  
erudum.

*Nudo latere.*] Sine villo fulcro & sustentaculo. Forte quod postea ab uno latere lecti vel fulcri  
discubitorii habuerint sustentaculum aliquod, à tergo, ne quis forte incautior in terram ex-  
lecto decideret, ut nos in nostris scamnis discubitoriis à tergo aliquod sustentaculum habemus,  
ad quod humerum inter sedendum inclinamus. Tale sustentaculum, forte priscos ignorasse  
innuit.

*Parni lectis.*] Dicit ad demonstrandam frugalitatem. i. Non ita amplius, & capacious, ut iam.

*Coronatis.*] Nam feræ illi capiti circumdabantur.

*Afelli caput.*] Hoc caput in fronte spondæ erat, idque forte veteri superstitione. Nam He-  
trusca disciplina ita incommoda agrorum arceri credebantur.

*Ad quod.*] i. Circa quod afelli caput in fronte spondæ filii familias tui educati lascivius  
ludebant.

*Leptini.*] Petulantes, agiles, læti, puerorum more.

*Ruri alumni.*] Non in urbe inter supinas delicias educati.

- Tales ergo cibi qualis domus, atque supellex*  
 100 *Tum rudis, & Graias mirari nescius artes,*  
*Urbibus enervis prædærum in parte reperta*  
*Magnorum artificum frangebat pocula miles,*  
*Ut phaleris gauderet equus, calataq; cassis*  
*Romuleæ simulacra fera mansuescere iusse*  
 105 *Imperiæ fæto, & geminos sub rupe Quirinos,*  
*Ac nullam effigiem clypeo venientis, & hastâ*  
*Pendentisq; Dei per iuro ostenderet hostis.*  
*Argentî quod erat solis fulgebat in armis.*  
*Ponebant igitur Thufco farrata caturo*  
 110 *Omnia tunc, quibus inuideas si limidatus sis,*  
*Templorum quoque maiestas præsentior, & vox*  
*Nocte sere mediâ mediâq; audita per urbem*  
*Littore ab Oceano Gallis venientibus, & Diis*  
*Officium vasis per agentibus. His monuit nos,*  
 115 *Hanc rebus Latîis curam præstare solebat*  
*Fictilis, & nullo violatus Iuppiter auro.*

Perrexit quæ incepit, & demonstrat priscos in exornandis amicis tantum luxuriosos fuisse.  
 Talis

*Tales ergo.*] i. Præcis fuerunt frugales cibi, velut etiam frugalis rudis, vilis & simplex su-  
peller.

*Domus.*] Res familiaris in domo.

*Tunc rudis & Græcia.*] Indicat milites Romanos omnem luxuriam ad arma tantum, & e-  
quos ornandos adhibuisse. i. Miles Romanus rudis & simplex, prædas non in vestium & corpo-  
rum ornaamentum adhibebat, sed ad equorum & armorum ornamenta.

*Rudis.*] Simplex miles Romanus, & nondum ad luxum adeo ingeniosus.

*Græcia artes.*] Intelligit artificia magnorum artificum in Græcia, vel etiam ipsum luxum,  
& alia scelera à Græcis ad Romanos translata. De quibus dixit Sat. 3.

— Non possum ferre Quirites

Græcam urbem.

*Mirari nescimus.*] i. Simplex & ad luxum ingeniosus, qui non poterat dinoscere artificiosa à  
rudibus, ut aurea & argentea vasa artificiose celata.

*Urbes cunctis.*] Postquam urbes dispiciebant captas, & prædas agebant.

*Prædæ in parte.*] Quæ inter prædas inuenerant.

*Magnorum artificum.*] Ut Phydias, Myronis, Mentoris, Praxitelis, & aliorum insignium ar-  
tificum.

*Frangebant pocula.*] Non enim bibax erat, nec artificiosa pocula in magno precio habebat,  
quorum artificium ignorabat. Sed frangebant illa, ut equis frena & phaleras inde conficeret.

*Phaleras.*] id est, ut inde ex fractis poculis argenteæ phaleræ fierent, quibus equi trium-  
pharent & exultarent.

*Calatæ, cassis.*] i. Ut insignibus potius armis exornatus in hostem procederet, quam ut auro  
& argento ad luxum abuteretur. Est autem hic talis ordo. Frangebant miles aurea pocula, ut cas-  
sis vel galea, auro & argento celata hosti penituro ostenderet simulacra Romulæ feræ, id est,  
Lupæ illius, quæ infatum Imperii Romani iussa est mansuescere, vel ut lupæ effigiem in galea  
gestaret auream & argenteam.

*Calatæ.*] Auro & argento picta & variegata.

*Romulæ feræ.*] Lupæ à qua Romulus & Remus expositi alii finguntur ad montis vberibus.

*Mansuescere iussa.*] i. Quæ lupa à Diis in incrementum imperii Romani iussa est mansueta  
fieri, ut Romulus & Remus alerentur, & Romani vberis moenia surgere, & imperium Ro-  
manum fundarentur, quod fato vel voluere Divi institutum erat.

*Lupa.*] Profectus lupus sine clauo Romulus & Remus iussa est lupa, (quæ in tutela Martis est)  
mansuescere, & duobus Martis vberibus præbere.

*Mansuescere.*] More mansueta lupæ in vberibus præbere.

*Subripe.*] Proiecti enim sub ripæ Quirini montis Quirini gemini Romulus & Remus  
à lupæ vberibus & alii sunt. Talia autem solebant curare in casside depingi.

*Et nudam effigiem.*] i. Ut ostenderet hosti in casside sua effigiem Martis Dei, qui nudus ad  
Iliam veniebat cum illa concubiturus. Qui alias clypeo & hasta armatus venit.

*Clypeo venientis.*] Descriptio Martis.

*Pendentisq; Dei.*] i. In clypeo sculpti, qui de sinistro humero dependet. Non desunt, quibus  
hæc lectio *Pendentis* suspecta sit, qui malint legere *Perdentis*, ut illud ad illud Perituro quod se-  
quitur referatur. Docti iudicent.

*Perituro hosti.*] Præcis enim hoc tempore Romani fere semper victores erant.

*Argenti quod erat.*] Non ut iam in poculis luxuriæ instrumentis, in utensilibus, aut su-  
pelleciliis.

*Ponebant igitur.*] i. Illo tempore, quo armorum tantum ornamenta spectabantur, vasa au-  
rea & argentea contemnebant. Sed Tusco catino vel vase fictili omnia sua fercula appone-  
bant, & quidem omnia ferrata. Vel. Maiores igitur nostri omnes suos cibos ex farre in fictili-  
bus vasibus & catinis in Tuscia factis apponebant.

*Tusca.*] Perisus. *Et Tuscum fictile mutas.*

FFF

*Ferrat a omnia.*] Pulvis è solo frumento, vel cibaria ex farre, quibus populus Romanus trecentis annis in alimentum fuit usus. Vt ait Verrius.

*Quibus inuideas.*] Nam paruo contenti beatissimi, & fortunatissimi erant, adeo vt merito iam illis inuideamus.

*Si liuidulus sis.*] i. Si etiam parum omnino inuidus sis, his adeo felicibus poteras inuidere.

*Liuidulus.*] Modicum inuidus. Inuidiam enim liuor comitatur. Quid.

*Liuent rubigine dentes.*

*Templorum quoque.*] Ostendit iam priscis illis temporibus, quamuis Deos fictilibus colerent, homines tamen longe religiosius vixisse, & Diis etiam longe cariores fuisse. i. Deorum cultus praeferior, & propius ad Deorum maiestatem accedebat, cum omnia simplicia essent in templis nondum auro contaminata.

*Maiestas templorum.*] i. Deorum numen & maiestas, qui in templis coluntur, hominibus erat propior, fauentior, magis praesens & auxiliarius.

*Et vox nocte.*] Probat quod dicit, historia aliqua, quam recitat Lilius lib. 5. quod M. Ceditim noctu audierit vocem in Capitolio humana clariorem, Gallos aduenire Senonas. id est, Diis simplicitate culti cariores habebant Rempubl. Romanam, eamque melius consulebant. Probat hoc historia, vt dixi, quam Valla refert, ad historiam auferis, qui suo strepitu etiam Gallos prodidit.

*Littore ab Oceano.*] Alii ab Occiduo. Ab illa enim parte irruerant.

*Et Diis officium.*] Vatis enim officium erat imminuentia Romanis pericula annunciare. id est, Cum ipsi Di, quorum haec vox erat, imminuentia Romanis pericula annunciarerent (quod ratum officium erat) idque propter sanctam simplicitatem Romanorum, qui farre & fictili Deos religiosius colebant, quam iam auro & immensis sumptibus.

*Huius monuit nos.*] i. Antea fictilis Iuppiter à periculis nos immunes custodiebat, & hanc curam nobis praestabat, ne quid Reip. detrimenti caperet, adeo sollicitus erat de salute suorum.

*Curam praestare.*] Vt vel media nocte de instantibus periculis Romanos admoneret. i. Pisco & simplici saeculo Di homines magis amabant.

*Fictilis.*] Statuam fictilem & tetream habens.

~~Ille domus nasas nostras, ex arbore mensas  
Tempora viderunt. Hos lignum stabat in usus,  
Annosam si forte nucem deiecerat Eurus.  
At nunc divitibus cenandi nulla voluptas,  
Nil rhombus, nil dama sapit putere videntur  
Vnguenta atque rosa, latus nisi sustinet orbes,  
Grande ebur, & magno sublimis pardus hiatus  
Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes,  
Et Mauri celeres, & Mauro obscurior Indus.  
Et quos deposuit Nabathae bellina salu,~~

120 Illa domus nasas nostras, ex arbore mensas  
Tempora viderunt. Hos lignum stabat in usus,  
Annosam si forte nucem deiecerat Eurus.  
At nunc divitibus cenandi nulla voluptas,  
Nil rhombus, nil dama sapit putere videntur  
Vnguenta atque rosa, latus nisi sustinet orbes,  
Grande ebur, & magno sublimis pardus hiatus  
Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes,  
125 Et Mauri celeres, & Mauro obscurior Indus.  
Et quos deposuit Nabathae bellina salu,

*Iam nimios capitiq; graues. Hinc surgit orexis,  
Hinc stomacho bilis. NAM PES ARGENTEVUS illis,  
Annulus in digito quod ferreus. —*

- Vterius commendat simplicitatem Romanorum prisco ſæculo qui menſas & menſarum ſcilicet habuerint ex ligno, quæ ſui temporis luxus ex auro & ebore confecerit, adeo ut argenteos menſarum pedes non amplius curent.

*Ille domus matris.*] i. Illa prisca fecula mentis citreæ, acernæ, vel ex ebore non morabantur, sed faciebant mentis ex arbore domi vel in Italia nata.

*Domestica.*] Vel non aliunde ex Græcia nauibus allatas vt erant mensæ artificum Græciz, sed Romæ constructas ex arbore domestica.

*Nostragex arbore.*] Quæ crevit in Italia, non in Africa aut Mauritania vbi gignuntur citri & cupressi.

*Tempora* | Prisca patrum nostrorum.

*Hos lignum s. ab. et.] i. Arbores in Italia crescebant in talem vsum, vt inde mensæ & alia supellex fieret.*

*Annosam si forte.*] i. Si forte ventus annosam aliquam arborem, quæ facile delicti poterat, subuertisset.

*Estim.*] Impetuosus ille & turbulentus ventus ab ortu flans. E nucce uten filia huiusmodi facta à casis & vermibus tura sunt, teste Plin.

*Attingit distribuitur.*] Apatopodis diffimilium, notat luxuriam sui temporis. i. Contra nostro tempore diuites Romani nullam voluptatem in cœna ex cibo & potu capiunt, nisi fercula in aurea mensa apponantur, cuius fulcrum sit eburneum.

*Cenands.* ] Ex cœna inter cœnandum.

*Rhombeus*.] Piceis delicatissimus aliàs de quo dictum Sat. 4. i. Nostro tempore quamvis deli-  
catissima fercula nihil sapiunt nisi in mentis eburneis. *Rhombus*. *Cin. Platense*.

*Dama.* ] Capra silvestris, & ipsa in delitiis habita.

*Pustere* *Gidestur.*] *Fœtere* & *male olere.*

*Instrumenta.*] Quibus iunguntur cœnaturi.

*Rosa.*] Serta & corollæ ex rosis.

*Latus nisi sustinet.*] i. Nisi latam & spaciosam mentis vitreae superficiem pes eburneus grandis sustineat.

*Latos orbes.*] Tabulas vel measas rotundas.

*Grande ebur.*] Menfarum pedes ex ebone facti. Vel robustus pes ex ebone. Nam Citrez menszin Mauritania magno veniebant, quas eburneis pedibus fulciebant.

*Et magno sublimis pardus.*] In cœnaculo mensa collocabatur rotunda humilis, tenuiorum quidem tripes, & ex simplici ligno. Lautiorum citrea aut acerna, aut ex cupresso, lamina argentea intecta, vel tota inducta, quam pes eburneus fabricatus puta in modum pardi & leonis sustentabat. Est ergo pardus hoc loco fulcrum mensæ, ex eburne in figuram pardi sculptur, mensæ sustinens.

*Pardus.* ] Effigies pardi, qui mensam sustinet loco pedis altus & sublatus.

*Hiatu* Cum magno rictu & apertura oris. Est enim horrendum animal.

*Dentibus ex illis.* } i. Fabricatus pardus ex dentibus Elephantis qui ex Insula vel vrbe Siene. quam mediam æquator secat, Romam mittuntur.

*Syenes*] In huius vicinia Elefantis insula erat, dicta ob Elephantum copiam ibidem. Est autem insula Aethiopiae.

*Mittit.*] Romanam scilicet.

*Es Mauri celeres.*] Nam in Mauritania multi Elephanti, unde etiam Annibal suos habuit. Nominat autem omnes regiones ubi sunt Elephanti.

*Celeres.*] *Æthiopes* agiles & vegeti.

Et Mauri obfcurior.) Indi adhuc nigriores quam Mauri & Aethiopes. Indi Orientales. Hic autem magna Elephantorū copia. Vnde illud Phalarid. in Epist. Ο Ἰνδοὶ Ἐλεφαντῶν τὴν μὲν πλείονα ἀριθμὸν ἔχουσιν. Elephas Indus multum non curat..

*Nabathæo salu*] In regione Arabiæ, Syriæ contermina.

*Salu*] loco propter silvas inculto.

*Iam nimios.*] Ex natura Elephantorum dicit; qui cum sese grandiores dentes habere scēnt & capiti graues, illos in terrā aut arborem infixos frangit, & ita deponit. Vel vt alii censent obfessi à venatoribus illos arbori impactos frangunt, ne fugientibus sint impedimento.

*Hinc surgit Orexu*] Redit ad luxuriam Romanorum scoprice exagitantam, q.d. Si mensæ pes eburneus sit, Romani nostri vescendi desiderium & appetitum concipiunt, & magnam edendilibidinem.]

*Stomacho bilis*] Scoprice. Quasi stomachus iratus ipsi cibis auidè omnia iugulet, & deglutiāt.

*Nam pes argenteus.*] Scoprice & hæc.i. Mensæ pes ex argento Romæ cum fastu spernitur, & non maioris precii reputatur, quam si quis in digito anulum ferreum gesseret. Indicat tum temporis eburneos pedes in maiori fuisse precio, quam argenteos.

*Ergo superbum.*

130. *Conuiuiam caueo, qui me sibi comparat, & res  
Despicit exiguas. Adeo nulla uncia nobis  
Est eboris, nec tessella, nec calculus ex hac  
Materia, quin ipsa manubria cultellorum  
Ossea. Non tamen his vlla unquam obsonia fiunt:*

135. *Rancidula, haud ideo peior gallina secatur.  
Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis  
Pergula, discipulus Cripheri doctoris, apud quem  
Summe cum magno lepus atque aper, & pygargus  
Et Scythica volucres, & Phasicopterus ingens,*

140. *Et Getulus oryx hebeti lautissima ferro  
Caditur, & tota sonat ulmea cœna Subiurra.  
Nec frustum caprea subducere nec latus Asra  
Nouit auis noster tyrunculus & rudis omni  
Tempore, & exigua frustis imbutus ofella.*

145. *Plebeios calices, & paucis assibus emtos  
Porriget incultus puer, atque à frigore tutus  
Non Phryx, aut Lycius, non à mangone petitus  
Quisquam erit & magno. Cum possis, posse Latine.*

Exponit iam auctor noster frugalitatem & tenuitatem lux cœnæ.

*Ergo superbum.*] i. Ego Iuuenalis cum hanc luxuriam damnem fugio & cœuito luxuriosum aliquem & superbum conuiuiam, qui pedes mensæ eburneos requirat, mensas ligneas contemnat, & non nisi magnifice tractari velit.

*Qui me sibi comparat.*] i. Qui postulat vt ego eadem luxuria sumtus faciam, & mea secum comparat, ecquid etiam illa tam ambitiosa & superba sint quam sua.

*Exigua.*] i. Quales meæ sunt moderate, non luxuriosæ, & rebus suis similes.

*Nulla uncia.*] i. Ne exigua quædam portiuncula.

*Tessella*] Paruæ tessellæ, ex quatuor lateribus quæ ex ebore solebant fieri, vt & tali.

*Calculus.*] Qui iam dicitur Scacchus. Martial.

*Hic mihi bû seno numeratur tessera punctu.*

*Calculus hic gemino discolor hoste peris.*

*Non tamen his.*] i. Quamuis manubria cultellorum meorum ossea tantum sint, non tamen dum illis scinduntur obsonia illa cœtrumpuntur propterea, aut sunt rancida: vel à nihilo tamèa vilius capiunt fercula.

*Rancidula*

*Rancidula.*] Inſipidiora, rancore putrida.

*Ham. idco.*] Quod non ſint eburnea.

*Pecor.*] Non ſit peior dum diſſecatur.

*Sed nec ſtructur erit.*] Deridet iam ſtultitiam Romanorum in ſtructuribus vel cheironomōtib: i. in cœna mea, vel conuiuium non erit aliquis ſtructur, qui artiſcioſe obſonia incidat, & membratim diſſeret.

*Structor.*] Peritus obſoniorum incifor & artiſex.

*Cuccedere.*] i. Cui ob artiſcium omnes diſcipuli in ſchola Cripheri debeant concedere. i. qui inter omnes ſtructurōres ſit doctiſſimus.

*Pergula.*] Eſt hoc loco locus ubi præceptores diſcipulos ſuos docebant, vel locus ſub teſtis dio expoſitis per quem commutare licet. Doctiſſimus Scaliger inquit. Pergulæ ædificiorum publicam ſpectabat. Et ob id artiſciſ & magiſtri, qui minus noti erant in illis primum ſolebant opera ſua proponere aut docere, vt populo innotefcerent.

*Cripheri.*] Qui artem ſcindendi obſonia docebat. Nam omnis generis animalia & volucres è ligno habebat, in qua vimca vel ligna cœna diſcipuli ligneo cultello diſcebant artem incidendi.

*Apud quem.*] In cuius pergula vel ſchola. Addebant a ſingulares manuum geſticulationes, vt Sat. 5. dixit:

— *Nec enim paruo diſcrimine diſtat*

*Quo geſtu lepores, & quo gallinæ fecetur.*

*Suſmine.*] Proprie ſumen venter luſius, qui in delitiis erat, præſertim ſi eſſet eiectus. Perſi?

— *calidum ſci ponere ſumen.*

Porro apud hunc doctorem, omnia illa quorum meminit erant ex ligno.

*Pigæguæ.*] Fera cerui ſpécie, vel caprea ſilueſtris, non diſſimilis damis. Suidas dicit aquilæ eſſe ſpécie *πυγαι τοῦ πυλίου ὄρνυς* quod ſolidum habeat anum.

*Scribica.*) vt Phafianus.

*Phenicoptera.*) Auis ita dicta ab alis puniceis, in Africa abundans, in aquis ſemper degens, cui roſtrum tam prolixum & incuruū eſt, vt niſi toto capite in aquam immerſo bibere nequeat.

*Getulus oryx.*) Animal in Getulia biſulcū, & vnicorne, non diſſimile capris. Alii intelligunt Galliam Numidicam.

*Hebes ferro.*) ligneo cultello tanquam ferreo, vel etiam hebes admodum ferrum vel cultellus ſimilis intelligitur.

*Lauriſſ. carne.*) Ridicule & Satyricè. Nam hæc vt dixi, non ſunt vera, obſonia, ſed ſimulacra eorum ex ligno confecta, & filo connexa, ita vt cultello obtuſo membratim diuidi poterint.

*Sénar.*) Erat enim ex ligno. i. Quæ ſimulacrum & imaginem habet lauriſſimæ cœnæ.

*Sonar.*) Dum verſant animalia lignea.

*Suburra.*] In nobiliſſimo vico, in quo ſub pergula tales magiſtri docebant.

*Nec fruſtrum caprea.*] i. Ille meus ſtructur adhuc rudis eſt huius artis, qui nulla ſolertia fruſtū de caprea cultello nouit ſubducere.

*Latius.*] Aliquam partem de latere vel corpore.

*Aſra auis.*) Gallinæ Numidicæ.

*Nouit.*] abſcindere. Nam artis erat iuncturas membrorū ſolenter poſſe inuenire & incidere.

*Tyrunculan.*) Rudis puer hac in arte.

*Rudis omni tempore.*] Qui nunquam hæc vanitates addiſcet.

*Et exigua.*) i. Qui tantum doctus eſt fruſta vel fragmenta carnis iurulentæ diſtribuire.

*Oſella.*] Quæ ſiebat è carne porcino. His ſimplicitatem, ruditatem, & frugalitatem conuiuii ſibi deſcribit.

*Plebeios calices.*) Vitreos non criſtallinos, & exiguo emptos precio.

*Incultus puer.*) Non ambitioſe ornatus.

*A frigore tutus.*) Crasso indutus panno, qui illum magis à frigore munit, quam ornet.

*Non Phryx.*) i. Apud me non habebis miniſtrum elegantem quales emuntur à mangonib: vt Delphici, Phrygi, Mitilenei, Lycii. i. Habeo ſolummodo miniſtrum ruſticum in agro mihi ætium & illum tamen à natura optimum.

*Mangone.*) Qui exornabant, & vendebant pueros.

*Quisquam erat* ) Pincerna meus.

*Magus.* ) Precio petitus & redemptus formosissimus & cultissimus, qui sæpe multis millibus emebantur. Sat. 5.

— *Nescit tot millibus emptus.*

Et paulo post

— *precio maiore paratus*

*Quam fuit aut Tulli census pugnae & Auci.*

*Cum posui.* ) Aliquid scilicet ab illo polce Latine. Nam Italus est non Phryx, aut Lycius, non Græcus, aut aliunde aduectus.

150

*Idem habitus cunctis consuetudinis capilli,  
Atq; hodie tantum propter conuiuia pexi.  
Pastoris duri est hic filius, ille bubulci,  
Spirat longo non visam tempore matrem.  
Et casulam, & notos tristis desiderat hædos  
INGENVI VULTVS PVERINGENVIQ; pudoris:*

155

*QVALES ESSE DECET quos ardens purpura vestis.  
Nec pugillares defert in balnea draucus,  
Testiculos, nec vellendas iam prebuit alas,  
Crassa nec opposito pauidus tegit inguina gutto.  
Hic tibi vina dabit diffusa in montibus illis,*

160

*A quibus ipse venit, quorumq; sub vertice lustris:  
Namq; una atq; eadem vini patria atq; ministri.*

Describit iam simplicitatem suorum ministrorum.

*Idem habitus.* ) i. Omnibus meis pueris similes vestes. Alii variis vestibus ornabant suos pueros ad ostentandam luxuriam.

*Tonsi.* ) Non nimis longi. Nam molles & delicati alebant comas.

*Rectiq;.* ) Non crispi, aut calamistro crispati.

*Atq; hodie.* ) Ex consuetudine dixit. Nam in conuiuiis omnia solito magis ornabantur.

*Pexi.* ) Capilli, deducto pectine.

*Spirat.* ) Ex adfectu puerorum, cum diu à parentibus absunt. i. Cum gestitu & suspirio exoptat & desiderat.

*Et casulam.* ) In qua natus educatus & enutritus est.

*Notos hædos.* ) Quos diu paut & custodit, & propterea notos. Quorum, cum pastoris sit filius aliquandiu pastor fuit.

*Desiderat.* ) Omnia enim assueta iucundissima.

*Ingenui vultus.* ) i. Qui licet corpore seruus, animo & fronte liberalis & ingenuus est, & quales pueros nobiles esse decet, qui vestiuntur purpura rubicunda. i. Qui quamuis seruus, vultum, frontem, animum & pudorem, non seruilem, sed liberalem & ingenuum habet.

*Quales esse decet.* ) Nobiles, quos decet non tam genere, quam vultu & animo ingenuos esse.

*Quos ardens.* ) i. Qui prætexta & purpura fulgente resplendente & flammigante vestiuntur.

*Ardens.* ) A colore flammeo & igneo dicitur.

Virgilius:

— *Tyrusq; ardebat murice lana.*

*Nec pugillares.* ) i. Castus adhuc est & tener, nec ex coitu raucus est, nec maturior est, ut multi serui, qui in balnea deferunt testiculos prægrandes & pugillares, in modum pugni complicati, veluti drauci, testiculis magnitudinem æquantes alicuius prægrandis pugni, quibus testes sunt bilibres, & mentula pedalis.

*Raucus.* ) Ex frequenti coitu, qui vocem enervat. Malo legere *draucus*, i. bene à natura instructus, quos Sat. 9. *bipedes a fellis* dixit, & qui potissimum in balneis sese ostentabant molibus, & culis deuorantibus draucos, ut Marialis ait;

Nec

*Nec Velleudae.* ) i. Non illi ob ætatem sub axillis orti pili, quos per tonsorem auelli curet. Inde enim fœtor & hircus sub ala.

*Crassa nec opp.* ] i. Gracilia sua virilia membra, non abscondit vasculo, in quo oleum gestat, cum balocum iocurat.

*Gusto.* ) Vasculo ligneo, è quo oleum guttatim defluebat.

*Paudus.* ) Vel ex pudore, vel potius ex timore, tales n. rapiebantur ad stuprandos alios, sæpe non sine periculo.

*Tegit.* ) abscondit, ne videantur.

*Hic.* ) Puer simplex, ingenuus, pudicus, tibi pincerna erit.

*Diffusa.* ) Expressa ex uvis, & in dolia diffusa. Sic Sat. 4.

*Ipse capillato diffusum consule potas.*

*A quibus* ] i. Ex eadem villa vinum est, vnde & minister.

*Sub vertice.* ] i. Summitate montis.

*Forſitan exſpectes, ut Gaditana canoro*

*Incipiat prurire choro, plauſuq; probata*

*Ad terram tremulo deſcendant clune puella.*

*Specſtant hoc nupta iuxta recubante marito,*

*Quod pudeat narraſſe aliquem preſentibus ipſis,*

*Irritamentum Venereis languentis, & acres*

*Dimitis ortica. Maior tamen iſta voluptas*

*Alterius ſexus: magis ille extenditur, & mox*

*Auribus atq; oculis concepta vrina monetur.*

*NON CAPIT HAS NVGAS humilis domus. Audiat ille*

*Teſtarum crepitus cum verbis, nudum olido ſtans*

*Fornice mancipium quibus abſtineat. Ille fruatur*

*Vocibus obſcœnis, omniq; libidinis arte*

*Qui Lacedæmonium pyriſmate lubricat orbem:*

*NAMQVE IBI FORTVNE veniam damus. ALEA TVRPIS*

*Turpe & adulterium mediocribus, hæc tamen illis*

*Omnia cum faciunt hilares nitidq; vocantur.*

Inachituriam in turpitudinem & ſcleratos mores Romanorum, qui in conuiuiis puellas & meretrices laſcias cantilenas modulantes, & laſciuio corporis tripudio ſaltantes introducebant ad irritandos ad libidinem conuiuas, &c.

*Forſitan exſp.* ] i. Tu, ô Perſice, forte exiſtimas, apud me quoq; in conuiuiis meretricẽ quandã ex Gadibus cantu aliquo, aut ſaltatione pruricum libidinis in animis conuiuarum excitaturam eſſe? Quæſi dicat, Falleris.

*Gaditana.* ] Puella è Gadibus, vnde innumerabiles meretrices Romæ, de quibus Martialis ſententia è tritio, ait:

*Tam tremulum criſſas, tam blandum pruris, &c. ipſum*

*Maſturbatorem fecerit Hyppolytum*

*Prurire.* ] Pruricum, & vtricam libidinis excitare conuiuarum animis.

*Canoro choro.* ) Vt ſimul canter & ſaltet, vel choro aliquot meretricum ſimul canentium.

*Plauſuq; probata.* ] A conuiuiis ſpectatoribus approbantibus huiusmodi libidinoſos choros & cantus. Plauſu autem ſolebant rem quempiam approbare.



*Ad terram.*) i. Postea ad terram procumbant, quasi ad sese stupratores admisissent, idque magis intuentes conuiuias irritent, clune tremulo & crissante.

*Tremulo clune.*] Habitum illarum nimis mollem & libidinosum exprimit. Nota autem clunem in Masculino dictum.

*Speclant hoc nupta.*] Hi duo versus in quibusdam exemplaribus hoc in loco adduntur, in quibusdam inferius post illam versum: sponso quos cultæ decessisse puellæ, in vulgaris proterus desiderantur. De quorum ingenuitate doctiores iudicent. Est. a. hæc illorum sententia, in conuiuiis Romanorum tam obsecra & libidinosæ oculis passim expositæ, per introductas mulieres, idque præsentibus honestis matronis, quæ merito quempiam narrare pudeat, necdum gestibus exprimere, illis iisdem matronis præsentibus.

*In istamentum.*] i. quæ etiam in ægrotis & languidis & decrepitis senibus venerem & libidinem incenderint. Sat. 6. de talibus.

— *Quibus incendi iam frigidæ auro  
Laomedontiades, vel Nestorū hernia possit.*

*Acres Vrtica.*) i. Pruriginis, & excitatrices stimuli libidinis, acres & vehementes irritationes. Sic superius Sat. 2.

Vnde: *Hæc tetigit Gradine tuos Vrtica nepotes?*

Et Persius. — *Est tremulo scalpuntur tibi intima Versu.*

*Diuitis.*] Nam non nisi diuites hæc Venæris irritamenta adhibebant.

*Maiores tamen.*] i. Libido quæ ex tam obsceno spectaculo provenit illa longe maior est in formiosis, quam in viris, & vnde mulieres citius in libidinem excitantur. Vel talia spectacula magis afficiunt sexum alterum muliebrem, quam virilem. Sic Sat. 6. dixit:

— *Etiam quantula nostra Voluptas!*

Lege hæc de re iucundam fabulam apud Ovidium in Metamorph. De contentione super hæc re orta inter Iouem & Iuonem, & quam contentionem diiudicauit magno suo malo. Tunc vates utrunq; sexum expertus.

*Magis illic extenditur.*] Ad libidinem. Mallet legere *Incenditur.*

*Et mox auribus.*] Nā lasciuia voce lasciuia cantabant, & lasciuos motus corpore exprimebant.

*Concepta Vrina.*) i. Vrina concepta, per aures & oculos commouetur, vt scilicet præ nimia libidine vrinam non retineant. De hæc re Sat. 6.

*Tuccia Vesica non imperat,*  
Et paulo post. *Quantus ille meri Veteris per crura madentia torrens!*

*Concepta.*] Non satis intelligo, quid sibi hoc verbo velit auctor. Anne intelligit vrinam vesica conceptam? Aliæ vrina per aures & oculos concipi non commode dicitur. Nisi quis intelligat per vrinam motam, libidinis pruriginem visu & auditu libidinosi cantus & saltationis excitatam.

*Non capit hæc mugas.*) Vanas libidinum illecebras. Nempe *stultitiam patimur opes.* Adde & turpitudinem.

*Audiat ille.*) i. Dives aliquis hæc videat & audiat, qui domum habet & pauimentum Masiuo opere ornatum, & Lacedæmoniiis lapidibus interstratum & variegatum, illudq; pauimentum cum exspuit, vel cum *ῥοτῆσι* Græcis, lubricat: Talis inquam diues hos testarum crepitus, hæc tympana & verba obscenissima, a quibus etiam vel turpissimum scortum in olido & foedo lupanari stans abstinere.

*Testarum.*) i. Tympanorum. Saltantibus autem pantomimis testas percutiebant.

*Cum Verbu.*) Turpissimæ cantilenæ.

*Nudum.*] Nudas enim se prostituiebant.

*Olido.*) In foedo & maleolenti lupanari.

*Mancipium.*] Ein Gottloser Balg. Vere mancipium, quod suum corpus vendit, & precio abutendum prostituit.

*Omniq; libidinis arte.*] Qua libido excitatur.

*Qui Lacedæmonium.*] Iustus Lipsius de hoc loco ait:

*Cui non dicam Hylæ pueri.*] Certe hoc loco, quot lectores, tot ferme lectiones. Brodus legit *Pedemate*.

Pedemare, Politianus Pitylismare, Flavius Poppismare, Alciarus Pyreismare, Eberhardus Mol-  
 lerus Henrici Theologi filius, ingeniosus iuuenis legebat Pitteremare, & hanc suam lectionem  
 prolati aliquot auctorum locis, & Luciano imprimis mihi probabat. Lipsius obscœnum hunc  
 auctorem, hoc loco ubi obscœnus non est obscœniorem reddere conatur legens Pygismare.  
 Πύγμας Græci, inquit, vocant Poticationē. Et paulo post. Certe Iuuenalis lubricat, nescio quid  
 obscœnum præfert, & Lacedæmonium orbem (ignoscite honestæ aures) partem vocare vide-  
 tur auctorem. Diuiti autem eo nomine Lacedæmonium puerum attribuit, quod pueri inde oriū-  
 di in nobilium delitiis essent. Et post. Iacobus Sufius vir nobilis, suasis mihi, vt legerem orbem,  
 non orbem, & interpretatur de fene fœtido, fœdo diuine & orbo Cincædo. Verum hæc quoque  
 Lipsii non magni momenti. Omnium vero reliquorum sententias recitare & explicare non o-  
 peræ precium duco, & nimis multas mihi impleret paginas. Ego olim legebam Pytismare, &  
 interpretabar, quod diues tanquam eques anulum gerens intelligatur, qui leui spūti irratione  
 digitorum lubricet vt anulum ipsi induere, & rursus detrahare possit. Eo quod annuli vsus  
 à Lacedæmoniiis manarit. Sed manus do ex merito Magno illi Scaligero, qui simpliciter explicat  
 de diuite expocute, qui spūto, vel dum bibit & cottabum facit, aliquid ex poculo in pauimentū  
 infundens ē poculo, pauimentum Lacedæmoniiis orbibus marmoreis stratum lubricet. Quod  
 & vetus commentator haud dubie innueret, nisi (vt plurimis in locis) corruptus esset, cum ait.  
*Qui expsnit super marmor Lacedæmonium, quo stratum est pauimentum.* Huc vsq; verba Probi.  
 Quod additur: vt lene sit, & saltantibus puellis (vt ipse loquitur) nihil impediatur, ab inscio quo-  
 dam sciolo a. Iditum est haud dubie.

*Namq; ibi fortuna.*) i. illis diuitibus ignoscimus eosq; turpe aliquid admittentes excusamus  
 propter fortunam.

*Alca turpis.*) i. Vilibus & plebeis hominibus alea est turpis & infamis. Ita fit, nam principes  
 & nobiles multa faciunt, quæ si facerent rustici capite plecterentur.

*Eadem illi.*) Diuites & fortunati. Si pauper alea luserit, aut adulterium commiserit damna-  
 tur. Si diues, laudatur aut saltem excusatur. Sic supra dixit:

*Nam quod turpe bonis Titio Scioq; decebas  
 Crispinum.*

*Hilares nitidq;.*) Liberales, iucundi, lauti, magnifici.

- 180 *Nostri dabunt alios hodie conuiuia ludos,  
 Conditor Iliados cantabitur, atq; Maronis  
 Altiſoni dubiam facientia carmina palmam.  
 Quid refert tales versus, qua voce legantur?  
 Sed nunc dilatis auerte negotia curis,  
 Et gratam requiem dona tibi. Quando licebit  
 Per totam cessare diem. Non fœnoris vlla  
 Mentio, nec prima si luce egressa, reuerti  
 Nocte soles, tacito bilem tibi contrahat vxor,  
 Humida suspectis referens multitita rugis,  
 Vexatasq; comas, & vultum auremq; calentem.*
- 185 *Protinus anse meum quidquid dolet exue limen.  
 Pone domum & seruos, & quicquid frangitur illis  
 Aut perit, INGRATOS ANTE omnia pone sodales.*
- 190

Astapodosi dissimilium demonstrat suum conuiuium longe aliud futurum esse: & simul hor-  
 tatur Perficere vt omnibus curis depositis ad læticias coniuiales sese præparet.

*Alios ludos.*) Longe alios & honestiores, non autem turpes & lasciuos, non infames meretri-  
 cularum & saltaricum.

*Conditor Iliados.*) i. Homerus, recitabitur in meo conuiuiuo.

*Atq; Maronis Carmina.*) Æneida intelligit.

*Altiſoni.*) Prægrandis, aciloi, sublimis, cothurnalis, Virgili, qui grande Epos sonuit.

*Dubiam palmam*] i. Virgilio versus faciunt, ut quis merito dubiet utri palma sit attribuenda Homero an Virgilio. Macrobius hosce duos Poetas egregie comparavit, & huius Cæsar Scalliger, qui Virgilium Homero præfert. Certe dubitatur utrius carmina præferenda sint, Homeri an Maronis.

*Quid refert.*] Quasi dicar, pronuntiatio illos versus non commendat, sed seipsa commendat suavitare & artificio suo.

*Qua voce.*) Bona an mala. Certe vox est anima pronuntiacionis. Videtur autem respondere obiectioni. Rudem & simplicem habes puerum, qui male pronuntiabit illos versus.

*Sed nunc dilatis.*] Monet iam Persicum, ut omnem tristitiam, & quidquid molestum est deponat, ut lætus frontem secum possit exporrigere, missis curis, & spectaculis Circensibus, quibus tota urbs Roma occupetur.

*Dilatis.*] In aliud tempus transpositis.

*Averte negotia.*) Domesticarum rerum administrationes, & negotia in aliud tempus differ.

*Es gratum requiem.*] Vacationem ab omnibus curis.

*Quando licebit.*] i. Quomodo per totum diem hilares erimus, & à curis domesticis potes cessare. *Non famulus illa.*) Monetiam, ut deponat illa quæ in animis ægritudinem possunt conciliare. i. Noli cogitare de lucro & argento, quod in fœnus alicui concedas.

*Nec prima si luce.*] Est iocus lubrasticus & nimis acerbus Iuuenalis. q. d. Vxor te ad iram non commoveat, si mane egressa noctis tempore demum redit. Est autem hic ordo Vxor tua si prima luce domo egressa nocte solet reverti, referens humida multitia rugis suspectis & comas vexatas ab adulteris, &c. tibi vultum contrahat, & Zelotypiam excitet. Sed hæc omnia conuiuium mecum accessurus deponere.

*Tacito.*] Norat miseram viri patientiam, qui hæc flagitia videat, & tacere cogatur. *Placuit,* & *bilem oculis substringas apertis:* ut *γυναικὸς τὸν ὄφθαλμον* solent.

*Bilem contrahat.*] i. iram & indignationem excuscitet. i. Ne sis Zelotypus.

*Humida suspectis.*] i. Quæ refert ad te in domum mariti humidas vestes propter concubium adulteri, idque suspectis rugis, quasi illarum propter concubium cum adultero sint factæ.

*Humida.*] Vel ex concubitu, vel ex ebrietate, de qua Sat. 6.

*Multitia.*] Mollia nimis delicatarum mulierum vestimenta pellucida.

*Suspectis rugis.*] Quasi amplexando & osculando illas adulter fecerit dum scilicet ab adultero inclinaretur. Ut dixi iocus Iuuenalis nimis acerbus, quo Persicum currucam & nimis bonam virum esse innuit.

*Vexatas comas.*] A petulante adultero extra ordinem redactas, & confusas. Quæ luctationibus & pressu nulas amantium significant.

*Vultumq; ea lentem.*) Ex lasciuis adulteri morsuunculis, ex libidinosa contrectatione, & osculis. Vel rubentem post admissum facinus.

*Protervus.*] i. Quidquid est, quod animi ægritudinem in te concitare possit, illud dum tales meas ingrederis, ante limen deponere.

*Exne.*) Ne tecum in conuiuium importes.

*Pone domum.*) Curas domesticas deponere.

*Es seruus.*) Malignos & nequam.

*Et quidquid frangitur illis.*] Ex re domestica vel suppellectili, quam assidue frangunt non sine rixa & contentione dominorum. Ut canthari, ollæ, sartagine, patellæ, pelues, & alia instrumenta, quibus plerumque fractis ille auctor est, qui ut est apud Homerum, Polyphemus oculum extinxit, &c.

*Aut peris.*] i. quidquid ab illis amittitur.

*Ingratos sodales.*) i. inter conuiuandum ne memineris illorum, qui tibi bene merito, malum gratiam retulerunt.

*Ante omnia.*] Illa enim ante omnia bene merentibus bilem solent mouere.

*Interea Megalesiæcæ spectacula mappa,*  
*Ideum solemnem colunt, similisq; triumpho*

*Præda caballorum prætor sedet. Ac mihi pace*

Immensa nimiaq; licet si dicere plebis,  
 Totam hodie Romam circum capit. & fragor aureum  
 Percutit, euentum viridis quo colligo panni.  
 Nam si deficeret mœstam astonitamq; videres  
 200 Hanc urbem, velut Cannaram in pulvere vellis  
 Consulibus. Spectent iuvenes quos clamor & audax  
 Sponsio, quos cuncta decet assedisse puella:  
 Nostra bibat vernum contracta cuticula solem,  
 Effugiatq; togam. Iam nunc in balnea salua  
 205 Fronte licet vadus, quamquam solida hora super sit  
 Ad sextam. Facere hoc non possis quinq; diebus  
 Continuis: quia sunt talis quoq; sedia vita  
 Magna, VOLUPTATES commendat rarior usus.

Initio, quod superius sapissime fecit, arguit Romanos ludis Circensibus nimis deditos.

*Inserca.*) Dum nos scilicet conuiuiamur, alii ludos spectant. Est a. ordo. Spectacula mappæ Megalesiacæ colunt Idæum solemne. i. Spectacula Circensia instituta in honorem Magnæ Deæ matris indicata per inappam colunt Deam Phrygiam. Hic notandum per mappam signum dari solitum esse ludis Circensibus, quin etiam horum ludorum fuit præmium. Erant a. quatuor agatorum factiones Veneta vel Cœrula, Albata vel Alba, Rosca, rufata, robra, vel rubens, & deniq; Prasina quæ & viridis vel virens, quibus Domitianus auratas & purpurei panni factiones addidit.

*Megalesiaca.*] In honorem Deæ Phrygiæ magnæ Deæ matris.

*Mappa.*] Hæc suspendi solebat in signum ludorum Circensium, quod tali casu fluxit in morem. Cum Nero prandium protenderet, & celeritatem ut assolet audas spectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur iussit abiici per fenestram. Hinc tractum est ut ostensa mappa certa videatur esse promissio Circensium futurorum. Martialis.

*Cretatum prator cum vellet mittere mappam.*

Tranquillus in Nerone: Aliquo seruo mittente mappam.

*Colunt Idæum solemne.*) i. Colunt ludos institutos in honorem Deæ Phrygiæ, ex Ida Romanæ adiectæ.

*Similisq; triumpho.*) i. In his ludis sedet prætor in sublimi curru triumphali, tanquam et triumphaturus. Huius Sat. 10. & alibi sapius meminit. Sat. 10.

*Quid si vidisset prætorem in curribus alius, &c.*

Et Sat. 8. Nec dubitant celsi prætoria cendere ludis.

Et Sat. 2. — His licet illum

*Admoneri cuius tunc munere retia misit.*

De hoc prætore versum etiam paulo ante ex Martiale citauit.

*Prædo caballorum.*) Qui optimos & maxime agiles caballos ibi in circo sibi eligebat, illosq; iniunctis dominis vili pretio auferrebat.

*Ac mihi pace.*) Rursus quod toties supra fecit, in Romanos ludis Circensibus nimis deditos inuehitur. i. Si pace Romanorum hoc mihi dicere liceat, illi nihil agunt, tantum ludos in Circo spectant.

*Immensa.*) Illo enim tempore immensa Romanæ plebis multitudo.

*Totum Romanum.*) Quippe Romani nihil optant præter panem & Circenses, ut dixit Sat. 10.

*Et fragor aureum.*) i. Ex immenso spectantium in circo & more colligo aliquem equo victorem funde, vel ex factione viridi, vel è prasina, &c. i. Videor mihi semper audire sonitum in Circo victori congratulantium.

*Euentum.*) i. Vnde colligo aliquem ex factione viridis vel prasini panni victorem extitisse: & illi præmium, mappam scilicet contigisse.

*Nam si deficeret.*) Scopitæ hæc dicit. i. Si ludi Circenses Romæ deficerent urbem nimirum Romanam non secus attonitam videres, quam fuit cum Romani ab Annibale ad Cannas victi essent.

*Maestam.*) i. Plane confusam & perturbatam, ut fuit illo tempore, quo Consules Romanæ ad Cannas victi essent.

*Victis consulibus.*) Paulo Emilio, & Terentio Varrone: ubi Paullus sese occidit, Varro fugit, cui triumphus decretus est, quia non penitus desperavit.

*Cannarum.*) In Apulia ubi Romani gravissime ab Annibale cæsi.

*Spectent iuvenes.*) Est quasi concessio. q. d. iuvenes sane hos ludos Circenses spectent, nos seniores cutem cutemus.

*Clamor.*) Solebant enim victoribus acclamare. Clamor iuvenes decet in circus clamore.

*Audax sponsio.*) Intelligit contentionem & altercationem iuvenum inter se, quæ fiebat depositis pignoribus, cum hic illum, ille alium victorem fore adfirmarent. Deponere autem certum pignus de quo certabant Ovid. in Arte.

*Et quæ sit posito pignore vincat iter.*

*Audax.*) Vel quod temerarium esset pecuniam fortunæ ita committere, vel quod quam satis amplam pecuniam summam deponerent.

*Quos cula.*) De iuvenili ætate hæc intellige, cui hæc concedenda esse iussit.

*Nostra bibas.*) i. Nostri cuticula, quæ iam vetula, & in rugas contracta, apicando bibat temperatum solem veris tempore. Intelligit *diuina* vel insolationem, quam senes adhibere solebant, de qua plures ad Persium dixi, ad illa:

*Nostri & Floralia possint*

*Aprici meminisse senes.*

*Es alibi:*

*— Assiduo curata cuticula sola*

*Effugiat togam.*) i. Omnes togatorum labores, & clientum. Togis enim induti negotiosiores.

*Iam nunc in balnea.*) Hortatur iam Persicum ut confidenter balneum ingrediatur, quamvis nondum sit hora sexta. Idque ut faciat veli hora quinta præter morem, & ad epulas veniat sexta vel septima. Eiusmodi convivia quæ ante horam nonam incipiebantur dicebantur *tempestina*.

*Iam nunc.*) Ob convitium, ut eo maturius ad sis.

*Salva fronte.*) Vel exporrecta omnibus curis depositis. Vel sine verecundia & pudore. Vt licet nondum sit hora sexta possit tamen salvo pudore balnea accedere, ut eo citius possit cœnare. Habebantur autem delicatiores & molliores, qui ante solitum tempus balneis uterentur.

*Quamquam solida.*) Indicat horam fuisse quietam. Sexta autem calebant balnea. Vel hora à quinta in sextam, qua lavare potes, solida adhuc superest.

*Facere hoc non possis.*) Balnea scilicet quotidie frequentare, & maturius ingredi. Unde licet tum temporis Romani maximam voluptatem caperent: tamen sit si continua illa voluptas balneorum perfruerentur, vel quinque saltem diebus fore ut ædium illos capiat.

*Hoc.*) ut balnea frequentes & adhibeas. i. Licet Romani magnopere delectentur balneis: tamen illorum etiam est satietas.

*Talis vita.*) Desidiosæ, & voluptuariæ in balneis.

*Voluptates commendas.*) Iuxta illud: *Omne rarum cœrum, vile sit quotidianum.* Et Mart. *Rara iuvenum,* & Cicero in Lælio: *Et quidem omnia præclara rara,*

I N D.

IN D. IVNII IVVENA-  
LIS SATYRARVM LIB. IV.

## SATYRA XII.

**N**atali, Corvine, die mihi dulcior hac lux,  
 Qua festus promissa Diis animalia cespes  
 Expectat: niueam regina cadimus agnam.  
 Parvellus dabitur pugnanti Gorgone Maurâ.  
 Sed procule extensum perulans quatit hostia funem  
 Tarpeio servata Iovi frontemq; cornu scat,  
 Quippe ferox vitulus templis maturus & ara  
 Spargendusq; mero quem iam pudet vbera matris  
 Ducere, qui vexat nascenti robora cornu.  
 Si res ampla domi, similisq; adfectibus esset,  
 Pinguior Hispullâ traheretur taurus, & ipsa  
 Mole piger, nec finitima nutritus in herba,  
 Leta sed ostendens Chytumni pascua sanguis  
 Iret & a grandi cervix ferienda ministro,  
 Ob reditum trepidantis adhuc, horrendaq; passi  
 Nuper & incolumem sese mirantis amici.

**H**æc Satyra Iuvenalis potissimum agit de Catulli reditu qui peregre profectus maxima in mari pericula ob tempestatem, fulgura & tonitrua atque naufragia expertus erat, saluus tandem evaserat. Pro cuius salute, sacrificium, quod se solaturum voverat, peragit, idque animo amico & beneuolo, non eo animo, quasi Catullum hæredipetarum more inescare velit, eiusve hereditatem capret. Qua occasione hæredipetarum impudentiam perstringit, qui avaritia ducti pro salute orbium maxima vota concipiebant, & sacrificia Diis offerebant. Illis autem qui liberos habebant, nihil boni conferebant. Scribitur autem ad Corvinum quendam.

*Natali, Corvine, die.]* Iuicio adfectum suum erga amicum declarat. Erat autem natalis dies cuique gratissima & acceptissima, qua genialiter & hilariter genio indulgebant. Quasi velit dicere amicus Catullus mihi dulcior est, quam egomet mihi.

*Hæc lux.]* Quo sacra pro Catulli salute vota persolvo.

*Qua festus.]* Ordo est. Qua festus cespes expectat animalia promissa Deis.

*Festus cespes.]* Ara festa & solemnitas ex viuo & viridi cespite.

*Promissa.]* Quæ promissæ pro incolumi reditu Catulli.

*Animalia.]* Hæc post paullo recenset. Plin. lib. 8. cap. 15. *Tum principatus votorum locus, cum scilicet nullus est.* Et Ouid. lib. 1. Trist.

*Diis maris & celi, quid enim nisi vota supersunt?*  
*Solvere quassata per cuncta membra ratum.*

*Exposcat.*] Ut adducantur, & maectentur.

*Niueam regina.*] Iuno ni, vel, ut alii fortunæ niueam agnam promissam credimus, ad sacrificium ducimus, & maectamus.

*Regina.*] Deorum Iunoni. Virg. 1. *Æneid.* de ipsa:

*Ast ego qua Diuum incedo regina.* —

*Par Gellus dabitur.*] i. Similis agna niuea dabitur Mineræ, vel Palladi, quæ pugnat cum clypeo, in quo caput Medusæ vel Gorgon.

*Par.*] Similis colore, & ipsa agna niuea & candida.

*Pugnanti Gorgone.*] i. Quæ pugnat cum Gorgone, vel clypeo capite Medusæ insignito. Est Periphrasis Palladis vel Mineræ, quæ in scuto, vel clypeo Gorgonis Mauræ vel Medusæ caput gestat, quo intuentes omnes in saxa conuertit i. Sapientia sui spectaculo reddit homines stabiles, immobiles, & constantes. Nihil enim aliud est illud Palladis scutum, quam quod diuinus ille Segeca toties inculcat, Non perturbari, non concuti, aut moueri. Porro ut Hyginus ait, Pallas Medusam interfecit, vel ut alii Perseus Iouis & Danae filius.

*Gorgone.*] Quidam indocte Hesperidæ & Gorgonas confundunt. Fuerunt autem tres Gorgones Phorci & Cetus fororis filiz, Medusa, Enciale, Sthenone. *Mauræ* dicitur, quia iuxta Adamtem, ad fines Mauritæ, ut Xenophon scribit a Mineræ vel Perseo interfecta est.

*Sed procul extentum.*] i. Aliud animal, iuuenctus, qui fusc procul extento, & longiori alligatus est, & præ petulantia funem quatit, & rumpere conatur. Ordo est: Sed hostia Ioui Tarpeio seruata.

*Procul extentum.*] Victimæ ad aram dacebatur fune quidem longiore & laxo, non arctè ligato, ne videretur victimæ ad aram inuita trahi, quod mali erat omnia.

*Petulans.*] Lasciuens & cornupeta candidus bos.

*Tarpeio Ioui.*] Qui in arce Tarpeia, vel Capitolio colitur. Hæc tria numina, quæ nominat, Iuno, Pallas, Iupiter in Capitolio celebrabantur.

*Coruscet.*] Frontem candidam concutendo vibrat, & coruscet.

*Quippe ferox.*] Vt pote qui bos iam grandior, & ob id toruus, terox & petulans, qui nunquam iugum subiit.

*Templis maturum.*] iam satis grandis & adultus, qui sacrificiis adhibeatur.

*Spargendum mero.*] In fronte vel vertice puro vino imbuendus inter aurata cornua. Virgil. lib. 4.

— *Pateram media inter cornua fudit.*

*Quem iam puer.*] Quis iam maturior grandiorque est, lac ex matris ubribus exsugere cum puer. Loquitur quasi ex adfectu humano.

*Vexas.*] Ex petulantia frequenter cornu petit robora & arborum truncos.

*Nascenti.*] Quod illi iam primulum ex fronte nascitur.

*Seres ampla.*] Illustrat amoris sui adfectum in Catullum, i. Si facultates mihi maiores essent, ut tantæ, quantum est amoris adfectus in Catullum, pinguisimum & maximum taurum offerrem.

*Similis adfectibus.*] Amori, desiderio, & voluntati, qua Catullo bene volo, par & æqualis esset census. Vult indicare, amorem suum magnum esse, sed res tantum esse mediocres.

*Pinguior Hispulla.*] Obiter Satyrice notat mulierem sui temporis crassissimam & maxime obxam, de qua Sat. 6.

— *Hispulla Tragædo*

*Gaudet.*

*Mole piger.*] Sua crassitudine, pinguedine, tardus & segnis. Grandiora autem sunt pigriora.

*Traheretur.*] Ad sacrificium duceretur.

*Nec finitima.*] i. Qui taurus vel sanguis tauri non in vicinia nutritus esset, sed colore suo candido ostenderet pascua læta. Clytemni iret. Solebant autem præci hostias primo securibus amare, deinde prostratas suppositis cultris iugulare.

*Finitima.*] In confinio circa Romam.

*Læta pascua.*] Amena, fertilia, pinguis.

*Clitumnæ*

*Cleummi.*] Fluvius erat agri Falisci, cuius aqua pota candidos boves facit. Erant autem circa huius ripam optima & optima pascua. Huius autem aqua pota boves reddebat candidos. Unde Ioui Capitolino victimæ mactandæ ellegebantur. Plin. lib. 2. & Propert.

*Iret.*] Exiret, vel efflueret. Vel saurus irer ad templum & aram mactandus, ut sanguis poneretur pro generis ratione, pro alumno, pro tauro qui originem & familiam suam ducat à Clitumno.

*A grandi ministro.*] Hunc grandem ministrum Pontificem maximum intelligunt. Ego potius quemvis ministrum victimarium vel popam, quem grandem validum, & robustum exigit eo nomine, ut magnum & egregium taurum prosternere ictu ad terram possit.

*Ferienda.*] Ad terram ictu deicienda & prosternenda.

*Ob reditum.*] Exponit iam causas sui sacrificii. Eo quod votum factum pro incolami reditu amici sui Catulli velit solvere.

*Trepidantia.*] Ob immensum discrimen quod effugit.

*Horrenda.*] Periculosissimum naufragium, cum fulmine, & horribili tempestate.

*Incolamem sese mirantia.*] i. Qui ipse demiratur quod vivat adhuc, & incolamys ex tantis maris periculis evaserit.

*Nam præter pelagi casus, & fulguris ictum  
Evasi, densis cœlum abscondente tenebris  
Nube unâ, subitusq; antennas impulit ignis,  
Cum se quisque illo percussum crederet, & mox  
Attonitus nullum conferri posse putaret  
Naufragium velis ardentibus. OMNIA FIVNT  
Talia, tam graviter si quando Pontica surgit  
Tempestas, genus ecce aliud discriminis: audi,  
Et miserere iterum (quamvis sint cætera sortis  
Eiusdem) pars dira quidem. Sed cognita multis  
Et quam votinâ testantur sana tabellâ  
Plurima. PICTORES QVIS nescit ab Iside pasci?  
Accidit & nostro similis fortuna Catullo.  
Cum plenus fluctu medius foret aluvius, & iam  
Alternum pappis latus evertentibus undis  
Arboris incerta, nullam prudentia cani  
Recltoris conferret opem, decidere iactus  
Cœpit cum ventis, imitatus Castora, qui se  
Ennuchum ipse facit, cupiens evadere damno  
Testiculorum: adeo medicatum intelligit ingem.*

Exponit iam naufragii pericula, quæ perpessus erat Catullus. Et rationem sacrificii atterit.

*Pelagi casus.*] Pericula & casus naufragii, quos evasi.

*Præter.*] i. Præterquam quod in mari dira pericula, & fulguris ictum incolamys evasit.

*Evasi.*] Evitati, declinati.

*Densis.*] id est, Cum in tempestate & fulgure una atra nubes cœlum absconderet densis tenebris, quasi dicat, Idque cœlo nigro & tenebricoso, cum una nubes densis tenebris cœlum absconderet.

*Subitusq;.*] i. Ignis cœlestis subitus & improvisus navis antennas impulit, & transversa navis signa percussit.



*Cum se quisque.*] Ostendit Catullum illo fulgure maximo cum reliquis fuisse percussam. Ex consuetudine hoc air: Nam fulmen si etiam in arborem iaculetur, ita omnia in ea loca tremescit, ut cuncti sese percussos credant.

*Et mox attonitus.*] i. Cum mox unusquisque propter fulgur (quo antennis & vela incensa ardebant) stupefactus & attonitus putaret nullum naufragium conferri posse & comparari cum velis & antennis ardentibus. Nimirum terribilissimis ipsis visum est vela comburi quam nauim vniuersam frangi & perire. Vel: Unusquisque putabat nullum naufragium per ventos & scopulos ulterius nobis posse obtingere, vel nobis conferri, praesertim cum vela arderet, & ignitatem vniuersam nauim absumtam iri crederent. i. Quisque putabat, quod cum omnia igne consumta essent, naufragio ulterius non fore locum.

*Omnia fiunt.*] i. Omnia contingunt nauigantibus his, Catullo cum sociis suis, tam horribiliter & grauiter, ut fieri consuevit, quando tempestas quaedam surgit, quales Poetae describere solent, vel qualis & quanta ab Homero in Vlyse naufrago, à Virgilio in Aenea describitur. Virgil. 1. Aeneid.

*Vna Enniusq; Notusq; ruunt.*

*Poetica.*] Qualem Poetae describere solent. Vel quae à Poeta quodam describi meretur. Lego autem potius *Poetica* adductus auctoritate eximii & praeclari viri Ignatii Hanniclis mei, qui ex codice Manuscripto ita legit. In Poeto vero Euxino tempestates feruere & horribiles.

*Genus ecce aliud.*] Alias Catulli calamitates addit, quod omnia sua bona in mare abiecerit. i. Audi aliud genus periculi & calamitatis, quod perpeffus est Catullus, quando bona sua in mare abiecere coactus est.

*Et miserece iterum.*] Non solum primo, quod fulgur & tempestatem sit perpeffus miserum Catulli, sed secundo etiam & iterum, quod bona sua abiecerit.

*Quaquam sint caetera.*] Quid. Nihil noui dicam. Nam caetera, quae subtexam sunt eiusdem sortis & calamitatis cum naufragio coniuncti.

*Caetera.*] Sequentia, quae subiungam.

*Pars dira quidem.*] Periculi, calamitatis, naufragii, & sortis calamitose, proiectionis bonorum scilicet, quae Catullo coortigit.

*Sed cognita.*] Multi enim naufragi bona sua in mare abiecerunt. i. In quam calamitatem multi nauigantes inciderunt.

*Et quam votina.*] i. Quam partem sortis plurimae tabellae ex voto in templis suspensae antistantur, in quibus picturis cernimus plerosque bona sua in mare praecipitare. Naufragi autem solebant Deo cuiuspiam promittere votiuam aliquam tabellam si liberarentur, qua depingebatur naufragi periculum & indicabatur naufragum Dei ope fuisse liberatum, quemcunque in naufragio implorassent, vel Aesculapii, vel Neptuni, vel etiam postea aucta superstitione, ut Deos Aegyptios recipereant, ipsius ludis.

*Pisiores quam nescit.*] Et haec quamuis in re graui & seria scoptice & Satyrice in superstitione Romanorum dicuntur. Illud enim Satyricis quasi naturale, ut semper & quacunque occasione alios reprehendant. De superstitione autem Romanorum, qui etiam Aegyptiorum Deos & ludem colunt, dictum est Sat. 6.

*Pasci.*] Sustentari, victum, & amicum acquirere, dum naufragiorum tabellas pingunt, & in Idis templo collocant.

*Similis fortuna.*] Ut bona sua abieceret.

*Cum plenus fluctu.*] Exponit iam, quomodo Catullus bona sua abiecerit. Cum carina nauis iam tota aqua maris plena esset, & nulla spes in nauis gubernatore restaret, coepit Catullus bona sua abiecere.

*Medius alueum.*] Tota interior nauis capacitas.

*Et iam alternum.*] i. Cum iam vnde vel fluctus maris alternis vicibus latus puppis alternum & modo hoc, modo illud subuerterent, latus, arboris vel nauis iam errantis & dubiae.

*Alternum latus.*] Modo dexterum, modo sinistrum.

*Arboris incerta.*] id est, Nauis, quae non amplius regebatur, sed certo errore, incerto cursu à ventis

ventis impulsâ huc illuc ferebatur. Est autem hic ordo. Cum dabit, fluctuantis & vacillantis navis cani & periti gubernatoris experientia nullam opem amplius navigantibus conferret.

*Decidere iactis.*] Ibi Catullus incepit projectione bonorum suorum cum vento & fluctibus causam litis decidere, & cum ventis de vita sua proiectis bonis pacisci, quasi venti bona Catulli tanquam raptores & prædones appetierint.

*Cum ventis.*] Quasi causam litis cum ventis velit decidere, pro sua vita merces ipsius retributurus. Quasi venti ob divitias Catullum persecuti sint. Satyrice leniter irridet Catullum.

*Imitatus Castor.*] Fibrum dicit, qui cum se obsideri videt & evadere non posse, testiculos suos morsu avulsos obicit. Intelligit enim sese ob hanc rem capi, quod inguen vel testiculi sui medicamentis apti sint: Quæ medicamina *Castoria* dicuntur. Veluti autem Castor, ut se à venatoribus redimat, testiculos sibi amputat, sic Catullus ut se à periculis ventorum liberaret, bona sua mari & ventis proicit, quasi propterea sibi insidiæ struerentur.

*Emmichum.*] Ridicule. Semetipsum sibi testiculos præmordendo castrat.

*Dammotesticulorum.*] Propter eorum amissionem & iacturam.

*Adeo.*] Vique adeo, in tantum medicamentis aptos cognovit suos testiculos, quod propterea obsidetur.

*Fundite quæ mea sunt dicebat cuncta Catullus:  
Precipitare volens etiam pulcherrima, vestem  
Purpuream teneris quoque Mæcenatibus aptam,  
Atque alias, quarum generosi graminis ipsum  
Infecit natura pecus, sed & egregius fons  
Viribus occultis, & Bæticis adinnat aer.  
Ille nec argentum dubitabat mittere, lances  
Parthenio factas, urnæ cratera capaxem,  
Et dignam sitiente Pholo, vel coniuge Fusci.  
Adde & Bascandæ, & mille escaria, multum  
Calati, biberat quo callidus emtor Olynthi,  
SED QVIS NVNC ALIVS, quæ mundi parte, quis audet  
Argento preferre caput, rebusq; salutem?  
NON PROPTER VITAM faciunt patrimonium quidam,  
Sed vitio cæci propter patrimonium vivunt.*

Exponit iam, quomodo Catullus bona sua abiecerit.

*Fundite quæ mea sunt.*] Exprimitur optimi animi indicium in Catullo, qui vitam suam bonis omnibus præposuit, quo ipso nomine postea ipsum laudat.

*Teneris Mæcenatibus.*] Viris mollibus. Nam Mæcenas molliæ vestium ab Horatio notari creditur, quem Malthinum appellavit. Plura de hoc dicta Sat. 7. ad illa verba:

*Et multum referens de Mæcenate supino.*

*Atque alias.*] Vestes ex lana Bætica in Hispania. Porro in ouibus Bæticis lana erat rutila. Græcæ enim vel herbae eius regionis illo colore tingebat ouium vellera, ut adscitio colore non opus esset. Est autem hic ordo: Quarum colore scilicet, natura generosi graminis ipsum pecus vel lanam pecoris infecit, vel tinxit, & imbuir, & certa fontis aqua, & Bæticus aer, quæ omnia ad illum Bæticum colorem absolvendum requiruntur. Porro color Bæticus aliàs appellatur pullus, vel spanus, vel hiberus, vel ferrugineus, & constat ex atrî & rubrî mixtura.

*Quarum.*] I. Quarum vestium ipsum pecus vel lanam, natura generosæ herbæ tinxit & coloravit.

*Generosi graminis.*] Cuius succo pastæ oves talem in lana sua colorẽ generosum contrahunt.

Hhh

*Ipsum pecus.*] i. Ipsam lanam ouium rutilo colore imbuir, & infecit.

*Sed & egregium.*] Vltcrius huius rei naturalem causam & rationem indagat, nimirum ex poturaque fontis in regione Batiza, & ex mira aeris temperie, quæ occultis & latentibus viribus colorem illum abfoluant.

*Viribus occultis.*] Mirandis potius quam rimandis.

*Ille nec argentum.*] Redit ad Catullum bona sua propicientem.

*Argentum.*] Vasa & pocula ex argento.

*Lances Parthenio f.*] i. Egregia vasa argentea à Parthenio artifice cæлата.

*Præ cratera capaxem.*] i. Craterom ingentis capacitatis, qui vnam capere posset, id est quatuor congios, vel 24. sextarios.

*Est dignus sitente Pholo.*] i. Qui plenus sufficeret Pholo illi bibaci centauro sitienti. Historiam de Pholo centauro recitat Diodorus lib. 5. Ille cum Herculem hospitio suscepisset, defossam antea vini dolium extulit. Cuius odorem cum propinqui & vicini centaursi olfacerent impetu magno Pholi domum ingressi vinum per vim occupare, aut auferre voluerunt, quorum Hercules multos occidit, reliquos in fugam vertit. Hunc Pholum Theocritus vini auarissimum huius se notat.

*Vel coniuge Fusci.*] Huius, qui vnus consiliatorum Domitiani fuit, meminit Satyra 4. cum dixit:

*Fuscum marmorea meditatans pretia villa.*

Huius coniugem vinosam & bibacem suo more obiter notat.

*Adde & Bascandæ.*] Erant vasa Britannica vel Anglica, teste Martiali lib. 14.

*Barbara depictis Veni Bascandæ Britannis.*

*Sed me iam manu dicere Roma suam.*

*Est mille escale.*] Hadrianus Iunius ex vetustissimo codice legit escaleia, quod adiectiuum est & ad vasa referendum. Est autem escale idem quod vas escarium.

*Multum calati.*] Auri & argenti à nobilissimis artificibus cæлатi. Intelligit autem pocula, & ex quibus poculis Philippus rex Macedonum biberat, qui dato præmio à proditoribus Læsthemæ & Eurycrate Olynthum emit. Hæc, ut scribit Plin. lib. 33. cap. 4. poculo aureo putuino subito solebat indormire. Est autem Olynthus Macedoniæ ciuitas.

*Callidus.*] Nam singularum fere ciuitatum proditores pecunia solebat corrumpere. Læsthenes vero & Eurycrates cum à Philippo proditores se nuncupari sæpe audirēt, vitam suspensio finierunt.

*Sed quis nunc.*] Laudat iam Catullum, quod pro sua vita externa bona profunderet non dabatuerit, cum alii contra suam vitam pro externis bonis profundant. i. Quis vel vbi nunc alius præter Catullum inuenitur, tantæ inagnanimitatis.

*Quis audet.*] i. Quis solet vel consuevit? De hoc supra dixi.

*Argento præferre caput.*] i. Suam vitam potiorem existimare quam argentum.

*Rebusq; salutem.*] Rebus & facultatibus externis suam vitam.

*Non propter vitam.*] i. Multi existimant se propterea viuere vt patrimonium faciant & colligant, non propterea patrimonium ampla possidere vt recte viuant. Sic multi viuunt vt edant & bibant, non contra, in quos competit Valconum illud suo regi acclamantium *Bibat rex, Bibat rex.* V enim consonans pronunciant vt B.

*Vitio cæci.*] i. Putant se eo nomine viuere, vt opes colligant, quas non habent, sed à quibus habentur, & qui sunt:

*Inter opes inopes.* —

*Propter patrimonium.*] Colligenda & augenda.

*Lactatur rerum utilium pars maxima: sed neq;*

*Damna leuant. Tunc aduersis urgentibus illuc*

*Recidit, vt malum ferro submitteret, & se*

*Explicit angustum. DISCRIMINIS VLTIMA, quando*

*Præsidia adferimus navim factura minorem.*

*I NUNC, ET VENTIS animum committe, dolato*

*Confusus ligno digitis a morte remotus*

*Quatuor, aut septem si sit latissima tæda.*

60 *Mox cum reticulis & pane, & ventre lagena*

*Aspice sumendas in tempestate secures.*

Recitat quomodo eo angustiarum redacti sint, ut navis malum ferro præsecuerint.

*Sed nec damna.]* i. Illa iactura & damna navim à periculo non liberant, neque tempestatem leuant vel imminuunt.

*Tunc aduersis.]* i. Tunc Catullus demum extrema fortuna, & periculo vrgentibus eo angustiarum devenit, ut malum navis securi deiiceret, & sterneret.

*Recidit.]* Peruenit vel processit illuc angustiarum. Propertius:

*Recidit à calis ignibus, & sulphuris æmuli.*

*Ferro.]* Securi demitteret & prosterneret.

*Explicet angustum.]* Ita enim hic locus legendus suadet. i. ut se arctum, impeditum & in angustias redactum propter malum expeditorem faciat, impedimentum mali remouens.

*Discriminis & tæda.]* Ordo & sententia est. Ultima discriminis & periculorum tunc sunt in maris & navigationis aduersis casibus, quando illa præsidia, & auxilia adferimus, quæ navim minorem faciunt amputata parte navis, hoc est deiecto malo.

*Minorem.]* Leuiorem & minus vento expositum.

*I nunc.]* Acris & acerbæ obiurgatio in illos, qui exigui lucelli gratia in vitæ pericula temere sese coniciunt, & nauigant. *in profundum,* & suæ vitæ prodigi contemptores.

*Dolato ligno.]* i. Navi factæ ex lignæis asseribus dolabra leuigatis, elaboratis.

*Digitis a morte.]* i. Cum inter te & mortem quatuor tantum sit digitorum distantia, quanta scilicet crassities est asserum ipsius navis. Hinc Bias dixit nautas neque inter viuos, neque inter mortuos esse. Terrestris enim homo veluti *in mari* se proiecit totusque arbitrii factus est fortunæ.

*Aut septem.]* Ad summum, si navis asseres vel tabulæ sint crassissimæ.

*Tæda.]* Tabula ex tæda vel pino, quæ hic ponitur pro qualibet materia navis.

*Mox cum reticulis.]* i. Festina ad nauim, ut te morti exponas, & illi sis proximus, cumque viaticum tecum in mare deportas accipe vna tecum securim quam in tempestate sumas, ut cum illa navis deiciis malum. Est Satyricus Sarcasimus.

*Mox.]* cum scilicet nauigaturus te expedis & præparas ad iter.

*Reticulis.]* Paruum rete erat reticulum, quo panes gestabant inclusos. Horat. Sat. 1.

*Reticulum panis Venales inter onusto*

*Forte vehas humero.*

*Ventre lagena.]* i. Cum ventrosa & capaci lagena. i. Cum panem & vinum viatici loco tecum in nauim deportas. In consimili re dictum à Persio:

*Iam pueris pellem succinctus, & Oenophorum aptas*

*Ocyus ad nauim.*

*Aspice.]* i. Vide & memento, ut etiam secures tecum portes. Mallet hoc loco legere, *Accipe* i. Vna tecum porta secures, quas in tempestate sumas ad malum præcidendum,

*Sed postquam iacuit planum mare, tempora postquam*

*Prospera, vectoris FATVMQVE VALENTIVS Euro,*

*Et pelago, postquam Parca meliora benignâ*

*Pensa manu ducunt hilares, & staminis albi*

63

H h h

- Lanifica, modicâ nec multum fortior aurâ  
Ventus adest: inopi miserabilis arte cucurrit  
Vestibus extentis, & quod superauerat vnum  
Velo prora suo. Iam deficientibus austris*
70. *SPES VITÆ CVM Solē redit. Tum gratus Iulo  
Atque nouercali sedes pralata Lanino,  
Conspicitur sublimis apex: cui candida nomen  
Scrofa dedit ( latis Phrygiibus mirabile sumen,  
Et nunquam visis triginta clara mamillis. )*
75. *Tandem intrat positas inclusâ per equora moles  
Tyrrhenamq; Pharos, porrectaq; brachia rursum  
Qua pelago currunt medio, longeq; relinquunt  
Italiam. Non sic igitur mirabere portus  
Quos natura dedit. Sed truncâ puppē magister  
Interiora petit Baiana peruisa cymba.  
Tuti stagna sinus. GAUDENT TIBI vertice raso  
Garrula securi narrare pericula nauta.*

Vtcrius iam exponit, quomodo sedata tempestate: tandem incolantes in portum perueniunt.

*Iacuit.*] Tranquillum factum & sedatum non amplius vi ventorum & tempestatis agitarum.

*Planum.*] Nullis fluctibus inaequale & horridum.

*Prospera.*] Atque adeo cum post nubila Phœbus.

*Vectoris fatumq;.*] i. Cum vel postquam factum vectoris Catulli superavit ventam & mare, illorumque inclementiam.

*Fatum.*] Cui vectori nondum erat in fatis ibi mori.

*Postquam Parca.*] i. Postquam ira fatorum vel Parcarum iam mitigata est, & parca iam late fauentes atque hilares mitiora & propitiora fila vel telas, benigna manu ducere incipiunt. i. Postquam vitæ tempus Catullo magis prosperum obtigit.

*Hilares.*] Non tristes & immixtes, ut ante.

*Stamina albi.*] i. Cum Parca non nigra amplius, sed alba & candida lanæ stamen ducunt. Non amplius mortem & nigrum exitium minitantur. Fingunt autem Poetæ Parcas felicitibus alba, infortunatis nigra stamina trahere. i. Postquam fata concedunt secundam vitam, non amplius aduersam.

*Modica nec multum.*] i. Postquam mediocristantum, non autem nimius ut ante ventus flaret, qui non multo fortior erat modica aura.

*Inopi miserabilis arte.*] i. Tunc truncata & miserabilis prora vel naui cucurrit, non velis extentis, illa enim fulgure & naufragio perierant, sed vestibus nautarum & Catulli extentis.

*Inopi arte.*] Quia vela omnia cum malo amiserant loco velorum: sua vestimenta extendant. Apposite dicit, *inopi arte*, quod Saxones pulcro diuerbio exprimimus: *gettawer Raht tombt von armen Leuten*.

*Et quod superauerat.*] Et prora vel naui cucurrit vno suo velo quod in prora est, & Dolon dicitur, extenso, illud enim vnum velum adhuc erat reliquum. Cum artemona maius velum naui vna cum malo, & Epidromum, vel velum in poppi in tempestate perdidissent.

*Lam*

*Lam deficientibus Austris.* i. Circa maturitatum tempus austris impetuosi venti mitiores facti: Spes vitæ cum sole exoriente navis rediit.

*Austris.* ) Ventis asperis & ætra nube omnia obducentibus cessantibus. Intelligunt autem maturitatum tempus. Vel etiam quod sol apparuerit tempestatis nube pulsa.

*Tum gratus Iulo.* ] Tunc cælo sereniore factò conspicitur vrbs Italiz Alba, vel apex atq; editior locus, qui gratus erat Iulo vel Ascanio Æneæ filio, & conspicitur sedes nouercai Lauinæ ab Ascanio prælata, & præposita. Intelligit Albam longam, quam condidit Ascanius Æneæ ex Creusa filius relicta vel postposita ciuitate Lauinio, quam pater Æneæ vxori suæ Lauinæ Latini filiz condiderat. Vnde illam ciuitatem appellat nouercalem. Erat enim Lauinia nouerca Iuli, quam mortua Creusa Priami filia postea in Italia Æneæ duxerat. Post tricesimum autem annum, ex quo reuenerat Æneæ Lauinium Ascanius mortuo patre abundans multitudine hominum Lauinium nouercæ suæ Lauinæ reliquit, Albamq; condidit ab alba porca vel scrofa, quæ illo in loco inuenta fuit cum 30. porcellis. Res ex Virgilio notissima.

*Atq; nouercai.* ] Est appositio Gratus sublimis apex, sedes prælata Lauinio. i. illa sedes Albæ Longæ, quæ ab Ascanio prælata est Lauinio.

*Nouercai.* ] Lauinium enim nomen habebat à nouerca Lauinia.

*Conspicitur.* ) à Catullo & reliquis nautis.

*Sublimis apex.* ) i. Mons Albanus.

*Cui candida nomen.* ) Propter albam porcæ ibi ex oraculo inuentam, vbi postmodum vrbs condenda erat. Oraculum legitur 3. Æneid.

*Cum tibi sollicito secretum ad fluminis undam*

*Littoreus ingens muenta sub ilicibus sacis*

*Triginta capitum fatum enixa iacebit.*

*Hic locus vrbs erit.*

*Latus Phrygiæ mirabile.* ) Hoc per Parenthesin legi potest. *Latus* propter vaticinium de eæ sue datum, quam iam inuenerant.

*Mirabile.* ) Ob incredibilem multitudinem porcellorum.

*Suæ.* ] Pars pro toto, ponitur pro sue.

*Et nunquam Gifus.* ) i. Quæ sus clara & nobilis erat propter 30. mamillas nunquam antea in vna sue visas.

*Tandem intrat.* ] Exponit iam, quomodo navis tandem ingressa sit Hostiensem portum. Hunc portum Claudius Cæsar exstruxit, vndecim annis continuis triginta hominum millibus laborantibus. Teste Suetonio, Ante ipsum Augustus, postea Traianus.

*Positas moles.* ) i. Intrat brachia illa magnis molibus in mari ab vtraq; parte porrecta, & intrat illas moles tendens per æquora quæ illis molibus erant inclusa. Nam moles illæ prolixo ambitu etiam maria & æquora includebant. Intelligit autem oblongos aggeres portus. Moles. Vastos aggeres.

*Thyræniq; Pharon.* ] i. Hostiensem turrim, quam in illius portus confinio in exitu Tiberis in Tyrrhenum mare, Claudius exstruxerat in exemplum Alexandrini Phari, vt ad nocturnos ignes nauigia cursum dirigerent. Huiusmodi nocturnas nauigantium lucernas in fronte portuum Egypti Pharos dixerunt.

*Portusq; brachia rursus.* ) Eo dicit, nam primo ab Augusto exstrui coepit ille portus, deinde rursus vel iterum ab Claudio, vel etiam à Traiano. Nam ille etiam portum hunc reparauit, & ad huius imperium auctor noster pertinebat.

*Quæ pelago.* ] Longe enim in mare protendebantur, vt procul ab Italia distare viderentur.

*Non se.* ) Laudat obiter illum portum. i. Non vsq; adeo demirandi sunt portus à natura facti, quam hic arte & industria Claudii elaboratus.

*Sed triunca puppe.* ) i. Gubernator navis petit mutilata naui interiora Hostiensis portus, quæ pertransiri possunt etiam cymba Baiana, vel parua naucula, quantula apud Baias in sinu Lucrinæ utebantur.

*Baiana parua cymba.* ] Id est. Petit interiora stagga illius portus, quæ totum sinum habent.

Et quæ adeo tuta sunt, ut etiam Baiana nauicula illa transire possit. Commendat portum, tanquam tutum & securum.

*Gaudet ibi.*] i. Nautæ Catulli Socii, iam à periculo naufragii tuti, recitant ibi amicis notis pericula in mari perlata.

*Gaudet.*] Nam præteritorum malorum gratissima est memoria. Virg.

*Quondam meminisse iunabit.*

*Ibi.*] In portu, vel iam naui egressi.

*Verriceras.*] Ut serui accepta libertate raso capite pileos accipiunt, vel ut rei absoluti louem tonitru salutant. Sic nauis raso capite forte tum, tanquam à morte liberati.

85     *Ite igitur pueri linguis animisq; fauentes,  
Sertaq; delubris & ferra imponite cultris,  
Et molles ornate focos, glebamq; virentem,  
Iam sequar, & sacro quod restat rite peracto  
Inde domum repetam, graciles ubi parua coronas  
Accipiunt fragili simulacra nitentia cera.  
Hic nostrum placabo louem, laribusque paternis  
90     Thura dabo, atq; omnes viole iactabo colores.  
Cuncta nitent longos erexit ianua ramos,  
Et matutinis operitur festa lucernis.*

Hortatur iam pueros & seruos suos ad sacrificium præparandum.

*Igitur.*] Quia Catullus amicus saluus rediit.

*Linguis animisq;.*] De hac solemnî in sacrificiis formula, quæ fiebat boni omnis gratia, vide Briffoniu. I. omnia bona & pro opera dicite & cogitate votis & omnibus.

*Sertaq;.*] Templorum foribus sarta & coronas è floribus imponite.

*Ferra.*] Molam salfam ex farre, sale, & aqua. i. molæ salæ imponite cultros, quibus hostia cæditur.

*Et molles ornate focos.*] ob viridem cespitem, multo gramine & longis herbis virentes & iundos & molles.

*Glebamq; virentem.*] Aram intelligit ex herboso cespite.

*Focos.*] Focus est locus ubi ignis fouetur.

*Iam sequar.*] i. Mox ego vos pueros insequar.

*Et sacro quod prastat.*] i. Quod sacrum melius est & excellit omni ritu, & solemnitate obsecrata. Si legas, præstat, intellige magna illa sacra quæ initio meministi Iunoni, Palladi, & Ioui. Alii legunt, quod restat.

*Graciles ubi parua.*] i. Vbi domi meæ parua sacrificia etiâ peragâ Diis domesticis. Vbi parua Deorum familiarium simulachra è fragili cera nitida facta mediocres coronas accipient. Porro Lares etiam publice in compitis celebrabâtur, tradito ritu à Seruio Tullio, quoniam ex Lares conceptus putabatur. Nam cum Oricularia mater eius federit ad focum in tranquillâ cinibus genitale apparuit, vnde ea surrexit grauida, & cum postea flamma in capite Serpii conspècta esset, confirmata est opinio ipsum Laris esse filium.

*Hic nostrum.*] i. Hic domi meæ louem familiarem molam.

*Laribusq; paternis.*] A patribus acceptis, quibus etiam maiores mei vti.

*Atq; omnes viole.*] Violæ plurius sunt colorum, aliz aureæ, albæ, purpureæ, luteæ.

*Cuncta nitent.*] Exornata sunt, ut in sacrificiis fieri consuevit.

*Longos erexit ianua ramos.*] Frondium & herbarum in signum festiuitatis.

*Et matutinis.*] i. Ianua mea vel domus operatur festa, vel celebrat festiuitatem, & rem diuinâ facit matutinis lucernis à principio diei etiam antelucem incipiens. Ita hunc locum vulgus interpretum intelligit. Sed legendum cum *Lipso operitur*. i. tegitur, vel vestitur. Et sic coniungenda

genda sunt *sesta ianua*, in nominandi casu. Ex consuetudine hoc ait, qua in omni publica & privata laetitia receptum erat ianuam ornari lauro & lucernis.

*Nec suspecta tibi sint haec, Cornine. Catullus  
Pro cuius reditu tot pono altaria paruos  
Tres habet heredes. Libet expectare quis agram,  
Et claudentem oculos gallinam impendat amico  
Tam sterili. Verum hac nimia est impensa, COTURNIX  
NULLA UNQUAM pro patre cadet. Sentire colorem,  
Si cepit locuples Gallita & Paccius orbi  
Legitime fixis vestitur tota tabellis  
Porticus, existunt, qui promittant Hecatomben,  
Quatinus hic non sunt vel venales Elephantia,  
Nec Latio aut usquam sub nostro sidere talis  
Bellua concipitur, sed furua gente petita  
Arboribus Rutilia, & Turni pascitur agro,  
Casaris armentum nulli seruire paratum,  
Privato: Siquidem Tyrio parere solebant,  
Hannibali, & nostris ducibus, regi, Molosso.  
Horum maiores & dorso ferre cohortes  
Partem aliquam belli, vel euntem in praelia turmam.*

Occurrit initio iam suspicio, qua Corvinus putare poterat, quod Iuvenalis hoc sacrificio Cassio palparetur, cuiusque ambiret hereditatem tanquam orbi. Qua occasione in hereditate vultures inachitur, qui simili modo pro aliis vota faciebant, sed non nisi pro orbi. Vnde sese ab hac suspitione purgat, indicans Catullum patrem esse trium liberorum.

*Suspecta.* De captatione vel inescatione, quasi hoc faciam vt à Catullo haeres scribar.

*Tot pono altaria.* i. Tot instituo sacrificia.

*Tres habet heredes.* Demonstrat se nouum quid facere, & insolitum, qui pro salute alicuius patris liberos habentis, & non orbi vota faciat.

*Libet expectare.* Male haec interpretes acceperunt quasi Ironice dicantur: Libet mihi expectare donec moriantur illi tres. Catulli liberi. Est autem hic sensus. Expectet aliquis donec quispiam inueniatur alius, qui vel gallinam moribundam pro patre filios habente sacrificet. Sic nos Germani dicimus Scoprice de re insolita & impossibili. *Da warre einer nach / daß daselbe geschehe.*

*Quia.* Aliorum hominum me excepto.

*Gallinam.* Egrotam, morti vicinam, rem vilissimam.

*Tam sterili.* Quia ex liberos habente nihil sperari poterat.

*Verum hac nimia.* Vt scilicet aliquis gallinam sacrificet pro patre. Imo nemo coturnicem pro tali sacrificabit ex quo nihil sibi sperare possit, Coturnix. Græcis *ἰπρὸς* Ein Wachtel.

*Pro patre cadet.* Pro liberos habente in sacrificium offeret.

*Sentire colorem.* Dissimilitudine demonstrat captatores solummodo diuitibus & orbi passari. Si contra diues quisquam orbus febri laborare aut egrotare incipiat vt Gallita illa ditissima matrona, aut Paccius ille locupletissimus: Ibi tota illorum porticus interius tegitur tabellis votius suspensis ab hereditatis captatoribus, quibus sese voti & sacrificii reos significant, si restituantur diuites patroni.

*Gallita.* Intellegit Gallitam Cruspilinam, cuius meminit Tacitus lib. 17. *Atrox potens pecunia & orbis, qua bonis malisq; temporibus iuxta Valens.*

*Paccius.* Huius meminit Tacitus lib. 20. quem Africanum ait. Martialis:



*Artis ebur medica marsetia, cernis, habebis  
Munera qua cuperet Pacius esse sua.*

*Legitime fixi.)* Rite & ordine suspensis.

*Vestitur.]* Operitur, tegitur, tabellis, quibus captatores promittunt Diis, sese ampla sacrificia facturos.

*Existunt qui.)* Centum bouum sacrificium pro salute orborum Diis promittant, cum hic Romæ Elephantēs non habeant.

*Quatinus.)* Quandoquidem Romæ Elephantēs quos offerant non habent venales.

*Nec Latio aut Syquam.]* i. In regione Italica vel climate & polo Latio.

*Bellua.)* Sic Sat. præcedenti.

*Vel quos deposuit Nabathæ bellua salu.*

*Concipitur.]* Et postea generatur.

*Sed furua gente.)* Ex Mauritania vel Æthiopia vbi homines sunt furui & nigri. Ex Gensia. Sic supra Sat. 10.

*Cum Getula ducem partaret bellua luscum.*

*Arboribus Rutili.)* Apud Lauinium in Hetruria, vbi Rutili olim. Teste Probo.

*Turmi.]* Qui & ipse quondam Rutilorum dux.

*Casari armentum.]* Imperatoris grande pecus, immensis constans sumptibus, & ob id non pecus alicuius priuati, sed monarchæ Cæsaris.

*Siquidem Tyrio.]* i. Carthaginienſi. Nam Carthago duce Didone colonia è Tyro deducta est. Quod autem Annibal in bellis Elephantis vsus sit, ex historiis notissimum est, & ex ante dictis locis constat.

*Regi Molosso.)* Pyrrho Epirotarum regi in cuius aduentu Italia primum vidit Elephantēs: Et vt Iustinus scribit, illorum ope prima congressione contra Roma eos inferior futurus vicit Molossos. Nam, vt Theopompus scribit, erant quatuordecim Epirotarum gentes, quarum celeberrimæ erant Chaones & Molossi. i. Horum Elephantorum, qui iam sunt, maiores, solebant Annibali, Pyrrho, & nostris ducibus (nulli priuato) inferuire, & dorso turres ferre, è quibus coheretes militum pugnabant.

*Et euntem in pralia turmam.)* Lege *turrim*. Et res nota est de Elephantis turrigeris. Ceterum turma est multitudo . triginta duorum militum.

*Nulla igitur mora per Nouium, mora nulla per Histram,*

*Pacuum, quin illud ebur ducatur ad aras,*

*Et cadat ante Lares. Gallite victima sacra*

*Tantis digna Deis, & captatoribus horum..*

115 *Alter enim si concedas mactare, vouebit*

*De grege seruorum magna & pulcherrima quæq;*

*Corpora, vel pueris & frontibus ancillarum*

*Imponet vitas. Et si quæ est nubilis illi*

*Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, etsi*

120 *Non speras Tragice fortuna piacula cerna.*

Reuertitur iam ad auaros captatores, indicans illos non solum pro salute orborum Elephantos voturos, si venales Romæ existerent, verum etiam, si lex non prohiberet seruos, ancillas, imo proprias filias, exemplo Agamemnonis, qui filiam Iphigeniam mactare voluit.

*Nulla igitur.]* In hæredipetis Nouio & Histro Pacuio nulla mora est, qui pro salute suorum orborum vel Elephantos mactarent, si venales haberi possent.

*Per Nouium.]* Notat, notissimos quosdam tum temporis captatores Nouium & Pacuium.

*Quin illud ebur.]* i. Quin Elephantos, ex cuius dentibus ebur, ad aram ducerent & immolarent, si Romæ venales haberi possent, & si forte legibus interdictum non esset priuato Elephantem immolare.

*Et cadat.*

*Et cadat ante lares.* ] i. Immoletur Diis domesticis Gallitæ matronæ ditissimæ, & orbæ de qua supra. Alii legunt *ante aras*. Tanquam Gallitæ quasi Deæ immolet. Cum qualectione sequentia non male conspirare videntur.

*Vidima sacra tantis.* ] Ironice. Vel in extenuationem Larum Gallitæ, quibus minutis Diis tam vasta sunt sacrificia. Vel potius in irrisionem Gallitæ & Pacciæ orborum, qui nimirum indigni sunt quibus talia sacrificarentur, & cum etiam indigni sint illi, qui sacrificant. q.d. Nimirum digni sunt divites illi orbi, quibus hæc tanquam Diis immolettur, & digni etiam captatores, qui immolent.

*Djs.* ] Videtur intelligere ipsos orbos, quos captatores tanquā Deos quodammodo colebāt. *Alter enim.* ] Notat insaniam & impiam malitiam captatorum, qui etiam homines si legibus prohibuit non essent immolare, ut inescareat orbos. Imo ne propriæ quidem filiz parceret, si legibus indultum esset.

*Alter.* ] Ex duobus quos dixi. Intelligere videtur Pacuvium.

*Si concedas.* ] Legibus enim interdictum erat inde à tempore Herculis.

*Vendit.* ] Votiva tabella pollicebitur.

*De grege servorum.* ] Eo dicit, nam ex animalibus egregia, & eximia quæq; eligebantur ad sacrificium.

*Magna.* ] Spectabilia, & excellentiora.

*Vel pueri.* ] i. Servulos domesticos, & ancillas pro salute orborum mactare non dubitabit.

*Frontibus ancillarum.* ] i. Ancillas in sacrificium adornabit. Sic Sinon de sese ait, *Æneid.* 2.

*Mibi sacra parari*

*Et falsa fruges. Et circum tempora vitæ.*

Talia enim capitis ornamenta sacrificandis imponebantur.

*Et si qua est.* ] Mira hic Poetæ festiuitas & amarities. Si captator Pacuvius filiam aliquam domi nondum elocata habeat, quæ maturâ iam viro & nubilis, qualis Iphigenia erat filia Agamemnonis, & illa à patre in Aulide mactanda, & illam aris pro salute diuini orbi admouebit.

*Nobilis Iphigenia.* ] i. Filia iam matura, ut Iphigenia mactanda. Fabula vel historia satis nota. Græci quod Dianæ ceruam occidissent, & Deam offenderint in Aulide Euboica longo tempore aduersis ventis derenti fuerunt. Sciscitantes ergo oraculum, didicerunt non prius secundum ventum consecuturos, quam Dianam filia Agamemnonis Iphigenia mactata placasset. Hæc igitur dolo an eloquentia Vlyssis à persuasis parentibus Agamemnone & Clitemæstra ad sacrificium adhibenda, per ipsam Dianam subtrahita, inq; Tauricam Chersonesum suis sacris peragendis sacerdos adhibita creditur, in locum eius cerua, quæpiam substituta.

*Alexibus.* ] Sacrificio tanquam victimam adhibebit.

*Et si non sperat.* ] Fore scilicet ut ope Dianæ filia eius liberetur, & pro ea cerua immolanda substituat. Qualiter Iphigenia Agamemnonis filia liberata fuit. Hanc quidam Iphianassam vocant.

*Furtina piacula.* ] i. Pactionem vel placationem per furtinam filiz ablationem, & suppositionem ceruæ. Iphigenia enim furtim per Dianam morti subducebatur, proq; ea cerua substituebatur.

*Tragica cerna.* ] De qua multæ Tragediæ scriptæ sunt.

*Laudo meum cinem, nec comparo testamentis*

*Millerates. Nam si Libitinam euaserit ager*

*Delebit tabulas inclusus carcere nassa;*

*Post meritum sane mirandum. Atq; omnia soli*

*Forſan Pacunio breuiter dabit. Ille superbus*

*Incedet victis rivalibus. Ergo vides, quam*

*Grande opera precium faciat iugulari Miscenis.*

*Vinat Pacunius quæſo vel Neſtora totum*

*Possideat quantum rapuit Nero, montibus aurum.*

*Exæquet, nec amet quenquam, nec ametur ab ullo.*

Iam in illo laudar ridendo Pacuuium qui maiori laude & animi magnitudine paratus fuisse suam pro salute diuitis orbi vere immolare, ut testamentum diuitis orbi meretur, quam Agamemnon suam Iphigeniam pro mille Græcorum ratibus aduersis ventis detentis liberanda.

*Laudo meum cinem*) Romanum scilicet Pacuuium, magis quam Agamemnonem, qui quidem sua filia, quam immolare voluit, testamentum diuitis orbi sortitus est, cum quo testamento mille rates Græcorum, quas Agamemnon immolara filia seruauit, comparandæ non sunt. Scoprice ridens dicit. Maius esse habere testamentum alicuius orbi diuitis meæ filia, quam mille rates seruare, immolara Iphigenia. Scoprice hoc dicit. Absurdissimum enim erat vram testamentum mille nauibus præponere.

*Nam si libitinam.*) Libiger ex morbo conualuerit ex morbo existimabit se propter sacrificium Pacuuii fuisse liberatum.

*Delobis tabulas.*) Testamenti priores, quibus aliis etiam bonorum suorum partem legauit, ut Pacuius solus heres constituitur.

*Inclusus carcere.*) Ille ipse diues orbus, hoc tam admirando amici merito, deuinctus, & caput tanquam piscis nassa capitur, vnde egredi non datur: vel tanquam piscis à Pacuio inescaret, & veluti nassa inclusus. i. obligatus Pacuio ob maximum votum. *Nassa* ut Festus ait, est piscinarii vas genus, quo cum intrauerit piscis exire non potest. Solent autem Poenæ pisces pro oris ponere, & piscapres pro captatoribus. Hoc ergo vult dicere. Cum orbus conualuerit eo mecto captus & tanquam piscis in nassa conclusus euadere prorsus non poterit, quin eum omnium bonorum heredem constituat, reliquis omnibus præteritis.

*Meritum (sine mirandum.)* Qui ne quidem propriæ filia, pro salute alterius pepercerit. Qui propriam filiam pro alterius vita morti dare paratus fuerit.

*Atq; omnia soli.*) Reliquis omnibus præter habitis & exclusis.

*Breuius.*) Post paullo, propediem.

*Ille superbus incedes.*) Videtur Scoprice rationem atterere illis, quod supra dixit, se mille rates cum vno testamento non comparare. Ille Pacuius hoc admirandum suam meritum frustra non impendit, sed tanquam victor ob id meritum, de reliquis hereditatem æmula & competitoribus suis triumphabit, cum solus ex alie heres omnium bonorum constitutus sit.

*Victimæ rivalibus.*) Qui frustra diuiti orbo palpati sunt,

*Ergo vides quam.*) Et hæc Ironice dicuntur. i. Vides ergo quantas facultates, quam amplissimum testamentum illis captatoribus conferat filia aliqua in sacrificium ut victima immolara, quemadmodum Mycenis Agamemnonis filia Iphigenia regis Mycenarum. Hinc Pæonyæmicum *Myceus Mycenoides*.

*Ingulam.*) Forte, non quod ingulata sit, sed quod pater promptus fuerit ad ipsam inguldam pro vita & salute orbi.

*Vinas Pacuuium.*) Subiungit iam diram imprecationem, qua imprecatur Pacuio longam vitam, tanquam homini malo, anare, & misero. Et sic sub specie precatōis infelicitissima quæque imprecatur ipsis captatoribus. Quasi dicat: Longam vitam homini malo, & misero non imdeo. Cæterum auaris huiusmodi nihil peius accidere & contingere potest longa & diuturna vita, id est diuturno, & continuo tormento: qui quidem vel ut Midas, auro franguntur, & suffocantur: Vel ut Tantalus inter maximas opes inopes & miserrime viuunt, & sæpe media contabescunt. Quid autem peius accidere cuiquam potest, quam hic *ωλὴς ὁ ἀδύτης, ἔτι καὶ ἀνύχης*.

*Nestora totum.*) Totos trecentos annos, vel totas tres ætates, quas Nestor viuendo implens. *Quantum rapuit Nero.*) Habebat infinitas opes Nero. Nam publicas & priuatas rapuit, cuius templa spoliauit, nullique delegauit officium, ut non adiceret scis, quid mihi opus sit, & Hoc agamus, ne quis quidquam habeat. Auctor Suetonius,

*Montibus aurum.*) i. Accumulet montes immensa auri copia.

*Nec amet quenquam.*) Quod est extreme mali & miseri. Recte autem dicit: *Nec amet*, quoniam cum a diuitis orbus tanquam amicus neminem vere amat.

# IN D. IUVNII IUVENA-

## LIS SATYRARVM LIB. V.

### SATYRA XIII.

**E**XEMPLO QUODCVNQVE malo committitur, ipsi  
 Difflicet auctori. PRIMA EST HÆC vitio, quod se  
 Indice nemo nocens absolvitur, improba quamvis  
 Gratia fallaci pratoris viceris urnam.

Quid sentire putas omnes, Calvine, recenti  
 De scelere, & fidei violata crimine? Sed nec  
 Tam tenuis census tibi contigit, ut mediocri  
 Iactura te mergat onus, nec rara videmus,  
 Qua pateris, casta multis hic cognita, & iam  
 Truus, & è medio fortuna ductus acervo.

**I**N hac Satyra longe præclarissima consolatur Iuvenalis amicum suum Cal-  
 vinum, se miris modis excruciantem, quod depositum sibi à quopiam dene-  
 gatum esset, cui tanquā fideli amico magnam pecuniarum summā decem scilicet  
 H. S. concediderat. Et ostendit initio multis illud obigisse, & eiusmodi frau-  
 des Romæ iam esse vfitatissimas. Quippe ubi rari boni, omnes fere mali &  
 improbi, qui vel nullum numē esse erant, vel saltem illud tarde hominum  
 malitiam punire, aut esse placabile. Denique in fine probat omnes malos à  
 Deo punitum iri. Hac autem præclara Satyra Dei prouidentia perissimum esse demonstrat,  
 quæ nihil impunitum nocēdus permittat, & quod nemo malus felix sit, neq; suam vindictam  
 effugiat. Imo vero quam secum in animo & conscientia quouis tortore truculentiorē semper  
 circumgerat.

*Exemplo quodcumq;.* Hæc initio sententia est, quod vnusquisq; qui male aliquid malo-vicio  
 & exemplo commisit, statim perpetrato facinore animum suum iudicem, damnatorem sepe  
 etiam viorem habeat. Et hæc prima consolatio est, quod is qui depositum abnegauerat quam-  
 tis indices eum absoluerint cruciatus liberatus non sit, cum conscientia ipsa scelera eum ho-  
 minem torqueat. Est autem primum Argumentum, quod ille qui depositum denegauit, nō ab-  
 solutus sit à cruciatu conscientiarum. Hinc recte dictum. *Frustra eum pratercunt leges, quem non  
 absoluit conscientia.* i. Quidquid peccatum committitur malo exemplo, vel quidquid vitio, quo  
 alteri malum exemplum præbatur committitur, ipsi auctori, qui scelus commisit displicet.

*Exemplo.* Homines plus sæpe exemplo quam peccato nocent.

*Ipsi displicet auctori.* Et sic teste Seneca *semper sceleris in scelere supplicium.* Nam illæ scintillæ  
 & reliquæ rectæ rationis, quæ etiam in sceleratissimis, quamvis ad tempus obrutæ & sopitæ,  
 perpetrato scelere statim reuiscunt, euigilant, scelus damnant, & accusant. Et hæc est consue-  
 titia, quam improbi libenter sæpe ex animis suis extirparent si possent. Sic dici consuevit.

*Post factum penitet altum.*

*Prima est hæc vitio.* i. Scelerati licet postea poena in oculos incurrente puniantur, semper ta-  
 men prima illa poena præcessit, quod nemo scelus suum approbat, sed se ob illud scelus quouis  
 supplicio dignum deputat. Viro enim malo peccato admisso, conscientia est accusatrix, iudex,  
 sæpe etiam vitrix, & vindex.

*Prima solio.*) Conscientia quæ post factum lucem peccanti intendit. Nam conscientia quam animosum laetitia illi qui impie sece'eratque eg-runt cruciantur, & quasi fictiarum tor-ard-ntibus agitantur. Cicero *Magna tunc est conscientia in vitamq; partem, ut neq; timeant, qui nihil commiserint, & penam semper ob oculos versantur, qui peccaverint.*

*Se iudice.*) Hinc Auctor elegie dixit:

*Turpe quid ausurus te sine testibus.*

*Improba quamvis.*) Ordo & sententia est: Quamquam improba & iniusta gratia fallaci & corrupti prætoris vel iudicis, qua nocentes sapissime abfoluuntur, vnam, & iudicium, ius & æquitatem spe vicerit, & superauerit. Hinc promptum est colligere, Caluionem illi, qui depositum abnegarat, litrem intendisse, sed accusatum corruptorum iudicium malitia abfolutum fuisse.

*Improba gratia.*) Malis & improbis indebita.

*Fallacia.*) Melior hæc lectio. Alii legunt *fallaci vna alii fallacem vnam.*

*Vnam.*) In hanc suffragia coniciebantur. Ponitur hic pro iudicio, i. iudicium ipsorum iudicium sorte electorum. Nam sortes in vnam coniecit in eos educebantur. Virgilius.

*Quæstor Minos vnam mouet.*

*Prætoris.*) Qui centum uiribus præfideat. Teste Plinio.

*Vicerit.*) Tamen non abfolutus est animi cruciatu & tormento.

*Quid sentire putas.*) Secundum argumentum, quo consolatur Caluionem. Quod omnes homines factum illud amici depositum inficiantis & amicitiam violantis, tanquam sceleratissimum damnent, & detestentur.

*Quid sentire.*) Nonne censet omnes illum exsecrari & detestari? omnes tibi condolem, & perfidum amicum diris deuouere.

*Recenti scelere.*) Quod recens contigit.

*Violata.*) Illius qui depositum denegauit. Nam ut Cicero ait, *perditissimi hominum est famulatus amicitiam dissoluere, & fallere eum qui laus non esset, nisi credidisset.*

*Sed nec enim tenuis census.*) Tertium argumentum, quod Caluionis satis dioces, & in re adeo tenui natus non sit, ut huiusmodi leuem bonorum iacturam obliuisci, & perferre non possit vel ut hoc quid quid damni eum ad desperationem merito adigat.

*Tenuis census.*) Exiguæ diuitiæ, & vilis rerum possessio.

*Mediocri iactura.*) Mediocrium numerum damnum, decem nimirum. H. S. Valens 250. Coronatos Gallicis.

*Mergat.*) Obruat, ad desperationem a ligat, ut ob id spem præcūs abiciat. Est Metaphora ducta a nauigantibus.

*Nec rata videmus.*) Quarta consolatio ab exemplis aliorum, quod huiusmodi damnum ipse solus sit expertus. sed quod idem alii multi perpeffi. i. Quæ tu patris illa non sunt noua vel rata, sed trita, viciata, & vulgaria. Est a hoc genus consolationis viciatissimum, vnde dici cōse-uis: *Solatio est miseris socios habuisse malorum.* Cicero, *neque enim grauius eos casus fortium, quas nullo consilio vitare possumus, euentisq; aliorum memoria repetendi nihil accidisse nobis noui cogitemus.*

*Casus multis.*) i. Hic casus multis hic cognitus est, qui eandem fortunam experiri.

*Tritum.*) Metaph. à via. Tritum per assiduum vsum. Hinc Poeta dixit:

*Trita frequensq; via est per amici fallere nomen*

*Tritum frequensq; licet sit via crimem habet.*

Legendum enim hic non *Tritum* ut vulgo, sed *Tritum*

*Est è medio fortuna.*] Inter hominum fortunas frequentissimus, & ideo ferendum *Aceruo,*] dicit, multos enim & varios casus habet fortuna.

*Ponamus nimios gemitus: FLAGRANTIOR AQVO*

*Non debet dolor esse viri, nec vulnere maior.*

*Tu quamuis leuissimam exiguanq; malorum.*

*Particulam vix ferre potes, spumantibus ardens*

*Visceribus sacrum tibi quod non reddat auicula;*

*Depositorum. Stupet hac qui iam post terga reliquis*

*Sexaginta annos Fonteio consule natus?*

*An nihil in melius tot rerum proficis usus?*

*MAGNA QUIDEM SACRIS qua dat praecepta libello*

*VICTRIX FORTUNAE Sapientia. DICIMVS AVTEM*

*Hos quoque felices qui ferre incommoda visa*

*Nec iactare iugum visa didicere magistrâ.*

Reperit quodammodo tertium argumentum, monetque initio Calpurnium, ac nimis impatienter hoc quidquid est damni ferat, cum adeo graue non sit.

*Nimius* ] i. Deponamus illos dolores, qui maiores sunt, quam calamitas vel damnum.

*Flagrantior* ] Vehementior, & maior quam par est, & res, ratio, ac damnum postulat, & dolor non debet maior & feruor esse quam ipsum vulnus. Sic Seneca amicum flere iubet, sed plorare vetat.

*Viri* ] Prudentis, magnanimi. Vel Emphatice simpliciter viri. Cum illa imbecillitas in muliere quodammodo possit excusari.

*Tu quantum* ] Ordo & sensus est. Tu ira & seruire ardens intimis visceribus spumantibus, & inflammatus, quod depositum tibi denegatum sit, vix potes ferre exiguum malorum, quamvis leuium particulam. Quasi hoc viro parum conueniat, tam leuibus de causis succumbere. Est autem accis obiurgatio.

*Leuium malorum.* ] Pecuniarum & rerum externarum iactura, damnum reuera leue, & quam iacturam multi sapientes malum non appellauerunt. Multi etiam pecuniam tanquam malum abiecerunt. Alius maxime: sit, dicens, mergote, ne demergar à te. Et Crates omnia sua bona in commune contulit dicens: *Κράτης Κεῖνός ἐστι καὶ ἡ ἀρετή, ἡ δὲ βίη ἀφ' ἑστέου.*

*Spumantibus* ] ira & fluantibus visceribus, quasi bilis, ira & seruire pumet.

*Sacramentum depositum.* ] Quod sollicite & sancte conseruandum & reddendum, utpote quod facti & non violandi sacramento iurifurandi adhibito se tibi redditurum est pollicitus.

*Depositum.* ] Aristoteles in Problematibus quaerit, cur depositum denegare iniquius sit, quam mutuum? Respondet, *an quia amico iniuriam faceret turpe est. An quia maior iniuria committitur. Præter damnum enim fides negligitur.* Est autem depositum id quod custodiendum alicui datum est.

*Stupet hoc.* ] Cum interrogatione & quasi admiratione obiurgat Calpurnium, dicens quod viri senis huiusmodi nona esse non debeant. Qui aduersus talia animum obfirmatum iam olim habere debuerit, seque aduersus huiusmodi casus præmunire Sensus est: An Calpurnius, qui Fonteio consule natus est, & iam sexaginta annos vixit, hæc & consimilia quæ passim, & ubiq; sunt cum stupore demiratur.

*Post terga reliquit.* ] *der sechzig Jahr auf dem Rücken hat.*

*Sexaginta annos.* ] Vixit L. Fonteius Capito sub Nerone, collega ipsi in consulatu C. Vipsianis. Hanc promptum esse coniectere, quo tempore Iuuenalis vixerit, & hæc scripserit nempe secundo anno Hadriani, Anno urbis 872. Vide Lipsium lib. 4. Epist. Quæst. Epistola 20.

*An nihil in melius.* ] i. Anne nihil proficisci arte vitæ humanæ, tot rerum usu, & tanta ætate fecerit, tanti temporis usus, tot rerum experientia te adeo ignauum, ignarum, & imparatum aduersus aduersa reliquit. Multa de hac re apud Stoicos, Senecam & Epictetum leguntur, qui iubent ut vniuersique omnia mala & aduersa certo sibi cueatura persuadeant. Si eueniant, quod eo lenius præuisa mala sit laturus, Si non eueniant, quod quidquid præter spem euenierit in lucro debeat deputare.

*Magna quidem sacra.* ] Demonstrat quod homines non solum Sapientie studio, verum etiam longæ vitæ experientia calamitates ferre debeant discere. Exponit autem duas rationes, quibus aduersa incommoda forti animo perferre, & spernere possimus. Sapientiam, quæ libris Philosophorum comprehenditur, & vitæ usum & experientiam.

*Magna quidem.*] i. Philosophia vel studium humanitatis, fortunæ domina & victrix, quæ de vitæ & morum præcepta venerandis & sacris libellis Ethicis, magna quidem, potens ac valida est, aduersus omnia hæc aduersæ fortunæ tela.

*Præcepta*] Vitæ iuste & recte gerendæ & administrandæ.

*Victrix fortuna.*] Imo profligatrix. Vbi enim sapientia ibi exulat fortuna. Vt dictum Sat. 12.  
Nulum numen adest, si sit prudentia, sed te  
Nos facimus fortuna Deam.

*Sapientia.*] Philosophiam moralem intelligit, quæ libris Sapientum continetur.

*Dicimus autem.*] i. illos etiam merito felices & sapientes dicimus, qui sine libris Philosophorum perfecte vitæ humanæ usum, & experientiam omnia vitæ incommoda prospicere & ferre didicerunt. Notare videtur ex Hesiodo illa duo sapientum genera, quorum alii per se sapiunt, alii Sapientibus obtemperant. Porro iater tertios qui nec ipsi sapiunt nec Sapientes audiunt, vani, ignavi & ignari, Galuinum censeri posse tacite inquit.

*Qui ferre incommoda*] Seneca epist. 99. Et hoc ipsum, si intelligimus, solatium est æquo animo perdere, quod perituum erat. Et Cic. lib. 3. Offic. *Magnitudo animi proprium est nihil timescere, omnia humana despicere, nil quod homini accidere possit, intolerandum putare.*

*Nec iactare ingum.*] Necessitatis iugo non reluctari, aduersitatis onus abicere, ferre æquo animo, quæ humanitus eueniunt.

*Vita magistra.*] Elongata vita tanquam ex præceptore didicerunt ferenda non culpanda esse, quæ mutari nequeant.

*Quæ tam festa dies ut cesset prodere furem,  
Perfidium, fraudes, atque omni ex crimine lucrum*

25 *Quæsitum, & paratos gladio vel pixide nummos?*

*RARI QUIPPE BONI, Numero vix sunt totidem, quæ  
Thebarum porta, vel diuitis officina Nili.*

*NONA ÆTAS AGITVR, peioraq; sæcula ferri  
Temporibus: quorum sceleri non inuenit ætas*

30 *Nomen, & a nullo posuit natura metallo.*

*Nos hominum diuinæq; fidem clamore ciemus,*

*Quanto Fessidium laudat vocalis agentem  
Sportula, dic senior bulla dignissime, NESCIS*

*QVAS VENEÆ habet aliena pecunia, nescis*

35 *Quem tua simplicitas risum vulgo moueat, cum*

*Exigis à quoquam ne peieret, & putet ullis*

*Esse aliquod numen templis, araq; rubenti?*

Repetit initio quartum argumentum quod huiusmodi scelera sint frequentissima etiam diuinitibus.

*Quæ tam festa.*] i. Quæ dies adeo sacra & festa est, quæ non aliquis in furore, scelere, aut fraude deprehendatur.

*Quæ cesset prodere furem.*] i. Quæ non prodatur aut manifestetur aliquod sceleratum facinus cuiusdam furis, perfidi, fraudulenti.

*Atque omni ex crimine lucrum.*] Ex omni scelere quæsitum emolumentum.

*Et paratos gladio.*] i. Quæ die non aliquis ob nummos gladio vel veneno in pixide parata interematur sit. Hoc loco notandum, quod peiora flagitia consueverint die festo committi.

*Gladio.*] Latrones & sicarios notat.

*Pixide.*] Intelligit veneficas, & venenum in pixide clausum.

*Rari quippe.*] Probat illud viri sapientis dictum. Πῶτοι ἄνθρωποι. Dicant autem vix in tota urbe Roma septem honos inueniri, tot enim fuisse Sapientes, quorum nomina, dicta, parum quondam ita ex Græco Epigrammæ hisdem versibus & verbis transiit:

*Nomina dicta, verbum septem dicam sapientum.*  
*Optima res modus est Cleobulus Liniſus, inquit,*  
*Noſce, ait, ipſum te noſce Lacedamone Chiron,*  
*Periander monuit coſbere Corynthus iram.*  
*Nil nimium Mitylenaeuſis Guls Pittacus eſſe.*  
*Cerne Solon vita finem iubet ortus Athenis*  
*Flares eſſe Biau praeſos Priene, inquit, alumnus.*  
*Mileſius, Thales vita Gadumoniſis alumnus.*

Perte autem ſeptem portæ Thebarum, & totidem Nili oſtia. Intelligo autē de Thebis in Ægypto. Nam Thebis in Ægypto centum portas habebant, de qua idem noſter:

*Atque vetus Theba centum iacet obruta portis.*

*Oſis Nili.]* Illa ſeptem ſunt Peluſiacum, Canopicum, Bolbiticum, Sebeniticum, Phanniticum, Mendefium, Taniticum. Auctores Strabo & Plinius.

*Dicitur.]* Nam ſuo limo agros ſeraces reddit illos inundans.

*Nona atar apertur.]* Indicat ſe viuere vltimo ſæculo mundi, & quidem ætate nona; & ſcleratiſſima, qua homines longe viuunt peſſimi, & qua omnia in peius ruant. Imitatur autem auctor noſter non Latinos qui quatuor tantum ætates recenſeat, ſed Græcos qui ſeptem vel octo pro metallorum numero ætates poſuerunt. Dixit ergo nona ætas vitia & ſclera hominum exaggerandi ſtudio, quæ ſic quaſi ſupplementum omnium ſclerum, tanquam dicat ſe omnium vltimo & peſſimo ſæculo. Eſt autem nouenarius numerus omnium ſimplicium vltimas.

*Peiora, ſæcula ferri temporib.]* Peius ſæculum quam ferreum. Reliqui Poetæ tantū quatuor ætates numerant, quarum ferrea omnium vltima & peſſima eſt. i. Aguntur iam à nobis peiora. ſæcula & deteriora, quam ferrum eſt, quorum ſæculorū ſclerati & vitio ipſa natura nullū non vitium iniecit, & nomen à nullo metallo impoſuit. Ita dicat, quia ferrea ætas hæcenus omnium vltima æſtimata peiorem adhuc ſibi ſuccedentē habet, & quia ferrū metallorum vltimum eſt, illi non ætati nullum nomen amplius ab ætate imponi poteſt, vt neceſſe ſit hanc ætatem vel lutram appellare. Priora enim ſæcula dici poterāt aurea, argentea, electrea, ætea, cuprea, ſtaenea, plumbea, ferrea.

*Nos hominum Diuiniq.]* Q. d. Huic ſæculo omnium ſcleratiſſimo nos dii reſeruarūt, & tamē adeo bardi & ſtupidi ſumus, vt ſi quid nobis accidat mali, aut ſi quid ſcleratiſſi facinus videamus, tanquam aliquod nouum, & inuſitati videamus, incipimus exclamare & implorare Deorū & hominum fidem. Quasi vero hæc non ſemper paſſim & ubiq; obuia habeamus. Notat homines peſſimos, & imparatos, qui in tam peſſimo ſæculo viuētes, non animum aduerſus omnia mala præparent, aduerſus pericula, damna, fraudes, deceptiones, quæ omnia bene præparati peſſos, vt Placcus ait, ſibi tanquam euentura proponit, cui nihil noui & inopinato accidere poteſt, & quidquid præter ſpem euenit, illud omne deputat in lucrum.

*Quanto Feſſidium.]* Tam indignationis vt lamenti clamore, quanto clientes propter ſportulam ludant patronum ſeu Feſſidium orantem & cauſas agentē. Notat hoc loco Feſſidium per tranſitum, vel obiter ſuo more. i. Exclamamus illud Comici. Proh, Deſtinatq; hominum fidem, vitia eſt ſides? id eſt. Quanto amore ob centum ſportulæ quadrantes conducti eſſe ſociæ roſales & clamorū Feſſidium cauſas agentem laudant. Offendit Feſſidium conductos habuiſſe, qui eum cauſas agentem magna voce collaudarent. Fuit hoc non caſſidicis ſolum; verum & Poetis uſitatum, qui multis dabant Sportulam vt ab illis laudarentur. Hiſtrionibus uero erat uſitatiſſimum. Plaut; Amphitruone:

*Qui ambiffeſt palmam hiſtrionibus.*

*Vocalis ſportula.]* Ridicule. Sportula quæ poſſet vocem edere. Intelligit per vocalem Sportulam homines pro centum quadrantibus conductos, qui voce alta & clamorū Feſſidium Thæſeum ſuum collaudarent.

*Diſſenſor bullæ digniſſime.]* Actriter obiurgat ſimul iam & vexat Caluianum, ſuo more inſolite contraria coniungens, qui tot annos vixerit, & ſui ſæculi mores non didiſſet.



cerit, & nesciat, quanta voluptate scelerati adficiantur, si per falsimonias & fraudes aliorum bona & pecuniam occupent.

*Senior bulla dignus.*] quasi dicat, Iterum puer senex, & dignus, qui bullam vel insignem ingenui pueri recipiat, qui nihil magis sapiat quam puer. Cui merito tanquam puero bulla reddatur, qui quidem adeo infans sit, ut hæc ignoret. Videtur respicere ad Græcum illud *Δις παιδὶ γέγονας*. i. Digne habitu puerili, cum animum puerilem habeas. Videtur autē suo more iterum quasi contraria coniungere. Erat autem *bullæ* insignem ingenuorum puerorum, quod è collo ad pectus porrigebatur habens figuram cordis, ut quidam arbitrantur.

*Quas Veneres.*] i. In quantis delitiis sit aliena pecunia per fraudes occupata. Eo dicit, qui sceleratis alienam rem per fraudem occupare est longe iucundissimum.

*Veneres.*] Iucunditatem, oblectationem, gaudia.

*Quem tua simplicitas.*] i. Tam stolidus es Caluine, ut non videas, quam albis dentibus vulgo irridcaris, dum hoc seculo corruptissimo virtutem, probitatem & fidem ab hominibus exigas & postulas ne quis peieret illo sæculo, quo vix ullus inuenitur, qui Deum esse credat, i. Tu cuius fidem ab illo qui Deum esse non credit, & ob id merito tanquam puer irrideris.

*Es putet illis.*] i. Ut saltem in vno atque altero templo coeleste aliquod numen credat, quires hominum invocatur.

*Rubenti.*] Vel ob ignem ruffum, vel victimarum sanguine.

*Quondam hoc indigena vivebant more prius quam  
Sumeret agrestem posita diadematæ falcem  
40 Saturnus fugiens. Tunc cum Virguncula Iano  
Et primæ adhuc Idæis Iuppiter antris  
Nulla super nubes conuinia cœlicolarum.  
Nec puer Iliacus formosa nec Herculis uxor,  
Ad cyathos, & iam siccato nectare tergens  
As Brachia Vulcanus Liparæa nigra tabernâ.  
Prandebat sibi quisque Deus, nec turba Deorum  
Talis, ut est hodie, contentaq; sidera paucis  
Numinibus miserum urgebant Atlanta minori  
50 Pondere. Nondum aliquis sortitus triste profundi  
Imperium, aut Sicula torrens cum coniuge Pluton  
Nec rota, nec furia, nec saxum, aut vulturis atri  
Pœna. Sed infernis hilares sine regibus umbra.*

Ostendit priscis sæculis ante ætatem Iouis, fidem & Iustitiam in hominibus viguisse, quam virtutes nemo sapiens sua ætate ab hominibus consceleratis iure possit exigere.

*Quondam.*] i. Hoc more quem tu iam ab hominibus exigis, vivebant olim antiquissimi Italici populi cum adhuc Saturnus regnaret. Indigenæ Latini, quasi inde geniti, nam patria vnde eo venerant, illis ignorabatur.

*Indigena.*] quasi inde geniti ex nullo patre, nulla patria orti.

*Primæ sumeres.*] i. Imperante adhuc Saturno, quo aureum sæculum fuit, cum Saturnus nondum à filio Ioue regno esset pulsus, qui profugus è Creta in Italiam peruenit, ibique à Iano hospitio exceptus est, cum nondum in Latium peruenisset, ibique latitaret.

*Agrestem.*] Cultum incurium, quo vites more agrestium incidere.

*Falcem.*] Hanc Saturno vel Chrono attribuerunt. Ille enim omnia domat, & amputat omnia etiam deuorat & absument, vnde pingi solet *ωφειδύπτης*.

*Diado-*

*Diademate.*] Corona regali insigni: Hæc controuersia inter patrem & filium orta est ex pacto cum fratre Titano, qui illo pacto ipsi Saturno regno cesserat, ut omnem masculum prolem sibi uarum ex Ope perderet, quo regnum ad Titanas reuerteretur. Quod cum seruare uellet, Saturnus dolo Opis coniugis falsus fuit, & postea, ex oraculo à filio Ioue regno pulsus est.

*Tunc, cum Virguncula Iuno.*] Cum nondum matrona Fratri suo Ioui nupsisset, nondum adula Iunone & Ioue Dicitur enim Iupiter argenteo sæculo paulatim omnia scelera proprio exemplo inuenuisse. Testatur hoc auctor etiam Sat. 6. cum dixit.

*Viderunt primos argentea sæcula moechas.*

Et postea.

— *Adconi senserunt Iupiter & Mars.*

*Esprimam.*] i. Aurea ætate, qua Saturnus, & nondum Iupiter regnabat, homines fidem & pietatem colebant. Cum Iupiter nondum rex esset, sed priuatus in Idæis antris à Rhea matre abscondabatur, ne à patre Saturno ex pacto cum Titano fratre, masculus partus deuotaretur. Fabula est notissima.

*Nulla super nubes.*] Obiter suos Deos more suo irridet, qui illo tempore adhuc homines in terra fucant, & nondum tantam luxuriam in cælo exercere inceperint. Cum Dii nondum incontinentes & luxuriosi essent, nullaque adhuc delicata & lasciuia conuiuia in cælo agitant.

*Nec puer Iliacus ad Cyathos.*] i. Cum Ganymedes nondum in cælum raptus cinædus & pinæna lous.

*Iliacus.*] Fuit enim Ganymedes Trois filius, Affraci frater, qui Tros rex Ilii uel Troiæ fuit.

*Formosa nec Herculi.*] Heben iuuentutis Deam intelligit, quæ ante Ganymedem Ioui Cyathos ministrabat. Hinc autem odium Iunonis in Troianos, non solum ob Paridis iudicium, uerum etiam ob Heben ab illo ministerio remotam propter Ganymedem. Erat autem Hebe filia Iunonis, quæ postea in cælum recepto Herculi, & Iunoni, interuentu Iouis reconciliato, nupsit.

*Etiamsiccato.*] i. Cum nondum esset Vulcanus Deorum faber qui iam post remotas epulas & mensam ubi nectar Deorum uinum siccauit, & exhausti in mensa, surgit manus aqua tergens & lauans, manus inquam & brachia nigra ex fuligine officinæ suæ fabrilis in Lipara Vulcania insula. Verum illud *Tergeri* commodius & rectius explico madefaciens & irrigans nectare epoto & exsiccato. Non enim uerisimile est sese à nectare purgasse, & manus abluisse, cum ad tam sordidum & immundum fabrilis opus reuerteretur.

*Brachia nigra.*] Fuliginæ & carbone officinæ fabrilis lutoſa & immunda. Hinc Sat. 10. *Vulcanum* appellauit *luseum*.

*Lipara.*] A Lipara insula in freto Siculo, cui rex Liparus nomen dedit. Omnes uero illæ Siculæ insulæ Vulcano sacræ, quæ à Græcis Ephesiæ, à Latinis Vulcaniæ appellantur, ut dictum Sat. 1. ad illum uersum.

— *Et Æolius Siciuum rupibus antrum.*

*Vulcani.*

In his uero officinam suam habere, & Ioui fulminis fabricare à Poetis fingitur.

*Prædebat sibi.*] i. Vniuersique Deus sibi, priuatim uiuebat, nulla communia conuiuia instituebantur.

*Sibi.*] Emphasis habet. Solus & secum, non cum aliis in conuiuio. Nondum enim Dii luxuriosi erant.

*Nec turba Deorum.*] Contemptum dicit turba. i. Tam temporis nondum tam multiplex Deorum vulgus erat. Cum hoc tempore totum fere cælum genere humano repletum sit.

*Talis.*] Tam luxuriosa & libidinosa.

*Contentaq; sidera.*] Vehementer Deos suos irridet. Cum nondum homines tot Deos fecissent, tot homines inter numina & sidera collocaſſent. Hac de re lege Cicronem de natura Deorum. i. Cum inter sidera nondum tot essent numina.

*Miserum Atlanta.*] Scorpæ. Qui tam pondus & onus tot Deorum solus cogitur sustinere, sine illo Hercule adiuuante. Hoc dicit, quia fingunt Atlanta cælum sustinere, quem hic tanta

Deorum in cœlum translatorum multitudine cœpia & pondere defatigatum pene oneri succumbere dicit. Fuit autem Atlas insignis Astronomus, qui in monte Mauritaniæ sui nominis oculi sidera observauit, & postea in montem illum dicitur transmutatus. Cuius montis tanta est altitudo ut ad cœlum suo cacumine videtur pertingere. Vnde nata est fabula.

*Pregebant.*] Premebant.

*Nondum aliquis.*] i. Cum nondum Deorum aliquis triste profundæ maris imperium fortis esset. Tres Saturni filii Iupiter, Neptunus, Pluto fratres de imperio vniuersi sortiti sunt, quo Ioui cœlum, Neptuno maris imperium, & Plutoni inferorum regnum obigit.

*Triste.*] Alii de Plutone intelligunt, & regno inferorum lualido, tetrico, horrenti, nigra. Sed melius est hæc intelligi de Neptuno, cum Plutonis statim nominatim mentionem faciat.

*Sœcula cum coniuge.*] i. Cum nondum esset Pluto Deus ille inferni immitis horrendusque cum Cereis filia Proserpina in Ætœa Siciliæ monte rapta.

*Nec rota.*] Cum nondum infernus & pœnæ infernales essent ut rota, qua Ixion, qui lunoni stuprum inferre voluit, voluitur, qui hospitii iura violare voluit.

*Furia.*] Tres vltices scelerum, Alecto, Tisiphona, Megera, quæ face ferro, & flagris nocentes persequuntur.

*Saxum.*] Sisyphi, ob furta, & fraudes.

*Vultum atri pœna.*] Qui iecur Tityi apud inferos lancinat, eo quod Latonam de stupro sollicitasset. Virgilius.

*Viscera præbebat Tityum lanianda, nouemq;  
Imperibus distractum erat.*

Hunc Diana sagittis confecit.

*Hilares Umbra.*] i. Sui iuris, læta, hilares innocentes, sine sceleribus, ut regibus, & iudicibus nihil opus sit.

*Sine regibus.*] Sine Plutone, Sine iudicibus Eaco, Rhadamantho, Triptolemo.

IMPROBITAS ILLO FUIT admirabilis eno,  
CREDEBANT HOC GRANDE nefas, & morte piandum,  
55 Si iuuenis vetulo non assurrexerat, & si  
Barbato cuiusq; puer, licet ipse videret  
Plura domi fraga, & maiores glandis acervos.  
TAM VENERABILE erat præcedere quatuor annis  
Primaq; pars adeo sacra lanugo senectæ,  
60 Nunc si depositum non inficietur amicus,  
Si reddas veterem cum tota arugine follem  
Prodigiosa fides, & Thufcis digna libellis,  
Queq; coronata lustrari debeat agna.  
EGREGIVM SANCTVMQVE virum si cerno bimembri  
65 Hoc monstrum pueri, vel mirandis sub aratro  
Piscibus inuentis, & facta comparo mule.  
Solicitus tanquam lapides effuderit imber,  
Exaniensq; apium longa confederis vna  
Culmine delubri, tanquam in mare fluxerit amnis  
70 Gurgitibus miris, & lactis vortice torrens.

Describit vltierius tempora aurei sæculi, & contra suæ ætatis scelera incescit.

*Improbis illo.*] i. Etate aurea merito aliquis decimari potuit, tanquam rem nouam & infamam

nam, non autem nostro, quo sceleribus nihil est vitatius.

*Illo auctore.*) Emphatice, non nostro.

*Credebant hoc.*) Commendat prisci auri sæculi erga seniores reuerentiam.

*Morte piandum.*) Supplicio capitali puniendum.

*Vetulo.*) Etiam vili cuiusdam seni. *Vetulus* enim per contemptum dicitur.

*Affurrexeras.*) Surgendo honorem non exhibueras.

*Barbato cuniculo.*) Etiam pauperi.

*Licet ipse videret.*) i. Licet puer semetipsum, suosque parentes ditiores sciret illo, tamen honorem ipsi deferbat. Illo enim tempore diuitiæ non spectabantur, sed virtus & prudentia quæ in senioribus, quibus corpus annis infirmum, ingenium vero sapientia validum.

*Fraga.*) Alii habent farra, quasi farre & pulte, Saturno imperante vixerint. Falsum hoc, & legendum Fraga. illi enim tum temporis frumenta nesciebant, sed frugibus siluestribus pomis, fragis glandibus victitabant, & hinc illorum diuitiæ censcebantur.

*Tam venerabile.*) Aliquem præterire ætate alium, & quamvis tantum quatuor annis. Testatur hoc Gellius lib. 2. cap. 15. *apud antiquissimos Romanorum, neque generi neque pecunia præstantior habens tribus, quam atati solitus maiore seque, natu à minoribus colebatur ad Deum prope, & parentum vicem.* i. Adeo venerabilis ætas erat, ut qui vel quatuor annis alterum ætate superaret, ab altero in summo honore haberetur.

*Primæ pars.*) i. Tam venerabilis erat, lanugo vel prima barba, quæ prima pars est, vel primum initium. Alii legunt *par.* i. Prima lanugo vel modica barba erat pars sacræ & venerabili senectuti. Nam inceperant venerari etiam lanuginem primam habentes ob futuram senectam. Videtur tamen prior lectio melior. Confirmat hoc Ovidius cum ait:

*Magna fuit quondam capitis reuerentia casi.*

*Nunc si depositum.*) Est Antapodosis. i. Priscis sæculis improbitas fuit admirabilis, contra nostro sæculo probitas. Atque adeo si quis iustus & fidelis inueniatur prodigij loco habendum est. Olim mirabantur si qui mali inueniebantur, iam demiramur si boni sint. i. Si quis iam quid reddat magna habenda est gratia, & si quis depositum apud se custodiendum traditum non inficietur, aut se accepisse neget. sed bona fide restituat, & veterem pecuniarum sollem & pecuniarum ex corio sacculum cum tota pecunia æruginosa reddat, huius fidem & probitatem demiramus tanquam prodigium.

*Depositum.*) Quidquid alterius fidei seruandum traditur.

*Amicus.*) Emphatice. Amicus etiam.

*Veterem sollem.*) Crumenam, & sacculum, è corio tanquam sollem.

*Cum tota ærugin.*) i. Cum crumenam tam sancte conseruari ut æruginem pecunia contraxerit, vel quem tanto tempore apud se retinuerit. *Æris vitium ærugo*, ferri rubigo dicitur. Posuit autem per notam figuram sollem pro loculis, æruginem pro pecunia.

*Prodigiosa fides.*) Monstro & prodigio similis.

*Thufci digna.*) Quæ digna sit, quæ ob inusitatam nouitatem scriptis haruspicum Thufcorum inferatur, cum reliquis portentis & prodigiis, Vel ut haruspices, quidam tam rara & prodigiosa fides portendat, coniecerint. Quæ ut Prodigium expietur, per aruspices, & quæ expiatio contingit in libellis.

*Thufci.*) Ab Etruscis enim rationem expiandi & aruspicinam didicerunt.

*Libellis.*) Possimus etiam haruspicinam intelligere, quæ libellis Etruscis continebatur.

*Quæq; coronata.*) i. Quæ fides merito aliquo sacrificio expietur per aquam quandam.

*Coronata.*) Ad sacrificium destinata. Sacrificandæ enim victimæ vittis & coronis ornabantur.

*Lustrari.*) Circumiri, & per circuitum purgari.

*Ergenum.*) Innotuit vterius virum integrum & inculpatum Romæ monstro esse similem.

*Hoc monstrum.*) Monstra & prodigia rara sunt & insolita eo respicit.

*Comparo bimembri puero.*) Veluti si puer natus esset, semibos ut Minotaurus, vel semiequus ut Centauri. i. Prodigioso & portentofo partui.

*Et mirandis piscibus sub aratro.]* Sane prodigium admirandum esset, si sub aratropisces ingenerentur, ut in vicinia Erfurdiz carnes sub terra ante aliquot annos inuentæ dicebantur. Est autem legendum: *mirandis non mirantis.*

*Feta mula.]* Gravidæ & prægnantis: Quod autem mulæ neque pariant, neque concipiant ratio est quia constans ex differentibus specie animalibus. Ex talibus autem animalibus, ex differentibus speciebus natis nihil nascitur, ut ex mula ex equo & asina, ex hybrida cane & lupo.

*Sollicitus.]* Scopitice. Ego Iuuenalis si Romæ virum bonum & integrum videam, ego propter prodigium stupidus & a-tonitus, non aliter quam si lapides per imbrem de ciderint.

*Examine apium.]* i. Si in culmine vel summitate temphi examen apium in modum loog-vuz botri, vel racemi dependens defecerit. Vuz dicitur apenem in examine pedibus inter se connexa in racemi speciem dependent. Sic Virgilius de apibus.

*Immensasq; trahi nubes iamq; arbore summa:*

*Confluere & densis synam demittere ramis.*

*Tanquam in mare.]* Velut si flumen aliquod in mare fluat, cuius liquor, vel fluctus admirandus sit, acer vel sanguineus.

*Et laetis vortice.]* i. In torrentis morem vortice fluens, & quidem laetis vortice. i. In modum turbinis cum impetu sese voluentis, & rotantis, ut impetuosi solent fluvii.

*Intercepta decem quereris Sestertia fraude*

*Sacrilega, Quid si bis centum perdidit aliter*

*Hoc arcana modo, Maiorem tertius illa.*

*Partem quam patula vix coeperat angulus arca?*

75

TAM FACILE ET PRONVM est superos contemnere testes,

*Si mortalis idem nemo sciat. ASPICE QVANTA*

*Voce neget, qua sit ficti constantia vultus.*

*Per solis radios: Tarpeiaq; fulmina iurat,*

*Et Martis frameam; & Cyrræa spicula vasis:*

80

*Per calamos venatricis, Pharetramq; puella,*

*Perq; tuum pater Aegæi Neptune tridentem:*

*Addit & Herculeos arcus, hastamq; Minerva*

*Quidquid habent telorum armamentaria cæli*

*Si vero & pater est, Comedam inquit flebilis nati:*

85

*Sincipit elixi, Pharioq; madentis aceto*

Reuertitur iam ad consolandum Caluinium initio, quod alii grauiora damna sint perpessi. Simulque describit incredibilem impletatem periurorum.

*Intercepta decem.]* Hoc inferit tanquam absurdum. Quasi dicat tam perditio sæculo vivimus, ut vir bonus & fidelis prodigii loco sit. Et tamen tibi mirum videtur quod deceptus sis, ægreque fers & cōquereris, quod quiquam depositum decem Sestertium tibi intercepterit, & abdukerit, cum alii longe grauiora damna sint passi.

*Intercepta.]* Per fraudem ablata.

*Sacrilega fraude.]* Amici tui, apud quem illa deposuisti. Qui fidei & iuramenti sacramentum tanquam Deum violavit. Forte quod periurio sese pargant in iudicio.

*Quid si bis centum.]* Consolatur eum aliorum exemplo grauiora perpefforum. i. Tu tantum decem perdidisti. Contra inueniuntur alii, qui pari modo vel ducenta sestertia amiserunt. Qui vices plus damni sunt perpeffi.

*Hoc modo.]* Inficiatione depositi, fraude, sacrilegio, periurio.

*Arca:*

*Arcana.* ] Vel secreto data, & fidei alterius tacite commissa, vel arcana, quod non multum obsequitus sit de hac iactura, quod illa aliis non innoceat.

*Major em tertius.* ] Plus quam viginti Sestertia, & prope censum equestrem.

*Quantum patula.* ] i. Quam summam angulus vel capacitas amplæ arcæ vel cistæ vix continere poterat, ob magnitudinem. Hoc eo dicit, nam ditiores suas opes arcis includebant.

*Tam facile.* ] Egregia sententia, qua notat impios deos facile contemnentes, si quid turpe faciant, modo homines ignoscent. Id autem ex nulla alia causa fit, quam quod plerique Deum esse non credunt.

*Præsum.* ] Proclives enim homines sunt ad fallendum.

*Supra testes.* ] Qui omnia vident tanquam testes, & quos homo iuxta sapientem non solum male agens fallit, sed se cogitans quidem. Hæc competit in nostrum sæculum.

*Aspicite quantum.* ] Accurate & Graphice depingit talium hominum constantem malitiam, & inauditam audaciam & impudentiam, qui neque Dei, neque hominum præsentia impediti falsissima & mendacissima iurare non verubescant. Neque enim mirum, si non erubescant illum in falsum testimonium vocare, quem esse non credunt.

*Quantum Voce.* ] Quam severo & indignante vultu, magna & pertinaci voce, tanquam talia nunquam cogitauerint. i. Quam audacter & pertinaciter periuri peierent.

*Falsi Vultus.* ] Qui norunt frontem suam gravem & seueram componere, tanquam si esset viri integerrimi, quantumvis precii, sanctissimi, i. Simulati vultus. Simulant enim vultum rectum veracem & ingenium, cui subest animus fraudulentus & fallax.

*Constantia.* ] Non mutat vultum, est in sua malitia confirmatus.

*Per Solis radios.* ] Iurat per supra, infra, caelestia inferna numina.

*Tarpeia fulmina.* ] Per Capitolini Iovis fulmina.

*Franciam.* ] Tacitus Germanicam hastam esse dicit angusto breuique ferro, sed æri & ad utramque pugnam, habili, siue cominus siue e minus aliquis pugnet. Iudorus ait gladium esse accipitem.

*Cirbas spicula.* ] i. Per Apollinis vatis sagittas, qui in vrbe Cyrrha ad radices montis Parnassi colitur.

*Per calamos.* ] Per sagittas & spicula leuiores ipsius Dianæ.

*Perq, tuum.* ] Neptunus enim pater Ægæ, qui pater Thesei.

*Tridentem.* ] Fulcrum.

*Herculeus arcus.* ] Sagittas, sine quibus Troia expugnari non potuit, quarum heres fuit Philoctetus.

*Hastam Minerva.* ] Quam cum Clypeo gerit.

*Armamentaria cæli.* ] Iocose, i. iurat per omnia deorum arma, quotquot reponuntur in ætherum repositoriis in cælo.

*Si vero Es pater est.* ] i. Stille qui iurat, liberos habet, cum iurans ita dicit. Si mentior aut inimas falso contingant mihi omnium horribilissima, qualia Thyestæ contigerunt, ut filii mei carnes & caput elixum comedam.

*Comeda.* ] Si mentior eueniat mihi ut comedam, i. iurat per suos liberos, quos etiam sceleratè habent carissimos.

*Flabile.* ] Fletu & lacrimis deplorandum.

*Sinciput.* ] i. Partem aliquam filii mei cocti & bulliti. Lixam veteres aquam nominarunt à liquore.

*Phariq, madentis.* ] i. Quod sinciput, vel quæ pars mædeat ut caput veteris vel porci, in laudatissimo illo & acri aceto Ægyptio. Est autem Pharos insula iuxta Canopicum Nilû ostium.

SVNT QUI IN FORTVNÆ iam casibus omnia ponunt

Et nullo credant mundum rectore moveri

Natura volente vices & lucis & anni,

Atq, ideo intrepidi, quacunq, alicui tangunt

Kkk. 3.

90

*Est alius metuens, ne crimen pana sequatur  
Hic putat esse Deos & peierat. atq; ita secum:  
Decernat quodcumq; volet de corpore nostro  
Ipsi, & irato feriat mea lumina sinistro,  
DUM MODO vel cecus teneam quas abnego numos*

95

*Et phthisis & vomica putres, & dimidium crus  
Sunt tanti, pauper locupletem optare podagram  
Non dubitat Ladas. Si non eges Anticyra, nec  
Argigene. QUID ENIM VELOCIS gloria plantæ  
Præstat, & esuriens Pisæ ramus olivæ?*

Reddie iam rationem tantorum scelerum & periuriorum quam demonstrat esse impietatem qua homines omnia casu, nihil autem providentia Dei fieri censeant. Vel saltem quod Dii tædæ ad puniendum accedant, vel etiam quod sint placabiles

*In fortuna casibus.* ] Juxta Epicurum, qui Deum & providentiam sustulit.

*Fortuna casibus.* ] Fortuitis & irrationalibus. Qui miseri & infelices ignorant Senecæ illud dicentis: *Natura fatum fortuna, casusque omnia vincit & eiusdem Dei nomina.*

*Et nullo credunt.* ] Egregie Claudianus initio in Rufinum multa in hanc sententiam dicit:

*Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem.*

*Curarent superis terras, an nullus inesset*

*Rektor, & incerto suerent mortalia casu.*

*Nullo rectore.* ] Incredibili hæc est cæcitas infra etiam bruta. Certe nulla herba tam exilis, quæ creatorem suum non demonstrat: Egregie autem Avicennas: *Qui Deum in natura non vident non solum ratione carent, sed etiam sensu.*

*Natura volente.* ] Quasi natura bruta & irrationalis sit causa rerum naturalium, & omnium rerum vicissitudinem ortum & interitum producat. Cum tamen vere loquendo Natura nihil sit aliud quam Deus.

*Atq; adeo intrepidi.* ] Sine ullo metu & timore peierant. Qui enim Deum timeant, quem ad credunt esse.

*Altaria.* ] Eo enim dicit, nam in templis ad aras solebant conceptis verbis iurare.

*Est alius metuens.* ) Secundum genus hominum, qui Deum quidem credunt, eiusque iram expauescunt, sed tamen peierant. Pecuniam scilicet iræ & offensæ Deorum anteponentes, vel quod credant Deos esse placabiles, sibi que ab illis veniam sperent.

*Hic putat esse Deos.* ] i. Non prolixus est impius, sed tamen fiducia longanimitatis vel misericordie Dei peccat.

*Atq; ita secum.* ] Secreto in animo suo cogitat & ratiocinatur.

*Decernat.* ] i. Ipsi vel Harpocrates, vel quicumque alius Deus morbos corporibus immitteat, & homines puniens de meo corpore confirmat & decernat, quidquid tandem voluerit, dummodo periurio aliorum numos obtineam nihil curo.

*De corpore nostro.* ] Quocumque tandem modo illud velit punire,

*Ipsi.* ] Hæc Dea cum Harpocrate corporibus morbos immittere credebatur. Ad hos Persius respexit, cum inquit:

*Incurrere Deos influentes corpora*

*Feriat mea lumina.* ] Oculis me priuet, & cæcum reddat.

*Irato sinistro.* ) Insenso & infesto. Est autem sistrum instrumentum æreum, vel etiam aurum & argenteum, quo in sacris Jidis arguto strepitu resonabant. i. Irato mihi sistro oculos eruat, vel perenisiorum & sonoro illo instrumento me cæcum reddat.

*Dummodo vel cæcus.* ] Expressit rabidum auri amorem & famem insatiabilem, pro quo nihil non mortales sustinere prompti & parati sunt.

Et

*Et Phthisis.* Ji. Tantine reputanda est Phthisis & alii morbi quos lris immittere creditur, v' ob id nannos congerere desinam. Est autem Phthisis lenta illa tabes, qua virtute epatis debilitata, corpus paulatim atteritur. Alii legunt Pythis & intelligunt exulcerationem pulmonum, & inspirandi morbum.

*Fomica putres.* Hucera, apostemata, abscessus maligni, & latentes pueri, & puris pleni.

*Dimidium cras.* Reliquo crure dissecto.

*Sunt tamen.* Iudicanda scilicet & æstimanda? Sic supra Sat. 4.

— *Tantine iniuria carna.*

Enim legendum per interrogationem. Ianuit enim longe satius esse ægrotare cum diuitiis, quam sanum esse & pauperem.

*Pauper locupletem.* Ji. Nobilissimus ille & velocissimus cursor Ladas, qui in Olympico certamine victor fuit ille non dabitur sibi exoptare podagram cum multis diuitiis coniunctam. Vel velocissimus cursor pedum infirmitatem & caditatem quæ in podagra est, non veretur exoptare ut dices sis, modo ægritudo non nimium vehemens sit, & intolerabilis. Ianuit ex sententia avarorum & periuororum satius esse ægrotare cum diuitiis quam sanum esse pauperem. Et nuncium curforem dubitare debere suam pedum celeritatem cum paupertate coniunctam mutare cum podagra ægritudine, cum diuitiis coniuncta.

*Locupletem podagram.* J. Sartyrie, quod illa diuitibus plerumque familiaris & infesta sit.

*Si non eget Anticyra.* Ji. Dummodo tolerabilis sit morbus ne quisquam ex morbi magnitudine infans reddatur ut felleboro ipsi opus sit, vel nobilissimo aliquo medico, qualis Archigenes. Vel dummodo podagra non nimia & peruerusta sit, ut nigro Elleboro Anticyra allato opus habeat. Scribit autem Plinius nigrum Elleborum mederi podagris veteribus. Est autem Anticyra insula in Phocide in qua maxima optimi veratri copia prouenit.

*Archigene.* Pro quolibet docto & præstanti medico ponitur. Huius autem superius & pauper post memorie.

*Quid enim Velocis.* J. Ratio, quare Ladas podagram optare debeat, quod gloria ex velocitate pedum ipsi ad famem sedandam nihil conferat.

*Præstat.* J. Quid conferi, prodest.

*Esuriens.* J. Quid adfert comædi ramus esuriens, vel esurienti cursori pauperi contingens.

*Ramus.* Ji. Corona ex ramo oleæ victoribus data nihil prodest si victor esuriat. Talis coronas dabatur cursori victori.

*Pisaa.* J. Pisaa erat in Elide, in agro Pisano, ubi Iouis Olympii templum, ante quod lucus agrestis olea vestitus surgebat, in quo cursorum stadium, & quinto quoque anno certamina Iouis sacra exercebantur.

100 *UT SIT MAGNA TAMEN certe lenta ira Deorum est.*

*Si curent igitur castos punire nocentes*

*Quando ad me venient? Sed & exorabile Numen.*

*Fortasse experiar: Solet his ignoscere. MULTI*

*COMMITTUNT eadem diuerso crimina fato:*

105 *ILLE CRUCEM SCELERIS pretium tulit, hic Diadema:*

*Sic animum dire trepidum formidine culpa*

*Confirmant, tunc te sacra ad delubra vocantem*

*Præcedit, trahere immo ulro & vexare paratus.*

*NAM, CVM MAGNA MALE superest audacia causa,*

110 *Creditur à multis fiducia. Mimum agit ille,*

*Urbani qualem fugitiuus scurra Caiulli:*

*Tu miser exclamas, ut Stentora vincere possis,*



*Vel potius quantum Gradivus Homericus, audis  
 IVPITER HAEC NEC labra moues, cum mittere vocem.  
 Debueras vel marmoreus, vel Athenens? Aut cur  
 In carbone tuo charta pia thura soluta  
 Ponimus & sectum visuli iecur, albaq; porci  
 Omenta? Vt VIDEO NULLVM discrimen habendum est  
 Effigies inter vestras statuamq; Batilli.*

Vtcrius malitiam & improbitatem impiorum depingit.

*Vt sit magna.*] Verba sunt perituri, cum concessione coarctata. i. Licet Dei ira sit vehemens & grauis, tamen consolatur me quod lenta & tarda sit. Egregie Valerius Maximus. *Lento quidem gradu ad vindictam diuina procedit ira, sed tarditatem supplicii grauitatis compensat.* Quod ex Homero defumit. Ille enim ait lib. 4. *Iliados.*

*Contemni nomen Olympi*

*Haud impune sinunt superi scelera impia quauquam*

*Disfulerint, culpas hominum grauiora morantur*

*Supplicia.*

Grauiissime Cæsar dixit, *Confuisse Deos immortales, quo grauius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum vltisci velint his secundiores interdum res, & diuturniores impunitatem concedere.* Hac de re vide Plutarchi librum aureolum de tarda animis vindicta.

*Tamen certe lenta.*] Interca nos genio & voluptati indulgebimus, vitæ troffen Ein gutten mut haben.

*Si curant.*] 2. Consolatio, quod Dii si omnes nocentes velint punire tarde & post longum temporis intervallum tandem ad omnes peruenirent. Ridicule. Illi nimirum homines cogitant Deum more hominum per temporum intervalla agere, & longo tempore opus habere ante quam omnes puniat. Digni vel ob id ipsum supplicio, quod de Deo nihil melius & excellentius cogitant, & animo concipiant, quam de quouis homine.

*Curant.*] Illud curiose agunt & student.

*Quando ad me.*] Multos enim punient, & ob id tarde circuitum absoluunt.

*Sed & exorabile.*] 3. Consolatio. Quod Dii forte placabiles veniam sceleri daturi sint. i. Non solum Deum lentum sed forte & placabilem.

*Soler his.*] Quibusdam sceleratis ignoscit.

*Muli committunt eadem.*] Eadem scelera iidem homines sepe committunt, sed diuersa sorte euentu, successu. Hoc vero multos de providentia Dei transuersos solet agere, quod aliis punitur ob scelera, alius non solum impune euadit, verum insuper etiam ad diuitias & honores peruenit. Quin ut Lucretius ait: Vindicta & poena.

— *Plerumq; nocentes*

*Præterit, exanimatq; indignos in quo merentes*

Ethius rei non nisi Christiani rationem possunt reddere.

*Eadem crimina.*] Exempli gratia si fur quisquam è plebe quatuor aut quinque florenos furto auferat, suspenditur, alii vero magni fures impune euadunt, iuxta illud.

*Das Geniam cornu.*

Quid vero dixit eadem? Imo vero plebeius aliquis fur si furtum paucorum florenorum committit, ferreis catenis patibulo adfigitur, Verum si prouinciae aut regionis cuiusdam praefectus integra oppida, vrbes, regiones, regna furto spoliatur, impune euadit, & catenas aureas gestat. Sepe etiam fit ut ingentes illi & decumani fures minores ex summa inopia sepe peccantes condement.

*Diadema.*] Coronam, laudem, honores, à *diadē*, quod est corono, circumligo. Vide historiam de Gyge.

*Sic animimum.*) Poetae verba. i. Talibus & similibus consolationibus se in scelere aduersus poenam confirmant.

*Trepidum.*) alias quod vindictam metuas.

*Tunc te facra.* i. Postquam animum ita obfirmarunt, cum tu illos ad iuramentum compellis, illi confidentes & pernicaces ad aram, ubi iurent, vltro te præcedunt, te vltro prouocant, & te cunctantem ad aram trahunt, & vexant, fiduciam & innocentiam iactitantes, cum fiat omnium sceleratissimi.

*Delubra.* i. Vt ad aram præcedat, & ibi sese iuramento purget.

*Trahere immo vltro.* i. Imo vero cunctantem te trahit licet sit noxius, & si ire recuses tibi molestus est, te trahit, & impellit, & te inuicem coram aliis ludibrio habet. Exprimitur incredibilis sceleratorum malitia & confidentia.

*Nam cum magna.* i. Vbi cum malis sceleratissimorum hominum causa sæpe audacia coniungitur, illa audacia apud multos speciem habet innocentie & integritatis.

*Superest.* i. Adeft præsto est, & quasi præficitur malæ causæ.

*Fiducia.* i. Bonæ conscientie cum inuiolata virtute coniuncta.

*Mimum agit ille.* i. Alius quisquam periurus imitatur illum mimum in Phasmate Catulli, ubi feruens aliquis fugitiuus dominem suum trahit & vexat. Cuius mimi auctor fuit Catullus Mimus, de quo supra.

— *Clamsum ageres Si Phasma Catulli.*

Non aliter atque Catulli Poetae mimographi mimus, in quo seruus fugitiuus & confidens dominum suum trahit, ita hic periurus illos, quos malis artibus decepit. Huius rei pulcherrima historia refertur ab Herodoto. *Archetimus* quidam apud hostem suum *Cydiam* magnam aurum simul deponere, & iterum proficiscitur, redit, & depositum reperit. Ille *Cydias* contumaciter negat. Cum diu multumque contenderent, optimum factum visum, ut res ad insurrendum referretur. Dies illi rei tertius sequens designatur. Interea *Cydias* delum machinatus omne aurum in ferulam vel baculum excusatumque coniecit, idque tanta solertia, ut omnis dolus lateret, præscripto die comparet. Eorum simulans hoc baculo gradum adiuvans ad templum pergit, & baculum *Archetimo* tandem donec iuramentum absolueret, tenendum porrigit. Inde elenatus manibus iurat, accepisse quidem se depositum, sed reddidisse. Quod mendacium erat arte compositum. Hu auditis grauiter indignatus *Archetimus* istum vehementer ferulam in paumentum protexit, quæ dirupta omnis auri moles effluxit. Hæc quidem diuinitus providentia adiutus est *Archetimus*. *Cydias* vero malum sita exitum habuisse dicitur.

*Vibani Catulli.* i. Secundum Domitium est Catulli coga omen.

*Tu miser exclamas.* i. Tu qui à periuro & scelerato innocens traheris & vexaris, conscius malitæ & fraudis aduersari Deos inclamas voce Stentorea.

*Exclamas.* i. Et aduersum Deos indignaris, quod talem sceleratum non puniant.

*Stentora.* i. Hic in exercitu Græcorum ad Troiam tantam vocis altitudinem habuit, ut solus tantum clamaret, quantum à i quinquaginta. Homer. Iliad. 5.

— *Cuius hiatus*

*Tantum erat, vocisq; sonus super ætra quantus.*

*Quinquaginta simul eum clamant ora virorum.*

*Vel potius.* Imo vero quantum Mars exclamat apud eundem Homerum à Pallade, vel à Diomedæ vulneratus, qui tantum clamabat, quantum decem millia virorum quâdo pugnam committant. Homerus lib. 5. Iliad.

*Clamore ingenti percussit ferrens auras*

*Vulneris impatiens Maiors, non millia quantum*

*Ora nouem ferrent, nec millia dena virorum,*

*Si pugna implicis fecerent crudelibus armis.*

*Audi.* i. Vides & audis hæc & non punis. Audistam manifesto falsa & periura.

*Nec labra mouet.* i. In signum iræ & indignationis cum labra comprimuntur, & dentes. Iupiter etiam apud Homerum buccas inflare, & magna vociferatione sceleratos punire fingitur. Eo forte respicit, quo etiam spectant sequentia.

*Cum mittere Vocem*).i. Licet marmor vel aes stupidum & surdum sit, tua statua ex quo facta est tamen vocem deberet emittere. i. Sceleratorum malitiosa confidentia etiam statuas & truncum tuum commoueret, & tu tamen surdus & cæcus es. Acriter Deum suum obiurgat.

*Aus cur.*).i. Si pericuria non vis punire, & nos non audire non etiam dignus es cui nos sacrificemus.

*In carbene tuo.*) In thuribulo vel acerra, in qua igniti carbones.

*Pia thura.*) Diuis dedicata, & sacris debita.

*Charta soluta.*) In qua thura inuoluta fuerunt. i. Cucullo chartaceo, vel tunica & inuoluto remoto & soluto. *Wan man ein Krämerhaus aufmacht*

*Sectum secur.*).i. D. sectum, & sectione diuisum in sacrificiis. i. Exta alicuius virtuti, in quibus secur primum locum obtineret.

*Albaq. porci omentum*).i. Pinguem membranam, quæ à medio ventris dependet. Hic ponitur pro intestinis.

*Vt Video nullum.*) Recte hæc, (quamuis alio sensu) in fictitios illos Deunculos Ethnicorum dicuntur.

*Phylli.*) Hic Citharædus & Pantomimus statuam in Samojin Iunonis templo habuisse dicitur, à Polycrate tyranno ipsi dedicata. Probus legit Vagelli, & addit illi homini stultissimo statuam positam fuisse.

120

*Accipe qua contra valeat solatia ferre,  
Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata leges  
A Cynicis tunica distantia, non Epicurum  
Suspexit exigui latum plantaribus horti.  
Curentur dubii medicis maioribus ægri.*

125

*Tu venam vel discipulo committe Philippi.  
Si nullum in terris tam detestabile factum  
Ostendit, taceo, nec pugnis cadere pettus  
Te veto, nec plana faciem contundere palma:*

130

*QUANDO QUIDEM ACCEPTO claudendus est ianua damno,  
ET MAIORE DOMVS GEMITV, maiore tumultu  
Planguntur memi, quam funera. Nemo dolorem  
Fingit in hoc casu, vestem diducere summam,  
Contentus, vexare oculos humore coacto.  
PLORATVR LACRVMIS amissa pecunia veris.*

Exposuit supra indignationem hominum aduersus Deos, cum malos non punirent, tanquam qui nullam curam rerum humanarum gererent, & quod proinde ipsis sacrificandum non sit. Iam Iuuenalis contra dolorem remedia adfert, non ex Philosophorum Stoicorum monumentis de prompta, sed vaicuique parabilia, in promptu & facili.

*Contra.*) Dolorem scilicet & indignationem aduersus homines peccantes, & Deos non punientes.

*Solatia ferre.*).i. Remedia fortunæ aduersæ sibi comparare, consequi, reportare, accipere.

*Qui nec Cynicos.*) Horum sectam grauissimus ille Antisthenes Socratis discipulus incepta Diogenes & Crates Thebanus absoluit. Porro Cynici cum Stoicis opes contemnebant, dicentes, Virtutem nulla re indigere, & sibi sufficere ad beatam vitam.

*A Cynici tunica*) Cynici enim duplex pallium gestabant, Stoici vero tantum tenue & simplex. Cæterum in doctrina nihil erat discriminis.

*Non Epicurum suspexit*).i. Admiratur Epicurum in voluptate summam bonum ponentem.

Est.

*Exigui latum.*] i. Paucis contentum, Fuit autem Epicurus recte Seneca sobrius admodum paruo horro & oleribus contentus, non ad famem excitandam sed sedandam.

*Latum.*] Non sine voluptate contentum.

*Plantaribus.*] Oluſculis. De hoc inferius ſequenti Satyra dicit.

*Quantum Epicure tibi parvis ſufficit in horis.*

*Contentur dubii.*] Per Allegoriam à medicis deſumptam demonſtrat Caluino damnum ſuum adeo magnum non eſſe. i. Illi qui maximis calamitatibus obruti ſunt, iamque de vita & ſalute ſua deſperant, remedia à maximis illis Philoſophis petant, quemadmodum dubii & iam deplorati ægri ſe maioribus medicis committunt & curantur. Tu autem Caluine, qui exigua tantum calamitate premeris, cui tantum decem ſeſtertia ablata ſunt, à quouis diſcipulo imperiti medici etiam curari poteſ.

*Dubii ægri.*] De quorum valetudine recuperanda dubitatur. Intelligit illos, qui magna damna ſunt perpeſſi.

*Medici maioribus.*] Intelligit præſtantes Philoſophos Stoicos, quorum ſupra meministi, medicos animorum. Quæſi dicat, in tam exigua iactura te non conſolabor rationibus Philoſophicis.

*Tu venam.*] i. Tu venam incidendam, neque curandum trade etiam rudi medico, vt diſcipulo Philippi. Fuit autem Philippus rudis medicus illius temporis, cuius diſcipulus adhuc rudior. i. Ego etiam rudis & plebeius, non animi medicus aut Philoſophus te conſolabor. i. Tuus doctor vel ab imperito conſolatore poteſt leniri. Eſt autem allegoria à corpore ad animam.

*Si nullum in terris.*] Repetit prius argumentum, quod conſimilia graviora damna alii ſunt perpeſſi. i. Si demonſt. ares alium non ſimilia, imo graviora eſſe perpeſſum, cauſam non dico, quin ægerime damna tua feras.

*Tam deſteſtabile.*] Quale eius eſt factum, qui te decepit, cum tamen longe deſteſtabiliora paſſim inueniantur.

*Taceo.*] Te conſolari deſino, non prohibeo te plorare, & muliebri more plangere.

*Nec pugnis.*] In ſignum animi grauiffime dolentis & perturbati.

*Nec plana.*] i. Aperta manu faciem contundere & percutere. Opponitur pugno.

*Quandoquidem accepto.*] Quoniam facere non poteſ, quin doleas poſtquam numos perdiſti, quin doleas poſt acceptum damnum. Notat autem hoc loco prauos hominum mores qui iactura quapiam vel damno numorum vere dolebant, & grauius, quam ſi conſanguineorum quiſpiam eſſet mortuus.

*Claudenda eſt ianua.*] Hoc ex conſuetudine & more hominum dicit qui exiſtimant prorsus neceſſe eſſe & decere, vt aliquis doleat poſt acceptum damnum. Porro lugentes in luſtus ſignum ſolebant & adhuc ſolent iannas & fenestras claudere. Eſt ergo ſenſus. Nimirum damno aliquo numorum vel bonorum externorum vere dolendum eſt, vere lamentandum, & in ſignum luſtus ianua claudenda. Huc verſum pauci recte intelligunt, neque prouerbiũ recte ab Eraſmo explicatum.

*Maiores domus gemitu.*] Imo vero morte amicorum plurimorum plurimi lætantur, iactura vero externorum bonorum omnes lamentantur.

*Nummi.*] Et ratio eſt:

*Χρήματα γὰρ ψυχὴν πείλονται δειλοῖσι, βροτῶσι.*

Fræpterque numos magis amant, quam homines.

*In hoc caſu.*] i. In amiſſione externorum bonorum, nemo luſtum & gemitus ſingit, nemo lamenta extorquet, vt in funeribus fieri conſuevit. Eſt autem ordo. Nemo, vt in funere fieri ſolet contentus eſt in hoc caſu cum pecunia amiſſa eſt, veſtem ſummam deducere, & oculos lacrimis inuitis, vi extortis & expreſſis vexare & torquere, ſingit dolorem.

*Diducere.*] Diſtrahere, & conari dilacerare, ſummam veſtem, vel ſimbriam veſtimenti, in ſignum luſtus vel mœroris magni.

*Humore euato.*] Falfis lacrimulis per vim ex oculis expreſſis.

*Ploratur lacrimis.*] Non fictis & falſis.

135

*Sed si cuncta vides simili fora plena querela:**Si decies lectis diuersa parte tabellis**Vana supernacui dicunt chiographa ligni,**Arguit ipsorum quos littera, gemmaq, princeps**Sardonychus oculis qua custoditur eburnis:*

140

*Tē nunc delicias extra communia censes**Ponendum, quia tu gallina filius albe,**Nos viles pulli nati infelicibus onis.**Rem pateris modicam & mediocri bile ferendam,**Si flectas oculos maiora ad crimina, Confer*

145

*Conductum latronem, incendia sulphure cepta**Atq, dolo primos cum ianua colligit ignes.**Confer & hos veteris qui tollunt grandia templi**Pocula adoranda rubiginis, & populorum,**Dona vel antiquo positas à rege coronas.*

150

*Hac ibi si non sint, minor extat sacrilegus, qui**Radix inaurati femur Hercules & faciem ipsam,**Neptuni, qui bracteolam de Castore ducat.**An dubitet solitus totum conflare tonantem?*

Dixit superius si Caluinus hanc calamitatem solus experiatur, excusabilem esse, si eam tantopere lugeat. Iam vero dicitur in tota ciuitate huiusmodi casibus nihil esse frequentius quare non equum eum facere, qui se tantopere solus excruciet, cum solus tamen non patiatur.

*Si cuncta vides.* Ji. Si iam Roma vniuersa curia talibus querelis de dolis & fraudibus hominum plena sunt.

*Similis.* J Hominum, qui de pari & consimili iniuria sibi illata conqueruntur.

*Si decies lectis.* Ji. Si instrumenta obligatoria à decem & diuersis testibus in diuersis partibus lecta & obsignata sunt, & tamen falsi & periuri homines obligationes suas inficiari non verentur, Vel, Si vtitissimum Romæ est, vt instrumenta obligatoria in ceratis tabellis inscripta coram diuersis testibus vel decies legantur, tamen illa sua chiographa vana esse dicunt. suasque manus negant. Si hoc, inquam, Romæ adeo vtitum est, cur te adeo excrucias, cum huiusmodi mali plures socios haberas. Conqueritur hoc Plautus Aulularia, cum inquit:

*Nostri atas non multum fidei gerit,*

*Tabula notantur, ad sunt testes duodecim*

*Tempus locumq, scribit actuaris.*

*Tamen inuenitur rhetor qui factum neges.*

*Tabellis.* J Ceratis cautionibus, quæ debitores propria manu scripserunt, adhibito etiam sigillo, & tamen negare audebant.

*Vana.* J Debitores negant se vnquam illas tabulas scripserunt, quas aiunt esse vanas & superuacuas, nihil utilitatis habentes.

*Ligni.* J Tabellæ lignæ ceratæ. Hic versus Satyra vltima reperitur.

*Arguit.* Ji. Quas manus & signum ab illis impressum periurii & mendacii conuincit.

*Littera.* J Characteres litterarum propriæ manus.

*Gemmaq.* J i. Preciosa gemma, in qua sigilla sua insculpebant. i. Sigillum in Sardonyche gemma.

*Oculis qua custoditur.* Ji. In capsulis vel repositoriis ex ebore factis, in quibus gemmas suas exponunt.

*Te nunc delicias.*] Facile ludis & irridet Caluianum. q.d. Vides tu mores hominum Romæ, quam parum fidei in plerisque, & tu tamen adeo mollis & delicatus es, teque adeo delicatum geris, vix illa quæ communia sunt vna cum reliquis perficere & pati nolis. i. Expetis & postulas tibi aliquid præ reliquis hominibus peculiare & singulare, & communem hominum fortunam recusas.

*Te delicias.*] Epexegetis. Sic dixit Sat. 6.

*Delicias hominū.*!

*Extra communia.*] i. Non vis esse intra aliorum hominum fortunam, sed aliquam peculiam tibi postulas, quasi etiam tu peculiaris homo sis, albæ gallinæ filius, non vulgaris homo, ut nos reliqui.

*Gallina filium albæ.*] Proverbum in illos, qui aliquid peculiare esse velunt.

*Nos viles pulli.*] Ita allegoria perseverat. i. Tu tanquam singularis & nobilis communem hominum sortem detrectas, quam nos reliqui è vili turba sustinere cogimur. i. Tu nimirum te nobis meliorem deputas.

*Viles pulli.*] Homuaculi, qui communia ferimus & patimur.

*Omni.*] Ad ludum forte ad ova Lædes. è cuius altero mortales, altero immortales nati perhibentur.

*Rem pateris modicam.*] Repetit superius argumentum, quod damnum illud tantum non sit, propter quod animum debeat despondere, idque probat collatione maiorum damnorum.

*Maiora ad crimina.*] Quæ alii perpetrarunt, alii passi sunt.

*Confer.*] Compara cum tuo damno & periurio creditoris.

*Conducium latronem.*] Sicarium, qui omnem vitam auferat, qui ab aliquo conductus est ad alterum interimendum. Cum vita scilicet amittitur.

*Incendia sulphure capta.*] Quod iam faciunt pulvere tormentario. i. Vniuersa bona perdis, & incendio absumpta.

*Primes cum ianua.*] i. Cum ab incendiariis sulphur cum materia quæ facile accenditur, ad ianuam apponitur, quæ ianua primum omnium ardere incipit. Sic dixit Sat. 9.

—Candelam apponere & alui.

*Nō dubitat.*

*Confer & hoc.*] i. Compara cum denegato deposito sacrilegia commissa & spoliatio templeorum, quod grauius scelus, quam abnegatio depositi.

*Qui tollunt.*] i. Qui vetustissimorum Deorum delubra spoliant.

*Adoranda rubigine.*] i. Quæ pocula ob antiquitatem, quæ ruginem contraxerunt, veneranda & in precio habenda, & quasi adoranda sunt.

*Populorum dona.*] Dona à populis vel regibus missa religiose & pie in templis conseruabantur. Hæc autem recitantur tanquam longe grauiora damna & scelera, quam quæ Caluinus per tulit.

*Positas coronas.*] Illa donaria ob id appellabantur *auræque*.

*Hæc ibi si non sunt.*] i. Si ibi in templis tam magna donaria, quæ sacrilegio auferat non inveniuntur, non deest minor sacrilegus qui saltem aliquid auri abradit à femore inaurato statuæ Herculis. Videtur autem recte aliquem notare satis notum illud sculo.

*Radet.*] Ne omnino vacuus è templo redeat. Qui aliquid auri ex femore inaurato diuellat.

*Faciem Neptunus.*] Qui Neptunus vel cuius statua auream habebat barbam, quam illi sacrilegi interdum petebant.

*Qui bractæolam.*] i. Tenuem aliquam laminam de statuæ Castoris aurea vel argentea.

*An dubitet.*] Scilicet minor sacrilegus esse, qui maximus esse non dubitat. Qui maximum sacrilegium committere non dubitauit, & integram totius statuam igni liquefacere & conficere, & refundere, ne statua cognoscatur.

*Confer & artifices, mercatoremq; veneni*

LII 3

155

*Et deducendum corio bonis in mare, cum quo**Clauditur aduersis innoxia simia satis.**Hæc quota pars scelerum, quæ custos Gallicus urbis**Vsq. a Lucifero, donec lux occidat, audis?**Humani generis mores tibi nosse volenti*

160

*Sufficit una domus. Paucos consume dies, &**Dicere se miserum postquam istinc veneris aude.*

Subiungit iam alia grauiora, quorum collatione dolorem suum facile possit lenire & subleuare.

*Confer & artifices*] Compara cum periuro tuo veneficis, qui venena parant, & aliis vendunt. Porro hominem è medio tollere longe grauius scelus est, quam eius bona fraude occupare.

*Mercatorem*] Venditorem simul & emptorem.

*Et deducendum*] Parricidam intelligit, de cuius supplicio dictum superius.

*Corio bonis.*] Culleo, includendum cum gallo, cane, simia, & serpente. Sat. 8. de Nerone.

*Cuius supplicio non debuit vna parari*

*Simia non serpens vna non culleo vna.*

*Cum quo.*] Parricida clauditur, & vna culleo insuitur.

*Aduersis satis innoxia*] Ingeniose dictum. Quæ quidem simia aduerso fato in poenam gestita, quæ cum tam scelerato homine mori cogatur innocens. Videtur rursus contraria quodammodo coniungere.

*Innocentem simiam cum aduersis satis.*

*Hæc quota pars.*] 1. Hæc quæ tu pateris si cum illis conferantur, quæ custos Gallicus per totum diem audire cogitur, videbis adhuc particulam esse omnium minimam.

*Quota pars*] Minima scilicet.

*Custos Gallicus.*] Rutilium Gallicum intelligit, qui apud Domitianum primas dignitatis partes obtinebat, ad eumque totius urbis iura ab aliis magistratibus deferrebantur. Ob id *custus* ait. De tali dixit Sat. 4.

*Attonita postremo modo Gallicus urbi.*

De hoc Rutilio titulum scribit Statius. Apud hunc nocentum causæ agebantur.

*Vsq. a Lucifero.*] i. A summo mane ad vespertinam cogitur iudicare & audire scelera hominum.

*Humani generis.*] i. Si scelera & flagitia hominum cognoscere desideras, non opus est ut totam urbem Romam introspicias, Vnica Gallici domus ubi hæc omnia audiuntur quotidie, tibi sufficit, in qua si paucos dies consumseris, si potes aude te miserum dicere. Quod facere non poteris quia ibi audies alios longe grauiora & peiora pati. Ibi animaduertis damna tua quæ tam egerrime fers, nullius esse momenti, & te adeo miserum non esse, quin adhuc alii longe sint miserrimes.

*Consume dies.*] Commorare in domo Rutilii Gallici, & audi scelera hominum.

*Quis tumidum guttur miratur in Alpibus? aut quis*

*In Meroe crasso maiorem infante mamillam,*

*Cerulea quis stupeat Germani lumina flumina,*

165

*Cæsariem & madido torquentem cornua cirro?*

*Nempe quod hæc illis natura est omnibus vna.*

*Ad subitas Thracum volucres, nubemq. sonoram,*

*Pygmaus Paruis currit bellator in Armis.*

*Mox impar hosti, raptusq. per æra curuis*

170.

*Vnguibus a seua fertur græue Si videas hoc*

*Gentibus in nostris risu quatere. Sed illic*

Quam

*Quaquam eadem assidue spectentur praelia, ridet  
Nemo. ubi tota cohors pede non est altior uno.*

Probat aliquem absurdissime facere qui scelera hominum eo in loco demiretur, ubi sceleribus nihil sit frequentius, non secus ac si quis in Alpibus homines strumosos demiretur, qui ibi sunt frequentissimi. & fere omnes in Scotia flauos, in Æthiopia nigros, in Meroë mulieres crassissimas mamillas, in Germania homines ceruleis oculis.

*Tumidum guttur.*] Ex struma. In provincia Seruiorum & Valesiorum.

*In Meroë.*] In insula vel ciuitate Ægypti ad Nilum in Æthiopia distans à Syene quinque milibus stadiorum. Cuius incolæ dimidio plus aliis viuunt, & feminae pares, sæpe etiam maiores infante mamillas habent.

*Cerulea.*] Glauco & ceruleos oculos, & ruffam aut flauam cæsariem Germani præ aliis populis habeant.

*Stupuit.*] Cum stupore demiratur tanquam insolitum.

*Flauam Cæsariem.*] Vbi Cæsaries complicatur & torquetur instar cornu idque cirro vel capillo crispante & madido. De hoc Germanorum laudato habitu vide Senecam in Epistolis.

*Taciturni.*] Germani truces ceruleis oculis, comis rutilis.

*Cornua.*] Hinc Germani à Poetis appellantur cornigeri.

*Nempe quod.*] i. Eo nemo illos demiratur, eo quod omnibus vna sit natura: Ita nobis Romanis vna omnibus est natura sceleratis esse.

*Adsubitas Thracum.*] Subiungit iam alia de pygmeis in extremis Iodice partibus. Vbi nemo pagnam pygmarum cum gruibus demiretur, eo quod ibi nihil sit vilitatis. Sic in extremis Iodice partibus vilitatissimum est ut pygmaei cum gruibus certamina incant, quod ibi nemo admiratur.

*Subitas.*] Ex improviso repente apparentes.

*Thracum.*] Grues in Strymonæ Thraciæ flumine plurimæ.

*Nubem Sonoram.*] Quæ cum ingenti sonitu, maxima copia instar nubis in India apparent. Ad quarum aduentum pygmæus excitatur.

*Pygmaei.*] Quorum populi teste Plinio ternos dodrantes in longitudine non excedunt. Vide Plineum lib. 7. cap. 3. Gellium lib. 9. Aristotelem de animalibus lib. 7. Homerum de gruibus.

*Ἀνδράες πυγμαῖοις πόροις ἔχοντες.*

*Paruum bellator.*] Dicebantur arietii insidentes cum arcubus illorum nidus accedere, & ouas contumpere.

*Mox impar hosti.*] Cum paruum admodum sit à grue superatus.

*Cutus vnguis.*] Ab infesta & hostili grue à terra in altum sublatus per aera fertur & vehitur. Quomodo autem hoc à grue fieri possit, quæ quidem curuos vagues non habet, non intelligo. Dicit autem auctor noster hæc fabulose & ridicule in consolationem Caluini.

*Risu quatiare.*] Præ nimio risu tam ridiculi spectaculi totus toto corpore quatereris.

*Eadem assidue.*] Assiduam enim illis cum gruibus bellum.

*Pede quo.*] Pigmaei enim dicuntur à πῦγμα. Nam cubitum longitudine non excedunt. Gellius. Qui longissimi sunt, non excedunt duos pedes, & quadranteum.

*Nullane periuri capitis fraudisq; nefanda*

*Pœna erit? Abreptum crede hunc grauiore catena*

*Protinus & nostro, (quid plus velis ira) necari*

*Arbitrio. Manet illa tamen iactura, nec unquam*

*Depossum tibi sospes erit, Sed corpore trunco*

*Imudiosa dabit minimus solatia sanguis.*

*At vindicta bonum vixta incundius ipsa.*

*Nempe hoc indocti, quorum precordia nullis*

*Interdum, aut lenibus videas flagrantia causis.*

*Quantulacumq; adeo est occasio sufficit ira.*



185

*Chrysippus non dicet idem nec mite Thaletis  
Ingenium, dulcisq. senex vicinus Hymetto  
Qui partem accepta sana inter vincla cicuta  
Accusatori nollet dare. Plurima felix  
Paullatim vitia, atq. errores exuit omnia,  
Prima docens rectum sapientia.---*

Initio proponit vel introducitur verba Catulli indignationis plena, quibus querit & queritur de pœna periurii.

*Nallane.* ] i. Nunquamne ergo periurum illud caput punietur? Itane vero ille impune eadet?

*Abreptum.* ] Repetit auctor noster primum argumentum, & obiectioni respondet. Q. d. Ille vero probe punitur qui statim post tam sceleratum factum à tranquillitate animi fuit deturbatus & horrendis conscientie tormentis & cruciatibus subiectus est.

*Abreptum.* ] in carcerem, & ad inferos à furis deductum.

*Graviore.* ] Seneca. Perpetrato scelere eius magnitudo demum cognoscitur. Certe nullum truculentius supplicium conscientia.

*Protinus.* ] Statim post periurium, tum enim statim conscientie flagrum incepit.

*Nastro arbitrio.* ] Q. d. Imo vero ille plura patitur, quam nos vellemus. Nos enim in pœna aliqua corporis contenti essemus. Ille vero anima & conscientia illa tormenta experitur cum quibus nullum corporis tormentum conferendum.

*Quid plus.* ] q. d. Iræ & vindictæ cupiditati nostræ abunde satis factum.

*Manet illa tamen.* ] Est obiectione secunda Caluini, quod tamen interea damnum illud sibi maneat, & quod illa vindicta quæ in oculos non incurrit vana & pro nihilo reputetur.

*Tamen.* ] Vt vel maxime ille puniatur à conscientie tormentis. Ich bekemme gleich froh mein geld nicht wider. q. d. auctor: Sed iterum obiciat Caluine, Tamen iactura rerum tuarum, & depositum tibi delegatum manet.

*Sosper.* ] Integrum & saluum ut tibi restituitur.

*Sed corpore trunco.* ] Et hæc ex obiectione Caluini. i. Si viderem illum corporis pœnam subire, & mutilato corpore decollatum iacere haberem egregia damni mei solatia. Vel minimus sanguis periurii, qui trunco corpore efflueret, daret nobis inuadenda solatia, vel solatia amplissima, quæ merito aliquis mihi posset invidere, qui liuidulus sit.

*Minimus sanguis.* ] Quod potior mihi foret omnibus illis animi tormentis de quibus tu dicis luuenalis.

*At vindicta.* ] Et hæc per obiectionem. i. Vindicta quæ in oculos incurrit, vel per carnificem vel per nosmetipsos exercetur. Ita nimirum censent mulieres & vani homines.

*Nempe hoc indoctr.* ] Respondet Poeta ad has obiectiones. Inuit autem superius Caluinus nulla in se consolationem posse admittere priusquam videat hominem sceleratam pœnas dare. Respondet homines imperitos & imbecilles animi, vindictæ cupidos esse, non viros sapientes.

*Indoctr.* ] Rudes, imperiti, & ignaui ita solent dicere, qui sæpe etiam ob nullas causas irascuntur & pœnas exigunt. i. Vani & imperiti ita loquuntur, Vindictam scilicet bonam esse.

*Quorum præcordia.* ] Quorum cor sæpe præter rem ob nullam causam videas incandescere & ira flagrare.

*Leuibus causis.* ] Verissime dictum, quo quisque animo imbecillior hoc citius irascitur.

*Quamulacung.* ] i. Quibus etiam quæuis occasio quamuis minima & nullius momenti ad iram prouocantiam sufficit. i. Qui quauis occasione vel leuissima irascuntur. Hunc versum aut non, aut male explicant interpretes.

*Sufficit.* ] Ad iram & indignationem animo concipiendam, vel materiam irascendi præbet.

Chry-

*Chrysippus.*] Hic minutissimi ingenii Stoicus omnes adfectus improbabat. Fuit dialecticus subtilissimus Cleanthis & Zenonis discipulus, adeo ut de illo dictum sit, Si Dii Dialectica viderentur præceptis Chrysippi viros. Hic risu effuso expiravit.

*Mite Thales.*] i. Sapientes idem non sentiunt, qui iniuriam contemnendam esse dicunt. Thales autem non facile ad iram illa iniuria commovebatur.

*Dulcis, senex.*] i. Socrates Atheniensis. Est autem Himettus mons in Attica prope Athenas mella producens & marmore nobilis. Vixit 99 annos ut Cicero in Catone Maiore. Alii cum 60. alii 70. annos natum volunt.

*Qui partem.*] i. Qui Socrates tam mitis & placidi ingenii fuit, ut cum iniuste accusatus esset & cicutam biberet nollet vindicare & vici sui aduersarium accusatorem iniquissimum. Immo ille quamvis iniuste condemnatus mori non recusavit, & cum à Lysia oratore defendi potuerit, noluit. Quippe qui apud Platonem semper disputat miseriozem esse qui facit iniuriam, quam qui patitur, & qui palam professus est neminem se ledere posse, quippe neminem nisi à se ipso ledi. Eius ultima verba. *οὐδὲν ἔγωγε φίλον ἔχω καὶ ἡσέως. Ἄνθρωπος δὲ καὶ μέγιστος ἀπαιτεῖται με δαίμοντα, ἑλπίην δὲ οὐκ.* Accusatori nollet. Animo patientissimo & vere Christiano. Nullius enim iniuria commovebatur, & semper eodem vultu apparuit, quem ne quidem cum cicutam biberet mutauit.

*Plurima felix.*] Commendat Sapientiam & Philosophiam, quæ prima omnium recta docet, quæ plurima vitia paulatim animis hominum eximit, & paulo post omnes errores, & animi perturbationes.

*Felix.*] Felices & fortunatos faciens.

*Paulatim.*] Pedetentim, & successiue.

*Erroris.*] Perturbationes. Hoc enim potissimum Sapientia propositum, quæ promittit se animis hominum mederi velle.

*Docens rectum.*] iustum, & naturæ rationique conueniens.

*Sapientia.*] Philosophia de moribus, quæ imprimis iræ, & reliquis adfectibus frenas iniicit, & vindictam docet contemnere.

### — QVIPPE MINVTI

- 190 Semper & infirmi est animi exiguiq; voluptas  
Vltio. Continuo sic collige, quod VINDICTA  
Nemo magis gaudet quam fœmina. CVR TAMEN HOS TV  
Euasisse putas: quos diri conscia facti  
Mens habet attonitos & cæco verbere pulsas
- 195 Occulum quatiens animo tortore flagellum?  
POENA AVTEM vehemens ac multo senior illis,  
Quas & Caditini grauis inuenit aut Rhadamantus,  
NOCTE DIEQVE SVVM gestare in pectore testem.  
Spartano cuiquam respondit Pythia vates:
- 200 Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret,  
Depositum retinere, & fraudem iure tueri  
Iurando: quarebat enim qua numinis esset  
Mens. & an hoc illi facinus suaderet Apollo.  
Reddidit ergo metu, non moribus, & tamen omnem
- 205 Vocem adyti dignam templo veramq; probauit:  
Exstinctus tota pariter cum prole, domoq;  
Et quamvis longâ deductis gente propinquis.  
HAS PATITVR POENAS peccandi sola voluntas.

Mmm

*Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum  
Facti crimen habet.*

*Quippe minuti.]* Fœminei & ex'gui animi. Contra alti & sublimis animi iniurias & contumelias contemnere. Verissimum hoc est, & recte alter Poeta:

*Quo quisque est maior magni est placabilis ira.  
Et faciles motus menti generosa capis.*

Certe magnus animus iniurias potius contemnit, quam vindicat. Phalaris ingentis animi res dicebat se contumelias & iniurias sibi illatas non magis curare, quam Indus Elephas muscam.

*Minuti.]* Qui scilicet non potest præ impotentia moderari vehementiæ iræ. Hoc enim magni animi est, ut recte à Mantuano dictum sit:

*Fortior est, qui se, quam qui fortissima Sincio  
Mentis, nec virtutis alius ire potest.*

Hoc videmus in forminis, quæ vindictæ cupidine nihil non moliantur, quod ipsum pluribus causam & occasionem dedit veneficia addiscendi.

*Continuo hoc sic collige.]* Probat quod dixit, vindictæ cupiditatem esse animorum imbecillium ut sunt mulieres. Quo enim minor est animus eo adfectibus magis percellitur & superatur. Hinc homines sapientes illi qui perturbationibus non percellantur, proxime ad Deum accedunt.

*Quam femina.]* Syllogismum sic collige. Mulieres vindictæ sunt cupidissimæ. At mulieres sunt infirmi animi: ergo infirmi animi sunt vindictæ cupidi. Porro mulieres imbecillitate rationis & animi iræ & furoris vehementiæ succumbunt. Vnde tanquam rabioſæ iræ & furores habenas relaxantes & effundentes pronæ ad vindictam feruntur, ut noster dixit

*—ceu faxa ingu' abrupta, quibus mors  
Subtrahitur cluog, latus pendente recedit.*

Quæ teste Seneca Hippolyto furivnt insana similes procellæ. Exempla habes in Medea, Procus, Phædra, Schenobæa, & aliis.

*Notum quæ furoris quid femina possit.*

*Cur tamen has tu.]* Probauit superius sapientes contemnere, si nefarii impune euadant. Probantiam sequentibus neminem sceleratorum impunitatem habere.

*Quos dicit.]* Certe illi impune non euaserunt, qui suam poenam & vindictam semper comitem habent. Nam ut grauissime Seneca ait maxima peccantium poena est peccasse. & ut Seneca idem ait, *Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit.* Et potest latenti contingere ut lateat, latendi fides non potest.

*Attonitus.]* id est, Quos conscientia de diris sceleribus & flagitiis perpetratis semper possidet, exanimis, anxios & perturbatos habet formidine poenæ quam conscientia semper ante oculos ponit.

*Sorde Verbera.]* id est, Tacito & latenti tormento, quod animum & interiora adfigit, quod nominat occultum flagellum. id est, Dum animus tortor occultum flagellum in conscientia contulit, & mala conscientia animum lacinat, & de ratione & sanitate mentis deturbat. Ha sunt illæ Furie infernales, quibus Orestes, Alcæon & alii fuerunt agitati.

*Oculorum,]* Huc facit nobilis ille locus Persii:

*Aene magni Sæculi gemmorunt ara iuueneri:  
An magni aurati pendens laquearibus ensis  
Purpureus subter cornices terruit omnes,  
Iunus præcipites, quam si sibi dicat, Es intus:  
Palleat infelix quod proxima nesciat exor.*

*Animo tortore.]* Quo nullum tormentum truculentius. Vnde Demetrius dixit, Neminem usque adeo fortem & magnanimum esse, quem non mala conscientia reddiderit timidissimum.

Romo

*Quam autem verbum.]* Ad sequentia refert. Nocte & die suam restam in pectore gestare est poena vehemens.

*Peccatus.]* Gravis & intolerabilis, qua quis in universo mundo angustias patitur.

*Caditum.]* Iudex illius temporis apud Vitellium crudelissimus, qui ius vitæ & necis ciuibus dabat, & semper gratioribus supplicis delectabatur. Hunc obiter videtur notare. Eius etiam sit mentio Sar. vi. Meminit eius etiam Tacitus.

*Rhadamanthus.]* Inferorum iudex iustissimus, & maxime severus, Iouis ex Europa filius rex Lycie fuit. Vide meas Genealogias. Huius apud inferos iudicium laudatum illud:

*Hinc mæhor nē ē ipe, dicit dī Sūa ptoch.*

*Nocte dieque.]* Testem scilicet, qui nunquam cessat accusare, reum convincere, & de illo supplicium sumere, quo nulla poena, nullas cruciatus, nullum tormentum gravius & truculentius excogitari potest, & quod ipsum reuera poena infernalis.

*Testem.]* Conscientiam. *Qua, vt Seneca, etiam in solitudine amia est. O te miserrum, inquit, idem, se contentum hunc testem.* Vnde egregie Antonii illud:

*Tempus quid infirmum te sine teste timeat.*

*Te.]* id est, Conscientiam tuam.

*Spartano cuidam.]* Per historiam ostendit fieri non posse vt qui depositum abnegarit poenam effugiat. Hanc historiam recitat Herodotus lib. 6. hoc modo. *Glaucum quendam Epicydidis filium vir quidam Milesius convenerit eumque a Noctus est. Ego sum vir Milesius, qui ad matrem Glaucæ fructum iustitiam venio. Visum igitur mihi dimidium bonorum meorum in pecuniâ reddidit penes te deponere. Multo deinde tempore interiecto filii eimi qui pecuniâ deposueras Spartam veniunt, & Glaucum pecuniâ repositum. Ille vero repellebat eos. Ita Milesi facta iactantur tanquam fraudati pecuniâ discesserint, & Glaucus Delphos se contulit ad oraculum consulendum. Cui consultantis an iurando pecuniâ pradam esset, Pythias huius verbi respondit.*

Γλαῦκ' ὅτι κ' οὐδ' εἶδ' ὃ τὸ μὲν αἰὶ παρὰ κέρδιον ἔπει  
Ὅρκων νικῶσαι, καὶ χρημάτων ληίστα δαμ  
Ομνὺ ἐπὶ δαίματός γε εὐόρων μῆναι αἰδέσθαι,  
Ἀλλ' ὅρκων πάντες ὄναι αἰσθητοί, ὡς δὲ χεῖρες,  
Οὐδὲ πόδες, καὶ πᾶσι δὲ μετὰ πᾶσι, εἰς οὐκὰ πᾶσιν  
Συμμαρτῆας ὀλέσθαι θύω, καὶ οἶνον ἀπαλεῖναι  
Ἀἰδρὸς εἰ εὐόρων θύῃ μετόπισθε αἰμῶνον.

*Glaucæ Epicydides sane expedit ad breve tempus  
Iurando super esse, atque internervare nummos  
Peius, & huic bene qui iurat quendam est moriendum.  
Ast iuramenti sine nomine filius, idem  
Et manibus pedibove, carens subire advenit, & fides  
Dum omne corripit pater, dicens prolem, domumque  
Sed bene iuranti molius malo inde futurum.*

*Quibus auditis Glaucum veniam delicti à Deo petiit. Cui iterum Pythias. Idem, inquit, tentare Deum & facere. Tum revocans Glaucum Milesius depositum reddidit. Et paulo post cum universa sua familia radicibus extinctus est. Hæc Herodotus. Vnde Poeta hanc historiam desumpsit.*

*Pythias.]* Apollinis sacerdos faridica, qui Pythias dictus à serpente Pythonæ occiso.

*Haud impunitum.]* Illam malam voluntatem, & quod Deum tentaret.

*Quod dubitaret.]* Alii enim referunt ipsum repentibus iuvenibus respondisse: se non meminisse, sed melius tamen se consideraturum.

*Depositum retinere.]* Fidei commissum non reddere.

*Prædam iure.]* i. Summæ scelus ac dolus iuramento palliare & excusare.

M m m 2

*Querebat.*] Explorabat & tentabat. Eequid etiam Deus hanc fraudem esset approbaturum. Anne Dii etiam hominum sceleribus delectarentur.

*Suaderet.*] Summū facinus erat, tentare Deum, an etiam iniustitiam approbaret, qui ipsius iustitiz idea videri volebat.

*Metu non moribus.*] Metu poenarum quas oraculum minitabatur, iuxta illud:

*Oderunt peccare mali formidine pœna.*

*Nōn moribus.*] Non amore virtutis & iustitiz, quia timuit, non quia sponte voluit.

*Et tamen.*] Quamvis reddiderit.

*Vocem omnem adyti.*] i. Totum oraculum verum fuisse demonstravit. Erat autem adytum interior recessus templi, & quasi sanctum sanctorum vade oracula dabantur.

*Dignum templo.*] Quia Deo & illo templo dignum erat malitiam odisse, & vera prædicere.

*Veramq[ue].*] i. Scitit verum esse, quod ex oraculo audiuerat.

*Exstinctum tota.*] Ut apud Herodotum Leotyehidas recitat lib. 6.

*Et quamvis.*] i. Licet illi propinqui longa serie propagati essent.

*Hæc patitur pœna.*] Ex Oraculo hoc dicit, Nam illud iterum responderat, vel ob id ipsum poenas soluturum, quod voluisset fraudulenter agere, Deumque tentasset.

*Sola Voluntas.*] Hinc et eorum illud: *Voluntas habetur pro facto.* Nedum ipsum factum vel peccatum.

*Nam scelus intra se.*] Egregia sententia, cum sacris litteris conspirans. id est, *Qui cogitavit & deliberavit apud se scelus committere reus est æque, atque si cogitata perpetrasset.*

*Facti crimen habet.*] Apud Deum reuera, qui animum respicit. Nam scelera vel mala facta non ex se vel per se adeo mala sunt, quam quod ex malo animo proficiantur. Zeno interrogatus lateretne Deum male faciens, *Imo, dixit, ne cogitans quidem.*

210.

*Cedo si conata peregit?*

*Perpetua anxietas ne mensa tempore cessat*

*Faucibus ut morbo siccis, interq[ue] molares*

*Difficili crescente cibo. Sed vina misellus*

*Exspuit. Albani veteris preciosa senectus*

215

*Displicet. Ostendas melius, densissima ruga*

*Cogitur in frontem, velut acri ducta Falerno.*

*Nocte breuem si forte indulgit cura soporem*

*Et toto versata foro iam membra quiescant,*

*Continuo templum & violati numinis aras,*

220.

*Et (quod præcipuis mentem sudoribus urget)*

*Te videt in somnis. Tua sacra & maior imago*

*Humanâ turbat pauidum, cogitq[ue] fateri.*

Recenset iam tormenta & cruciatus facinororum hominum.

*Cedo si conata.*] i. Quanto magis si scelerata sua facta & meditationes in actum produxit, punietur. Vel si voluntas usque adeo punitur, quanto magis punietur ille, qui illa, quæ animo conatus & meditatatus est in actum produxit.

*Conata.*] Passive. Notandum. Sic Terentius dixit: *Meditata sunt mihi omnia mea incommoda.*

*Perpetua anxietas.*] Redit iam ad demonstranda conscientiz tormenta, quæ aut esse continua & perpetua, & demonstrat, quænam illi tormenta persentiant, qui crimina admiserunt.

*Auxiliu*

*Anxietas.*] Quæ semper sceleratum.

— comes atræ premis, sequiturq; fugacem.

*Nec mensa tempore.*] Inter epulandum, cum genio volupratiq; indulgendum est. Imo tantum abest vt edendi tempus alicui impune indulgeat, vt quosdam vx respirare permittat.

*Faucibus Vermorbo.*] Cum ipsius sceleratæ fauces aridæ & siccæ sunt vt in feбри. Meticulosi enim corde laborant, & continuo siccis faucibus sitiunt. i. Non aliter ac si graui feбри correptus esset, & siccis faucibus nihil deglutire queat, vt cibus ei inter molares dentes crescat, sic omnia fastidit. Nam fraudum conscientia omnia ipsi contaminat etiam pulcherrima & optima.

*Vermorbo siccis.*] Præ attonita trepidatione, & continuo cordis æstu semper sitiunt & comedere non possunt.

*Interq; molares.*] i. Cum cibus qui difficulter deglutitur, ob aridas moru fauces inter dentes quasi crescit, quod sit nauseabundo stomacho.

*Sed vana miscellæ.*] Nihil enim illi dulce esse potest, vinum preciosum tanquam insipidum expuit. Ob animi cruciatus etiam corpus paulatim absumitur & atteritur, nec suas facultates integras retinet. Vnde etiam suauissima illis amara. Exempla superiori seculo aliquot habuimus, qui cum contra conscientiam veritatem agnitam abnegassent, longe horribiliora quam quæ hic, vel ab illo Poeta describi possunt, & tandem inedia corporis & morbo animi, inter horribiles cruciatus, & atrocia tormenta miserrime expirarunt.

*Albani Veteris.*] Vina vetustate sua commendata. Quod vinum Albanum vetustissimum & optimum omnibus placet, huic soli displicet.

*Offendat melius.*] i. Si ipsi melius vinum porrigas tum in indignationis & fastidii signum rugas in frontem contrahit. i. Etiam dulcissima vina ipsis acris sunt, tanquam acetum. Falernum acerrimum. Quia ipsi nihil dulce esse potest, cui animus conscientia fraudum perturbatus est.

*Velut acris dulcis.*] Non secus ac si acetum ex Falerno vico acerrimum bibisset. Sic nos Germani dicimus. *Er sieht so sauer aus! als wai er Essig getruncken hette.*

*Nocte breuem si forte.*] i. Si sollicitudo cor vrens ex mala conscientia ipsi, postquam diu multumq; in lecto se versauit, forte breuem somnum ipsi indulsit, paulo post conscientia scelerum excitatus rursus euigilat.

*Si forte.*] Quod certum non est, vel saltem rarissimum.

*Cura.*] Anxietas & sollicitudo ex mala conscientia.

*Et toto versata.*] Cum sæpe ex vno loco in alium sese coniecit suumq; corpus toto lecto versauit, nullumq; locum inuenire potuit, in quo quiesceret.

*Continuo.*] Somniare incipit de templo in quo peierant q. d. Etiam sua scelera in somnio & quiete ipsi quietem non indulgent.

*Violati numinis.*] Quæ in falsum testimonium citauit.

*Et quod præcipuus.*] Imprimis te, quem defraudauit, videt.

*Quod præcipuus.*] Parenthesi include.

*Præcipuus.*] Præ aliis anxietatibus sudorem excutientibus.

*Sudoribus.*] Cum

— tacita sudant præcordia culpa.

Vt Germani nos. *Wai der kalte Schweiß außbricht.*

*Viget.*] Angit, & persequitur. Forte legendum *Vir.*

*Te vidit.*] Quem sefellit, & cui depositum denegauit.

*Tua sacra.*] i. Tua imago tanquam sacra & exsecranda alienius furiz infernalis ipsum exagitat.

*Sacra.*] Exsecrabilis, terribilis, tanquam cuiusdam infernalis furiz. Illorum enim facies quibus iniuriam fecerunt, semper illis ob oculos versantur. Hinc Orestes furiosus censet suam matrem semper sibi à tergo esse.

*Cogit, fateri.*] Quasi torrentis eum subiecit & cogit fateri quod tibi debeat, te defraudauerit, & circumuenerit scelere & periurio. Cogit fateri se scelus summum admisisse, & summa poena etiam dignum esse.

- 225 *Hi sunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,  
Cum tonat exanimis, primo quoq; murmure celi.  
Non quasi fortuito, nec ventorum rabie, sed  
Iratus cadat in terras, ut vindicet ignis.  
Illa nihil nocuit, cura grauiore timetur  
Proxima tempestas, velut hac dilata sereno.  
Præterea lateris vigili cum febre dolorem.  
230 Si capere pati, missum ad sua corpora morbum.  
Infecto credunt a numine: Saxa Deorum.  
Hæc, & tela putant. Pecudem spondere sacello  
Balantem, & laribus cristam promittere galli  
Non audent. Quid enim sperare nocentibus agri  
235 Concessum: Vel quæ non dignior hostia vita?*

Describit ulterius tormenta hominum sceleratorum.

*Hi sunt:*] Mali nimirum nunquam sunt quieti, semper sunt panidi & meticulosi. Hæc dicitur ex sententia Democriti, quam supra recitavi. Aureum profecto illud Iudori: *VIS NVN-  
QVAM TRISTIS ESSE, RECTE VIVE.*

*Ad omnia fulgura.*] Quoties fulgur audiunt, quæ mixti à Ioue putant sceleratis puniendi. *Cum tonat exanimis*] scilicet sunt, vel concidunt, cum primum tonitru murmurare inceperit. Putant enim Nivem iratum vel vindictam, quæ pone vestigia sceleratorum sequitur, & tandem allequitur, iam tum tandem poenam illis intentare.

*Primo murmure.*] Cum primum murmurare eminus tonitru inceperit. Omne peccatum meticulosum & pavidum. Contra bona conscientia nihil securius, quæ murus aeneus.

*Non quasi fortuito*] Casu, ex Epicuri opinione.

*Ventorum rabie.*] Cum illi violenter inter se configunt. Physici scribunt, quod ex collisione ventorum & nubium non secus ac lapidum, ignis eliciatur. Vel potius cum exhalationes calidæ & sicca in nubibus comprehensæ & compressæ non sine violentia nubem perumpunt. Quæ violentia illa materia ignem concipiat.

*Iratus.*] Sceleribus hominum tanquam vindex eorundem.

*Ut vindicet.*] Ut supplicium de sceleratis sumat.

*Illa nihil nocuit.*] i. Si prima tempestas vel fulgur nihil nocuit, proxima quæ sequitur maiori sollicitudine timetur, velut illa tempestas, quæ ipsi poenam adferet, in diem presentem sit dilata.

*Cura grauiore.*] Maiori anxietate. Huius exemplum habuimus in Caligula, qui cum fulmen audiret, Pantomimis suis illi solebant obstrepere. At simul fulgur cæleste vidit capite obvoluto sese sub lectum condebat.

*Proxima tempestas.*] Cum fulmine, & tonitru, scelus vindicatura. Tanquam illa hoc die vel sereno in proximam sequentem tempestatem dilata sit. Velut hodie dilata sit.

*Præterea lateris.*] i. Præterea si in morbum incidant, consent illum vindictæ loco à Deo immisium.

*Lateris dolorem.*] Pleuritida.

*Vigilans cum febre.*] Vt pote in acuto morbo, quæ febris dormire non sinit.

*Infecto.*] Irato, læso, & grauius sceleribus offenso. Nihil autem miserius quam Deum sibi offensum credere.

*Saxa Deorum.*] Quæ iratus in homines sceleratos coniciant, quibus nocentes percutiat & puniant.

*Pecudem spondere.*] Non audent votum facere. Nam Deum sibi infectum trédunt, & desperant de Dei misericordia, quæ nihil esse potest miseris. Consent enim sese Deos usque adeo offendisse, ut gratiæ & misericordiam non sit locus.

*Salus*

*Baleanus.*] Non audeo agnum sacrificio offerre tanquam reus.

*Cristam galli.*] Gallorum fibris Diis gratissimæ credebantur quibus Lares & penates præcipue placari credebantur. Plin. lib. 10. cap. 19. *Ex gallis etiam fibra sunt, quæ haud aliter, quam optimæ Vestimæ Dîs grata.*

*Quid enim sperare nocentibus agris.*] Nihil enim illi sperare possunt. Miserrimi sane quibus illud negatum, quod omnibus hominibus relictum credebatur. *Spes enim sola remansit huic.*

*Nocentibus agris.*] Aegrotis & sceleratis, qui idcirco sunt extremæ miseræ, utpote qui omnium miserrimi, & quibus nulla spes placandi Dei. tam vero sacrificia aliqua spe fiebant.

*Vel quæ non dignior.*] i. Quæ hostia tam vilis est, quæ pro sceleratorum vita mactari debeat, vel quæ non potius vivere debeat, quam homines impii & scelerati.

**MOBILIS ET VARIA EST ferme natura malorum,  
CUM SCHLVS ADMITTUNT, superest audacia. Quod fas  
Atq; nefas tandem incipiunt sentire peractis  
Criminibus. Tamen ad mores natura recutrit**

**Damnatos, Fixa & mutari nescia. NAM QVIS  
PECCANDI FINEM posuit sibi? QUANDO RECEPIT  
Eictum semel atris a de fronte ruborem?**

**QVISNAM HOMINVM EST, quem tu contentum videris uno  
Flagitio? Dabit in laqueum vestigia noster**

**Perfidus, & nigri patietur carceris uncum,  
Aut maris Egæi rupem scopulosq; frequentes  
Exsulis magnis, pœna gaudebis amara.**

**Nominis inuisi, TANDEMQUE FATEBERE letus  
Nec surdum, nec Teiresiam quenquam esse Deorum.**

Reddit in ior rationem cur mali & scelerati peccent, cum ob scelera scia talia tormenta experiantur. Quod eo fieri inanit, quia non putent talia tormenta sua scelera comitatura esse, de quibus ante flagitium & in flagitio nihil cogitent, sed post perpetratum scelus demum sentire incipiant, quid sceleris commiserint.

*Mobilis.*] Nulla constantia est in malis. Illi enim ante facinus sunt constantes & confidentes: post perpetratum scelus pauidi, meticolosi, & attoniti.

*Superest audacia.*] In scelere perpetrando sunt constantissimi, abundat in illis confidentia. Omnibus modis pergunt sceleratum factum perpetrare. Describitur inconsiderata ætate sceleratorum.

*Quid fas atque nefas.*] Id est. Paulo post per actum scelus sceleris magnitudinem sentiunt, aut talem in agone mortis, ut dixit Plato. Et ut gravissime Seneca. *Quidquid operis, sum patior cum animam ages.*

*Quid fas.*] Id est. Quantam sceleris magnitudinem admiserint decessum apud se reputare incipiunt peractio scelere.

*Tamen ad mores.*] Id est. Licet scelerum suorum tormenta sentiant, à scelere tamen abstinere nequeant, & semper flagitiosos suos mores natura repetit, & ratio est, quia habitum malitiam sibi contraxerunt. Qui licet sentiant se male facere, licet etiam sciant, quæ conseruatiæ tormenta sequantur, tamen faciunt, nam ipsam consuetudinem male agendi verterunt in naturam & mores.



*Mores.*] Sceleratos, quibus adfuerunt.

*Fixa.*] In praua consuetudine & malitia confirmata.

*Nam quis.*] In malo enim & immoderato finis & modus non est. Et ratio est, quia recte agere tantum vno modo possumus, male infinitis. Nam *bonum simplex, malum multiplex*, ut Pythagoræi dixerant Non aliter atq; scopum vno tantum modo recte collimando attingimus, infinitis autem modis inferius, superius, ad latera sagitta aberrat. Sic in male agendo & errando natura nullum modum posuit, in quo, quo diutius & vltius pergas, hoc latius à recta ratione, & virtute euagaris.

*Quando recepit.*] Hoc in consolationem dicit. q. d. Ille tuus perfidus qui semel verecundie matris virtutum limites præterit, nunquam pudorem recipiet, quem semel de perfrita fronte deiecit. Ille postea nimirum erit grauer impudens.

*Eiectum.*] Qui semel transuersum, ad vitia abreptus est, nunquam ad bonam frugem reuertetur, & ob id grauissimas olim pœnas sibi accerser.

*Attrita fronte.*] Perfrita. Martialis.

*Aut cum perficitur frontem, posuitq; pudorem.*

Et Fabius: *perfricat frontem, & dicte erubescere non posse.*

*Quisnam hominum est.*] Id eo, dicit, nam cum quis semel peccauit impune, *serpens & frequenter* peccare desiderat.

*Vno flagitio.*] Vt vnum scelus semel admittat, & non idem frequentius repetat.

*Dabit in laqueum.*] Applicat dicta ad illum sceleratum, qui depositum denegauerat, inuenit illum vno scelere non contentum plura perpetraturum, & ob id olim in carcerem & exilium coniectum iri, & huius periurii pœnas daturum.

*Dabit in laqueum Vesigia.*] i. Pedibus viacietur olim, vbi periuria sua repetet, & in alios ercebit.

*Vesigia.*] Pedes suos in carcerem diriget. Videtur Metaphora ducta à quadrupedibus & animalibus, quæ pedicis capiuntur.

*Et nigri.*] i. in tenebricoso carcere vno ferreo constringetur. Est autem vltimum argumentum, quod periurus olim pœnas sit daturus.

*Aut mari agei rupem.*] In insulam eius maris exsilio deportabitur. In illis insulis rupes & scopuli erant.

*Scopulosq; frequentes.*] i. Quæ insulæ frequentatæ sunt à magnis ciuibz exsulantibus. Notæ quosdam tuo tempore eo in exilium missis, magnos viros, per transitum.

*Pena gaudebis amara.*] Crudeli & horrenda, quam sceleratus dabit.

*Nominis iniuriæ.*] Homini scelerati, & tibi iniuriæ. Cuius nomen non nisi ingenti stomacho, & indignatione audire queas.

*Tandemq; fuscere.*] i. Demum lætaberis periurum tandem sui peccati Deum vltorem fuisse.

*Nec surdum.*] Qui non audiat periuria & scelera hominum & preces eius vindictam contra malos implorantium.

*Tenebras quenquam.*] i. Aliquem cæcum, ut Teiresias, qui res hominum introspicere nequeat. De Teiresia vide Metamorphosin Ouidii. Hic à Iunone visu priuatus fingitur, quod arbitri contentioni inter Iouem & Iunonem, de voluptate in coitu, maior ne illa sit virorum, quam mulierum pro Ioue respondit, contra Iunonem, dicens maiorem mulierum voluptatem esse. Nam ille vtrumq; sexum expertus erat, quippe qui

— *duo magnarum viridi coeuntia sulca*

*Corpora serpentum baculi violauerat ista*

*Deq; viro factus (mirabile!) femina, septem*

*Egerat auctumenas.*

Plura apud Ouidium leges.

## IN D. IUVNII IUVENALIS SATYRARVM LIB. V.

## SATYRA XIV.



Ac antepenultima Satyra, quæ idcirco sanctissima & pulcherrima est, reddat causam Iuvenalis, quare tot passim flagitiosi & scelerati existant, & ianachitur in patres, quorum exemplo teneros liberorum animos ad omnia vitia efformari ait. Damnat ergo hæc Satyra illos parentes, qui vitia improba & scelerata liberis suis omnium scelerum & libidinum exempla sine.

**P**LVIRIMA SVNT FVSCINE, & fama digna sinistra,  
 Et quod maiorum vitio, sequiturq; minores  
 Et nitidis maculam & rugam figentia rebus,  
 Quæ monstrant ipsi pueris, traduntq; parentes,  
 Si DAMNOSA SENEM innat alea; ludis & heros  
 Bullatus, parnoq; eadem monet arma fritillo  
 Nec DE SE quocquam melius sperare propinquo  
 Concedit iuvenis, qui radere tubera terre,  
 Boletum condire, & eodem iure natantes  
 Mergere sicedulas didicit nebulone parente,  
 Et cana monstrante gula cum septimus annus  
 Transierit puero nondum omni dente renato,  
 Barbatos licet admoncas mille inde magistros,  
 Hinc totidem cupiet tanto comare paratu,  
 Semper, & a magna non degenerare culina.

Intro hic sensus est. Plurima sunt mala facinora, & famosa scelera, sinistra fama digna, quæ ipsi parentes pueris a se natissimos monstrant, & tanquam hæreditaria tradunt. Orditur autem à propositione, plurima mala in mundo esse, quæ liberi à parentibus discant.

*Plurima.*] Recte communiter dixit. Bona & mala indifferenter.

*Fuscine.*] Ad hunc Satyræ hæc scripta, quis vero ille fuerit, non legi.

*Fama d. f.*] In fama, turpia, famosa, unde mala fama est, vel quæ malam famam adferunt, & maculam sinistrae famæ alicui adspargunt.

*Et nitidis.*] Quæ rebus bonis & candidis aliquam turpitudinis maculam incurrunt, quæ rebus politis rugam & inæqualitatem aliquam addunt quæ res præclaras aliquam turpitudinem inquinant.

*Maculam ac rugam.*] Alii legunt maculam hæsuram. i. non facile elucendam.

*Et quod maiorum.*] In quibuldam exemplaribus post primum aut secundum versum hic inseri solet. Verum ille, ut doctiores indicant, red d. r. nam ineptus, & sententiæ turbator: ut Lipsius notat, olim argumenti vice Satyræ superscriptus, postea à rudibus, Poetæ verbis atq; versibus additus & insertus.

*Qua monstrant parentes.*] Qui sane plus exemplo, quam peccato nocent. Egregie Fabianus *Vitium liberorum nostrorum mores, non ipsi perderemus. Infantiam statim delatę solus melius educatio, quam indulgentiam vocamus, meruos omnes animi & corporis frangit. Quid non adultem concupiscit, qui in parvulis repit! Iam coccum intelligi, unum concubulum potest. Gaudemus si quid tudentius dixerit. Verba nec Alexandri quidem permittenda delatę risu & osculo excipimus. Nec mirum. Nos docuimus, ex nobis audierunt, nostras amicos, nostros concubinos vident. Omne communium obsecris cautibus strepit, pudenda dictis spectantur. Eis ex his consuetudo, deinde natura. Discunt haec miseri antequam sciant vitia esse. Inde soluti ac fluentes non accipiunt ex Schola, sed in scholas adferunt.*

*Si damosa.*] Primum facinus & scelus alea est. Si pater senex alexandri lusu delectetur, tam puer eius adhuc bulla insigni ingenuorum puerorum ornatus, eodem lusu delectatur.

*Damosa.*] qua integra patrimonio saepe perdebant. Sat. 1. nox.

— neq, enim loculis comitantibus itur

Ad casum tabula: posita sed luditur arca.

*Heret bullatus.*] i. Nobilis puer adhuc admodum paruulus, & bulla ornatus, quę cordis cūgiem habebat. Hinc præcedenti dixit:

— dic senior bulla dignissime.

*Paruosq, eadem.*] i. Eadem arma, talos, & ludendi instrumenta, paruo alveolo vel tabula, in qua tessere discunt, movet, & exercet.

*Parvo.*] Ad decorum respicit.

*Nec de se.*] Secundum vitium *Alea*. Ordo est. Iuvenis ex hoc bullato puero vel quivis non concedit consanguineis suis melius aliquid de se sperare, qui plurima vitia à patre didicit. i. Filius patre suo melior & frugalior non erit, qui incontinentiam à patre didicit.

*Melius.*] Taoquam melior & frugalior patre sit: futurus.

*Rodere tubera.*] i. qui tubera terrę rodere, & in cibum præparare ad excitandam appetitum. Alii rodere legunt id est vorare cum audire.

*Tubera.*] De his dictum Sat. 5. Hęc enim habebantur in maximis deliciis.

*Boletum.*] Delicatissimum luxuriosorum ferculum. Est autem boletus genus fungi istorum optimi. De hoc etiam, Sat. 5.

*Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,  
Boletus dominq.*

*Eodem inste.*] Delicatissimo, quo boletum condit.

*Natantes mergere.*] Hoc pertinet ad abundantiam & nimium luxum.

*Lave.*] i. Precioso condimento.

*Faecular.*] Ita summis deliciis habitas. Germanis dicitur *Echneppen* à capiendis hians & se calicibus. Nutriti autem solent iuniperi fructibus.

*Ribulosa.*] Læte, comedunt, gaudere.

*Canogula.*] i. Gula patris vetula, & canis obsecra. Bene gulam, de qua tanquam Ethica locutus est, Phryge canam vocat, tanquam in cano fine.

*Cum septimum annus.*] i. Qui puer in hisce deliciis vel ad septimum tantum ætatis annū pervenit postea emendari non potest. Nam licet ab illo tempore vel septuaginta puero, omni nondum omnes dentes, qui exciderunt, renati sunt: Si ab una parte mille magistros barbaros adhibeat, ab illa parte totidem, qui ipsum ad continentiam & frugalitatem renocent, frustra egerit. Ille enim postea emendari non poterit.

*Nandum omni dente.*] Edicis infantibus post septem menses dentes nascuntur, qui septimo anno rursus excidunt. Auctor Plinius.

*Barbaros magistros.*] Graues & fevres rigidosq; Philosophos, & bonorum morum informatores. Persius:

— barbaram hoc credis magistrum  
Ricerem.

*Copias laeto.*] Nullis præceptorum monitis emendatus. Nam

— à teneris adjuſſore multum eſt

Et vi Fabius ait: Frangas citius, quam corrigas, quod in pravam induruit. Et alibi: Natura, ac pertiociſſimi ſumus corum, quæ rudibus annis percepimus. Adde quod ipſa magis pertiactiter hærent, quæ deteriora ſunt. Nam bona facile mutantur in peius. Magna proſecto vis eſt cõſuetudinis, & proſ ſolitus plurimum valet. Fit enim tanquam natura, ut ait Theophrastus. Horatius:

*Quo ſemel eſt imbutus vocem ſermabitis odorem*

*Teſta diu.*

*Lento parati.*] Splendido & ſumptuoſo apparatu.

*Non degenerare.*] Scopitice. Non vult degener eſſe à patris moribus. *Er wiſſ nicht aus der Arſchlechten er wiſſ ſich nicht verringern.*

*Degenerare.*] Ad villiorem & magis temperatum ſtatum deſcendere.

*Mitem animum, & mores modicis erroribus æquos*

*Præcipit, atq; animos ſervorum, & corpora noſtra*

*Materia conſtare putas, partibuſq; elementis:*

*An ſervire docet Rutilus? qui gaudet acerbo*

*Plagarum ſtrepitu, & nullum Sirena flagellis*

*Comparat, Antiphates trepidi laris, ac Polyphemus.*

*Tum felix quoties aliquis toriore vocato,*

*Vritur ardenti duo propter linſea ferro,*

*Quid ſuadet iuveni lætus ſtudio catena.*

*Quem mire adſciunt inſcripta ergaſtula, carcer.*

*Ruſticus. Exſpectes ut non ſit adultera Læge*

*Filia; quæ nunquam maternos dicere mæchos*

*Tam cito, nec tanto poterit contexere curſu,*

*Ut non ter decies reſpiret. Conſcia matri*

*Virgo fuit; ceras nunc hac dictante puſillas*

*Implet, & ad mæchum dat eiſdem ferre cinadis.*

Subiungit iam alia vitia, quæ liberi à parentibus diſcant, crudelitatis, & Mbiditæ, &c.

*Mitem animum.*] Ordo eſt. Scituſſimus ille Rutilus, qui acerba plagarum, & flagrotum ſtræpitu delectatur, & (velut crudelis ille Antiphates, qui apud Leſtrygonas humana carne veſcebat, ut parida & trepida ſua familiae dominus & Polyphemus eſt,) nullam iucundiffimam ſtræpitu canitiam, cum flagellis, illorumq; ſtræpitu & ſonitu (quo mirum in modum delectatur) comparat: An, inquam, ille Rutilus hac ſua crudelitate filios ſuos humanitatem & clementiam docet, an vero ſervire, & crudeliter oim ſerviſ vivere & agere. Eſt autem legendum per interrogationem, quaſi dicat: Rutilus ille, qui inſtat Antiphatis & Polyphemi poenis delectatur hominibus, an ille liberos ſuos docet clementiam, an vero ſervitiam, quaſi dicat, & reſpondeat: Ommino ſervitiam.

*Mores modicis erroribus æquos.*] Ita dicit, quia nemo eſt ſine vititiis, & noſtra virtus nihil aliud, quam minor vitiorum particula, teſſe Hermere. Et bonus ille dicitur, non qui veram virtutem habet, (quis enim illud ſibi arrogare auſit?) ſed qui: vitii minimum. Propertius.

*Vnicuiq; dedit vitium maſtrum creato.*

& Horat.

*Nam vitij nemo ſine naſcitur, optimiſ illi.*

*Qui minimum vitiorum.*

*Atq; animos.*] Per iplæſis clementiæ, & miſericordiæ, quam illi vero exercent, qui ex eadem materia ſervos & domine conſtare putant.

*Materia.*] Si ad primam originem reuocemur à terra sumus. Hunc egregie Pindarus b 794.  
*Μαίρη ποτ' ἦτορ ἔστιν ἀνδρῶν πατρίε. Εγγυγίε Σεότα.*

*Pes quibus rector, ubi sit atq; terra  
 Lax dedit magnum necin atq; vita,  
 Pennis infusos, tumidosq; vultus  
 Quidquid à Sobis minor expanseuit,  
 Maior hoc Sobis dominus minatur.*

*Rutilus.*] Notissimus illa ætate, quem obiter notat.

*Et nullam Scirena.*] i. Nullius Scirenae cantum, qui dulciorem esse cæset plagarum strepitum quam Sirenum cantum. Notat animum immitem & crudelem.

*Scirena.*] Fabula nota. Hæc fingebantur scopulis insidentes, cantus dulcedine ad se nauisq; scopalos allicere, & in naufragia protrahere.

*Antiphates.*] i. Qui carnifex & latro potius est domus & familiæ suæ ob scruitiū tremens & trepidans, quam domus. Porro Antiphates Lestrygoni rex & Polyphemus Cyclops, crudelissimi humanis carnibus vesciebantur. De Polyphemo Virg. 3. *Æneid.*

*Exseribus miserorum, & sanguine vescitur atro.*

*Trepidi Laris.*] Domesticorum & familiarium ob crudelitatem domini trepidantium & contremiscentium.

*Tam felix.*] i. Tam suo iudicio felix & beatus sibi videtur, quoties serui ad supplicium rapiuntur, quousque carnifice vocato seruo cuidam nequam stigma inuri curat. Intellegit autem seruum qui propter duum linteorum furtum stigmate in fronte notaretur.

*Duo propter linteum.*] Quæ forte in balneo abstulit.

*Quid suadet inueni.*] Per te crudelitatem.

*Catenæ.*] Quæ vincit cruciantur, & opus faciunt.

*Quem miræ afficiunt.*] Mirifice delectant.

*Inscripta ergastula.*] i. Quem miris modis delectant serui in ergastulis, quorum frontibus notæ stigmate inscriptæ vel mustasunt.

*Cæter rufinus.*] Nam ruri serui catenis vincit opus exercebant. Plinius: *Vincti pedes, damnosæ manus, inscripti vultus rura exercent.* Illis autem nequam tergis quasi litteræ candenti ferro in frontem inurebantur.

*Expellat.*] Idem fereisdem verbis dixit Sat. 6.

*Scilicet expelles ut tradat mater honestos*

*Aut alios mores, quam quos habet?*

Subiungit autem quantum scelus, quod matres filias fornicationis & adulterii exemplum essent.

*Large filia.*] Illius famosissimæ meretrice suo tempore, quam obiter notat. i. Sperasæ filiam meretrice castam fore, quæ matris suæ meretrices, illorumque nomina recitando enumerare non possit, nisi tricies respiciat.

*Tam cito.*] Cuius mater tot meretrices habet, quorum nomina a filia recitare non poterit, tam cito, vel tam veloci cursu, quin terdecies respirare cogatur. Hæc sententia est Poetæ. Vani & falsi illi sunt, qui *respirat pro meretrice* interpretantur, quasi doleat filia, quod ipsa quoque totidem meretrices non habeat.

*Continere cursu.*] Velocitate lingue prosperanter enumerare.

*Terdecies.*] Hyperbolice, quasi vno spatu omnes percerere nequeat.

*Conscia matris & f.*] i. Filia adulteriorum matris conscia fuit, cum adhuc parua & virgo esset, ut mirum non sit hanc matris exemplo esse corruptam.

*Virgo.*] Olim iam vero ipsa matris exemplo adultera.

*Ceras nunc hac.*] i. Eadem filia iam matre dictante ceras vel tabellas ad imitatores suos scribe.

*Hæc dicente.*] Non quod mater ipsi litteras ad adulteros dicitur, sed hoc valiam matrem suo exemplo & moribus filiam ad meretrices itidem litteras scribere docuisse.

*Dellam.*

*Didante.]* Sæo exemplo monstrare.

*Pasillus.]* Decore pro arata respectu matris dixit, quæ maior est, cum filia sit virguncula pueri, conulescens cum scortatoribus suis. Eò *pasillus* dixit.

*Ad marches.]* Quos illa, licet pasilla adhuc, iam habet.

*Isdem timidis.]* Quibus mater olim dedit: vel quibus mater etiamnum cum filia videtur *timidis.]* Spadonibus imparis. Hi enim mulieribus inscruiebant.

SIC NATURA IVBET: *velocius & citius nos*  
*Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis*  
*Cum subeunt animos auctoribus. VNUS ET ALTER*  
*Forfitan hæc spernant iuvenes, quibus arte benigna*  
*E meliore luto finxit præcordia Titan:*

SED RELIQUOS FUGIENDA *patrum vestigia ducunt*  
*ET MONSTRATA DIU VETERIS trahit orbita culpe.,*  
*ABSTINEAS IGITUR damnis. Huiusce etenim vel*  
*Vna potens ratio est, ne crimina nostra sequantur*  
*Ex nobis geniti. QVONIAM DOCILES imitandis*  
*Turpibus, & pravis omnes sumus. ET CATILINAM*  
*Quocunque in populo videas, quocunque sub axe:*  
*Sed nec Brutus erat, Bruti nec annunculus usquam.*

NIL DICTV FOEDVM VISVQVE *hæc liminat angas,*  
*Intra quæ puer est. PROCVL HINC, PROCVL inde puella*  
*Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.*

MAXIMA DEBETVR puero *reuerentia. Si quid*  
*Turpe parat, NEC TV PVERI contemseris annos:*  
*Sed. PECCATVRO OBSISTAT tibi filius infans.*

Demonstrat initio quantum momenti situm sit in domesticis prævis exemplis, præsertim si à magis auctoribus, ipsi scilicet parentibus proficiantur, qui omnis honestatis exemplo liberis suis præire debebant.

*Sic natura iubet.]* I. Naturale est, ut liberi parentum mores imitentur, ut vitiorum exempla patris, matris velocius & citius liberos corrumpant. Senec. ep. st. 7. *Vnum exemplum luxuria & avaritia multum mali facit.* Et Cicero: *Plus homines exemplo quam peccata nocent.* parentes imitantes, quos liberi tanquam vitæ exemplar intueantur.

*Subeunt animos.]* Se animis latenter insinuant.

*Magis auctoribus.]* A quibus proficiuntur. Quis autem maior virtutis aut vitii auctor, quam parens? Quæ enim filii parentum exemplo faciunt, iure & recte fecisse auctumant.

*Vnus & alter.]* Occurrit quasi obiectio, quod non omnes malis exemplis æque corrumpantur, quos respondet esse paucissimos non nisi Dei providentia ad virtutem informatos, qui singulari Dei dono illam animi firmitudinem obtineant.

*Hæc sperant.]* Turpia parentum vitia & meliores parentibus evadunt, quod quidem est rarissimum. Cum omnia facilius degenerent.

*Quibus arte.]* i. Quibus conditor Prometheus peculiare aliquod peccatum finxit, quod omnes vitæ fluctus, omnes errorum & vitiorum insultus tanquam scopulus marinus immotus frangat, & contemnat.

*Arte benigna.]* Ex singulari gratia.

*Emelore luto.*] Hic Titani nepos Prometheus primus hominem è gleba terræ finxisse perhibetur. Id est, Προμηθεύς, vel providentia Dei hominem è terra formavit. Fuit autem Prometheus filius Iapeti, qui vnus fuit ex Titanibus. Vide Ouid. lib. 1. Metamorph.

*Emelior.*] Non è communi vel vulgari.

*Sed reliquos.*] Ex natura ignaua, praua & vulgari.

*Fugienda Vestigia.*] Peccata & vitia parentum, qui sceleratis parentum suorum vestigiis insunt, & abducuntur. Quos patrum præuentium exempla in vitia trahunt.

*Monstrata diu orbita.*] Ampla & spaciola via veteris & confuctæ parentum culpæ diu filijs à parentibus monstrata, à recta via abstrahit & abducit. *Diu monstrata* ab incunte ætate.

*Orbita.*] Est proprie vestigium decurrentis rotæ. Hoc loco Metaphorice vitæ institutionem significat.

*Abstineas igitur*] Admonitio præclara ad parentes, vt vel eo vno nómine à vitis abstineant, ne liberos suos corrumpant & seducant.

*Damnus.*] Sceleribus & flagitijs, quæ vere sunt damna non corporis, sed animorum. Olim cum quibuldā legendum censui *damnandū*, sed vulgata lectio melior.

*Huiusce etenim vel*] i. Huiusce rei, vt quis scilicet à rebus damnandis abstineat, hoc est à sceleribus & flagitijs, omnium potissima, & potentissima causa est, ne illi, qui è nobis geniti sunt, scelera nostra imitentur. Quasi dicat debemus à sceleribus abstinere ob hanc potissimam causam, ne liberos nostros prauis nostris exemplis seducamus. Et huius etiam loco primus locum dedi.

*Quoniam dociles.*] Ob corruptam naturam, ad vitia, quam ad virtutem sumus procliuiores, id est, Nos omnes quotquot viuimus homines sumus dociles, prompti & procliuēs ad vitia turpia & praua imitanda. Notatur corrupta natura, & illius sæculi, ad scelera procliuitas. Est autem hoc loco talis Syllogismus. Præua homines facile in exemplum rapiunt. Iam vero prauī vbiq; sunt. Ergo non facile bonis esse licet.

*Et Catilinam.*] id est, Ad mala sumus procliuiores, & mala exempla vbiq; nobis occurrunt, & homines mali, seditiosi, Rerum publ. euerfores, qualis Catilina erat, vbiuis locorum, in quoquoque mundi parte inueniuntur. Sed viros bonos, & paucos liberatores, qualis Brutus erat, aut raro, aut nunquam, vel nusquam inuenias. Sic Seneca Epist. 98. *Omnitempus Cicerones, non omne Catones ferit.* Ad deteriora faciles sumus, quoniam nec dux potest, nec comes deesse. Vnde hæc desumisse, vel quò saltem respexisse videtur auctor.

*Catilinam.*] Hominem sceleratum, qui contra patriam coniurauit. Vide Sallust.

*Quocunque sub axe*] In omni loco sub cælo in terra.

*Brutus.*] Brutum hic virum optimum & patriæ liberatorem Catilinæ opponit. Erant autem duo Brutī patriæ liberatores, vnus Iunius Brutus primus consul, qui Tarquinos tyrannos vix exegit, ab hoc oriundus M. Brutus, qui Cæsarem Dictatorem perpetuum inuadentem occidit.

*Bruti iuniorulus.*] id est, Cato Vicensis, ex cuius sorore Serullia natus Brutus.

*Nihil dictu factum.*] Sanctissimum profecto, & diuinum præceptum omnibus cubiculis & opaculibus inscribendum, ne teneros puerorum animos, & castas aures aliquo scandalō verbo vel operis offendamus: Ostendit quanta verecundia & reuerentia pueris debeatur: Quod ubi pueri sint, ab omnibus sceleris dictis & factis sit abstinendum.

*Diffusandum.*] De verbis intellige.

*Visu*] De factis turpibus.

*Isola.*] Conclauia, loca.

*Procul hinc.*] Videtur cum singulari decore solemnī illa formula, qua à sacris profanos arcere solebant. Quasi etiam ad sacrum illum locum, vbi pueri sunt, profani accedere non debeant.

*Puella lenonium.*] i. Meretrices, ne turpe aliquid videant, vel audiant à bestiis illis. Sic Sat. 6.

*Mox lenone suas iam dimittente puellas.*

*Canis pernoctanti.*] Scurræ & nebulonis, qui totam noctem commediando consumit, & turpia atque obscena ebrius canit.

*Maxima debetur.*] Hoc est, quod supra dixit, potissimam rationē esse, vt quis à scelerē abstinere,

neat, ne malum exemplum fiat suis liberis. Hinc Germanis præscentibus pueris dici consuevit.

Es ligen Bränd im Jener.

*Puero*] Qui semper patris exemplum producit iniquis; Tamen pater hoc facit.

*Turpe parat.*] Puer te impediat, ne cum videat hæc imitetur.

*Nec tu pueri.*] Quod parvulus admodum sit. Nam ut dici consuevit; Junge Weisfe haben auch ohren.

*Sed peccature.*] i. Si vel infans tibi turpe aliquid auluro addit, à peccato eius præsencia te reuocare debet, ne illa videns olim reimitetur. Scribit Plutarchus *Statonem senioreni à verborum turpitudine præsente filio sic temperasse, quasi Vestalibus virginibus arbitris locuturum esset, nec cum filio unquam lassis.*

*Nam si quid dignum censoris feceris ira  
(Quandoquidem similem tibi se non corpore tantum  
Nec vultu dederis, morum quoque filius, & cum  
Omnia deterius tua per vestigia peccet.)*

33 *Corripies nimirum, & castigabis acerbo  
Elamore, & posthac tabulas mutare parabis.  
Vnde tibi frontem, libertatemque parentis  
Cum facias peiora senex, vacuumque cerebro  
Iam pridem caput hoc ventosa cucurbita quarat?*

60 *HOSPITE VENTRO cessabit nemo tuorum;  
Verre pavementum: nitidas ostende columnas:  
Arida cum tota descendat aranea tela:  
Hic laeet argentum, vasa aspera tergeat alter;  
Vox domini fremit instantis, virgaque tenentis.*

65 *ERGO MISER TREPIDAS, ne stercore sedâ canino  
Atria displiceant oculis venientis amici,  
Ne perfusa luto sit porticus; & tamen uno  
Semodis scobis hæc emendat seruulus unus?  
ILLUD NON AGITAS, ut sanctam filius omni  
Aspiciat sine labe domum, vitioque carentem?*

Subiungit initio aliam causam ob quam quis vitio debeat abstinere: Nimirum ut liberos suos male agentes libere possit reprehendere.

*Nam si quid.*] i. Si peccauerit filius tuus, vâ Censore puniri & damnari mereatur: tu ipsam obiurgare, & exheredare non poteris, quia tuus est filius teque imitatur.

*Br.]* iudicio & pœna.

*Quandoquidem.*] Hi tres versus Parenthesi includendi, quasi dicat, Quid mirum est, si peccet, inque Censoris pœnam incurrat: quandoquidem patrem suum imitatur: teque parentem non corpore solum & vultu præsstat, verum etiam animo & moribus. Tuorum etiam meum est filius.

*Non corpore tantum.*] Qui te patrem suum præsstat & imitatur.

*Morum filius.]* Cuius vultum & frontem ut genuisti ita etiam mores eius generasti.

*Omnia deterius.]* i. Cum non solum tua vestigia strenue ingreditur, sed etiam accedit, & peccando superat, qui per omnia tua vestigia te sequitur, & peccando superat.



*Conripies nimirum.*] Hæc cum superioribus coniungenda quæ scoptice & ironice legenda sunt. Tanquam absurdum sit patrem nequam filium suum peccantem velle reprehendere.

*Acerbo clamore.*] Vehementi obiurgatione & inerepatione pro auctoritate paterna.

*Post hæc.*] Vbi nimirum peccando vique progreditur.

*Tabulas mutare.*] Filium ob delicta exheredatus, & tabulas testamenti, quibus filium heredem constituisi mutaturus, ut alii tua bona leges.

*Vnde sibi frontem.*] i. Vnde castigandi severitatem, & obiurgandi audaciam tibi sumes, quo ore, & fronte filium tuum obiurgabis, cum tu ipse pessimes, & infans sis, eliceboeo indigus.

*Frontem.*] Vt non erubescas filium tuum obiurgare, quo tu peius visis, & qui tuo exemplo peccat.

*Libertatem.*] Parentes enim liberrime filios suos castigant. Iam vero carere debet omnivitiis, qui in alterum dicere paratus est.

*Vacuumq; cerebro.*] i. Cum tu iam dudum peccato infans sis, & opus habeas cui à medicis per cucurbitam sanguis educatur.

*Cerebro.*] Ratione sana destitutum.

*Ventosa cucurbita.*] Hæc cum ad sanguinem educendum applicatur vento tantum plena est, ille ventus & aer flamma admota solet remoueri, cum ipsa statim leuiter pertusa cuti admoouetur. Cum autem natura à vacuo abhorreat, sanguinem in remoti aeris locum è cute extrahit. Erat autem cucurbitula antiquis duum generum, ærea, & cornea. Solebant autem Phreneticis adhiberi, vt monet Celsus lib. 3. cap. 18. dicens *Phreneticus non alienum esse si neq; sanguis ante muscus sit, neq; mens conflex, neq; somnus accedat, occipitro incisio cucurbitulam admoouere, qua qualescens morbum potest & somnum facere.* Sic Sat. 6. dixit:

*O medici mediam pertundite ventam.*

*Hospite ventura.*] Inuicetur rursus in parentes quibus vt Sat. 7. dicit, nihil liberis ex se natiuius est, & qui (vt Crates dixit) bonorum, quæ liberis sunt relicturi curam & rationem maximam habeant, herorum quibus ea relicturi sunt omnino nullam. Qui hospite ventura in domo omnia expurgarent, & exornarent, non autem, curarent vt illam domum sanctam sanctus & sine labe filius inhabitet.

*Hospite.*] Qui hæc forte inuitatus. Pulcre Seneca Epist. 5. qui domum intraverit nos potius miretur, quam suppellectilem nostram.

*Cessabit verum.*] Nemo otiosus, omnes occupati erant in labore aliquo atque opere.

*Verre panimentum.*] O! de est. Vox tua domini nimirum fremit: Verre solum domus stratum Virgis vel scopis purga aream domus.

*Natidus.*] Fenum & puluerem è columnis excute.

*Arida.*] Vel subbunda, vel quod aridis locis gaudet, vel potius mortua & sine succo. i. Mortua & exsiccatæ araneæ cum vaiuerfa sua tela descendunt ex fenestris.

*Hæc laues.*] Meliora exemplaria habent *Lanc argentum*, i. politum, & sine vlla exaltura.

*Vasa aspera.*] Anglypha & figuris cæata, & in asperitatem sculpsit. Sic Persius dixit: *Asper nomen*, i. recens oculis signis & litteris asper & inæqualis.

*Vox domini fremit.*] Cum si emittit talia imperiose pronunciat, & seruis suis imperat.

*Virgamque tenentis.*] Præfecti in officii signum virgam tenebant, qua cessatores percutiebant.

*Trepidus.*] Curiosos prohibes, ne quid fœdum aut deformè in domo tua venturum hospitem possit offendere, ejque nauseam mouere.

*Et tamen.*] Q. d. De his adeo sollicitus, quæ tamen facile emendari possunt.

*Semodioscoba.*] Dimidio modio ramentorum è terra decidentium. Scobs, *Segeßpelt* v. der Ruff. Continet autem modius libras 27. Semodius 13½. Dicitur autem scobs non solum quod è ligno terra deteritur, verum etiam, quod detraditur de metallis. Tali autem foedere puluere immundicie in domibus solent tegi.

*Ilud*

*Ilud non agitas.*] Hoc est quod Crates Thebanus si in aliquam populosam ciuitatem veniret, se proclamaturum dicebat.

*Vi sanctam.*] Vt filius tuus sine labe domum sanctam, & vitio-carentem inhabitet, in qua neque pater peccet, neque filius à patre ad peccandum inuitatur.

GRATVM EST QVOD PATRIÆ *ciuem, populoq; dedisti,*  
*Si facis vt patria sis idoneus, utilis agris,*  
*Vtilis & bellorum, & pacis rebus agendis.*

75 PLVRIMVM ENIM INTERERIT, *quibus artibus, & quibus hunc tu*  
*Moribus instituas. Serpente ciconia pullos*  
*Nutrit, & inuenta per denia rura lacertæ:*  
*Illi eadẽ sumtis querunt animalia pennis.*  
*Vultur iumento & canibus crucibusq; relictis*  
80 *Ad fœtus properat, partemq; cadaueris adfert,*  
*Hic est ergo cibus magni quoque vulturis; & se*  
*Pascentis, propriâ cum iam facit arbore nidos.*  
*Sed leporem aut capream famula Ionis, & generosa*  
*In saltu venantur aues, tunc prada cubilis*  
*Ponitur, inde autem cum se matura lenabis*  
85 *Progenies, stimulantẽ fame, festinat ad illam,*  
*Quam primam rupto pradam gustauerat onõ.*

Commendat initio studium propagandæ sobolis vtile atque salutare Reip. si modo filii re-  
& educati vti bil'es sint Reip.

*Patria ciuem.*] Quod auxeris tuam patriam vno ciue.

*Si facis.*] Si cum accurate instituens ciuem bonum reddas, qui opera & consilio patriæ possit  
prodesse.

*Agri.*] Agriculturæ, quæ potissima & maxime necessaria pars vitæ humanæ.

*Vitis & bellorum.*] Cuius ope patria vti possit in pace, in bello, in ocio, in negotio.

*Plurimum enim intererit.*] Repetit locum communem superius tractatum. Quod prima  
institutio maximum momentum habeat in vita humana. i. Multum interest quibus artibus &  
moribus filium tuum à teneris instituas.

*Instituas.*] Imbuas, & omnium primo erudias.

*Serpente ciconia.*] Probat exemplis aliorum animalium à teneris adfuescere multum esse,  
quod quæque per totam vitam firmissime illis adhæreant, quibus adfuescenda sunt. Est autem  
primum exemplum à ciconiis. Porro Plin. lib. 10. de ciconia ait: *quod illis in Thessalia tantum*  
*bonas serpentum exitio habitus sit, & ciconiam occidere capitale fuerit, eadem legibus pena, qua in*  
*homicidas.*

*Denia rura.*] In desertis locis inueniuntur.

*Lacertæ.*] cui gruiner Hendey.

*Sumtis pennis.*] Iam adultiores.

*Animalia.*] Serpentes, lacertas, ranas, anguillas, &c.

*Vultur iumento.*] Secundum exemplum de vulture.

*Iumento.*] Mortuo, cadauere iumentis.

*Crucibus.*] Cadauere hominis in crucem acti. Patibulis & furcis, in quibus homines suspen-  
si, quorum cadauera lacerat. Porro vultur tanta sagacitate cadauera insectatur, vti duo ante  
illum locum vbi cadauer futurum est circumuolet. Plinius. *Animalium profecto omnium inno-*  
*centissimum, cum nil vescatur ex illis, quæ serunt homines aut plantant, aut alunt. sed ex cadaueri-*  
*bis sibi escam querat. Nihil animantium interficit, aut destruit. Solucibus ab adfinitatem etiam*  
*mortuis abstinet.*

*Ad factus.*] Ad pullos in nido relictos.

*Partemque cad.*] Frustum.

*Magni Gulturis.*] Qui è pullo iam adoleuit.

*Se pascentib.*] Stipulum sine adminiculo parentum, iam grandior.

*Nidos.*] Si Plinio standum, non in arbore, sed in excelsissimis rupibus nidificant. Ob id illorum nidos nemo attigit.

*Sed leporem*] Tertium exemplum ab aquilis, quæ viua animalia venari solent.

*Famula Iouis.*] Iouis enim armigeræ fulmina illi ministrare sangebantur: eo quod inter omnia animalia fulmine non percutiatur, & quod suo volatu nubes penetret. Plin.

*Generosa aues.*] Accipitres, falcones.

*In saltu.*] In loco ubi saltant huiusmodi feræ.

*Cubili.*] In nido pullis apponitur comedenda.

*Inde autem.*] Cum iam maturiores & grandiores pulli aquilæ inde è nido se leuant, & volant & iam ad volandum apti, volando se in altum subleuant: tum cibos consuetos quibus nutriti sunt quæruunt.

*Festinas ad illam.*] Ad lepores, capreas, & alias minores feræ.

*Rupto ovo.*] Ex quo aquilæ pullus natus.

*Ædificator erat Centronius, & modo curuo  
Littore Caieta, summa nunc Tiburis arce,  
Nunc Prænestinis in montibus alta parabat  
Culmina villarum, Gracis longeq; petiis  
Marmoribus vincens Fortuna & Herculis eadem:  
Vt Spado vincebat Capitolia nostra Possides,  
Dum sic ergo habitat Centronius, imminuit rem,  
Fregit opes, nec parua tamen mensura relicta  
Partis erat: totam hanc turbauit filius amens,  
Dum meliore nouas attollit marmore villas.  
Quidam sortiti metuentem Sabbata patrem,  
Nil præter nubes & cæli numen adorant.  
Nec distare putant humana carne suillam,  
Quâ pater abstinuit, mox & præputia ponunt.  
Romanas autem soliti contemnere leges  
Iudaicum ediscunt, & seruant & metuent ius,  
Tradidit arcano quodcunque volumine Moses.  
Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti:  
Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.  
Sed pater in causa est, cui septima quæque fuit, lux  
Ignaua, & partem vite non attigit ullam.*

Initio applicat dicta ad Centronium eiusque filium, & alios. Hic villis & domibus ædificandis delectatus suas opes ingêtes imminuit, quas omnino ad nihilum redegit, Filius eisdem studiis delectatus.

*Ædificator etas.*] Quintum vitium quod luxuriosa ædificia exstruere filii patris exemplo discant.

*Centronius.*] Hic villis & domibus ædificandis delectatus suas ingentes opes attriuit, quas ad nihilum postea prorsus redegit filius iisdem studiis delectatus.

*Caieta.*] Hic portus erat à nutrice Enææ ita dictus, in sinu Baiano, ubi illa Caieta fuit sepulta. Alii dicunt Caietam in Campania fuisse ita dictam, teste Strabone, quod curua sit. Nam Latrones omnia curua Caietas appellasse.

*Tiburina arce.*] Cititas in Sabinis 16. ab vrbe lapidibus, in monte sita, Códita à Catillo, Cora-  
cepsque ~~Genio Genio~~, qui à ~~Antedictis~~ illam venerant, pulsiq; inde Sicanis vr-  
bem ipsam posuerunt. Horat. 2. Carm.

*Prænestinus.*] Non procul à Præneste vrbe Latii, ita dicta à Præneste Vlyssis nepote & Lati-  
ni regis filio. eius conditor fuit Cæculus Vulcani filius.

*Græci.*] Laconicis, quæ marmota nobilissima. Statius:

— *Græci effusa metallo*

*Culmina.* —

*Fortuna & Hercules.*] Quæ ædes fuere nobilissimæ, Præneste Fortunæ, Herculis Tibure. V-  
triusque etiam Romæ erant ædes.

*Fortuna.*] Quam Nero ex marmore Phengite sumptuosissime exstruxit.

*Hercules.*] Quam Martius Philippus Augusti Vitricus exstruxit.

*Ut Spado.*] 1. Sic Centronius suis ædificiis Herculis & fortunæ ædem exstruxit, ut Spado Po-  
sidis Capitolium. Hic Posides Spado libertus Claudii, tantæ gratiæ & potentiz fuit, ut eum  
Claudius in Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donauerit, cohortibus &  
provinciis Iudææ præposuerit, & læticia per urbem vectandi & publica spectacula edendi ius  
dederit. Hic balneas in Baiano exstruxit littore, Possidonias appellatas. Notat autem obiter  
hunc Posidem.

*Dum sic.*] Ædificat continuo, vel in multis locis habitat. Nam

Συμῶς πολλὰ τριφυλῆς, δὲ μὲν τὰ ἀντρίκεις

Ἄτρωπος εἰς πῶλον ἰσὶν ἱπποτάτη.

*Habitat.*] Agitat in allem legere.

*Imminuit rem.*] Diuitias suas, quamuis amplissimas.

*Turbavit.*] Dissipavit, absumpsit.

*Ament.*] Infans ædificandi studio.

*Dum meliore.*] Non contentus paternis.

*Quidam sortiti.*] Sextum vitium, quod liberi à parentibus superstitionem discant, & externas  
religiones. 1. Quidam liberi patrem Iudaica superstitione imbutum sortiri, qui Iudaicas cere-  
monias, Sabbatha, & septimum quenque in hebdomade diem colunt.

*Sabbata.*] Persius: — *Recuritq; Sabbata palles.*

*Nil prater nubes.*] Sic Varro animam mundi Deum esse dixit, & Tacit. lib. 5. Iudæi sola men-  
te unumque numen intelligunt. Porro quod ait Iudæos nubes adorare calumniose dicit, ut &  
Aristophanes Scurra Socratem ~~in fides~~ adorare mentitur. Verum illi Iudæi, ut & Socrates nul-  
lum simulacrum colebant, sed cælum ~~ἐν τῷ ἡν ἰδμεν~~, Dei sedem intuentes opificem mundi  
inuisibile sola mente comprehendendum inuocant & adorant. Legendum autem videtur, *cæli*  
*lumen*, non *numen*, i. cælum ~~ὡς θεογονός~~.

*Nec distare putant.*] 1. Exemplo patrum Iudaizantium à suilla carne tam religiose abstinent,  
non secus atque si humana esset quasi inter suillam & humanam carnem nihil sit discriminis.

*Quæ pater.*] Qui religionem Iudaicam tanquam hereditariam filio legauit. Tacitus de Iu-  
dæis lib. 2. 1. *Contra Ægyptii pleraque animalia effigiesq; compositas venerantur. Iudæi mente sola,*  
*unumq; numen intelligunt. profanos qui Deum imagines mortalibus materiis in species hominum*  
*effingunt, summum illud & æternum neque mutabile, neque interituum. Ideo nulla simulacra*  
*tribus suis, ne dum templis sunt.*

*Mox & præputia.*] Postquam in religione Iudaica confirmati sunt, circumcisionem adhi-  
bent, & priorem virilium cuticulam vel carunculam deponunt.

*Romanæ.*] Duodecim tabularum, licet Romani, tamen contemnunt. Indignatur Romanos  
patris ritibus & sacrificiis contemtis, & legibus maiorum suorum externam aliorum populo-  
rum religionem capeffere.

*Iudaicum.*] Diuisit diphthongum, ut dicimus Hebraicum, Achaicum, Euboicum, pro He-  
bræo, Achæo, Eubæo.

*Moses.*] Qui teste Strab. lib. 16. docebat quomodo Ægyptii non recte sentirent, qui ferarum  
ac pecorum imagines Deo tribuant; nec Græcos qui Deos hominū figuris insignirent, & quod

di solum Deus esset, quod nos contineret, & terram ac mare, quod cœlum & mundam, & rerum omnium naturam appellamus.

*Non mon, frate viam.]* Nullis nisi suæ religioni addictis officium præstant. Hunc morem adhuc Iudæi tenent nimirum amatores sui, ylique adeo ut gratis inter se commodent, reliquis vero ad usuram.

*Quasitum ad f.]* Respicit ad Iudæam, ubi aquarum penuria, quod viatori sitienti fontem quasitum non monstrarent, nisi verpus vel apella recutitus & circumcisus sit.

*Verpos.]* Verpas, alias significat mentulam. Hic idem est quod apella, qui verpum vel mentulam habet cute denudatam.

*Cui septima quaque.]* Pater in causa est, quod filii aliena religione imbuantur, qui septimo die ab omni opere feriatius est, vel qui die Sabbathi nihil egit.

*Iguava.]* Sine opere.

*Ita partem.]* Quales vitæ partes exercet diebus profectis.

SPONTE TAMEN IUVENES *imitantur cetera solam*  
*Inuiti quoque avaritiam exercere iubentur.*

110 FALLIT ENIM VITIUM *specie virtutis & umbrâ*  
*Cum sit triste habitu uulgu, & veste seuerum.*

NEC DVBI TANQVAM *frugi laudatur auarus*  
*Tanquam parcus homo & rerum tutela suarum,*  
*Certa magis, quam si fortunas seruet easdem*  
R, *Hesperidum serpens, aut Ponticus adde quod hunc, de*  
*Quo loquor egregium populus vocat, atque verendum*  
*Artificem. Quippe hic crescunt patrimonialia fabris.*  
*Sed crescunt quocunque mado, maioraq; sunt*  
*Incude assiduâ semperq; ardente camino,*

120 *Et pater ergo animi felicitis credit auaros*  
*Qui mirantur opes, qui nulla exempla beati*  
*Pauperis esse putant: iuuenes hortantur ut illam*  
*Ire viam pergant, & eidem incumbere secta.*

Subiungit iam septimum vitium, quod parentes suis liberis avaritiæ auctores sint.

*Sponse tamen.]* i. Reliqua omnia vitia supra dicta sponte & vltro imitantur filii, ad prauum enim omnes procliuiores, vnam avaritiam inuiti exercere coguntur, quæ iuuenibus naturaliter liberalibus est contra naturam. Illa enim lenum vitium, quæ avaritia, cum omnia vitia senescant sola iuuenescit in senibus. Qui quo minus viæ restat, hoc plus viatici congerunt.

*Fallit enim.]* Ratio, quare patres avaritiam filiis suis inculcent, quod illam illis commendat tanquam parsimoniam & frugalitatem. i. Sub specie & umbrâ frugalitatis & virtutis avaritia imponit hominibus. Multi enim auaros tanquam frugi homines laudant, putantes quod frugalitate patrimonialia sua conferuent. Sic timidi cauti appellantur, audaces fortes, prodigi liberales.

*Specie.]* Apparentia, tanquam diligentia, custodia, frugalitas.

*Umbrâ.)* Vmbrâ obscuram imaginem virtutis habet.

*Triste habitu.)* Avaritia externo habitu valde sæpe honesta apparet, ut quæ luxuriam commendat, & frugalitatem & parsimoniam commendat. Auari autem præ se ferunt tristem, grauem & seuerum habitum.

*Nec dubie.)* Quasi nemo dubitet de virtute eius, quod sit frugi & diligens homo.

*Tanquam parcus.)* A parsimonia commendandus.

*Rerum tutela.*] Avari enim accuratissime res suas custodiunt, & quidem tantis curis, quibus pernixiles dracones poma aurea Hesperidum, vel aureum vellus in Ponto. Cæterum de dracone pernixili, qui aurea Hesperidum mala, custodiebat & ab Hercule interemptus est, & de altero dracone pernixili, qui aureum vellus in Ponto servabat, à Iasone veneticus Medæ sopitus, supra dictum est. Sat. 1. & 4.

*Certa magis.*] Quas res longe diligentius custodiunt. Pulcre autem hoc loco avaros cum pernixilibus Draconibus comparat auctor, qui reuera bonis suis inagilant, ut & Horatius notavit. Sat. 1.

Et post

*An vigilare metu ex animam nobisq; diesq;  
— congestis undiq; saccis*

*Indormis inbians, & tanquam parcere sacris  
Cogeris, aut pietis tanquam gaudere tabellis.*

Et nos in inferis.

*Dispositis prædiis hæmis vigilare ehortem  
Servorum noctu Licinus iubet.*

*Egregium.*] Quia populus diuitias ut summum bonum demiratur.

*Verecundum.*] Honorandum & venerandum, qui tantum pecuniæ coaceruare possit. Alii non male legunt: *Acquirendi artificem.*

*Quippe his.*] i. census opes & diuitiæ crescunt per hos artifices.

*Quocumq; modo.*] Per fas & nefas, iuste & iniuste, iuxta illud: mea nihil refert dum potius modo.

*Incute assidua.*] Quia superius fabros dixit, perstat in eadem Metaphora, quasi avari assidue numos f. bricent Id est, assiduo studio, cura, labore, opera, vigilia.

*Ardente camino.*] Respicit ad fabros monetarios, & in eadem Metaph. perseverat. i. Avaritia operante, vel cupidō & auido pectore, numos congerente.

*Et pater ergo animi.*] i. Ille pater ergo credit avaros & sordidos animi felices & fortunatos, qui opes admittantur & nullum pauperem credunt esse felicem. Vel hoc de filiis intellige, quod felices & beatos illos filios esse censet, qui sint avari.

*Animi felices.*] Ita legendum. Est enim Græcissimus, Græci n. dicunt *καταλαβόντες τὴν τύχην*, scilicet inuigilantes, ut *καταλαβόντες τὴν τύχην*.

*Qui mirantur opes.*] Dicunt enim de illis filiis: Hic frugierit, &c.

*Nulla exempla beati pauperis.*] Qui tamen sæpe longe beatiore diuitibus. Seneca ait. *Cum paupertate bene convenit diues esse.* Et in hanc Epistolæ. Tunc habebis tuum, cum intelliges iocundissimos esse felices. Aliiter Solon, qui ut supra dictum, Tellum quendam pauperem Atheniensem, qui pro patria fortiter dimicans interit, & Cleobin cum Bythonis sacerdotis lunonis Argiæ filios regum ditissimo Cræso beatitudine non dubitabat antepone. In eam sententiā dicit Polyæchos apud Euripid. in Phœnissis: *Νῦν δ' ὁδὸς ἀφ' ἧς ἀνίσταται.* Aliiter & rectius Seneca: Potest etiam optimus & beatissimus animus sub quavis cute latere. Apollo etiam cum interrogaretur, quis fidem veræ felicitatis implevisset? Respondit Agla quidam Arcas, qui nunquam patrum agellum excesserat.

*Ire viam pergant.*] Ut in avaritia perseverent, quam feliciter ingressi sunt. Quia vero ait: pergan, adducor ut censam superiora de filiis, quos patres ad avaritiam propensiores videant, intelligenda.

*Eadem satura.*] Metaph. Professioni & studio avaritiæ.

*Sunt quadam vitiorum elementa, his protinus illos.*

*Imbuunt, & cogit minimas ediscere sordes:*

*Mox acquirendi docet insatiabile votum.*

*Servorum ventres modio castigat iniquo*

*Ipse quoq; esuriens. Neq; enim omnia sustinet unquam.*

*Mucida ceruleis panis consumere frustra,*

130

*Hesternum solitus medio seruare Minutal*  
*Septembri, nec non differre in tempora cœna*  
*Alterius, conchem estini cum parte lacerti*  
*Signatam, vel dimidio putriq, filuro,*  
*Filaq, sectini numerata includere porri.*

135

*Inuitatus ad hac aliquis de ponte negabit.*  
*Sed quo divitias hæc per tormenta coactas;*  
*Cum furor haud dubius cum sit manifesta phrenesis,*  
*Vt locuples moriarius egenti viuere fatis?*  
*Interea pleno cum surget sacculus ore*

140

*Crescit amor nymi, quantum ipsa pecunia crescit.*

Demonstrat initio, quo ordine avari patres vtantur in instituendis suis ad auaritiâ liberis.  
*Vittorum elementa.* ] Auaritiæ & sordium principia, initia, & quasi quædam primordia, quibus beate perceptis facile vterius progrediantur, & ad summas opes perueniant, quibus a teneris filiorum suorum animos imbuunt. Dicit a. recte *Vittorum* in genere: Nam auaritiæ radix omnium malorum, ad omnia viia viam longe & late sternit.

*Protinus.* ] A primis annis.

*Minimus.* ] Etiam in puerorû minimis opibus, in nucibus, talis, aciculis, vel in genere, etiam in minimis nummis, &c.

*Ediscere.* ] Vt puer elementa linguarum ediscit.

*Adx.* ] Vbi suadamenta mediocriter sunt iacta.

*Insatiabile votum.* ] Desiderium, vt more auarorum, ne amplissimis quidem diuitiis contenti sint, cupidinem vel totius mundi opes acquirendi. Avari enim animus nullo satiatur lucro.

*Seruorum ventres.* ] Sequuntur iam in specie auaritiæ exempla, quibus patres filijs suis ad auaritiâ viam sternunt. i. Præua, iniqua, & iniusta mensura; qua clementum serujs suis distribuit, seruos defraudat, eorumq; ventres attenuat.

*Iniquo.* ] Nimis parua mensura, qua singulis mensibus frumentum illis dat.

*Ipse quoq, esuriens.* ] Graphice Tantalos depingit, qui in omnium rerum copia & abundantia mento tenus obrutus, interea egens, & fame atque siti contabescunt. *Inter opes inopes.*

*Neg, enim omnia sustinet.* ] i. Ex nimia auaritia non induget sibi tantum, vt omnia mucida fragmenta cærulei panis consumat, & recte semel famem ledet. Non permittit vt omnes mucidi & cærulei panis reliquiae, fragmentaq; aut frustra consumantur, sed semper illa sollicitè conseruat, quæ postea ipse famelicus deuorat.

*Mucida.* ] Situ & mucore delibuta.

*Cærulei.* ] Vilissimi, non niui.

*Hesternum solitus.* ] i. Qui condimentum ex rebus minutim concisis, vt pisce, liquamine, oleo, vino, porro, coriandro, mense septembri, quo talia facile corrumpuntur, diu conseruare donec computrescant solent. Idem Horatius dicit de avaro, qui condimenta non comedit, atrequam putruerint.

*Et nisi corruptum parsit defundere Vinum.*

*Nec non* ] Qui vilissimos cibos ex vna cœna in aliam differre solet.

*Conchem.* ] Fabam coctam cum cortice elixam, vilissimam. Hinc Sat. 3. dixit.

*Cuius conche tumet? quis tecum scdile porrum, &c.*

*Æstius lacerti.* ] Piciis illius vilis æstatis calore putrescentis & corrupti.

*Signatam.* ] Ad vteriore avaritiâ refer. i. Sigillo custoditam & obseruatam, ne tales delitiæ possint immuni. Etiam lagenas & vini vascula signabant. Persius:

*Et signum in capidi naso tetigisse lagena.*

Et Horatius:

*Et signo laeso non insanire lagena.*

*Filæ, sectini.*] i. Non capitat sed sectini parce apposta.

*Numerata.*] Mire amplificat descriptionem sordidissimi Euclionis, quasi etiam fila capitat potui numerarit.

*Includere.*] Aliquo promptuario, ut in alteram cœnam referretur. Sunt a. singula verba avaritiæ amplificationes.

*Iniunctum ad hæc.*] i. Si ad tales epulas etiam mendici de ponte iniurentur, se venturos negabunt, & recusabunt.

*Ad hæc.*] Ad sordidum adeo conuiuium, ad epulas fœdas & corruptas.

*De ponte.*] In hoc mendicabant, ut dictum Sat. 4 & 5.

——— *Nusquam pons?* ———

Et. ——— *Dirusq; a ponte satelles.*

*Sed quo diuitias.*] Dixit quibus sordidiss. & turpissimis artibus acquirant diuitias, subrexit iam stultitiam diuitem, qui inter tot opes inopes viderent.

*Quo diuitias.*] Quas congerere per avaritiam docent liberos suos, à quibus postea per avaritiam interimuntur.

*Tormenta.*] Seruorum & tui ipsius in ediam, famem, & miseriam.

*Coactas.*] Accumulatas, coaceruatas tot cruciatibus.

*Cum furor haud d.*] Egregii versus. Cum manifeste arguat hominem insaniam, certissimo & manifestissimo furore, miserrime & famelice vivere, ut diues atq; splendidus moriatis.

*Manifesta phrenesis.*] Furor & amentia, alas Phrenitis dicta, continua dementia, dicta à *Phren* plur. Quod de mente & ratione homines deturbet. Ob id dixit Horatius:

*Danda est Ellebori multo pars maxima avaris,*

*Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.*

Seneca. Occurrunt, quod genus egestatis grauissimum, in diuitiis inopes.

*Ut locuples.*] Vitam in summa angustia, & egestate transigere ut diues moriatis.

*Egestis fato.*] Sorte & statu fatali ut egeas.

*Interea pleno.*] Subiungit aliud genus stultitiæ in avaris quod cum opibus opum desiderium illis crescat. i. Eicit sacculus & locus numis adeo plenus sit, ut os vel summitas eius colligari, & claudi nequeat: Tamen pecuniae sitis nondum expleta est.

*Tumet.*] Tumidus & distentus.

*Ore.*] Ut etiam os plenum sit. De magna abundantia dici, & intelligi potest.

*Crescit amor.*] i. Quanto plus additur diuitiis, hoc etiam cupiditatis avaritiæ. Præclare Philosophus Seneca. Si vis diues esse, non opibus addendum, sed cupiditati detrahendum. Horat.

*Crescentem sequitur cura pecuniam,*

*Maiorumq; fames.*

Et alter dixit:

*Quo plus sunt pota plus sitiuntur aqua.*

ET MINVS HANC OPTAT QUI NON HABET. Ergo paratur

*Altera villa tibi, cum rus non sufficit unum,*

*Et proferre libet fines, maiorq; videtur,*

*Et melior vicina seges, mercaris & hanc, &*

*Arbusta, & densa montem qui canet olina.*

*Quorum si precius dominus non vincitur ullis;*

*Nocte bones macri, lassosq; famelica collo*

*Armenta ad virides huius mittuntur aristas.*

*Nec prius inde domum, quam tota noualia sanos*

*In ventres abeant, ut credas falcibus actum.*

*Dicere vix possis, quam multi talia plorent,*

*Et quot venales iniuria feceris agros.*

Exprimit vltius immoderatam habendi in avaris cupiditatem.



*Et minus hanc optat.*] Hec ex præcedenti consequitur. Seneca. Is minime eget mortalis, qui minimum cupit. Idem. Stultus nulla re scit vti & omnibus indiget. Et Horatius:

*Semper avarus eget.*

*Qui non habet.*] Testatur hoc Gellius lib. 8. cap. 8. *Observato rerum & su sapientes viri dixerunt, multis egere, qui multa habeant, magnamq; indigentiam nasci, non ex inopia magna, sed ex magna copia. Multa. n. desiderari ad multa quæ habeas tuenda.* Et Cic. in Paradoxis. *Neg, enim unquam expletur, neq; satiatur cupiditatis sitis; Neq; ea solam, quæ habent libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metus.*

*Ergo*] Quia in satiabilis es, plures possessiones tibi coemis, cum una possessio tibi non sufficiat. *Proferre.*] Agrorum & ruris tui limites prolongare & extendere.

*Maiorq; videtur.*] Si vicini tui ager fertilior tibi videatur, & illum coemis.

*Vicina seges.*] Ex natura hominum & cum primis avarorum hoc inquit, quibus res alienæ semper ampliores videntur, iuxta illud Pootæ:

*Fertilior seges est alienis semper in arvis,*

*Vicinumq; pecus grandino sber habet.*

*Arbusta*] Loca amœnitatis & utilitatis gratia arboribus consista.

*Et densa*] Integrum oliue: in montem, densa, i. frequenti olca.

*Caneb.*] Eo dicit, quia flores oleæ candidi & quasi eani.

*Quorum si pretijs*] Exprimuntur sceleratæ artes, quibus vicinorum agros si vendere illos non licet ad se transferant, illosq; vendere cogant.

*Dominus*] Possessor montium & arborum si nullo precio induci potest, ut illa vendat. Cum avarus vicini agrum pretio expugnare non potest.

*Nocte boues.*] Ita agit, ut cogatur vicinus vendere, non patiens importunitatem animalium, quæ malitia vicini emittuntur ut segetes eius depascantur noctis tempore. Exemplo dolosi atq; scelerati vicini.

*Maci.*] Et ob id voraciores.

*Lasso collo.*] Aratro aut iugo priori die defatigata armenta.

*Ad virides.*] i. Nondum maturas segetes, ut deuasatis illis cum nullum fructum capiat, vendere cogatur.

*Nec prius inde domum.*] Abeunt. Hoc n. sequitur.

*Tota novalia*] i. Agri seminati segetes & fructus.

*Novale*] Proprie ager, qui alternis annis feritur. *Neder auffbruch eintes Ackers der ein Jahr Brache zulegen ist.*

*Sanos ventres*] Famel cum ipsis segetibus infestum & iratum. Sic supra dixit: *Rabidam mexin,* & alibi: *Stomacho bilis,* & Horatius:

*Qua prima iratum ventrem placaverit esca.*

*Falcibus actum.*] Incurvis illis cultris & seculis, quibus maturum frumentum abscinditur. Non aliter atq; si ager falcibus sit succisus.

*Talia peterent.*] Damna & iniurias à malis vicinis sibi illatas. i. Tales malas vicinorum avarorum artes.

*Venales.*] Quia alias nunquam venderentur.

*Iniuria.*] Vicini avari & potentis. Egregie Hesiodus.

*Πῦμα κηδὺς γαίτων ὄσονται ἀραδὸς μὲν ὄνειρα*

*Οὐδὲ δὲ βῆς ἀπολοῦται, εἰ μὴ γαίτων κηδὺς εἶναι*

SED QVI SERMONES? quam fæda buccina fama?

Quid nocet hoc inquit, tunicam mihi malo lupini,

Quam si me toto laudet viciniæ pago,

Exigui ruris paucissima farra secantem.

Scilicet & morbis, & debilitate carebis,

Et luctum & curam effugies, & tempora vite

- 160 *Longa tibi post hoc facio meliore dabuntur,  
Si tantum cultus solus possederis agri.  
Quantum sub Tatio populus Romanus arabat,  
Mox etiam fractis atate & Punica passus  
Prælia, vel Pyrrhum inmanem gladiosq; Molossos.  
Tandem pro multis vix ingera bina dabuntur*
- 165 *Vulneribus, merces ea sanguinis atque laboris.  
Nullis visa unquam meritis minor, aut ingrata  
Certa fides patria. Saturabas glebula talis  
Patrem ipsum turbamq; caesa: qua facta iacebas  
Vxor, & infantes ludebant quatuor, unus*
- 170 *Vernula, tres domini. Sed magnis fratribus horum  
A scrobe vel sulco redeuntibus, altera cæna  
Amplior, & grandes fumabant pulvis olea.  
Nunc modus hic agri nostro non sufficit horro.*

*Sed qui.]* Est obiectio ad avarum, quod pessimi sermones de illo spargantur, omnes homines de illo male loquantur.

*Feda buccina.]* Tuba quasi turpis & fœdæ diffamationis. Hinc fama cum tuba pingi solet. *Quid nocet.]* Respondet avarus, vulgi de se sermones contemnens. In quo exprimitur extremæ iniquitatis contemptus. Sic Horatius:

—populus me sibilat, at mihi plaudo

*Ipse domi simul ac numas contempler in arca.*

*Tunicam lupini.]* i. Ego pluris facio vilissimam leguminis putamen quam laudes totius viciniae sperare esse cogar. q. d. *Lam sine qua sit est vilissima* eine hüßte von Feigebohnen. Pro bona fama ne filiquam quidem lupini darem, & cum ipsa pauper esse cogar.

*Exquirar.]* i. Parvi agelli paucissimum frumentum demerentem.

*Scilicet & morbi.]* Respondet Poeta avaro per amaram ironicam indignationem, ipsos avaros famæ contemptores suis opibus morbos, curas, & molestias tamen non posse effugere, q. d. Nimirum ubi dives fueris, eris beatissimus, tutus à morbis, infirmitate, luctu, cura, & longissime viues. Quasi dicat, Illis nihilominus imo vero plus aliis eris obnoxius.

*Et luctum & curam.]* Per ironiam. Nam divitiæ hæc omnia inducant.

*Tempora Vita longa.]* Quæ avaris poena sunt, quo enim divitiis viuant, hoc diutius extenuantur.

*Meliore.]* i. Prosperiore, & Deo magis fauente, quia dives es, imo vero fato iniquissimo.

*Si tantum cultus.]* i. Si tu sis ditissimus, & adeo magnam agrum solus possideas, quantum olim universus populus Romanus arabat sub Romulo, cum Tatio Sabinorum rex eius imperii socius. Tum temporis fines imperierent angustissimi, quod & supra notatis, cum dixit de Cloelia, quæ

*Imperii finem Tiberinum Virgo natavit.*

*Mox etiam.]* Iam obiter commendat frugalitatem maiorum suorum qui paucissimis contenti beatissime vixerint.

*Mox.]* Post tempora Romuli & Tatii.

*Fractis atate.]* Militibus Romanis ætate fractis, & militia consumptis, & Annibalem, Pyrrhumque, eorumque prælia passis.

*Punica.]* Primum, secundum, & tertium, quo Carthago diruta urbs esse desit.

*Pyrrhum inmanem.]* Imperatorem laudatissimum, qui bello Romanos subegit, cum quo Dentatus Consul ad Asculum in Piceno bis confluit, & sexaginta millia militum Romanorum perdidit.

*Glediasq; Moleffos.*] Chaones & Moleffi Epirotarum gentes. Scaliger legit, *glediasq; Moleffos*.

*Tandem pro multis.*] Finicis bellis post maxima pericula, vix singulis militibus in coloniam deductis dabantur duo iugera. Scribit Columella, quod Curius Dentatus Consul Pyrho Italia expulso septem iugera acceperit. Est autem iugerum tantum agri, quantum duo boves, vel iugum boum vno die arando potest invertere.

*Merces ea.*] Commendat frugalitatem. i. Illa duo iugera illo tempore nunquam maiori facta sunt meritis.

*Meritis minor.*] Sed par & æqualis, quasi pro illis laboribus satis superque satisfactum sit id est, Par merces pro laboribus visa est illis, quibus dabatur.

*Aut ingrata.*] id est, Merces illa non fuit impar, neque à militibus habita fuit fides cura & imminuta ingrata patriæ. Nam acquieuerunt illa mercede, sibi que satisfactum putabant.

*Cura fides.*] Qualis est ingratorum, quibus beneficium præstatur spe & fiducia gratitudinis. Quæ gratitudo ubi deficit, merito fides beneficium recipientis accusatur.

*Gleba.*] Exigua terræ portio, iugera duorum iugerum, sufficiebat multis hominibus, marito cum vxore granida, quatuor liberis, & tota familia.

*Turbamq; casa.*] Totam familiam in domo rusticana.

*Vnus Verulus.*] Commendatur maiorum continentia & frugalitas etiam obiter in pueris, quod olim plures domini, quam serui fuerint, suo tempore contra. i. Inter quos quatuor pueros, vnus verus erat ex serua natus, reliqui tres erant filii familias,

*Sed magnis frat.*] id est, Horum quatuor puerorum dominis, vel seruis fratribus maior (qui iam ætate grandiores opus rusticum poterant facere) à laboribus rusticis redemptus puls in cibum dabatur.

*Scrobo vel sulco.*] i. A fodiendo vel aratione reuertentibus domum, à fodiendis vineis, vel arandis agris. Est autem scrobo fossula, in qua panguntur plantæ vel vites.

*Alter a cura.*] Nam prior paruulis erat cura minor, & exigua paruulis & ludentibus.

*Amplior.*] Ex proportionem. Respicit enim ad adultiores fratres.

*Pulchre.*] Emphatica. Nam ante vltum panis trecentis annis pulchre viscebant.

*Nunc modus.*] quasi dicat Auctor: Adeo creuit luxuria, vt quod antea toti familiæ alendi & rebus necessariis parandis satis erat, illud iam hortis, hoc est voluptatibus & deliciis non satis sit.

INDE ERRE SCILERVM CAUSSE. NEC PLVRA venena:

275

Miscuit, aut ferro grassatur sapiens vllum

Humana mentis vitium, quam scna cupido

Indomiti censui. NAM DIVES QVI FIERI vult,

Et cito vult fieri, SED QVÆ REVERENTIA legum,

280

Quis metus aut pudor est vnquam propterantis avari?

O pueri. Marcius dicebat, ES Hercules olim

Vestinnusq; senex. Panem queramus aratro

Qui satis est mensis: Laudant hoc numina ruris

285

Quorum opo ES auxilio grata post tempus arista,

Contingunt homini veteris fastidia querens.

NIL VETITVM FECISSE VOLET, quem non pudet alia

Per glaciem perone tegi, qui summouet Euros

Pellibus innerfis. PEREGRINA IGNOTAQVE nobis

Ad scelus, atque nefas quodcunque est purpura ducit.

Amplificat id quod. cepit dicere de atrocitate auaritiæ grauissime suo tempore grassantis, & con-

& contra veterum parsimoniam & frugalitatem prædicat.

*Indefere.*] Ex avaritia; Et verissime hoc dicit. Illa enim radix omnium malorum. *Indefecit.* cer, quod pueri à primis vnguiculis avaritiæ à parentibus imbuuntur. Vnde latrocinia, furtæ, veneficia, homicidia, &c. Cicero: *Intelligi facile potest nullum esse officium tam sanctum & si- lemne quod non avaritia comminuere soleat.*

*Plura Seneca.*] Quæ fere ob acquirendas opes miscbantur. Iuvenal. Sat. 6.

*Vos ego pupillos moneo, quibus auctor est res, &c.*

*Ferro grassatur.*] Nam homicidia & latrocinia exercebantur propter opes, à latronibus vias obfidentibus.

*Sana cupido.*] Immanis & atrox truculentaque avaritia. Virg.

—quid non mortalia pectora cogit

*Auri sacra fames?*

*Indomiti.*] Qui sedari & expleri non potest.

*Nam dives.*] Hoc ait ex natura avaritiæ. Nam avari non paullatim aut pedetentim diuitias exoptant acquirere, sed subito & vel vnicâ vice.

*Cito.*] Non per honestatem & longi temporis intervalla. Sed si fieri posset vnicâ hora, quamvis per immania scelera.

*Sed qua reverentia.*] Exclamatio. Avaritia nullas leges curat, omnes leges atque iura violat. Avarus qui cito vult dives fieri & ad opes festinat & properat, nullas leges, nullam honestatem & pudorem metuit.

*Quis metuit.*] Nimirum avari neque Deos neque homines curant, & modo opes acquirant, nihil pensi habent.

*Vixite contenti.*] Laudat rursus priscorum parsimoniam, qui paucis contenti beatissime vixerant, damnatque contra sui temporis inextinguibilem in plerisque avaritiam.

*Casulis.*] Domunculis rusticis hominibus, & parvis agellis.

*Maris.*] Quilibet patet familias in illis Italiæ locis. Erant autem Maris prope Albam. Hea- nectiam Lavinio, & Albæ vicini erant. Sabinis vero & Maris Vestini.

*Panem quaramus aratro.*] i. Tantum ex labore rustico quaramus, quantum nobis ad v- tum sufficiat. Nullum autem vitæ genus agriculura est præstantius.

*Aratro.*] Optima & iustissima ratione.

*Laudant hoc marmora.*] i. Ipsi Diis hoc vitæ genus placet.

*Hoc.*] Aratro panem quarere.

*Numina aratri.*] Tellus scilicet Ceres.

*Quorum ope.*] i. Quorum ductu & auspicio homines usum frumenti, & panem didicerunt, & cum fastidio reliquerunt, glaudes, quibus vixitabant ante.

*Quorum.*] Numina labores rusticos adiuvantium.

*Munus arista.*] Post munus & donum inveni frumenti & panis.

*Contingunt fastidia.*] i. Accidit illi fastidium. Et hæc enim vberdusi besommen.

*Veteris quercus.*] Dicit hoc, quia ante hæc, quæ notat, tempora, rudes adhuc erant, & arboris herbarumq; fructibus vivebant.

*Fastidia.*] Aspernatio, nausea, & contemptus.

*Nil veritum.*] Commendat vterius frugalitatem, diligentiam, laborum patientiam, quæ pri- scis omnium virtutum mater fuerit. Qui laborum patiens & paucis contentus est, & manul mediocritæ, quam nimia, ille nihil illicitum vult admittere per avaritiam, quod naturæ atq; le- gibus sit contrarium.

*Quem non pudet.*] i. Qui tener mollis, & superbus non est, & quem non pudet rustico calceo contranines, umbres, & frigus munir.

*Alto.*] Alto super genua subducto, ut apud nos piscatores. Hoc suffragogen.

*Pero.*] Pero calcens rusticus est crudo corio supra genua se extendens. Virg.

—Crudus tegit alto a pero.

*Per glaciem tegi.*] Dum glaciem penetrat, & dura opera tractat.

*Qui frummet.*] Qui arces auersit & à se depellit. frigidum & impetuosum ventis Eurus.

*Pellibus inuersis.*] Vt sit incultus quidem, sed à frigore tutus. Vestibus amicis, quæ possunt muniant, quam oracem. i. Omnia pellibus, lanam villos, vel plos interius habentibus.

*Peregrinus.*] i. Dam vilibus & contra frigoris inclementiam tantum necessarius vestibus uterentur, optime vivebant. Iam vero purpureas vestes, peregrinæ, Tyriæ, Africanæ, & Laconicæ omnia scelera innexerunt.

*Ignorans.*] Vt pote quæ Romæ non conficiatur.

*Quæcumque est.*] Dicit eo, nam dixit supra: *Peregrina & ignota*, ob id ait, quæcumque illa et parum nobis nota. Melius forte legitur, *quodcumque*, i. ad omne vitium & scelus.

190. *Hæc illi veteres præcepta minoribus: at nunc  
Post finem auctumni media de nocte supinus  
Clamorus iuuenem pater excitat. Accipe ceras.  
Scribe puer, vigila, causas age, perlege rubras  
Maiorum leges, aut vitam posce libello.*

195. *Sed caput intactum buxo, naresq; pilosæ,  
Adnotet, & grandes miretur. Lælius alas.  
Dirne Maiorum attegias, castella Brigantium  
Vt locupletem aquilam tibi sexagesimus annus  
Adferat. Aut longos castrorum ferre labores*

200. *Sipiget, & trepidum soluant tibi cornua ventrem  
Cum lituis audita pares, quod vendere possis  
Pluris dimidio, NEC TE FASTIDIA mercis  
Vilius subeant, ableganda Tiberim ultra,  
NEC CRÉDAS PONENDVM aliquid discriminis inter*

205. *Vnguenta & corium. LICRI BONVS EST odor ex re  
Qualibet. Illa tuo sententia semper in ore,  
Versetur Diis atque ipso Ioue digna, Poeta,  
Vnde habeas QUÆRAT nemo, sed oportet habere.  
HÆC MONSTRANT vetula pueris poscentibus, assensu*

210. *HOC DISCVNT OMNES ante Alpha & Beta puella.*  
Démonstrauit superius maiores suis liberis continentie & frugalitatis auctores fuisse. Iam  
è contrario demonstrat sua ætate parentes longe alia liberis suis præcipere.

*Post finem auctumni.*] Etiam media hieme ubi frigus virget, noctu excitat, & ad auidiam impellit. Hiemis initio, quæ 4. Id. Nouemb. incipit, teste Varrone.

*Accipe veras.*] Verba auari, quibus filium suum ad opes accumulandas exhortatur. Accipe veras tabulas, teque exerce scribendo & computando.

*Causas age.*] Litiga, causas defendendas condéc vt lucrum facias.

*Perlege rubras.*] i. Leges rubrica scriptas, vel titulos iuris ex minio, aut rubro colore. Horat.

— aut cur rubrica mimetur.

Et Persius: *Excepto si quid Masuri rubrica notauit.*

*Maiorum.*] A maioribus latas.

*Vitam posce.*] i. Libello supplice, vel carmine in laudem Imperatoris, vel alterius (qualis erat Paris de qua histione Sat. 7.) conscripto posce tibi centurionatum. Centurionem assignare Sat. 8. rat. Vnde noster Sat. 8.

*Nodosam posthac frangebas vertice vitam.*

*Sed caput.*] id est, ita tegere, vt Imperator Lælius, à quo Centurio scribendus es in te amoret negligens corporis cultum. Ita enim pefferem & militæ idoneam existimabit.

Int actum

*Entellum burs.*] Imperitum. (Pectus enim ex burs) corporis cultum negligens.  
*Nares pilosae.*] Pilei homines maioris roboris existimantur. Polyphemus apud Ovidiam  
 Metamorph.

*Barba viros hirsuta,* decens in corpore seta.

Hinc Hercules Melampyrgus dictus.

*Lalio.*] Imperator. Qui te fortem militem existimabit.

*Alar.*] Axillas & scapulas. Hi duo versus quo pertineant & quid sibi velint, non satis per-  
 video.

*Durum Maurorum.*] i. Milita, & Maurorum mapalia, tabernacula, umbracula & humiles ca-  
 sas prosterne & euertere. i. Fortissimum militem & centurionem age.

*Castella.*] Arces & oppida Anglorum & Britannorum expugna. Contra hos Neronis tem-  
 pore granissima gerebantur bella.

*Vir lucupletem.*] i. Vt anno ætatis sexagesimo signifer his stipendiis emeritus. Ante illum an-  
 num missio à Militia non dabatur, quo anno sua stipendia deponebant. Vt anno 60. à militia  
 missus ingentes opes sis consecutus. Vel vt sexagesimo anno signifer fias, & opes atque pecu-  
 niam consequaris.

*Aut longos.*] i. Si militiam exercere tædet, mercatorum exerce.

*Et trepido.*] Vt formidolosus & trepidus sis de vita metuens tabernamque clangorem audire  
 nequeas.

*Solacium ventrem.*] Ex ratione naturali dicit. Nam metuentibus alius soluitur. Vide Probl.  
 Aristotelis.

*Corinna.*] Si horribilem sonitum eorum & tubarum in bello audire non sustineas.

*Litui.*] Quibus viri ad bellum acceduntur. Est autem lituus incurva buccina exili sono.

*Pares quod vendere p.*] Pluris dimidio quam reuera valet autquam tu illud emisti.

*Necte festidia.*] id est: Non nauses, si forte foetidae merces tibi sint distrahendæ, quæ ob fo-  
 torem etiam ultra Tyberim ablegandæ sint, vel ad Transiberinam vrbis regionem, quæ mi-  
 nus culta, & vbi humilis & fordida plebescula, vbi fordiora etiam opera tractabantur pelles-  
 que animalibus foetidae deripiebantur. Mart. lib. 6.

*Non detrahta cani Transiberina curis.*

*Corium.*] Pelles male oleantes, & bene fragrans corium.

*Luctu bonum.*] Ad illud Titi Vespasiani apud Suetonium allusit. *Qui reprehensus à Tito filio*  
*quod prima Gedrigal commentum esset pecuniam ex prima pensione eius maribus addidit, quarens,*  
*nunquid odore offenderetur illo negante. Atque, inquit, è lotio est.*

*Ille tuo.*] Laudat illum sequentem Ennii versum tanquam Deo dignum & oraculum.

*Vnde habeam.*] Vnde habeam diuitias ex fœdis an male olentibus mercibus iuste & iniuste  
 nemo sollicitus sit. Dixit autem hoc Ennius ironice auaritiam perstringens, vbi reprehendit a-  
 ueros quod modo pecuniam acquirerent nihil pensi habebant quocumque illud fieret iure vel  
 iniuria.

*Hoc monstrans p.*] i. Matronæ vetulæ inculcant hoc pueris suis dum parui adhuc sunt, & al-  
 tem petunt ad nuculas, pyra, poma, placentas, & alia emenda. Sic Sat. 5. superius dixit:

— *Assumq; rogatum.*

Probus legit, *Pueris repensibus Assa.* Assa autem nutrix est, quæ lac infantibus non præstat, sed  
 secca est nutricula, tantum curam puerorum habens. Sed satius est lectionem vulgatam re-  
 tinere.

*Ante Alpha & Beta.*) Antequam fundamenta & elementa linguæ & litterarum addiscunt,  
 fundamenta auaritiæ & omnium malorum iam posuerunt.

*Talibus instantem monitis quemcunque parentem*

*Sic possem adfari: Dic, ô vanissime, quis te*

*Festinare iubet? meliorem præsto magistro*

*Discipulum: Securus abi: vinceris vs Ajax.*

215

*Prætorius Telamonem, ut Pelea dicit Achilles*  
*PARCENDVM EST teneris, nondum implere medullas*  
*Natura mala nequitia. Cum pectore barbam*  
*Cæperit, aut longi mucronem admittere cultri,*  
*Falsus erit testis, vendet periuria summâ,*

219

*Exiguâ, Cæteris tangens aramq; pedemq;*  
*Elatam iam crede nurum, si lumina vestra*  
*Mortifera cum dote subit. Quibus illa prometur*  
*Per noctem digitis? NAM QVÆ TERRA QVÆ MARIQVÆ*  
*Acquirenda putes, breuior via conferet illi.*

225

*NULLVS ENIM MAGNI sceleris labor. Hæc ego nunquam*  
*Mandavi, dices olim, nequet alia suasi:*  
*Mentis causa mala tamen est, & origo peneste.*

230

*NAM QVISQVIS MAGNICENSVS præcepit amoris,*  
*Es leno monitu pueros producit auaros,*  
*ET QUI PER FRAVDES patrimonia conduplicare*  
*Dat libertatem, totas effudit habenas*  
*Curriculo, quem si remeas subsistere nescis,*  
*Es te contempto rapitur, metisq; relictis.*  
*NEMO SATIS CREDIT TANTVM delinquere, quantum*  
*Indulges, adeo indulgens sibi latius ipsi.*

Initio monet pueros ad scelera exhortandos non esse, sed sua sponte in scelera ruere.

*Talibus instantem.* ] i. Patrem, qui filios suos ad auariciam exhortatur.

*Sic possem.* ] i. Vnufquique compellere posset.

*Postulare.* ] Filium ad auariciam virgere & instigare, vel ante tempus filium auarum cedere.


Cum sponte & ultro maturiori ætate illam sit addisciturus.

*Meliorem præsto.* ] i. Præstabo & exhibebo filium tuum in auaritiâ longe superiorem.

*Magistro.* ] Patrem intellegit.

*Securus abi.* ] i. Discede tantum & desiste ab eruditione vel institutione ampliore filii tui. Vel, ne sis sollicitus, quasi filius tuus frugi non sit futurus, & probe opes computaturus.

*Vinceris, ut Ajax.* ] i. Ut Ajax patrem suum Telamonem, & Achilles Pelea maricam suam virtute & fortitudine superauit: ita etiam filius tuus te superabit: sed auaritia. Est autem talis Genealogia.



*Parcendum est teneris.* ] id est, ipsis pueris non ita est instandum exhortationibus ad avariciam & sordes.

*Nondum implere.* ] id est, Malitia & nequitia ipsis innata nondum ad cor ipsis penetravit, ipsorumque medullas nondum occupauit, quod ubi maturiori ætate fiet, sua sponte & ultro facis scelera erunt.

*Natura.* ] Per naturam deprauatam, q. d. Vbi illa mala maturiori ætate exfuscitabuntur, ipsam ad summum avaritiæ cacumen perducent.

Caus

*Cum possit barbam.*] i. Vbi grandior ætate fuerit, in malitia avaritia prolixo ipse per se, id est, Cum habuerit barbam tam prolixa, ut peccari possit.

*Longi cultri.*] Nouacula vel culti rationi, qui oblongioris figuræ illiserat.

*Talus erit seditus.*] id est, Tunc sponte sua malis artibus ad avaritiam vtemur, ad quæ ipsum excitulata.

*Vendet peritiam.*] i. Data vel exigua pecuniarum summa loco præmii, peritiam erit, id est, Pro tenui locella peierabit.

*Cereri iugens.*] Vbi iuramentum sanctissimum habebatur, quippe ubi castis & puris tantum locus erat. Unde dixi Sat. 9.

*Pauca adeo Cereris Vitis contingere digna.*

*Ataque.*] Respicit ad morem & habitum iurantium.

*Elatam iam crede nurum.*] i. Tam certe credo quod filius tuus uxorem suam nurum tuam veneno occisurus sit, quam si illa iam occisa & ad sepulturam elata esset. Inuit filium ob opes propriam coniugem sublatum.

*Silvina Vestra.*] i. Si maxime dotata filio suo nupsit.

*Mortifera.*] Ipsi nurui. Nato propter dotem occupandam venena ipsi dabit filius tuus. Est autem aptissimum huic loco Epibetom.

*Quibus ille premetur.*] Intellige, vel quod digitis violenter eius fauces oclusurus sit, vel quod digitus veneno cicutæ infectis eius dormientis membra muliebria sit contrectaturus. Sic M. Cæcilius obiecit Calphurnio Bestiæ, quod uxores suas digitis aconito infectis in membris muliebribus tangens interemerit. Plinius.

*Nam qua terraque.*] i. Quæ tu pater sperasti filium tuum consecutum longis laboribus, & negotiationibus terra & maris illud filius tuus acquireret longe breuiore & compendioso via, nimirum, furtis, homicidiis, latrocinii, periuriis, aliisque malis artibus.

*Nullos omnis.*] i. in scelere perpetrando non magna difficultas est. Sed per scelus diuitias acquireret. Ergo diuitias facillime acquireret, q. d. Quid facilius est quam magnum scelus perpetrare. Per flagitia autem bona acquireret. Ergo facillime.

*Hæc ego nunquam.*] Sequitur patris excusatio, quæ dicat Poeta, Cum audieris filium tuum adeo scelera perpetrantem, dices, Ego nunquam auctor fui filio, ut veneficia, furta, & latrocinia perpetraret.

*Mentis causa mala.*] i. Quoniam tu ipsi commendasti diuitias quæ nulla faciliore ratione acquiruntur, quam scelere. Quasi dicat, Licet expresse non suaseris, tamen illorum auctor es. Est autem responsio Poetæ, quasi dicat, Quamuis homicidia & veneficia filio tuo non comparaueris, tamen avaritiam ipsi imperasti unde omnia hæc necessario oriuntur. Et hac ratione exordium sceleratæ mentis filii tui penes te est.

*Mentis quisque.*] Probat quod avari parentes omnium scelerum auctores sint ipsi liberis, id est, Quicunque avaritiam filio suo imperat, eique summas opes commendat, præcipit etiam ei & aperit rationes quibus illæ acquirantur: homicidia, latrocinia, periuria.

*Lævo munus.*] Iniquo, iniusto, sinistro, filios suos avaros producit, & paulatim efficit. Quasi dicat, Quia liberis suis diuitias commendant, illis dant etiam libertatem per fraudes acquirendi, quo nomine illi vixit semper progrediuntur, & paulatim in maiora scelera incidunt.

*Per fraudes.*] Per malas artes malis mercibus.

*Totus effundis habenas.*] i. Ille idem facit quod auriga, qui equis cum curriculo currentibus frenas & habenas laxant, & profundunt. Nam si curram velocissime currentem inhibere velis non poteris: si filium tuum iam pleno gradu per scelera ad diuitias properantem retinere velis non poteris. Tum enim, ut Poeta ait:

*Peritur equis auriga, nec audit curram habenas.*

Deleo vero hoc loco *Et*, quod in vulgatis plerisque inseritur.

*Curriculo.*] Diminutivum à curru, vel etiam à cursu.



*Et te comento.]* Quomodemoiniitico quadriga carrus ex præcipiti deorsum laus, in-  
pigitur.

*Rapitur.]* cum impetu.

*Metusq, relictis.]* Ultra terminos à te sibi præscriptos. i. Post se reliquit illas metas, quas tu ip-  
si constituisti. Et ratio est, quia in malo, quod infinitum est, modus, vel finis, vel meta dari ne-  
quit. *Metus relictus.* Ob impetum.

*Nemo satis credit.]* i. Nemo existimat, se satis tum peccasse cum tantum solum peccat. quan-  
tum tu permisisti. Existimat enim se felicitate videri peccet, non peccaturum.

*Quantum permittas.]* Putat enim se nimis angustis terminis à te esse inclusum.

*Adeo indulgent.]* i. Usque adeo omnes homines semper plus peccare gaudent. Et ratio est,  
Nam in immoderato modus non est.

- CUM DICIS IUVENI, stultum, qui donet amico,  
Qui paupertatem lenet, attollatq, propinqui.  
Et spoliare doces, & circumscribere, & omni  
Crimine divitias acquirere, quorum amor in te est.*
- 240 *Quantus erat patria Deciorum in pectore, quantum  
Dilexit Thebas, si Gracia vera Menaceus.  
In quarum sulcis legiones dentibus anguis  
Cum clypeis nascuntur, & horrida bella capeffunt.  
Continuo, tanquam tubicen surrexerit una.*
- 245 *ERGO IGNEM CIVIS scintillas ipse dedisti,  
Flagrantem late & rapientem cuncta videbis.  
Nec tibi parceretur misero, trepidumq, magistrum  
In caueâ magno fremitu leo tollet alumnus.  
Nota Mathematicis genesis tua: sed grane tardas*
- 250 *Exspectare colos. Morieris stamine nondum  
Abrupto. Iam nunc obstas, & vota moraris:  
Iam torquet inuenem longa & cornua senectus.  
Ocyus Archigenem quare atque eme, quod Misbridases  
Composuit, se vis aliam decerpere ficum,*
- 255 *Atque alias tractare rosas. Medicamen habendum est,  
Sorbere ante cibum quod debeat aut pater, aut rex.*

Pertorix ito superiorem, indicans, quod si quis filium alii beneficientem reprehendat, fi-  
lius non solum non benefactor sit, sed insuper fraudulenter, perlorus, & sceleratus sit furarum.

*Cum docis iuveni.]* i. Cum puero tuo dicis illum stultum esse, qui aliis benefaciat, vel si filium  
tuum aliis beneficientem reprehendas ille non solum non benefaciet, verum insuper etiam  
malefaciet, & crudelis erit, atque fraudulentus. Et ita filii semper plus facere in malis præferunt  
volent, quam parentes initio ipsis indulerunt.

*Amico.]* Tuentiori.

*Propinqui.]* Proximi sui.

*Et spoliare doces.]* i. Doces illo ipso filium tuum vel externa violentia alios spoliare, vel dotis  
atque fraudibus alios circumvenire. Et ratio est, quia si noluit filium suum cuiquam beneface-  
re, tum, malefacere aliis volet. Nam semper ulterius peccando progreditur.

*Circumscribere.]* Sic supra Quot circumscripserit Hircus pupillos.

Quantum

*Quorum amor in te est*] Tanrus in te diuitiarum amor est, quantus patriæ amor erat in Decio patre, & filio, qui pro patriæ salute sese deuouerunt. Vt tu te pro pecunia deuoues. Multi enim auri pro pecunia acquirenda sese deuouent.

*Deciorum.*] De his dictum est Satyra 8. ad illa verba:

*Plbeia Deciorum anima.*

*Si Gracia Vera.*] Obiter perstringit vanitatem Græcorum in suis historiis & laudibus cantandis. Sane in laudibus suis semper verbosior fuit Græcia. Vnde & superius dixit:

— *Quicquid Græcia mendax*

*Audet in historia.* —

*Menæceus.*] Creontis filius, cum Thebarum ciuitas obsessa ab Argiis esset, respondit oraculum, saluam illam fore si vltimus ex Cadmi familia sponte sua sese interemisset. Quod cum ad se pertinere videret Menæceus suo se transfixit gladio. Alii paulo aliter referunt. Quod Menæceus cum cognouisset per Tiresiam vatem, Thebas semper fore liberas, & nunquam capi posse, siistic ipse occubisset, vbi cauerna & cubile Draconis erat, libens, clam patre gladio incubuit.

*In quarum sulcis.*] Hoc iam refer ad illud, quod superius dixit. Si Græcia vera. Græci enim innumerabiles fabulas historiis suis inseruerunt, vt & hæc de Cadmo, quod dicitur, fabula est. Cadmus enim cum Draconem interemisset, eius dentes exussos seminauit, ex quibus armati milites prodierunt. qui mox inter se configentes mutuis vulneribus ceciderunt. Septem tantum exceptis, quorum fuit vnus Echion. Vide Ouidium 3. Metamorph.

*Spargis humi iussos mortalia semina dentes,*

*Inde (fide maior) gleba cepere moueri*

*Primaq; de sulci in acies apparuit hasta.*

*Tegmina mox caput pectusq; nutantia cono.*

*Mox humeri pectusq; onerataq; brachia telis*

*Existunt, crescitq; seges clypeatû virorum.*

*Continuo.*] Obiter irridet frigida Græcorum commenta, quorum tamen teste Plinio nullum mendacium, quod teste careat.

*Tanquam tubicen.*] Qui illos ad bella & mutua vulnera excitaret, & accenderet. Irridet Græcorum fabulas.

*Ergo ignem.*] Prior allegoria à curru fuit, sequitur altera ab igne. i. Vt aliquis ignem excitatum extinguere nequit, ita neque diuitiarum amorem in pueris excitatum, & quasi inflammatum. Ille enim amor omnia per fas & nefas ad se rapiet, etiam bona tua te prius sublato.

*Scintillas.*] Fomenta. Filio enim tuo semina auaritiæ dedisti quasi scintillas, vnde inextinguibilis ille auaritiæ ignis omnia depascens & consumens, & rapiens.

*Flagrantem.*] Qui exstingui nequit. Ita etiam non exstinguitur opum desiderium.

*Rapientem.*] Vt ignis omnia consumit, & deuorat, ita auarus omnia ad sese rapit.

*Nec tibi parceretur.*] i. Non solum decipiet omnes alienos quos poterit, nec uxorem solum ob dotem, vt illa potiarur occidet. Verum te etiam, qui illum docuisti, educaisti, informasti. Non secus atque leo alumnus magistrum suum in cauem abripit, & deuorat.

*In cauea tollit.*] In loco suo, in quo includitur, te occidet, & interimet. Domitiani tempore leo quidam in Theatro magistrum suum dilacerauit. De quo Martialis.

*Laferas ingrato leo perfidus ore magistrum.*

*Alumnus.*] Allegorice filium notat, qui parem malitiam in patrem suum sit exerciturus.

*Leo alumnus.*] Filius tuus auaritia instar leonis truculentus.

*Nota Mathematicis.*] Indicat patrem ipsum ab avaro filio esse interimendum. i. Vitæ tuæ duratio ex hora natiuitatis vel generis Mathematicis nota est: Et mathematici ex illa tibi longam vitam promittunt. Verum filius tuus illum astrorum cursum interpellabit, & parcas fila vitæ tuæ secare morantes & tardantes proueniet.

*Sed grane.*] Filio tuo avaro molestum est prolixas parcæ colos expectare, i. Filius tuus

eamdiu expectare nequit, donec naturali morte à Mathematicis tibi prædicta, & à Parci tibi præscripta moriaris.

*Morieris flamine.* ) Nondum à Parci præfecto. i. non naturali morte morieris, sed à filio tuo veneno vel alio scelere extinctus.

*Iam nunc obstar.* ) Filio tuo tua longa vita molestus es. *Qui bist ihm iussidet.*

*Vota moraris.* ) Opum & facultatum, vel hereditatis, quam à te expectat. Voca filii qui te immundum extinctum cupit. Ouid.

*Filium ante diem patrius inquit in annos.*

*Iam torquet inueniem.* ) Excruciat eum longæua tua vita & senectam tuam cervinam appellat. Cerui enim ad nongentos annos vivere dicuntur. Sane vita ceruis in confesso longa est. Post centum annos aliquibus capris cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat, ad operis iam cute in magna obesitate. Forte legi & potest *cornina*.

*Ocyus Archigenem* ) i. Si volueris diutius adhuc vivere, Antidoton Mithridaticum tibi contra venena compara, quæ filius tuus tuis bonis inhians tibi parabit.

*Archigenem* ) Huius præstantis medici iam ter meministi.

*Mithridates.* ) De hoc rege Porti, eiusque medicamento aduersus venena diximus in calo Sat. 6. Fuit autem Mithridaticum è duabus nucibus ficcis, totidem ficis, ratæ foliis 20. annis gra-  
mo salis,

*Si vis aliam* ) i. Si vis adhuc per annum vivere, ut nonas ficus decerpas,

*Alia rosas.* Visque ad proximum ver vivere, quod rosas & flores præbet.

*Medicamen* ) Antidoton in promptu est habendum.

*Pater aut rex.* ) i. pater qui avarum filium habet & quæ venenum timeat, ut rex Mithridates

*Monstro voluptatem egregiam, cui nulla theatra,*

*Nulla equare queas prætoris pulpita lauri.*

*Si spectes quanto capitis discrimine constant*

*Incrementa domus, ærata mulius in arca*

266 *Fiscus, & ad vigilem ponendi Castora nummi.*

*Ex quo Mars ultor galeam quoq; perdidit, & res*

*Non potuit servare suas. ERGO OMNIA FLORÆ*

*Et Cereris licet, & Cybeles aula relinquant*

*Tanto maiores humana negotia ludi.*

269 *AN MAGIS OBLECTANT animum iactata petauræ*

*Corpora, quæq; solent rectum descendere funem,*

*Quam tu Corycia semper qui puppe moraris,*

*Aiq; habitas Coro semper tollendus & austro.*

*Perditus ac vilis sacri mercator olentis:*

270 *Qui gaudet pingue antiqua de littore Creta*

*Passum, & municipis Iouis aduexisse lagenas?*

Docet iam, quam ridicula sit avarorum vita, quæ considerantibus maiorem risum excites quam in villa theatra, ut fuvambuli.

*Monstro voluptatem.* ) i. Avarorum pericula, labores, curas, sollicitudines si animaduertas, maiori voluptate afficeris, quam in theatris ludos spectans.

*Monstro.* ) Quando huiusmodi avarum demonstro.

*Voluptatem.* in consideranda stultitia avarorum.

*Pulpita* ) Scenicos ludos, quos exhibet prætor ille tantus, & supinus. Indicat avarorum vitam maxime esse ridiculam.

Lauri

*Lauti.*] Magnifici, celsi, supini: Hunc superius saepius exagitavit.

*Sissecas.*] Quantis periculis & laboribus opes sint corradenda.

*Incrementa.*] Augmenta opum in domo, quæ avarus studet accumulare.

*Aerata mulier.*] Multi pecuniarum sacculi in arca inclusi. Ferrata autem arca opes suas di-  
tiores custodiebant, ut dictum superius ad illa.

*Quantum serrata distat ab arca.*  
*Sacculus.* —

Item

— ut maxima toto

*Nostrasit arca foro.*

*Et ad Vigilem.*] Ad templum Castoris. Solebant enim in templis veteres suos thesauros re-  
condere, rati à Diis melius custodiri.

*Vigilem.*] Hic excubiae per vigiles erant, pro custodiendis numis ibidem repositis.

*Ex quo Mars.*] Ex quo tempore è foro Martis, ubi antea in arce ferratae diuitiae custodieban-  
tur, per fures arce spoliatae sunt. Ex illo tempore ceperunt ad Castoris templum thesauros illos  
ponere, & ibi excubiis custodire.

*Mars vitor.*] Forum enim illud ab Augusto constructum Martis vitoris appellabatur.

*Galeam perdidit.*] Ridicule, quæ forte ipsa per fures de capite ablata.

*Rex suus.*] Sceptice, irridet Deum, q. d. propria sua arma in corpore sibi retinere non potuit.

*Ergo omnia Florae.*] i. Omnes ludos alios merito relinquant, præ stultitia ridicula avarorum. E-  
rant autem *Iudi Florales* iocosi, dulces, cum summa vulgilitentia, à meretricibus celebraban-  
tur.

*Cereis.*] Ludos Cereales, quibus equorum cursus in circo celebrabantur, Primisque eos  
Caius Memmius Aedilis Curulis exhibuit.

*Cybeles.*] Ludi Megalenses à Iunio Bruto instituti in æde magnæ Deum marris Cybeles.

*Relinquant.*] Contemnas & posthabeas, aula illa, quæ in ludis hisce extenduntur.

*Tanto maiores.*] Negotia humana avarorum, ut sunt, navigationes, peregrinationes, ærum-  
æ, pericula, labores, tam magis ludicræ, & ridiculæ sunt ipsis spectantibus.

*An magis oblectant.*] i. Petauristæ, qui per circulos insigni velocitate se conuoluunt, nunquid  
magis aliquem delectant, quam insani illi & ridiculi mercatores, qui ventis semper iactantur  
& vndis.

*Petauris.*] Petauristæ per ligneum circulum admodum angustum tam magna solertia mani-  
bus & pedibus directis transuolabant, ita tamen ut vix circulum corpore tangerent, & tamen i-  
ta cadebant, ut pedibus insisterent. Alii dicunt fuisse genus ludi quo homines rotarum pulsû per  
aera iactabantur. Dicitur etiam possunt hastæ, circa quas se voluunt funes, quibus etiam recipro-  
ci inambulabant circuli, per quos se trans mittebant. Sed prius illud melius est.

*Quaq. solent.*] Funambulos intelligit.

*Quam tu.*] Naue Corycium petente ad crocum adportandum. Est autem Corycium Promon-  
torium Cretæ & portus Æthiopiz.

*Corycia puppe.*] Qui illa navi inhabites, ab illa navi nunquam discedas.

*Coro.*] Argette, ab occasu solstitiali. Intelligit quemvis ventum.

*Tollendus.*] Iactandus & agitandus.

*Perditus.*] Homo stultus & ærummosus. Legendum cum Probo *Perditus ac tritus*.

*Sacci olenti.*] Mercator foetidarum mercium in sacco aliquo maleolenti. Forte etiam in telli-  
gunt Aromata & opobalsama.

*Pingue passum.*] Passum est liquoris genus, quod ex vva passa cogitur, teste Marcello. Varro,

*Passum nomen habens, si in Sindemia Enam diutius coactam legerent, eamq. passis essent à Sole ad-  
m.* Est ergo vva genus potius, quod olim è Creta mittebatur, Proprie autem *passum* signifi-  
cat rugosum & siccum.

*Antigua Creta.*] Vt pote Iouis patriz.

*Municipes legenas.*] Vinum Creticum, in eodẽ municipio natum in quo olim Iuppiter. i. Eiusdem patris & ex eodem municipio & loco, ex quo olim Iuppiter, quĩn Creta natus est, & à Caretibz nutritus. Intelligit autem vinum Creticum inlagenis, quod iam Malcanum dicitur.

- Hic tamen ancipiti figens vestigia planta  
Victum illa mercede parat, brumamq; famemq;  
Illa reſte cauet. Tu propter mille talenta*  
275. *Et centum villas temerarius. Affice portus,  
Et plenum magnis trabibus mare plus hominum eſt iam  
In pelago, veniet classis, quacumq; vocarit,  
Spes lucri, nec Carpathium Getulaq; tantum  
Aequora tranſiliet: ſed longe Calpereliſta,  
280. Audiet Herculeo ſtridentem gurgite Solem.  
Grande opera pretium eſt, ut tenſo ſolle reuerti  
Inde domum poſſis, tumidaq; ſuperbus aluta  
Oceani monſtra & luuena viſiſſe marinos.  
NON VNVS mentes agitat furor: ille ſororis  
285. In manibus vultus Eumenidum ferretur & igni:  
Hic bone percuſſo mugire Agamemnona credit.  
Aut Ithacum. PARCAT TVNICIS LICET, atq; lacernis  
Curatoris eget, qui nauem mercibus implet  
Ad ſummum latus, & tabula diſtinguitur vnda,  
290. Cum ſit cauſa mali tanti & diſcriminis huius,  
Conciſum argentum in titulos, facieſq; minutat.*

Probat inſignem ſtultitiam & calamitatem auarorum mercatorum, quibus funambuli longẽ ſint prudentiores, cum his minus ſit periculi, & plus emolumentĩ, cum habeant inde vt iacunde viuant, quo auari miſeri carent.

*Ancipiti planta.*] Qui dabit & periculoſe in fune incedit, dubius, an domum incolomis ſit rediturus.

*Victum.*] Omnia neceſſaria ſibi comparat illa reſte, & proſpicit ſibi de amictu & victu. Licet aon multum, tantum tamen, quantum ſatis eſt.

*Mercede.*] Quam recipit ab ſpectatoribus.

*Tu propter.*] i. Tu longe funambulo ſtultior, non ob famem vel frigus vitandum laboras, ſed vt immodicas & ſuperſtuas opes habeas, quibus carere poteras, & tamen beate viuere.

*Mille talenta.*] Cum vnum talentum & vna villa tibi ſufficiat. Eſt autem maxima temeritas propter ſuperuacua ſeſe periculis obicere.

*Affice portus.*] Ita hic ſunt diſtinguenda. Probat autem, quod dixit, ob auaritiã mercatorum portus & mare paſſim plena eſſe. *magnis trabibus,* nauibus, vel etiam nauibus fractis.

*Plus hominum.*] Qui naufragium paſſi in mari interierunt, quam qui in terra mortui. Vel quod plures in mari nauigent, quam in terra peregrinentur.

*Veniet classis.*] i. Vbiunque lucrum eſt, eo naues penetrabunt.

*Nec Carpathium.*] Hoc mare ſe extendit vltra Rhodum, Cretam, & Cyprum, ab inſula Carpatho ita dictum.

*Getula littora.*] Mare Libycum.

*Calpe.*] i. Longe poſt ſe relinquet columnas Herculis Calpen & Abilam, illam in Hiſpania, hanc in Mauritania.

*Audiet*

*Andies Hercules.*] Hoc ait ex Possidonii & Poetarum figmentis, qui solem in finitimis Oceani litoribus ingenti strepitu occidere aiunt, ac si in illo restinguendo pelagus effervescat, non aliter, atque si segetum candens aqua immergas.

*Hercules.*] Ultra Herculis columnas, ubi nullas terras, neque navigari priscis creditum est. Hoc falsum esse nostri nautæ & res ipsa loquitur.

*Grande opera p.*] Censes te mercedem labore & opere dignam consecutum, si in illis locis piscis & marina monstra videas, & inde redeas multis opibus onustus.

*Taus folle.*] Discento & pleno pecuniarum sacculo. Sic supra dixit.

*Si reddat veterem cum tota argente follem.*

*Tumida aluta.*] Pellicula marsupii pecunia turgenti. Est autem *aluta* pellis mollis ad calceos & alia opera concinnata. Nisi quis velit per *alutam tumidam* vel zaniū intelligere. Sane Galli olim pellibus & aluta pro velis tenuiter confectis vti, teste in Commentariis suis Cæsar.

*Oceani monstra.*] Vt Tritones, Nereides, vel marina monstra balæpas, & alia.

*Iuvenes marinos.*] Tritones, qui præ se humanam effigiem ferunt.

*Non sum.*] Cum variis deliciis homines passim videntur, demonstrat avaros mercatores omnium maxime stolidissimos & insanos esse. Horatius.

*Danda est Ellebori multo pari maxima avaria.*

*Ille soror.*] Respicit ad fabulam Euripidis de Oreste, quem furentem custodiebat Electra soror, qui putabat se videre furias, quæ facie & flammis sese insequerentur.

*Eumenidam.*] Quas putat se videre.

*Hic bene.*] Intelligit Aiace, qui in iudicio armorum Achillis ab Ulyssæ victus sibi manus intulit: furiosus in boues & porcos læuiebat, existimans Agamemnonem & Ulyssæm sese percutere. Inde ad saniozem mentem reuersus pudore confusus suo se gladio transfixit. Vide Soph.

*Magis.*] Præ dolore. Nam duos tauros domi alligatos loris contidebat.

*Pecat tunica.*] Avarus licet non ut alii furiosi vestes suas laceret, & lacernas, tamen insanus est, & curatore vel custode indiget, dum bona sua, & seipsum vento & fluctibus committit, & in voluntarium mortis periculum sese præcipitat.

*Curatoris.*] Vt insanus & furiosus.

*Ad summum latas.*] Vique ad summitatem lateris nauium.

*Es tabula.*] i. Vna tabula ab vnda vel morte quatuor digitis distinguitur, ut supra dictum. Plutarchus scribit Platonem in tribus rebz permississe, Quod mulieri arcannū quidquam credidisset, quod manus transmississet, quo pedestri itinere potuisset peruenire. Deniq, si qua dies per mentem ipsi effluxisset.

*Cum sit caussa.*] Cum tot labores & pericula tantum instituantur propter aunos, non tantum numerum vltimū, quem avari ignorant.

*Concisum argentum.*] Periphrasis numerorum.

*Tuulos.*] Cæsarum & imperatorum.

*Facies.*] Principum, Cæsarum, regum.

*Occurrunt nubes & fulgura. Soluite funem.*

*Frumenti dominus clamat piperisq, coemtor*

*Nil color hic cæli nil fascia nigra minatur.*

295 *Aëstium tonat: Infelix ac forsitan ipsa*

*Nocte cadet fractis trabibus fluctuq, premetur*

*Obrutus, & Zoniæ lana morsuq, tenebit.*

*SED CVIVS VOTIS: MODO non suffecerat aurum.*

*Quod Tagus, & rutila voluit Pædulus arena*

*Frigida sufficiens velantes inguina panni.*

300

*Exiguusq; cibummersa rate naufragus assens  
Dumrogas, & picta se tempestate tuctur.*

Deridet dementiam avarorum, qui præuisa manifesta pericula amore lucri contemnacunt. *Occurrunt nubes.*) Cum exoritur tempestas in mari inter nauigandum. *Soluite funem.*) Sunt mercatoris frumenti & pipetis, & diuitis auari verba. i. Retinacula navis soluite, & vos ad nauigandum accingite.

*Frumenti dominus.*) Mercium, quæ in naui vehuntur dominus.

*Coemptor.*) Qui vndique piper coemit. *Der zusammen gekauft hat.*

*Nil color.*) Hic color niger & terribilis, & hæc nigra nubes quæ falcis instar cælum cingit, nihil periculi vel mali nobis minatur. Per *fasciam nigram* intelligit atrata nubis circumalum.

*Aestiuum tonas.*) Vt more æstiuo cum summus calor est, fieri consuevit. Verbis hîc mercator nautas consolatur. Sic alter Poeta dixit: *Horrendum clamas.*

*Infelix.* ji. Infelix ille & infestus avarus mercator forsitan illa ipsa nocte naufragium passus cadet inque mare prolabetur.

*Fractus trabibus.* ji. Naui fracta maris fluctibus obruetur & mergetur, obrutus & immergus vadis maris.

*Et Zonam.*) Ita dicit, nam in zona vel cingulo aurum recondere, & loco viatici secum portare solebant. Teste Suetonio, Agellio, Apuleio. Cum ad terram naufragus natabit, morsu vel læua manu zonam auro plenam tenebit, & dextra manu natabit.

*Sed cuius votis?* ji. Cuius desiderio & cupiditati ante naufragium, ne totius quidem mundi diuitias satis erant, post naufragium tandem frugi euadet, & disceat contentus viuere panno, qui tantum inguina tegere & abscondere possit.

*Modo.*) Paulo ante, cum naui ingredi crederetur.

*Tagus.*) Lusitaniz fluius aurifer.

*Pactolus.*) Lydiz fluius aureis arenis fluens.

*Rutila.*) Aurea, fulua.

*Frigida sufficiens.*) Iuxta illud ὁ παλαιὸς ἑρπὶς ἐν τῷ πλοῖν ἀπὸ τοῦ κρύου, id est, illi sufficiet tantum vilis panni, quo nuda, & ex aqua marina vda & frigida inguina possit tegere & abscondere.

*Velantes.*) Tegentes & abscondentes.

*Exiguusq; cibum.*) Nimirum tum frugi esse disceat.

*Mersa rate.*) Dum naui fracta naufragium suum depingi curauit, & obuios quosque hac miserabili pictura ad misericordiam commouet, et assens ab illis petit. Solebant enim nautæ naufragium suum depingi curare, & illam tabellam ex humero suspendere & ita populum ad misericordiam, & ad stipem clargiendam commouere. Horatius in Arte.

—quid hoc? si fractus enatas exipes

Nautibus are dato, quis pingitur.

Et Persius Sat. 1.

—cantas cum fracta te in trabe pictum

Ex humero portes?

Et Sat. vltima.

—ne pictus oberres

Caruleæ ipse tabula.

Et picta] Dum pictura naufragii mendicando sese sustentat.

TANTIS PARTA MALIS CURA maiore metuq;  
Seruantur, misera est magni custodia consus.  
Dispositis prædibus hamis vigilare cohortem.  
Seruorum naq; tu, Licinus imbet, ætonium pro  
Electro signisq; suis, Phrygiæq; columna.

*Atq; sbore, & lata testudine. Dolia nudi*  
*Non ardent Cynici. Si fregeris altera, fiet*  
*Cras domus, aut eadem plumbo commissa manebit.*  
 SENSIT ALEXANDER testa cum vidit in ista  
*Magnum habitare, QUANTO FELICIOR hic, qui*  
*Nil cuperet, quam qui totum sibi posceret orbem.*  
 PASSVRVS GESTIS aquanda pericula rebus.  
 NVLLVM NVMEN *abest, si sit prudentia. SED TE*  
 NOS FACIMVS, fortuna, Deam—

Demonstravit quantis arumnis atque periculis diuitiæ acquirantur, iam initio demonstrat maioribus adhuc arumnis eandem conservari. Anari enim non solum acquirere di sollicitudine vexatur, verum etiam amittendi metu.

*Cura maiore.*] Quam acquisita vel parva sunt.

*Misera est magna.*] Egregia sententia. Ex qua felicitas diuturnum, præsertim avarorum perspicitur.

*Dispositi prædæ.*] Probat quod dixit exemplo Licinii, qui libertus Claudii fuit, qui non solum hamos ferreos hinc inde domus suæ disposuerat ad fures capiendos, sed servorum suorum multitudinem, vigilare iubebar, ut thesaurus custodiretur.

*Hamæ.*] Vincinis ferreis, ut mucrones sunt sagittarum reflexi. Turnebus intelligit vasa aquaria rotundioris figuræ, & ventris globosioris, quibus ad incendia restringenda utebantur.

*Licinus.*] Intelligunt quidam touforem, alii libertum Cæsaris, cuius meminit Sat. I.

*Ego possideo plus,*

*Pallante & Licinio.*

Ex Persius. *Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ares.*

Miseriam hanc diuturnam notat Aristoteles 8. Ethicorum, Quo quis magis, inquit, abundat, hoc magis periculis exponitur. Ex Horat.

*An vigilaret metu ex quibus noctesq; diesq;  
 Formidaromales fures, incendia, servos  
 Hoc iuvat?*

Nimirum ut Græci. Πλάτῳ δὲ μάλῳ ἡγούρ.

*Electro.*] Vasa & phialas ex electro intelligit.

*Signis.*] Statuas ex auro & argento intelligit.

*Phrygia columna.*] Marmorea, ne incendio consumatur.

*Eburne.*] Mensas eburneis pedibus dicit, ut supra dictum.

*Lata testudine.*] Lectos aut discubitorios, testudinum putaminibus coopertos.

*Dolia nudi*] Iam à contrario demonstrat, quam lata & secuta illorum vita sit, qui paucis contenti sunt, & malunt necessaria, quam nimia. Diogenes ille Cynicus nudus & pauper non sollicitus est de opibus & dolio suo. Quomodo autem Diogenes in dolio vixit, vide Laert. vitæ vita Diogenis. Erant autem antiquis dolia non è ligno, sed fictilia è terra tenaci, vel ex creta.

*Non ardent.*] Non incenduntur ob exiguum precium, & quia non magni momenti incendiarios non metunt, vel etiam quia dolia sunt creta.

*Nimirum pauperum securus.*

*Si fregeris.*] Diogenis domus non ardebit, quia è terra. Si quis fregerit vel nova fingitur altera, vel partibus & fragmentis coniunctis restaurabitur eadem. Plumbo committi intelligit plumbatam vel ferrum nationem quam simili Græci verbo *καλὸν δυνει* vocant. Eipius.

*Eadem.*] Idem dolium plumbo ferruminatum, aut commissum.

*Sensit Alexander.*] Ad historiam respicit. Alexander Magnus Diogenem conuenit



eique dixit, ut peteret abs se quid vellet. Cui Diogenes, hoc vnum peto, à Sole mihi ut abs, officis enim apricanti. Atque cum Alexander pauperem illum appellasset. Respondet ei Diogenes. Vter noster ò Alexander pauperior? Tunc, qui imperio totius mundi non contentus, an ego qui tantula supellestile, (habet at autem dolium, peram & baculum) contentus liberrime vivo. Demiratus hanc animi magnitudinem Alexander, abiens dicebat. *Nisi Alexander essem, Diogenes esse vellem.*

*Testa.]* Dolio testaceo.

*Magnum habitatorem.]* Diogenem, cuius animus omnibus mortalibus maior. Magnum, non imperii, sed animi diuitiis. Nam dum magnum dicit Diogenem respicit ad Alexandri cogenomenentum.

*Nil cuperes.]* Vt pote caduca omnia excelsio animo spernens.

*Quam qui totum.]* Imo flebat cum audiisset plures mundos esse, quod reliquorum etiam dominus non esset.

*Passum.]* i. Qui cum res immensas gereret, immensa etiam pericula subire cogebatur, & magnis rebus exequanda Hoc ait, nam in ipso ætatis flore extinctus est Alexander M. reat. no. a Cassandro, conficio, uti voluit, præceptore Diogene.

*Nullum munus habet.]* Hæc sub finem Satyræ 10. fusc explicata sunt. Eo autem hoc dicit, & repetit, quod vir sapiens & prudens omnia habeat, & à nullo Deorum destituatur. quamvis ex exigua re constitutus, ut Diogenes.

*Sed nos.]* Nos stulticiam & ignorantiam nostram tanquam Deam colimus.

#### MENSURA TAMEN QUÆ.

*Sufficiat census, si quis me consulat, edam  
In quantum sitis, atq; fames, & frigora poscunt,  
Quantum, Epicure, tibi parvis sufficit in hortis:  
Quantum Socratici ceperunt ante penates.*

320

*NUNQUAM ALIUD natura, aliud sapientia dicit.  
Acribus exemplis videor te claudere, misce  
Ergo aliquid nostris de moribus: effice summam  
Bis septem ordinibus, quam lex dignatur Ottonis  
Hæc quoq; si rugam trahit, extenditq; labellum.  
Sume duos equites fac tertia quadringenta.*

325

*Si nondum impleui gremium, si panditur ultra:  
Nec Cræsi fortuna unquam, nec Persica regna  
Sufficient animo, nec diuitia Narcissi,  
Indulsi Caesar cui Claudius omnia, cuius  
Paruit imperiis uxorem occidere iussus.*

330

Respondet initio obiectioni, qua quis poterat, querere, quantum ergo homini satis esset.

*Mensura.]* i. Si vis scire, quis patrimonii modus esse debeat.

*In tantum.]* i. Tantum quantum. Est aduerbium.

*Siti atq; fames.]* i. Quantum ad victum & amicum sufficiat, quod famem & brumam caueat. ut supra dixit. His parvis & paucis natura contenta est.

*Epicure.]* Hic teste Laetio aqua & cibario pane contentus vixit, & olertibus victitabat, ut supra dictum.

— Non Epicurum

*Suspexit enigmæ laetum plantaribus hortis.*

*Quam-*

*Quantum Socrati.*) Testatur Laertius quod cum tota urbs Atheorum pestifera luc infestaret, solus Socrates ob temperantiam & frugalitatem immunis fuerit.

*Ceperunt.*) Non enim plura possidere voluit, quam ipsa natura efflagitaret.

*Ante.*) Nam ante Epicurum vixit Socrates.

*Nunquam aliud natura.*) Imo ex natura ipsa Philosophia desumpta est. Nam secundum naturam optimam viuendi ducem viuere, est viuere secundum Philosophiam. Seneca *Virtus secundum naturam est, vitia inimica & infesta.* i. Quicquid Socrates & Epicurus sapientes commiscuere, idem natura dicitur, & approbat. Sane quæ paucissimis contenta est. *Venter enim, vt Seneca ait, pane & aqua contentus est.*

*Acribus exemplis.* i. Videor, quod te velim ad nimiam frugalitatem cogere, & quidem exemplis Philosophorum, qui acerrime frugalitatem vitam expresserunt. Nimis angustis Socratis & Epicuri Philosophorum terminis, exacte & acriter viucentium.

*Claudere.*) quasi nimis arcte coangulare & intra frugalitatis terminos coercere. *Var* iu genato cinspantem.

*Te*] Qui nolis consentire ad Philosophorum tenuissima patrimonium.

*Misce aliquid nostrum.*] De auaritia, & opum cupidine. *Nostrum* qui immodicas diuitias anide appetimus. i. Adquire aliquid ultra illud, quo contentus viuere poteras.

*Effice summam.* i. Compara tibi censum equestris, quem iuxta Orthonis legem equites habere debent, qui in quatuordecim gradibus theatri sedebant. Erat autem census equestris vt supra dictum 400000. H. S. quam summam vbi consecutus es, non plura expetas. q. d. Hic terminum tibi constitue, ne in infinitum cupiditas possidendi producat.

*Orthonis*] Rotii. Huius legislatoris superius meminit, cum dixit.

*Sic libitum vno qui nos distinxit Orthoni.*

*Hac quoque.*] Summa scilicet census equestris.

*Rugam trahit.*] Frontem tuam indignatione in rugam contrahit te tristem facit, cum tibi nondum satis esse videatur.

*Extenditq. labellum.*] Indignabundum te facit, vt tua labra extendat, aut ea pendula faciat. *Dass einer die lippen hengen leßt.*

*Sume duos.* i. Indulgeo tibi, vt compares tibi octingenties sestertium.

*Tertia quadringenta.* i. Habe tibi trium equitum censum vel duodecim centena millia. H. S. vltet quadragies sestertium, vel mille ducenta. Sic Persius plane in fine de isdem auaris.

*Rem duplica feci, iam triplex, iam mihi quarto*

*Iam decies redit in rugam.*

*Si nondum impleui.* i. Si tot & tantas diuitias tibi indulgens nondum cupiditati tue satis. feci. Egregie Horatius.

*Deniq. sit finis quarendi, cumq. habeas plura*

*Pauperiem metuas minus, & finire labores*

*Incipias parvo quod auebas.*

Cicero in paradoxis: *Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc verbum in quo ponimus? Oportet in eo cui tanta possessio, vt ad liberaliter viuendum contentus sit, qui nihil appetat, nihil querat, nihil desideret amplius.*

*Si panditur*] Si tibi maior fames, quam venter, si oculos prius implere desideras, quam corpusculum tuum. Si gremium tuum adhuc panditur plurium desiderio, & quasi hiat, & quasi aperto ore diuitias capiat, tunc nulla vnquam re satiaberis, ne Croesi quidem, aut Xerxis diuitiis. In infinitum sese extendit tua auaritia, & nulla ratione expleri aut satiari potest.

*Cressi.*] Qui rex Lydorum ditissimus.

*Persici regna.*] Darius, Xerxes, erant reges Persarum ditissimi. De quorum incredibilibus diuitiis vide Iustinum.

*Diuitia Narcissi.*] Hic Narcissus fuit Eunuchus & libertus Claudii Caesaris ditissimus & potentissimus, quem per transcum notat.

Rrr

*Indulget Caesar.)* Hic enim omnia potuit apud Claudium.

*Cuius paruit imperio.)* Obiter notat Claudium qui imperator paruerit imperio liberti sui, etiam cum iuberetur vxorem occidere. Aliter olim hæc accepi, quasi diceret Poeta, Cuius Claudii Cæsaris imperiis Narcissus paruit, eius vxorem Messalinam occidere iussus. Sed prior explicatio magis mihi placet. Nisi enim Narcissus properasset mortem Messalinæ, quæ nupsit absente marito, Caio Silio, Claudius ipsi pepercisset. Prorupit enim Narcissus denunciansque Centurioni & tribuno, qui aderant, exsequi eadem. Ita Imperatorem iubere. Quare in hortis Lucillianis istu Tribuni transfossa est. De hac re dictum Sat. 10. in calce. Vide Tacitum lib. 11. *Insens.)* Scopuce, quasi libertus & seruus imperatorem insensit id facere.

## D. IVNII IVVENA- LIS SATYRARVM LIB. V.

### SATYRA XV.



*N* hac penultima Satyra, primam in Aegyptiorum ridiculam superstitionem inuehitur, Deinde in inhumanam eorundem crudelitatem. Qui monstra & animalia reuerenter colant: in homines sunt longe sanissimi, & crudelissimi, qui cum bruta & herbas Deum loco religiose venerarentur tanto inter se laborent odio, ut hominem finitimum captum, & membratim disceptatum frustillatim demorauerint. In fine efferaam hominum in homines crudelitatem communiter detestatur. Scripta autem hanc satyram in Aegypto, ubi presens hac omnia vidit, quo in exilium sub honoris tribunis specie odio Paridis hystrionis coniectus erat, ut dictum Sat. 7. Vbi & vltimam Satyram scripsisse existimatur. Non desunt qui hanc scriptam censcant inodium Crispini, qui Aegyptius erat, & per delationes aliasq; malas artes ex inopi magister equitum euaserat.

*Quis nescit Volusi Bithynice, qualia demens  
Aegyptus portenta colat, Crocodilon adorat  
Pars hac: illa pauet saturam serpentibus Ibis,  
Effigies sacri nites aurea Cercopitheci,  
Dimidio magice resonant ubi Memnone chorda,  
Atq; vetus Thebe centum iacet obruta portis  
Illic caruleos, hic piscem fluminis, illic  
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.  
Porrum & cape nefas violare, ac frangere morsu,  
O Sanctas gentis, quibus hac nascuntur in hortis  
Numina! lanatis animalibus abstinet omnis*

*Mensa, nefas illic factum ingulare capella:  
Carnibus humanis vesci licet.—*

Orditur à prima propositionis parte auctor noster, quod omnibus nota sit stulticia Ægyptiorum, summam dementiae esse indicans hominem bruta pro Diis colere.

*Bithynice.* Ad hunc Satyræ hanc scripsit. Est autem Bithinia Asiæ regio, quæ à Septentrione Pontico mari, in occidente Propontide, ab Austro Mæcia & Phrygia, ab oriente Paphlagonia clauditur. Strabo lib. 12.

*Demens Ægyptus.* Quæ quidem bruta & monstra colat, & ab iis studiose abstineat, hominem vero deuoret.

*Portenta.* Naminum, ut sunt animalium, serpentum, ferarum, ut sunt Crocodilus, Ibis, Ceropithecus.

*Crocodilem adorat pars hæc.* Ita eo dicit, nam Tentiritæ illum necabant, teste Plinio & Strabone. Est autem Crocodilus animal, quod ex ovo simili aserino ad 20. vel viginti vnum cubitorum longitudinem excrevit. In aqua acutissime videt, extra quam hebetes habet oculos, sine lingua. Ab Ichneumone dum dormit aperto ore qui in eius intestina per gulam penetrat, & per ventrem rursus exit, occiditur.

*Pauis.* Cum pauore tanquam-numen veneratur. Est autem Ibis avis foedissima, de qua vide Ovidium in Ibin. Ciconiæ nam omnino dissimilis, nisi quod nigra tota cruribus gruinis, rostro adanco. Hanc propterea Ægyptii colebant, quod illi naturale cum serpentibus bellum sit, quibus Ægyptus ob calorem abundat. Cicero de Natura Deorum. *Ipsi, qui irridentur Ægyptus nullam belluam nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecraverunt, veluti Ibes, quam maximam vim serpentum conficiunt, quasi aues excelsæ, cruribus rigidis, cornu procerog, rostro. A mortuis pestem ab Ægypto, cum volucres augures ex Libya vastitate vento Africano inuolatus interferunt, & consumunt. Ex quo fit, ut illa nec vina morsu nocant, nec odore mortua.* Hæc Cicero.

*Ceropithecus.* Simiæ caudatæ. Germanis nobis Ein Mersage. Plin. lib. 8. cap. 20. *Ceropithecus* ait esse nigris capitis, reliquo corpore pilo asini. Hæc quoque Ægyptiis sacra fuit simia.

*Dimidia magica.* Periphrasis Thebarum. Vbi dimidia Memnonis læxa erat effigies, quæ radiis Solis ista vocalem sonitum edebat. Visebatur autem ut Plinius vult in templo Scrapidis forma colossi, quem ait quotidiano Solis ortu contactum radiis crepare. Cur autem dimidiam vocet, explicat Strabo, quia dimidia pars eius statux terræ motu corruit. Qui & vidisse se ait, & cum multis aliis circiter horam primam diei, sonitum aliquem audivisse. Vide de hac Statua Pausaniam in Atticis. Hanc Cambyzes rex, cum Thebas diruisset, aperiri iussit, existimans Mechanicum aliquid esse quod intra statuum lateret, sed nihil inuenit. Vnde iudicatum est arte magicam illum sonum excitari. Nam nec causa, nec auctor cognoscebatur. Et statua quamvis aperta nihilominus sonabat.

*Chorda.* Sonitus enim erat non ab similibus chordæ in cithara percussæ.

*Vetus Thebe.* Hæc vrbs fæ antiquissimam iactabat, ut alii à Libero, alii à Busiride condita, à Cambyse diruta, Vide Diodorum lib. 2.

*Centum portus.* In singulis 200. armati custodes fuisse perhibentur. Sic distinguitur à Thebis Bæotix quæ septem habuit portas, ut auctor noster supra dixit.

*Thebarum porta, vel dimittis ostia Nilus*

*Illic ceruleos.* Pisces maris, vel æquoreos. Notat Ægyptiorum vanitatem, qui obuia quæque auminis loco coluerint. Faerunt etiam qui porcos coluerint, quod illi rostro terram inuertentes arandi rationem docuerint. Brodæus legit: *Illic Aclares* & intelligit Deum, qui alias Bubastis dicitur.

*Canem.* Anubin intelligit, vel quemuis aliam canem. Canem autem ideo coluerunt, quia canis dicitur imenisse Isidem indagando Osiridis cadauere, qua de causa in sacris Isidis canes præcedebant. Sane in tanto apud eos cultu, ut tota domus in qua canis exstingueretur, toto corpore raderetur, quod maximè apud eos luctus indicium. Porro Ægyptii ex terrestribus tria in vniuersum colebant, bovem, Canem, fœlem. Ex aquatilibus, duo, Lepidorum piscem, & Oxyrinthum. Erant

& alia, quæ quisque seorsum colebat. Vt Saitæ & Thebani ouem, Latopolitani larem pisem, Lycopolitani lupum, capram, & hircum, Mendesi, murem, & araneum Athribitæ. Strabon lib.

17.

*Nemo Dianam.*] Quod ridiculum est, cum illa Venatrix canum præses sit.

*Porrum & cape.*] Ab his eo nomine abstinerunt, quod lunæ contraria, ea decrecente crescant, & contra Plinius: Capas inter Deos iureiurando habent Ægyptii.

*Frangere morsu.*] Comedere.

*Os sanctas gentes.*] Irridet falsæ & iucunde hanc ridiculam superstitionem.

*Lanaius.*] Diodorus lib. 2. ait Sacerdotes Ægyptios cibo maxime simplici vsos, solum vinum & anserem in delictis habuisse. ab omnibus autem omnino abstinuisse.

*Nefas illic.*] Cum stomacho pronuntiandum, hinc enim totius Satyræ indignatio affurgit, quod cum rebus vilissimis religiose abstinerent, in hominem omnium animalium nobilissimum tam atrociter læurent.

### *Attonito cum.*

15. *Tale super cenam facinus narraret Ulysses*  
*Alcinoos, bilem, aut risum fortasse quibusdam*  
*Mouerit ut mendax Aretalogus, in mare nemo*  
*Hunc abiecit, saua dignam veraq, Charybdi,*  
*Fingentem immanes Lastrigonas & cyclopes?*  
*Nam citius Scyllam, vel concurrentia saxa.*
20. *Cyane, plenos & tempestatibus utreis*  
*Crediderim, aut tenui percussum verberare Circes,*  
*Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.*  
*Tam vacui capitis populum. Phaaca putauit?*  
*Sic aliquis merito nondum ebrius, & minimum qui:*
25. *De Corcyraa temetum duxerat urna:*  
*Solus enim hoc Ithacus nullo sub teste canebat.*  
*Nos miranda quidem, sed nuper Consule Vinco,*  
*Gesta super calida referemus moenia Copti,*  
*Nos vulgi scelus & cunctis graviora cothurnis,*
30. *NAM SCELVS A PYRRHA quanquam omnia firmata voluam*  
*Nullus apud Tragicos populus facit accipe nostro*  
*Dura quod exemplum feritas produxerit auro.*

Incipit hic iam secunda Satyræ pars, de crudelitate eorundem, quam postea exemplo & historia declarat.

*Attonito cum*] i. Cum Ulysses apud Homerum Alcinoos Odys. 9. tale facinus de Polyphemo & Antiphale narraret, illos homines socios suos deuorasse, Ob incredibilem rei enormitatem apud quosdam risum, quosdam etiam indignationem forte excitauit.

*Attonito Alcinoos.*] Obstupescito atrocitate facinoris.

*Super cenam.*] Naufragus enim, & frondibus coopertus à Nausicaa inuentus, & ad patrem perductus est, cui super mètam errores suos & pericula sua exposuit. Erat autem Alcinoos Phæacum rex.

*Quibusdam.*] Simul accumbentibus Phæacibus.

*Bilem.*] Indignationem, tanquam qui absurdis fabulis accumbentes naso suspendere & laudificari velis.

*Risum.*

*Risum.*) Tanquam qui ridiculam fabulam recitaret.

*Mendax Aretologus.*) Qui ridiculis sermonibus placere student, & risum captant. Ab Aristotele dicitur *ἀπρεπείας*. Scaliger dicit non esse Græcum, quamvis è Græcis, ut multa alia, Prologium, Antelodium, Propola.

*In mare memo.*) Mimesis, quasi dicat auctor. ita dicere poterant indignabandi Phæaces, tanquam Vlysses mendacissima protulerit ludificandis Phæacibus tanquam hominibus simplicibus & bardis. i. Nemone hunc circulatorem mendacem in mare proiecit, dignissimum naufragio illo, in quod se incidisse conqueritur, & vera Scylla atque Chari bdi, quæ sese perperissimum fingit, qui tam impudenter Læstrygonas & Cyclopes carnibus humanis vesci fingit,

*Veraq. Chari bdi.*) Non ficta vel falsa. Hæc omnia dicuntur ad scelus enormitatem explicandam. Quod absurdissimum etiam dictu sit, & longe absurdius adhuc factu.

*Immanes.*) Qui immanitate omnia superant, utpote *ἀνθρώπων φόνος*.

*Nam citius.*) i. Longe facilius credam Scyllam & scopulos marinos per naufragium eius socios deuorasse, quam Polyphemum hominem alios homines.

*Scyllam.*) Qualem nobis narrat, ubi fecerit naufragium, quæ naues in Siculo mari deuorare solet.

*Cyane.*) Intelligit Scopulos insulæ Cyane sub Thracio Bosphoro. q. d. Hæc omnia quantumvis fabulosa possum credere. Sed hominem humanis carnibus potuisse vesci credere nequeo.

*Plenos & tempestatibus.*) Recitat enim Alcinoos Vlysses, quod ab Æolo vtres vento plenos acceperit, ut citius ad Ithacum perueniret. & qui à sociis dormiente Vlysse emissi tempestatem excitarunt.

*Aut tenui.*) i. Elpenora Vlyssis socium à Circe tenui verberare magicæ virgæ percussum & in porcum conuersum grunntiss.

*Cum remigibus porcis.*) i. Cum reliquis remigibus Vlyssis sociis in porcos conuersis. q. d. Omnia illa fabulosa adhuc volo credere.

*Grunntisse.*) Porcorum vocem edidisse. Fuit autem Elpenor Vlyssis socius, qui à Circe sumtis quibusdā oculis, & magica virga tactus cum omnibus sociis in porcum conuersus est. Fabula est notissima ex Homero, & Ouidio 14. Metam. Hæc omnia ditiuntur ad abominandam scelus Ægyptiorum magnitudinem.

*Tam vacui.*) q. d. Merito indignor, quod populum Phæacæ tam stolidum putauit, quibus se absurdissima persuasurum est arbitratus. Scultos, bardos, obtusos, blennos. Virgilius.

*Non obtusa adeo gestamus pectora Peni.*

*Vacui capiti.*) *ἀνεργησάντων*. Erant autem Phæaces Corcyræ populi, sub ditione Alcinoi. Corcyra autem insula in mari Ionio.

*Sic aliquis.*) Cum indignatione merito dicere poterat, conuiuiarum discumbentium.

*Nondum ebrius.*) Ebrii enim alias facile sibi aliquid persuaderi patiuntur.

*Et minimum qui.*) i. Qui minimum adhuc in conuiuio Alcinoi ex vna Corcyra bibisset. i. Minimum partem optimi vini.

*Corcyra.*) Vinum de insula Phæacum, quæ Corcyra dicitur.

*Vna.*) Fictili lagena. Duxerat, bibendo, exhauserat.

*Solus enim hæc.*) q. d. Vlysses Ithacensi merito quis diffidisset, cum nemo ante tale monstrum vidisset, & testatus esset. Illa vero quæ ego profero & ipse vidi. & toti populi sciunt vera esse.

*Solus.*) Vtpote solus ex naufragio euaserat.

*Nos miranda quidem.*) Attentionem sibi captat Poeta, quod non fabulosa, sed vera narratur sit, quæ ipse viderit, & quæ infiniti homines testari possint. Et quæ adhuc longe atrociora, quam quæ Vlysses recitaret.

*Miranda.*) Mira quidem sed vera.

Rrr 31

*Consule Iunoo*) Ad facti veritatem tempus etiam definit. Quia enim veram historiam vult narrare, ponit nomen consulis, quo hæc facta sint, vt maior habeatur fides. Legent ali *Vno*, qui quo tempore consulatum obtinuerit, in Annales non reperitur.

*Supermania Copti.*] Coptus in *Ægypto* Arabiæ vicina. *Calida*, inquit, ob locum & regionem calidam, quæ meridiei tempore solem ad verticem præne habent.

*Nos Vulgi scelus.*] Vulgi hoc loco habet *Emphasin*. Non vnus hominis, vt *Antiphras* & *Polyphemi*, sed totius ciuitatis scelus, & facinora cunctis *Tragædiis* atrociora. i. Peiora, quam vel *Tragicorum* confinxit. Exaggerat sceleris enormitatem.

*Nam scelus à Pyrrho.*] i. Licet omnia exempla *Tragica* ab illo tempore, quo genus humanum per *Deucalionem* & *Pyrrham* renouatum est, cõsideres, nullum facinus *Tragædia* dignum vniversus populus facit, sed semper vnus tantum. Vt cum *Atreus* fratri *Thyestæ* proprios filios deuorandos apponit, Cum vna *Medea* filios suos, vnus *Orestes* aut *Alexander* matrem suam occidit.

*À Pyrrho.*) Ab exordio prope mundi.

*Symmatæ.*) Vetus *Tragica* posuit pro *Tragædiis*.

*Accipe nostro.*) Quid apud *Ægyptum* meo tempore vniversus populus fecerit.

*Feritas.*] Immanitas plus quam belluina.

*Inter finitimos vetus atq; antiqua simulacra:*

*Immortale odium & nunquam sanabile vulnus:*

33

*Ardet adhuc Combes, & Tentyra, summus utrinq;*

*Inde furor vulgo, quod Numina vicinarum*

*Odit uterq; locus, CVM SOLOS CREDIT HABENDOS*

*Esse Deos, quos ipse colit, sed tempore festo*

*Alterius populi rapienda occasio cunctis*

40

*Visa inimicorum primoribus, ac Ducibus: ne*

*Latum hildremq; diem ne magna gaudia cæna*

*Sentirent positis ad templa & compita mensis,*

*Pernigiliq; thoro, quem nocte ac luce iacentem,*

*Septimus interdum Sol inuenit, horrida sane*

43

*Ægyptus: sed luxuria quantum ipse notam,*

*Barbara famoso non cedit turba Canopo.*

*ADDE QVOD ET FACILIS victoria de madidis, &*

*Blasus atq; mero titubantibus: inde virorum,*

*Saltatus nigro tibicine, quali acumq;*

50

*Vnguenta, & flores multa, in fronte corona*

*Hinc ieiunum odium. Sed iurgia prima sonare*

*Incipiunt animis ardentibus, hac tuba rixe.*

*Debinc clamore pari concurritur, & vice celi*

*Senit nuda manus: pauca sine vulnere male,*

55

*Vix cuiquam aut nulli toto certamine natus*

*Integer, adspiceres iam cuncta per agmina vultus*

*Dimidios, alias facies & hiantia ruptis*

*Offa genis, plenos ocularum sanguine pugnos.*

Sequitur historia. Initio vero recitat occasionem huius sceleris, quod inter duos illos *Ægypti* vicinos populos controuersia nata sit ex diuersitate religionis, quod *Combi*, (alii *Ombi*) le-

gunt

gunt) contra ciuitas Tentyra illum occideret, & vituperaret.

*Rem simulas.*] Dexasse Groll. Quæ simulas non semel atque iterum sed sæpius renouata iam inuenit.

*Nunquam sanabile.*] Offensio nunquam remittenda. Quod nimirum vtriusque populi odio & malitia sæpe reficitur continuo & renouetur.

*Combos.*] Ciuitas communis Ægyptiis & Arabibus, vbi Crocodilus colebatur.

*Tentyra.*] Accusatiuus pluralis, vt Mænala. Erat vrbs Ægyptiorum & Arabum communis, vbi illud in mare rubrum porrigitur, crocodilis metuendus. Cui Tentyrenses proximi crocodilum non metuebant, quia securi eundem pernatare & transire intrepide solebant alio audente id nemine.

*Vring.*] Ab vtraque parte, vtraque ciuitate, Combis & Tentyritis: hinc simulas & odium natum est, quod alii alios Deos colerent, & vnus alteri impietatem obieceret. Certe religio à religando dicta hominum animos arctissimo vinculo colligat, vt contra religionis diuersitas certam amicitiam coire non permittit.

*Nomina vtriusque.*] Illud in Ægypto fuit vnicatissimum, & profectum est a Sapientissimo quodam rege, qui diuersis sui regni populis diuersa nomina attribuit. Vnde factum, vt inter se differentes regibus suis nunquam repugnarent. Diodorus.

*Quos ipse colit.*] Ein ieder Narr meinet er sei der Klugeste.

*Sed tempore festo*] Narrat vterius quod Tentyritæ festo tempore occasionem aliquam inuadendi & viscendi hostes arripuerint. Ordo est. Cunctis primoribus & ducibus inimicorum Tentyritarum octavo hostes suos inuadendi rapienda & occupanda visa est tempore festo alterius populi Comborum. i. Visum est Tentyritis, vt tempore festo hostium suorum occasionem & opportunitatem illos inuadendi caperent.

*Alterius populi.*] Comborum scilicet.

*Occasio.*] Viscendi illos quibus grauissime inuensi erant.

*Primoribus.*] Tentyritarum.

*Nemagna.*] Ex inuidia & liuore hoc fecerunt, vt hostibus suis gaudia, & læticiam turbarent.

*Postin ueniss.*] Quibus conuiuia agitabant, ad templa Crocodili, cuius festum celebrabant, & in locis vbi plurimæ rixæ competunt, in triuiis & quadriuiis.

*Peruigiliis thoro.*] i. Lecto discubitorio tortis herbis strato, perpetuis vigiliis celebrato in quo per integros septem dies perpetuo genio indulgebant.

*Septimum sek.*] i. Septimo die post initium festi. Obiter notat luxuriam Ægyptiorum.

*Horrida fane.*] Sensus est. Hæc Ægypti pars, in qua ego sum, & res gesta est, est inculta quidam & horrida, sed tamen non minus luxuriat, & lasciuir (quantum ego Iuuenalis ipse præsens notauit) quam est ea Ægypti pars, quæ est ad Canopum. Hic autem ad Canopum erat Serapidis templum, quo nauigabatur per fossam quæ nocte & die nauiculis virorum & mulierum plena erat luxuriosissime & rursissime viuientium & canentium, vt dictum est ex Sirabone Sat. 6.

*Prodigia & mores vrbis damnante Canopo.*

*Adde quod.*] Secunda ratio, cur occasionem illam Tentyritæ vsurpandam duxerint, quod ebrietas, quorum neque pes neque mens suum officium faciebat, facile superare powerint.

*Madidi.*] Ebriis & vnguento delibatis.

*Blefi.*] sermone titubantibus propter vinum.

*Inde vtriusque.*] Comparat inter se hostiles hæc partes. Quod Combis incolæ læti & hilares in festo suo fuerint, Tentyritæ contra ieiuni, tristes, & infesti.

*Inde.*] A Copti incolis, qui festam celebrabant.

*Vtrorum saltatus.*] Tripudia, & pedum plausus.

*Nigro tibicine.*] Æthiops & Arabe Mauro, qui illis vicini erant, Ad cuius tibiam saltabant.

*Qualiacumque.*] i. Qualibuscumque vnguentis delibuti erant, quæ alias in Ægypto erant preciosissima, teste Plinio.

*Flores.*] Qui in mensis & lectis sparsi. Respicit autem ad superius sum dixit horrida Ægypto. Vnde ait Combos exquisita vnguenta non adeo curasse.



*Multaq; in fonte.*] Floribus enim ornati conuiuabantur.

*Hinc*) A parte Tentyritarum erat infesta sobrietas.

*Sediurgia prima.*) Principium pugnae à iurgis plerumque. quæ quasi tuba & incitamentum fuit rixæ vel prælii futuri.

*Iurgia.*] A contemptu religionis vtriusque populi.

*Ardentibus.*] Odio flagrantibus propter Deos suos contemptos.

*Hæc tuba.*] Hicse iurgis tanquam tuba ad pugnam accenduntur.

*Dehinc*] post iurgia.

*Clamore pari.*] Vociferatione infesta & hostili animo ab utraque parte.

*Et vice teli.*) Loco teli vel gladii manibus & pugnis inter se læuunt. Teli, quod r. *alio* vel de longe mitti posset.

*Enor arma ministras.*

*Pauca sine vulnere.*) i. Pauca certantium maxillæ vnguibus non dilaceratæ. Malas & vuln hostium inuadunt infestis vnguibus.

*Vix cuiquam*) Ordo est. In toto certamine vix cuiquam, imo nulli nasus erat integer.

*Integer.*) Sine vulnere, non aliqua ex parte imminutus.

*Cuncta per agmina.*) Vtriusque populi inter se rixantis.

*Dimidias*) Naribus & auribus violenter inde direptis & ablatis.

*Alias facies.*) Ex vulnere, tumore, & cruore. ita immutatas, ut aliæ, & eædem amplius non viderentur.

*Et hiantia ruptis.*) i. Ipsius faciei ossa aperta & hiantia, cum genæ perforatæ & ruptæ essent. Videres genis & maxillis ruptis ossa per vulnera hiantia & aperta.

*Oculorum sanguine.*] Indicat, quod oculos sibi mutuo crueriat.

- 60 *Ludere se credunt ipsi tamen, & puerileis  
Exercere acies, quod nulla cadavera calcant.  
Et sane quo tot rixantis millia turba  
Si viuunt omnes? ergo acrior impetus & iam  
Saxa inclinatis per humum quasita lacertis  
Incipiunt torquere, Domestica seditione*
- 66 *Tela nec hunc lapidem, quali se Turnus & Ajax,  
Et quo Tydeides percussit pondere coxam,  
Acneæ: sed quem valeant emittere dextra  
Illis dissimiles, & nostro tempore nata.  
Nam genus hoc viuo iam decrecebat Homero.*
- 70 *TERRA MALOS HOMINES nunc educat atq; pusillos.  
Ergo Deus quicumq; adspexit, ridet & odit:  
A diuerticulo repetatur fabula, postquam  
Subsidio auctis pars altera promere ferrum  
Audet, & infestis pugnam instaurare sagittis:*
- 75 *Terga fuga celeri præstantibus omnibus, instant  
Qui vicina colunt umbrose Tentyra palmæ,  
Labitur hic quidam nimia formidine cursum  
Præcipitans, capiturq; ast illum in plurima sectum  
Frusta ac particulas, ut multis mortuus vnus*
- 80 *Sufficeret, totum corrosis ossibus edit  
Vixitrix turba, nec ardenti decoxit abeno.*



*Aut verbis longum usq; adeo, ardumq; putavit.  
Excellare focos, contenta cadauere cruda.  
Hic gaudere libet, quod non violaveris ignem.*

*Quem summa celi raptum de parte Prometheus  
Donavit terris, elemento gratulor, & te,  
Exultare reor, sed qui mordere cadauer  
Sustinuit, nihil unquam hac carne libentius edit,  
Nam scelere in tanto ne quareas, & dubites, an  
Prima voluptatem gula scuserit, ultimus autem  
Qui stetit absumto iam toto corpore, ductis  
Per terram digitis, aliquid de sanguine gustat.*

Vitius perterritus pugnam, quam describere incepit.

*Ludere.*) Licet tam immaniter inter se seuiant. Cum manibus pugnant, & nullos interfectos vident, putant se pueriles ludos exercere, & nihil agere. Cum manibus adhuc res gerunt, infum puerilem esse existimant.

*Et sane quo res.*) Hæc vera & perspicua lectio. i. Quorsum tot millia inter se rixantur & pugnant, si omnes adhuc viuunt, & nemo trucidatus est?

*Ergo acrior impetus.*) Belli scilicet utrinque exoritur.

*Impetus.)* Rixæ & pugne ab utraque parte instituitur.

*Inclinatus.)* Lacertis inclinatis, ad terram demissis, ut saxa collant. Dum inclinant se ad terram, visata eleuent, vel accollant.

*Per hominum.)* In terra in plateis quærantur saxa.

*Domestica seditione tela.)* Saxa, quæ sunt in seditione visata, familiaria & consuecta tela. Testatur hoc Virgilius.

*Lamæ, facies & saxa volant.*

Talia enim tela seditionis sunt in promissis.

*Nec hunc lapidem.)* i. Non tam magna saxa iactant, qualia Turnus, Ajax, aut Diomedes proiecerunt in hostes suos, sed leuiiores pro virum ratione.

*Quales & Turnus.)* In singulari certamine cum Æneæ lib. 12.

*Nec plura effatus saxum circumspicit ingens.*

Est autem hæc vera lectio. i. Quales lapides torfit Turnus.

*Ajax.)* In monomachia cum Hector. Iliad. 6. & 7.

*Tydidus.)* Diomedes lib. 6. Il. ad in Monomachia Æneam saxo prostravit, qui postmodum in matre Venere caligine fuit absconditus.

*Sed quem valeant.)* i. Qualem lapidem tenuiores & imbecilliores illis Turni, Aiæis, & Diomedis lacertis dextere emittere valeant.

*Emittere.)* Robur hominum nostra ætate viuentium.

*Illos distantes.)* Non ita magis & validæ ut heroum illis prisca temporibus viuentium.

*Nostro tempore.)* Quo homines non tam robusti & validi.

*Nam genus hoc vixit.)* Ait enim Homerus lib. 6. Iliad. quod tale pondus Diomedes sustulerit, quod sua ætate vix bis septem iuuenes tollere mouerent.

*Id est duo ad septem quatuordecim*

*O Iuueni spe ro non*

Et Plinius lib. 7. cap. 17. *Ostendit hominum statueram indices decretere.* Indicium certissimum mundi ortus & interitus, Ait autem in plenum cuncto mortalium generi minorem statueram indices ferri propemodum observatur.

*Terra malos homines.)* Verissima & egregia sententia.

*Ergo Deus quicunq;.)* Hanc pugnam alpexit, vel quicumque malos homines intuscut. Ille si-

derillos puffedos homines immania & ingenia molientes, cum adeo sint pusilli, & odii illos quia mali.

*A diuerticulo*] Dixit superius post pugnos ipsos lapidibus certasse. Interposuit postea particula de pugnis heroum, qui & ipsi saxis & lapidibus concertant.

*Diuerticulo*] Digressiuncula. quia paulum ab historia digressus est. & quædam de Turno, Aiace & Diomede inserdit, ut se ad historiam velle redire.

*Fabula*] Ridicule de vera historia.

*Subsidii auxilii*] Post quam altera pars Tentyritæ auxiliis auxilii missis pugnis & lapidibus gladios promunt, & sagittis pugnant Coccyi, isti sunt, quibus hostibus fugientibus acriter Tentyritæ inraat.

*Subsidii auxilii*] Quasi triariis in insidiis locatis agmen auxilium esset.

*Fuga cel. praestantibus*] Exhibentibus tergum fugæ; & effuse fugientibus.

*Omnibus*] Forte melius legitur hostibus.

*In flant*] Tentyritæ, & hostes fugientes acriter vrgent, & impellunt.

*Qui vicina colunt*] Periphrasis Tentyritarum. Palmetum enim ipsi Tentyris vicinum erat. Alias ibi maximus palmarum proventus.

*Labitur hic quidam*] Ex Coccybis fugientibus, quem Tentyrita captum, & in inuenta frusta dissectum (ut omnes inde aliquam particulam caperent) & calidum adhuc deuorauit, nequam diu donec coqueretur expectare potuit.

*Nimiam formidine*] Dum nimium properas formidine gladiorum & sagittarum.

*Præcipitans*] Quasi præceps fugiens, qua fuga nimia se precipitem dedit.

*Capiturus*] Ab insequentibus & instantibus Tentyritis.

*Señtum*] Gladiis minutatim & frustillatim concisum.

*Corrasit osibus*] Morosum, ut ne minima quidem particula relinqueretur. Crudelissimum reuera & immae facinus.

*Abeo*] Lebece ardenti aut bullienti.

*Veribus*] Non infixa veribus cadauer assauit.

*Expectare focos*] Ut concoquerent hominis cadauer.

*Quod non violauerit*] i. Hominem coquendo, vel assando. Si enim concoxissent cadauer hominis, ignis violatus esset.

*Quem summa celi*] Respicit ad fabulam de Ioue, qui iratus mortalibus ignem subtraxit. Prometheus autem ignem illum ferula ad currum Solis admotus, furto ex celo abstulit & in terram ad homines detulit. Vide Hesiodum l. 1. p. 47.

*Elemento gratulor*] Quod tam nefando scelere violatus non sit, & existimo te etiam ô Viri ob id exultare, quod ignis saltem sit inuiolatus.

*Sed qui mordere*] Q. d. Tu forte exultas, quod ignis non sit violatus. At vero Tentyritæ illi summam voluptatem con ceperunt, qui hominis cadauer deuorare sustinuerunt. Notatur crudelitas Egyptiorum. i. Homo effertus, qui naturam in se violauit, & semel natura repugnant hoc cadauer hominis mordere sustinuit, nihil vnquam hac humana carne libentius comedit.

*Nam scelere in tanto*] Et ratio est quia in maximis sceleribus dum perpetratur, hominibus sceleratis maxima est voluptas.

*Plenus autem*] Qui tardius toto cadauere iam consumpto superuenerat sanguinem ex terra profusum haurit, & gustat. Vnde facile æstimare fas est, quanta auaritia & voluptate priores carnem deuorauerint. Potest autem forte legi, *qui scit*. Vult autem probare maximam voluptatem ex huiusmodi facinorose sceleratos percepisse.

*Per terram*] In qua sulus humanus cruor vel sanguis. i. Digitis per terram cruentam ductis, haurit sanguinem & ita gustat.

*Vascones ut fama est alimentis talibus vsi*

*Produxere animas. Sed res diuersa, sed illic*

*Fortuna inuidia est, bellorumq; ultima casus.*

*Extremi, longe, dira obsidionis egestas.*

Huius enim, quod nunc agitur, miserabile debes  
 Exemplum esse cibi. Sicut modo dicta mihi gens  
 Post omneis herbas post cuncta animalia, quid quid  
 100 Cogebat vacui ventris furor: hostibus ipsis  
 Pallorem ac maciem, & tenuis miserantibus artus,  
 Membra aliena fame lacerabant, esse parati  
 Et sua. Quisnam hominum veniam dare, quis Deorum,  
 105 Viribus abnuerit dira, atq. immania passus,  
 Et quibus ipsorum poterant ignoscere Manus,  
 Quorum corporibus vescerantur melius nos  
 Zenonis precepta monent nec enim omnia, quodam  
 Pro vita facienda putat. Sed Cantaber vnde  
 Stoicus, antiqui presertim etate Metelli?  
 110 Nunc totus Graias, nostraq. habet orbis Athenas.  
 Gallia caesidicos docuit facunda Britannos,  
 De conducendo loquitur iam Rhetore Thyle,  
 Nobilis ille tamen populus, quem diximus, & par  
 Virtute atq. fide, sed maior clade Saguntus.

*Vascones & Saguntae* Collatione demonstrat sceleris Aegyptiorum magnitudinem & enormitatem. Facetur autem humanis carnibus vesci alibi etiam contigisse, sed non ex simili causa, fame nimirum intolerabili urgente. Quod Vasconibus contigit (vnde amplificat & aggrauat Aegyptiorum facinus. Sunt autem Vascones Hispaniae citerioris populi, à Metello Romanorum duce obfessi, & in tantam necessitatem compulsi ut Carnibus humanis, vescerentur. Alii dicunt ab Hannibale fuisse obfessos. Alii quod bellis Sertorianis obfessi, extrema fame ne fidem populo Romano datam violarent, in cadauera sua saeuierint compulsi, quo tempore Q. Metellus aduersus Sertorium bellum gerebat.

*Produdere animas.* Non ex sanxitia, vel gula voluptate, sed extrema necessitate compulsi.

*Produdere.* Vitam suam prolongarunt.

*Sed res diversa.* Hos enim intolerabilis fames, Aegyptios vero animi feritas, & hostilis crudelitas compulsi.

*Fortuna inuidia.* Odium & inclementia fortunae, quae illos ad tantam calamitatem perduxit.

*Bellorum, & istius.* Ut sunt egestatis & famis angustiae. Quid enim amplius in bello, quam compelli ad humana cadauera deuoranda.

*Casus extremi.* Quibus nihil addi potest miserius.

*Obsidione.* Vel à Metello, vel potius ab Annibale.

*Huius enim* i. Exemplum huius cibi, quem Vascones fame compulsi comederunt, debet merito esse miserabile, & venia dignum.

*Miserabile.* Hi enim suis fortitudine in tantas calamitates & arumnas inciderunt.

*Sicut modo dicta.* Vasconum & Saguntiorum, quibus in dira obsidione omnia depasta erant.

*Cuncta animalia.* Etiam impura, ut canes, glires, feles, mures, &c.

*Vacui ventris.* Rabiosa fames. Nihil autem fame atrocius, ut exempla non desint propria brachia & lacertos deuorant um.

*Hostibus ipsis.* Ut etiam ipse Metellus misericordia erga hostes commoueretur. Ut ipsi obfidentes hostes miseriam & calamitatem obfessorum miserarentur.

*Tenuis artus.* Fame & inedia absumentos.

*Membra aliena.* Cadauerum & hominum, vel à se vel ab hostibus interfectorum.

*Fame.* Cogente, instigante.

*Esse parati.* ji. Fame instigante & iam promti erant propria sua membra comesse. Iam u-  
plos extrema fame & inedia compullos.

*Quisquam hominum.* Quisquam hominum aut Deorum tam crudelis sit, ut veniam illis  
vribus indulgere nequeat, si carnem humanam comedant, qui dira atque immania sint per-  
pessi. Videtur melius legi: *Vribus.*

*Dura atq; immania.* Idque propter constantiam suam & animi fortitudinem.

*Et quibus asperum.* Illorum umbræ & defunctorum animæ quoniam corporibus resecba-  
tur, his ignoscere poterant, sedam Dii & homines.

*Melior mors.* Obiectio. Quod satius sit mori, quam tantum facinus admittere. Ut ob id Va-  
scones non sint excusandi. Quasi dicat. Nos Romani illis Cantabris & Vasconibus sumus sapi-  
entiores, qui ex Zenonis aliorumque Philosophorum doctrina scimus longe satius esse mori,  
quam immanissime cadauera amicorum deuorare. Sed unde Vascones illam sapientiam habe-  
re poterant, qui perisco illo tempore rudēs et rursus barbari.

*Zenonis.* Optimi Philosophi, qui existimabat satius esse mori, quam naturæ leges in se vio-  
lare. Egregie Virgilius.

*Vsq; adeo me mori miserum est!*

Et noster Sat. 8.

*Summum crede nefas animam præferre pudori.*

*Et propter Vitam secundæ perdere causas.*

*Non enim omnia, quædam.* Non omnia, sed quædam tantum quæ contra humilitatem, &  
naturam non pugnent.

*Pro Vita fac.* Ut malum penæ effigiatur non est admittendum malum culpæ. Sic Seneca.  
*Nemo omni precio Vita emenda est.*

*Sed Cantaber.* ji. Unde Vasco, vel Cantaber, vel Saguntinus Stoicam hanc disciplinam  
didicerit, scilicet moriendum potius esse, quam tam immani scelere & piaculo vicem protinse-  
re, præsertim illis barbaris antiquis temporibus, quibus Metellus illos obditione cecidit. Ema-  
suerunt Vascones, quod Philosophiæ præceptis admoniti hæc scire non poterint.

*Antiqui præsertim.* His verbis satis indicat Saguntum à Metello fuisse obsessam. Dicit au-  
tem Q. Metellum, qui ad oppugnandum Sertorium in Iberiam à Pompeio missus erat ut  
Appiano lib. 1.

*Nunc totum Graiam.* q. d. nostra ætate scire potuit Cantaber Philosophiæ præceptis imbutus  
à carne humana abstinendum esse, q. d. hoc tempore homines hęc doctiores & cultiores sunt.

*Nostas Athenas.* Romanorum sapientiam & litteras.

*Gallia confidicos.* ji. Gallia facunda & oratoria docuit Britannos vitiosas causas agere & or-  
atoriam exercere. Quod autem Lugduni delinquerint dictum Sat. 1. deinde dixit Sat. 7.

*accipiat te*

*Gallia, vel potius matricula Consiliorum.*

*Africa.*

*De conducendo.* ji. De adhibendo negotiis tuis oratore. Hyperbolice hæc dicit. Tum enim  
temporis extrema ibi barbaries, quæ nondum per omnia inde expulsa. Est autem *Thulæ* illa  
regio quæ iam *Noruegia* dicitur.

*Nobilis ille.* Post digressionem reuertitur ad Vascones & Saguntinos excusandos, & de-  
monstrat Egyptiorum seruitutem non solum maiorem esse, quam Vistorum, verum etiam  
quam Sacerdotum Dianæ Tauricæ, qui sacrificabant quidem homines, sed non comedebant.  
i. Licet Vascones vel Saguntini fame compulsi fuerad carnes hominum comedendas, tamen il-  
le populus nobilis est, & nobis Romanis virtute & fide par, sed clade nobis maior. Quia illo-  
rum ciuitas ab Annibale proflus deleta est, quod nobis Romanis nondum contigit. Hęc enim  
Luius describit. Plin. lib. 7 cap. 5. *Est inter exempla in Scythiam protinus reuerti sui infatus Saguntinus,*  
*quo anno ab Annibale deleta est.*

215

*Tale quid excusati?* Maotide senior ara

*Aegyptius, Quippe illa nefandi Taurica Sacri*

- 126 *Inuentrix homines, ut iam quæ carmina tradunt  
Digna fide credas, tantum immolat: ut ulterius nil,  
Aut gravius cultro timeat hostia. quis modo casus  
Impulit hos? quæ tanta fames infestat, vallo.  
Arma coegerunt, sano detestabile monstrum.  
Aud re! anne aliam terra Memphitide sicca  
Inuidiam facerent nolenti surgere Nilus?  
Quæ nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam,  
Sauromatæque truces, aut immanes Agathyrsi.  
Hæc sanis rabie imbelles & inutile vulgus.  
Parvula scitibus solitum dare vela phœlis,  
Es brenibus picta remis incumbere testa:  
Nec penam sceleri inuenies, nec digna parabis  
Supplicia his populis, in quorum mente parus sunt.  
Es similes, ira atque famæ.*

Vltimus tantam tantam atrocis facti condemnat, indicans Aegyptios hosce etiam Marotide palude esse atrociores.

*Tale quid? i.* Tale immane facinus quidnam excusare potest.

*Marotide j.* Scior est quam ara Dianæ Tauricæ ad Marotidem paludem. Fuit autē iuxta Marotidem Pœti paludem Taurica ara, Dianæ sacra ad quam homines hospites aduenas immolabant viuos. Et illa consuetudo vsque ad aduentum Orestis & Piladis durauit. Iphigenia autem illo scelere cognita, quæ erat templi sacerdos ablato inde Dianæ signo aufugit idque Aricie consecrauit.

*Quippe j.* Probat Aegyptios atrociores esse ipsiis Tauricis. i. Diana Taurica inuentrix infaustus illius sacrificii homines tantum immolat, non autem deuorat.

*Vi iam q. d. si* tamen illud verum est, quod Pœtæ prodiderunt. i. Nisi forte illa fabulosa & Pœtica sunt.

*Carmina tradunt j.* De ara Taurica:

*Homines tantum immolat j.* Non autem deuorat.

*Phœbus mihi j.* Homo immolandus sibi vel hostia nihil vltius vel gravius timeat, quam cultum quo immoletur. Hoc est, non vretur, ut insuper etiam deuoretur. Porro Thrasytus primus docuit Bægridem hospites immolare, cum adfirmasset nece humana pluuia à Ioue impetare. Et primus occisus est.

*Quis modo casus j.* Indicat Aegyptios nullam sui sceleris causam habuisse, vt Valcones. Nimirum Aegyptii nihil ad sui exaltationem possunt producere. i. Quod infortunium, quæ aduersa calamitas,

*Quæ tanta fames j.* Fuit Aegyptiorum, quæ compulsi homines deuorarent, vt Valcones & Sogaethini.

*Infestat, vallo arma j.* Arma hostilia vallo & obsidione urbem undique cingentia. Nihil horum Aegyptios impulit, sed mera malitia, infesta crudelitas, & insana superstitio, quæ

— peperit / colerosa atq. impia facta

*Tam detestabile j.* Hinc Tragici fabulantur cum Atreus fratri Thyestæ filii Plisthenis cadaver deuorandum apposuisset, solem obscuratum retro cecidisse Mycenis.

*Anne aliam j.* Vult indicare Aegyptios hoc suo scelere merito offendere potuisse ipsum Nilum, vt ille inuideret suas aquas tam facinorosis hominibus, & nollet surgere, eorumque agros inundare & fertiles reddere. i. Si Nilus terram Memphitidem vel Aegyptiacam inundare nollet, illique suam fertilitatem inuideret, vel ob hoc vnum scelus suis causis haberet. Potuissent enim aliam grauiorem offensionem, inuidiam, & simulatam Nilo creare, quam cum ho-

minem deuorant. q. d. Merito Aegyptii ob hoc ipsum scelus fame & annonæ caritate premuntur.

*Inuidiam*] Vt suam fertilitatem ipsi inuiderent.

*Terra Memphiside*] Vbi terra Aegyptia sicca esset. Est autem Memphis secunda vrbs post Alexandriam.

*Nolentis surgere*] Inundare & fertilem reddere, & sterilitate punire ipsam Aegyptum.

*Qua nec terribiles Cimbr]* Ordo est. Vulgus Aegyptiorum & Tentyritarum in bello, insule atque ignauum, dum tantum scelus perpetravit, hac immanitate & rabiosa feritate sensit, qui nulli vnquam Cimbr, nulli Sarmatæ in hostes suos sequebantur.

*Terribiles Cimbr]* Qui merum & terrorem Romanis incusserunt, utpote quos ter vicerunt. Illi iam Holfati atque Dani, Gallica lingua *latrones* olim dicebantur. Qui in Italiam irruentes & ter prælio Italos vincentes, demum à Mario per insidias victi, & castris exorti fuerunt. Probat Aegyptios sua crudelitate etiam seuißimos populos superasse.

*Britones.*] Germaniz populi, quos nunc Britannos appellamus, à Britone terræ filio, cuius filius erat Mannus. Tacitus.

*Sarmatæ.*] Sarmatæ, & Scythæ, vbi iam Moscoui, Moldaui, Transilvani, & pars quædam Poloniz.

*Immanes Agathyrsi.]* Populi Scythiz iuxta Sarmatas ira dicti ab Agathyrsio Herculis & Echidnæ filio. Testis Herodotus.

*Hac sanis rabie.]* Aegyptus, quæ vilissima est respectu aliorum populorum.

*Paruula fistilibus.]* 1. Qui nauiculis testaceis parua vela in Nilo solet dare, & illis nauigare. Testatur hoc Strabo lib. 17. quod in Insula Della, quæ à mari & duobus Nilu fluentis circumdatur, tanta facilitate nauiget, ut nonnulli testaceas scaphas habeant. Notat molliem & imbecillitatem Aegyptiorum, qui tamen vsque adeo immanes sint.

*Et breuib. pida.]* Fossæ aliz in Aegypto erant tam facile nauigabiles, ut scaphas testaceas & scitiles haberent.

*Etia testæ.]* Naui testaceæ, variis coloribus distinctæ.

*Brenibus remis.]* Hoc pertinet ad paruitatem & imbecillitatem Aegyptiorum denotandam.

*Remis incumbere.]* Vt remigando breuib. remis nauem propellerent.

*Nec parum sceleri.]* Concludit immanitatem Aegyptiorum omnem poenam excedere, & sperare. Quibus satis magna poena imponi nequeat.

*In quorum mente paret.)* Illi enim per iram fecerunt, quod Vascones & Saguntini per incredibilem & furiosam famem.

*Ira atq. famer.]* Nam ira illis famem suppeditauit ad deuorandos homines.

#### MOLLISSIMA CORDA

*Humano generi dare se natura fatetur,*

*Quæ lacrimas dedit. hac nostri pars optima sensus.*

*Plorare ergo iubet causam dicentis amici,*

135 *Squaloremque rei. pup. illum ad intra vocantem*

*Circumscriptorem cuius manantia fletu*

*Ora puellares faciunt incerta capilli.*

*NATVRAE IMPERIO gemimus. cum funus adulæ*

*Virginis occurrit, vel terra clauduit infans,*

140 *Et minor igne rogi. QVIS ENIM BONVS, aut face dignus*

*Arcana qualem Cereris vult esse sacerdos,*

*Vlla aliena sibi credat mala? SEPARAT HÆC NOS*

*Agrege mutorum, atq. ideo venerabile soli*

*Sortiti ingenium, diuinorumq. capaces*

- 143 *Atq; exercendis, capiendisq; artibus apti,*  
 SENSVM A CAELESTI deussum traximus arce,  
 Cuius egent prona, & terram spectantia, Mundi  
 Principio indulgit communis conditor illis  
 Tantum animas nobis animum quoq; mittimus ut non
150. *Affectus petere auxilium, & praestare inberet,*  
 Dispersos trahere in populum, migrare vetusto  
 De nemore, & proavis habitatas linguere sylvas:  
 Aedificare domos, Laribus coniungere nostris  
 Tectum aliud, rutos vicino limine somnos
- 155 *Vt collata, daret fiducia: protegere armis*  
 Lapsum, aut ingenti nutantem vulnere cinem:  
 Communi dare signa tuba, defestiter iidem  
 Turribus, atq; una portarum clanc teneri.

Initio probat Aegyptios omnem humanitatem & misericordiam exuisse, quae hominibus ionata sit. Non quod homines naturaliter flere & lacrumari possint. Sunt autem quae sequuntur longe pulcherrima. Quibus demonstrat quam immane monstrum sit hominem homini esse lupum aut Diabolum.

*Mollissima corda.*) Dum hominem lacrumari iussit natura dedit ipsi clementiam, humanitatem, misericordiam. Seneca. Quantum est ei non nocere, cui debebas prodesse. Lacrymae autem sunt in dicio, homines ad misericordiam, condolentiam, & *Compassionem* esse ratos.

*Hac nostri pars opt.*) Naturae vel mentis nostrae optima pars, quod homines miserales defleamus & miseramur. Seneca Ep 117. *Naturale est opinionibus hominum tangi, & adversis committeri. Nostri sensus.* i. Animi nostri. Hinc recte ille dixit.

— *As laboi ap' idix pves a' d' pves*

*Plorare ergo iubet.*) Ipsa natura, ipsa humanitas.

*Casum lugentis.*) Qui calamitatem & ærumnas suas deflet.

*Squalorem rei.*) Cum reum, ad iudicis subsellia protractum extrema fortuna stare videmus, cum ipsum metu supplicii, & iudicii ætonitum videmus, & miserando habitu deformem & squalidum.

*Pupillum ad iura vocantem.*) i. miseramur illum qui parentibus orbis est, qui ad iudicium vocat tutorem suum qui misere illum decepit & circumscripsit. Sat. 1.

*Cum populum gregibus comitum premat hic spoliator*

*Pupillo proflantur.*

Et alibi

— *Quot circumscripsit Hircus*

*Pupillos.*

*Cuius mamantia fletu.*) Cuius pupilli longiores & puellares capilli ora eius fletu & lacrimis mamantia incerta faciunt, sicut iuvenis, an vero puelli.

*Incerta.*) Propter capillum passum & in faciem protensum. Quis autem non miseraretur huiusmodi orbem, desertum ac defraudatum miseram puerum, si vix accedat fletus & miserabilis habitus?

*Capilli.*) Hosce solebant illi qui tristes erant dimittere.

*Natura imperio.*) Natura cogente & imperante gemitum edimus cum virgo quaedam nubilus moritur.

*Terra clauduntur.*) Cum sepelitur infans, qui minore est, quam ut comburatur. Pueri enim quibus dentes nondum nati, non solemniter comburebantur. Nascentur autem demum pueris dentes post 7. mensem.

*Qui enim bonus.*) Sensus est. Quis vir bonus alterius incommodo non moueatur?



*Face dignus arcana.*) Qui ob probitatem dignus sit, qui arcanis Cereris sacris adhibetur. Erant autem Cereris sacerdotes sanctissimi. Vnde *sepius dictum* Sat. 6.

*Pauca adeo Cereris sacris contingere digna.*

*Qualem Cereris.* ji. Qualem se vel suum matrem, vel quemvis alium hominem vult esse Sacerdos Cereris. Porro in sacris Cereris matronarum pudicitia requirebatur, ut etiam viroam integritas. Qui enim currentes faciem tenebant, castissimi & integerrimi eligeantur.

*Vita aliena sibi.* Nullus vir bonos humani aliquid a se alienum putat. Seneca Ep. 104. *Commodus omnium lateris, & moueris incommodus.* Dicit ergo nullum esse bonum, qui idem non sit pius & misericors.

*Separat hac nos.*) Naturalis pietas, humanitas, misericordia, & *per se* *aspiratio* commendatur.

Hec humanitas & misericordia distinguit nos à brutis: Licet hæc etiam in brutis conspiciantur, ut observare licet in bubus, qui miserabiles boatus solent edere, cum videant alterius bonis sanguinem effusum.

*Venerabile soli sortiti ingenium.*) Divinum & excellens ingenium, ut alter alterius ope subvetor. Sane homines nulla re propius ad Deum accedunt, quam salutem hominibus dando. Seneca. *Habeamus in communem quod nati sumus. Generatio nostra lapidum fornicationi simili est, quæ casura hoc ipso quod coheret continetur.* i. Ut misericordiam & humanitatem exerceamus rationem adepti sumus.

*Divinorum capaces.*) Rerum divinarum intelligentes. Nullum enim animal præter hominem Dei notitiam habet. Ait Cicero: Naturam homines celsos, rectos & humi excitatos eo nomine reddidit, ut Deorum cogitationem cælum intuentes capere possent.

*Atq; exercendæ.*) Miræ hominum artes, quæ quotidie in aciem sunt indicant. hominem nobilissimum quid esse, quam qui est segnis, trassus, & terrestri materia constitutus sit. Hæc omnia propter humanitatem exercendam hominibus attributa. Cicero *Figuram quoque corporis habilem & aptam ingenio dedit. Nam cum cetera animantes Deum abiicisset ad passum solum hominem tenuit, & ad cæli quasi cognitionem, domicilium, unde descendere exciecit.*

*Sensum à cælesti.*) Veris & egregie dictum. Non enim anima nostra est traduce, sed ex mente divina. Virg. lina.

*Ignem est ollis vigor & cælestis origo.*

*Os Homini sublime dedit.*

Ovidius

Et Silius.

*Nonne vides hominum se celsos ad sidera culem*

*sustulisse Deos, & sublimia finxeris ora.*

*Cum pecudes volucremque genus formosq; ferarum*

*Sequuntur atq; obscuro passim stramisset in alium.*

*Cuius*) Sensus vel animæ rationalis.

*Præma*) bruta intellige.

*Mundi principio.* ji. Deus initio mundi illis brutis animalibus tantum dedit animas, vegetativam & sensitivam nimirum, quas potentias bruta nobiscum communes habent.

*Nobis animam quoque.* ji. Mentem, intellectum, rationem, quam soli homines Dei beneficio contulit sumus.

*Animam ut nos.* ji. Eo nomine anima rationali à Deo donati sumus, ut mutuas benevolentis & amoris adfectus nos tempore necessitatis ab aliis auxilium petere, & auxilium vicissim aliis præstare iuberet. Et sic dicitur *χρηχ χρὸν νῦν.*

*Dispersos trahere in populum.*) Ut mutuas amoris adfectus homines in silvis dispersos, & hinc inde vagantes in unum populum trahi & colligi iuberet, in civitatem concedere, & ad civitem societatem convenire. Sic Orpheus & Amphion Græcos sua eloquentia in silvis degentes in urbem compulerunt. i. Dispersos homines per silvas & nemora in unum populum, unam civitatem legibus gubernatam trahere.

*Agros & arva.*) Respicit ad prisca secula. Cicero. *Fuit quondam tempus cum in agris passim homines bestiarum more vagabantur, & sibi visum sero & cum propagabant.*

*Et proci.*) Illas silvas relinquere, & delerere, quas proci inhabitabant.

*Edificare*

*Edificare domos.* Vt non amplius in curribus & mapalibus viuerent.

*Laribus coniungere.* i. Vrbes & ciuitatem societatem condere: Egregie Stigelius.

*Vtq; alios alis de religione docerent*

*Contiguas pietas iussit habere domos.*

*Tutos vicino limine.* i. Vt fiducia propter limen & domum vicinam collata & adaucta tutos & securos somnos praeirent.

*Fiducia.* Vicinitate aliorum confisa. Vt multi vna societate coniungerentur, & vnus alteri conideret.

*Protegere armis lapsum.* Iussit scilicet mutuus amoris adfectus. Vt Alexander Magnus hosti suo Dano fecit, in conflictu cadenti, quem suo clypeo texit. Cicero de Orat. *Quid iam regnum, iam liberale tam munificum, quam opem ferre supplicibus, excitare adfectus, dare salutem, libertatem, periculum retinere homines in ciuitate.*

*Nutantem.* Graui vulnere in bello accepto nutantem & casantem.

*Communi dare signa tuba.* i. Sub communi vexillo tubae concentu excitari ad pugnam, sub vno imperatore bellum gerere.

*Defendi ex eisdem turribus.* Eo dicit, nam ex turribus ciuitatum initio in hostes depugnabant.

*Vna portarum clauis.* In vna communis ciuitatis custodia & tutela conseruari.

SED IAM SERPENTVM maior concordia parci

160 *Cognatis maculis similis fera. QUANDO LEONI*

*Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vquam.*

*Expirauit aper maioris dentibus apri?*

*Indica Tigris agit rabida cum tigride pacem*

*Perpetuam: seu inter se conuenit Vrsis.*

65 *AST HOMINI FERRVM lethale incude nefanda*

*Produxisse parum est, cum rastra & sarcula tantum*

*Assueui coquere, & marris ac vomere lassum*

*Nescierim primi gladios excudere fabri.*

*ASPICIMVS POPVLOS, quorum non sufficit ira*

170 *Occidisse aliquem: sed pectora, brachia vultum,*

*Crediderint genus esse cibi, quid diceret ergo,*

*Vel quo non fugeret, si nunc haec monstra videret*

*Pythagoras: cunctis animalibus abstinnuit qui*

*Tanquam homine, & ventri indulgit non omne legumen.*

Demonstrat superius quomodo homo ad humanitatem & misericordiam sit genitus. Iam vero demonstrat truculentissima bruta animalia concorditer & amice magis inter sese viuere quam ipsi homines.

*Sed iam serpentum.* i. Horribilibus etiam Draconibus maior inter se concordia est, quam hominibus. Adeo vt concordia & mutuus amor in brutis reliquis adhuc esse videatur, ab hominibus vero prorsus exsulet. Hisce satis indicatur quod cum reliqua omnia animalia in sua perfectione & officio perstent, solus homo à suo officio exorbitarit, & lapsus sit. Pulcre Plin. lib. 7. *Cetera animantia in suo genere probè degunt. Cōgregari videmus & stas e contra dissimilia. Leonum feritas inter se non dimicat, serpentum morsus non perit serpentes. Nec maris quidem belua & pisces nisi in diuersa genera fauunt. At hercule, plurima homini ex homine sunt mala, Et Seneca Epistola 104. Ab homine homini quotidianum periculum. Nullum est malum frequentius, nullum pertinacius, nullum blandius. Tempestas minatur, ansequam surgat, crepant aedificia, ansequam corruant, praeannunciat sumus incendium. Subita est ex homine homini perniciēs. Et eo diligentius segitur, quo propius accedit. Erras si illorum qui tibi occurrunt vultibus cedis. Hominum effgies habent, animos ferarum. Et Cicero. Nulla est tam detestabilis pestis qua homini ab homine non nascatur.*

TET

*Parcis cognatis* ) i. Similis & eiusdem speciei fera parcis cognatis eiusdem speciei feris eadem maculas, eandem formam & colorem habentibus.

*Quando leoni* ] Hoc enim nunquam factum est. Siccanis caninam non est, ut ait Varro.

*Exspiravit* ] Mortuus, comestus & deuoratus est.

*Induca Tigris* ] Et hæc tamen animalia ferocissima sunt, & tamen concordia inter se, & mutuos amoris & beneuolentiæ adfectus retinent. *Solus homo est homini lupus.*

*Alf homini* ] Iam dissimili demonstrat, solum hominem de recta discedere. Hoc viderant ethnici, sed causas non peruiderunt. i. homini non satis est hominem interemisse, sed insuper etiam deuorat. Exaggerat vehementer hominum malitiam, & Ægyptiorum, quo potissimum suspicari. Parum est homini gladios fabricasse, in alterius hominis perniciem. Vnde alter Poet.

*Hei mihi lethales primas qui protulit enses.*

*Quam ferus, & vere ferreus ille fuit*

*Nefanda* ] Super scelerata incude.

*Prodaxisse* ] Fabricasse.

*Sarcula* ] Crates dentatas, quibus segetes herbis inutilibus purgabantur. i. Cum primi fabri proauorum nostrorum temporibus nescierint gladios fabricare, nimirum qui solummodo instrumenta ad agriculturam necessaria fabricare potuerunt. Sarculum alii explicant feramentum bicorni, quo commoueatur terra à *sarrendo* id est fodiendo ita dictum.

*Martus* ] Instrumentis ferreis extendendis inutilibus herbis comparatis.

*Nescierint primi* ] Nondum enim scuitia erat inter homines.

*Aspicimus populos* ) Quales Tenyritæ, de quibus dictum, & quales nostro tempore, sunt Caribes, Canibales, *αἰσχροψαγοί*.

*Quid diceret ergo* ] Quibus diris hos homines deuoueret, quantum illos detestaretur. Si iam viueret Pythagoras, nimirum ille indignando cælum & terram commoueret.

*Vel quo non fugeret* ) Vel ultra Sauromatas, ne videret hominum scelera, & talia scelera monstra, ostenta, portenta, prodigia.

*Cunctis animalibus* ] i. Qui religione & reuerentia hominum etiam à brutis animalibus abstinent, neque ab illis solum, verum etiam à quibusdam leguminibus, nimirum à fabis. Cum autem ille sentiret animos hominum post mortem migrare in noua corpora, quod ille *μυρροψάγων* appellauit, brutorum etiam carnibus abstinent, ac forte edendo in animos hominum qui forte in illorum corpora migrassent, scuiret. Opinio vel pæteris ridicula. Tanto certe Philosopho indigna.

*Non omni esurimen* ) Refertur inter Symbola eius, à *Fabæ abstinent*. Quoniam, ut ait Cicero, inflationem adferrent, & animum perturbarent. Vel quod pudendis similes essent. Vide proverbium *A fabis abstinent*.

## D. IUVNII IUVENA-

## LIS SATYRARVM LIB. V.

## SATYRA VLTIMA.



IUVENALIS, quod Paridem illum histrionem Sat. 8. versibus illis: *Quod non dant proceres dabit histrio.* offendisset, per honorem militiæ quamquam octogenarius vrbe summotus missusque est ad præfecturam cohortis in extremam Ægypti partem tendentis. Id supplicii genus placuit, ut leui & ioculari delicto par. Hinc ex Ægypto præcedentem Satyræ, & hanc scripsisse existimatur. In vltima autem hac militiæ commoda recitat, idque ut quibuscumque videtur in Paridis Pantomimi inuidiam, ne Paris eum exsilio miserum & infelicem putaret. Fuit autem in antiquissimis exemplaribus hæc Satyra, penultima, quam cum primum in Ægyptum venit scripsisse putatur, ut præcedentem longo post tempore. Nec desunt, qui hanc Satyræ Iuuenalis esse negent, cum in antiquissimis codicibus non inueniatur. Aliter sentit magnus ille Scaliger filius, ut præsentem mihi quondam ipse indicauit. Narrat ergo hæc Satyra militiæ commoda, & contra illorum incommoda, qui cum militibus aliquid negotii habeant.

Quis numerare queat feliciæ premia, Galle,  
 Militiæ? Nam si subeantur prospera castra.  
 Me pauidum excipiet tironem porta secundo  
 Sydere. PLUS ETENIM FATI VALET hora benigni,  
 Quam si nos Veneris commendet epistola Marti,  
 Et Samia genitrix qua delectatur arena.  
 Commoda tractemus primum communia, quorum  
 Haud minimum illud erit, ne te pulsare togatus  
 Audeat: immo & si pulsetur, dissimulet, nec  
 Audeat excussos Pratori ostendere dentes,  
 Et nigram in facie tumidis linoribus offam,  
 Atq; oculos medico nil promittente relictos.  
 Bardaicus Index datur hac punire volenti,  
 Calcens & grandes magna ad subsellia sura,  
 Legibus antiquis castrorum, & more Camilli  
 Seruato, miles ne vallum litiget extra,  
 Et procul à signis, iustissima Centurionum  
 Cognitio est igitur de milite, nec mihi decrit  
 Vltio, si iusta defertur causa querela.  
 Tota cohors tamen est inimica, omnesq; manipuli  
 Consensu magno officiunt, curabitis, ut sit  
 Vindicta grauior, quam iniuria.

Militiæ commoda recitat & commendat.

*Quin numerare.*] Quasi illa militiæ commoda, præmia, vtilitates, & emolumenta sint infinita & innumerabilia.

*Nam si subeantur.*] Cum quis prospera castra & felicem militiam subit, licet tyro pauidus essem, tamen cuperem in illam militiam excipi, & transferri.

*Prospera castra.*] Qualia hæc sunt, quæ iam intraui. Si castra felicia, & militia prospera subeat, nulla pleniora gaudia cuiquam possunt contingere. Et ego quoque quamuis tyro pauidus & meticulosus essem, in prospera illa castra transcribi optem, & castrorum porta felici omine arque fidere me excipiat.

*Excipiet.*] Optantis est, q. d. causam non dico quin excipiat.

*Porta.*] Introitus castrorum. Dux autem erant castrorum portæ, quarum altera decimadicebatur.

*Secundo fidere.*] Diis fauentibus, qui aduersi si sint, militia est miserrima. At contra ubi fata prospera, omnia prospera, felicia, & fortunata.

*Plum enim.*] Nihil magis in militia requiritur, quam ut felici fidere & benigno fato militiam capeffamus quod plus valet, quam si vel ipsum Martem belli Deum nobis habeamus vel maxime propitium, & fauentissimum intercessionem Veneris amicæ vel Iunonis genetricis. Vel ita: Sideris felicitas & prosperum fatum, magis nos Marti & euentus belli commendare potest, quam ipsa Venus & Iuno.

*Fati benigni.*] Benigni sideris, & secundæ constellationis.

*Quam si nos Veneris.*] Quæ Marti carissima, & cui libenter gratificatur. Cum enim amicus sit, eius commendatio merito multum ponderis apud ipsum habet.

*Samia genetrix.*] Iano Martem ex Ioue, vel vtrâque ex nullo viro peperit. Colebatur autem Iunon in Samo. Virg. 1. Æn.

*Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam*

*Posthabita coluisse Samo.*

*Commoda tractemur.*] Sigillatim iam militiæ commoda recitat, & primo quidem commoda. Quorum primum est quod maximam habeant nocendi licentiam & impunitatem.

*Ne te pulsare toga audeat.*] Ne togatus aliquis militiam non exercens te militem pulsare audeat, & si à te milite ipse verberetur te coram prætore non accusare audeat. Qui non militabant toga utebantur. Contra milites utebantur sagò militari.

*Et si pulsetur.*] Si à te vapulet, aut verberetur.

*Disimulet.*] Sepulsatum esse, vel vapulasse. Quid enim agat: Sarius enim est dissimulare, quam nihil proficere.

*Excusos.*] Dentes à te milite sibi excusos.

*Prætoris*] Iudici militum.

*Et nigram in facie.*] Indicat in atrocissimis iniuriis militem non accusari. i. Lividum carnis tumorem ob ictum vibicosum, i. Maculis plumbei coloris tumidis & inflatis ex ictu.

*Offam.*] Frustum carnis nigrum, vibicosum, & tumidum, quales nigre offæ sunt, cum ad partem percussam sanguis defluit.

*Atq; oculos.*] Oculos ictu extinctos medico de recuperando visu nihil promittente.

*Relictos*] Metaph. Deperditos.

*Bardiacho iudex.*] i. Centurio vel iudex militaris, togato læso & hanc iniuriam punire volenti conceditur, q. d. Miles de milite erit iudex. & idcirco militi fauebit.

*Bardiacho*] Iudex Bardiacho vel sagulo militari vestitus, ut Varro & Marcialis testantur. Vel ut Valla & Turnebus rerum ignarus, bardus, Gallicus, militaris, stupidus, barbarus.

*Calcem ex grandes.*] Ad cuius iudicis subsellia vel tribunalia dependent calcei, & grandes saxe ac perones, qui superinducuntur suris.

*Grandes fura.*] Ocreæ furarum grandium.

*Subsellia.*] Vbi causæ audiuntur. Hoc dicit, quia causæ diiudicabantur in ipsis castris, in cæntionis tentorio.

*Legibus antiquis.*] Vt ex antiquis castrorum legibus constitutum est.

*Mare.*

*Mere Camilla*] Camillus in obditione Veiorum instituit, ne miles extra vallam litigaret, quo-  
tempor ex mandato consulis contra hostes pugnaturi praesto essent.

*A Signis*] A vexillis militaribus.

*Iustissima centurionum*] i. Centurio castrorum iudex cum maxima aequitate & moderatio-  
ne (iustecnim summum summa iniuria) causam togati cum milite disceptat & diiudicat.

*Iustissima*] cum summa aequitate, moderationeque, ut cum milite non per omnia stricto ius  
reprocedat. Hoc enim est iustissimum.

*Nec mihi deerit Ultio*] i. Si ego miles quem accusatum à togato diiudicavit centurio possum  
visibilem iuste querelae causam aduersus togatum proferte, eumque vicissim accusare & con-  
queri quod me violarit, & prior pronoearit, non deerit mihi centurio iudex, qui ipsum toga-  
tum probe est viturus.

*Tota cohors tamen est inimica*] i. Licet centurio aequissimam sententiam contra militem  
pronunciarit. Egerrime tamen ferunt omnes commilitones, quod aliquid contra militem sit  
pronunciatus. Possunt haec etiam distingui, ut post ultio ponatur punctum, cum hoc sensu. A-  
quissime & moderatissime iudicat centurio contra militem pro togato, & interim tamen  
miles facile se vicissim contra togatum accusantem potest vilesce & sequentia, *Si iustus desertur*.  
Hoc sensu intellige. Si togatus vel iustissimam causam conquerendi de milite habeat equites  
& pedites & omnes manipulares milites eius causae contra militem efficiunt.

*Cohors*] Pedites habebat centum & quinque. Equites loricatorum centum triginta duos.

*Consensu magno*] Vnanimi consensu, suamque iura & conata.

*Curabitur* & *fit*] Sunt verba militum increpantium togatum qui alium militem velit accu-  
sare. q. d. iniuria militis parvula est, pro qua vos magnam & grauem vindictam poscitis. Vel  
possunt esse verba Poetae, dicentis: Vos efficietis ut damnosius vobis sit, cum vindictam petitis,  
quam prius accepta iniuria. Vel ita: Vos togati efficietis, ut vindicta, quam petitis vobis graui-  
or & damnosior sit, quam iniuria ante illata. Vel ut miles quem accularis, dum vos vilesceatur,  
maiores vobis iniurias inferat, quam est prior.

— Dignum eris ergo

*Declamatoris Mutinensis corde Vagelli*

CUM DVO CRVRA habeas, offendere tot caligatos

25. *Millia clauorum. Quis tam procul absit ab urbe?*

*Præterea, quis tam Pilades molem aggeris ultra*

*Vi veniat lacruma siccentur protinus, & se*

*Excusaturos non solicitemus amicos.*

*Datestem, iudex quem dixerit, audeat ille*

30. *Nescio quis pugnos qui vidit, dicere vidi,*

*Et credam dignum barba dignumq; capillis*

*Maiorum. CITIVS FALSVM producere testem,*

*Contra pagannum possis, quam vera loquentem*

*Contra fortunam armati, contraq; pudorem.*

*Dignum erit ergo*] i. Stultissime facit togatus, qui militem de iniuria illata accusat. i. Stulto &  
temerario animo dignum est, quali animo fuit Mutinensis ille Vagellius homo stolidus &  
bardus. Hic Vagellius homo temerarius malas & periculo subiectas causas suscipiebat. Sic in-  
mit & illum eodem modo esse temerarium, qui inermis militem accuset.

*Cum duo crura habeas*] i. Cum ta solus tantum sis, & velis accusare militem, & offendere tot  
milites commilitones qui clauos in tibialibus habent, & togato militem accusanti obstant.

*Offendere*] Irritare, sibi inensos & iratos reddere, milites sibi obstantes. Dum enim coge-  
barur per illos transire, illum talibus clauis pungebant. Hinc superius dixit Sat. 3.

Tæt 3.

*Es in digito clauum mihi militis habes.*

Hinc Festo dicuntur *clauata*, id est vestimenta clauis interta.

*Caligatos.* Manipulares milites.

*Tot milia clauorum.* In tot milium tibialibus exstantium.

*Quis tam procul absit.* j. Quis adeo stolidus, & tantum absit à prudentia vrbana, vt hoc sibi faciendum iudicet. Est proverbialiter dictum.

*Præterea quis tam.* Aliud togatorum contra militem incommodum, quod nullum amicorum tam fidelem habeant, qui officii gratia ipsos in castra comitari velit.

*Pilades.* j. Tam fidelissimus amicus, qualis Pilades Orestis fuit, cum quo amicorum par constituit. Sane Pilades pro Oreste sanando Tauricæ aræ periculum adire non dubitauit. Ibi enim cum decimus quisque hospes immolaretur & mactaretur, vt furiosi sani fierent, & Orestes decimus fuisset, Pilades se decimum fuisse dicebat, vt ita pro amico moreretur.

*Molem aggeris vltra.* Vt veniat intra castra, vltra aggerem, & vallum.

*Lacryma.* j. Togati, si læsi à milite sint, dissimulent, nec cum lacrymis amicos sollicitent vt officii gratia in castra se te comitentur. q. d. Nulla à togato fiat de accepta iniuria à milite querela. Nemo enim defendere togatos audebit contra milites. Nam nec causidicus erit, neque amicus, qui accusantem officii gratia in castra velit comitari.

*Se excusaturus.* Propter periculi magnitudinem.

*Sollicitetur.* Vt officii gratia nobis præsto sint.

*Da testem, iudex.* Ostendit, quod si vel maxime Togatus verissimum testem possit producere contra militem, nullus contra militem testimonium præbere audeat. Miles contra facile falsum testem possit producere contra togatum. i. Si tu togatus testem à iudice dare iussim produxeris, & ille liquido testetur illum existimo esse virum sanctissimum & integerrimum prædictum antiqua virtute & fide. i. Cum iudex tibi togato militem accusanti dixerit, da & producat testem. Tunc si testis ille qui pugnos vidit, quomodo miles togatum pulsarit audeat finire testimonium proferre & dicere, ego vidi, & testor hoc esse verum, ego credam eum testem esse hominem antiquæ fidei.

*Quem dixerit.* Iusserit te producere.

*Audeas ille.* Si quis vnquam tantæ magnanimitatis & confidentiæ est.

*Nescio quis.* Nimirum talis nullus & nusquam erit.

*Pugnos qui vidit.* Qui vidit pugnos & verbera in alium iactari.

*Es credam dignum.* Existimabo illum esse severitate & grauitate antiquorum prædictum, qui pro iustitia & veritate capitis periculum adire non dubitarent.

*Citium falsum.* E contrario demonstrat, longe facilius esse falsum testem inuenire contra paganum & togatum, quam verum contra militem.

*Producere.* Ad iudicum subsellia ad testimonium dicendum.

*Paganum.* Togatum rusticum, à militia remotum, misere addictum à milite. Rusticis autem habitis illi milites plerunque infesti.

*Vera loquentem.* Verum testem.

*Contra fortunam.* Res opes & facultates armati milites.

*Pudorem.* Famam, existimationem, honestatem. Nam circa hæc duo famam nimirum & opes fore omnia iudicia versantur. Sic dixit Sat. 8.

*Summum crede nefas animam præferre pudori.*

35

*Premia nunc alia, atq; alia emolumenta notemus*

*Sacramentorum. Conuallem ruris anisi*

*Improbis, aut campum mihi si vicinus ademir,*

*Aut sacrum effodit medio de limite saxum,*

*Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo,*

40

*Debitor aut sumtos pergit non reddere numos.*

Vana

*Vana supernacui dicens chirographa ligni:*  
*EXPECTANDVS erit qui lites inchoet annus.*  
*Totius populi. Sed tunc quoq, mille ferenda*  
*Tedia, mille mora. Toties subsellia tantum*  
*Sternuntur, iam facundo ponente lacernas*  
*Ceditio. & Fusco iam micturiente parati,*  
*Digredimur lentag, fori pugnamus arena.*  
*Ast illis quos arma tegunt, & baltheus ambit,*  
*Quod placitum est illis, praestatur tempus agendi.*  
*NEC RES atteritur longo sufflamine litis.*

Progreditur vicerius ad alia militæ commoda. Quod milites ligantes brevissimo temporis spacio causam ad finem possint perducere, quæ togatis in multos saepe annos producat.

*Sacramentorum.* ] i. Militum qui sacramento obligati sunt summo belli duci. Iurabant autem milites se pro Republica facturos, nec prius discessuros, nisi finitis stipendiis.

*Commotum.* ] Rus, campum, vel agrum in valle positum, quem aut tui possiderunt in bona pace multis annis.

*Improbos*] Avarus, alieni cupidus vicinus.

*Miles*] Togato, vel à militia remoto.

*Aus sacrum effodit.* ) i. Si saxum, quod termini, vel limitis loco erat positum inter meum & vicini agrum, si illum effodit & in meum agrum transtulerit, ita ab agro meo aliquid abradēs.

*Sacrum*] Hæc limites Ioui terminali solebant sacrificare, iisque quotannis liba & pulres in sacrificio offerre. Illum autem terminum violare vel movere loco sceleratissimum habebatur. Nam fabula est *Terminus* ne ipsi Ioui quidem voluisse cedere: Vnde ænigma est.

*Semel minus, an bis minus. non fas scio,*

*An utrumq, noluit ipsi cedere Ioui.*

Hinc Symbolum Erasmi

*Cedo nullis terminus.*

*Medio de limite*] Vbi infusus erat.

*Quod mea puls.* ] i. Quod saxum ego quotannis pulre mea & libis colui.

*Terulo libo* ) A multis annis usitato. Nam pulres, liba, aliasque fructuum primitias termino sacrificabant, ex constitutione Numæ Pompilii. Non animatum quid. Nefas enim saxa cruciari.

*Debitor aut sumus.* ) Si debitor se mihi quidquam debere neget.

*Vana supernacui*] Hic versus ex Satyra 13. repetitur.

*Expectandus erit*] Tum lente mea causa diiudicanda suscipitur & finitur.

*Annus*] i. Mora longissima, quæ annus videri poterat. Sic ille dixit. Dum moliantur dum committuntur annus est.

*Totius populi*] Certo enim anni tempore universi populi Romani causæ incipiebant agitari.

*Sed tunc quoq,*] Hæc rectius competunt in nostra tempora. Innumera molestiæ interim sunt decurandæ.

*Mille mora.*] Iuxta illud nostrorum: Peto dilationem in sequentem.

*Toties subsellia tantum.* ) A ministris tanquam actio futura sit, cum interea nihil agatur, & milites non compareant.

*Iam facundo ponente*] Qui æstu defatigatus lacernas & vestes tanquam lassus deponit, vel agendo defatigatus. Huius Cædicii Senarii iudicii superius meminit.

*Fusco iam micturiente.*] Hic apud Martialem ebriolus notatur. Dicitur Aurelius Fuscus, qui ætæcum exiret, ut vesicam dissentiam exoneret, & tardius redit. Hunc obiret notat. Ut & in præteritis huius coningem bibacitatis notavit, cum dixit:

*Et dignum sciens Pholo vel coninge Fusci.*



*Parati digredimur* ji. Qui alias ad agendas causas accincti & parati eramus digredimur ab invicem, propter iudices impediri.

*Lenta arena* ji. Lente procedente & sæpe dilata Est Metaph. à gladiatoribus sumta. Ita ait. nam tum etiam temporis didicerant Icti causas in centum annos protrahere.

*Ast illu.* ] Iam dissimili demonstrat longe meliorem esse conditionem militum, quibus quodcunque tempus tandem placeat, ad agendas causas præstetur. Nimirum militum causas non diu differebantur.

*Balchem*] Militare cingulum.

*Præstatur*] Indulgetur. Cum ipsi partes iudici constituunt agendi tempus.

*Necres atteritur* ji. Opes illorum non consumuntur prolixis litiſ disceptationibus, utquam sufflamen, quod rotæ subiicitur paulatim rotam atterit in descensu & tractu rotarum. Dum enim rota circumire non potest impedita sufflamine, inferior eius pars qua in terra trahitur, atteritur. Est ergo sufflamen hoc loco idem quod impedimentum litiſ finienda.

*Em aufhalt.*

*Solis præterea testandi militibus ius*

*Vino patre datur. Nam qua sunt parta labore*

*Militia. placuit non esse in corpore census*

*Omne tenet cuius regimen pater. Ergo Coranum*

55 *Signorum comitem, castrorumq; ara mercenem,*

*Quamvis iam tremulus captat pater. Hunc labor æquus*

*Pronchit. & pulcro reddet sua dona labori.*

*Ipsius certe ducis hoc referre videtur,*

*Ut qui fortis erit sit felicissimus idem.*

60 *Ut lati phaleris omnes: & torquibus omnes,*

Subiungit iam aliud commodum quod miles viuo patre testamentum possit condere, de peculio castrensi, quod aliis integrum non est.

*Nam qua sunt parta.*] Peculia enim castrenſia erant libera.

*Non esse in corpore census.*] Non esse in essentia patrimonii, vel in censu illarum opum, quarum dominium pater habet. Cuius totius arbitrium est. *Census.* i. Illorum quæ censentur, vel ad patrimonium spectant.

*Ergo Coranum.*] Explicat exemplo Corani, quod dixit, qui illo tempore satis notus fuit miles.

*Signorum comitem*] Qui vexilla ducis & imperatoris sectatur.

*Castrorum ara.*] i. Peculium, vel Stipendium.

*Captat pater.*] Blanditiis & muneribus filium captat pater licet ætate tremulus, vel illius forte moriatur, eius hereditatem pater adire possit. Cum iure eius bona obtinere nequeat.

*Hunc labor æquus.*] i. Militiæ laudarus labor hunc Coranum ad opes & dignitates euehit.

*Et pulcro.*] Retribuit sua dona pro merita egregio labori.

*Ipsius certe ducis.*] i. Hoc certe spectat ad dignitatem & maiestatem ipsius Imperatoris ut vniuersique miles pro ratione virtutis & fortitudinis coadigna præmia accipiat, quibus exemplis alii milites & ad præmia & virtutes eandem inuitentur.

*Ut qui fortis erit.*] i. Ut quo quis maiori viſtute & fortitudine præditus est, hoc etiam ampliora præmia & honores adeat.

*Ut lati phaleris.*] i. Ut qui pro Rep. corpus suum toties periculis obiectant, illi meritis etiam eminationibus apud Imperatorem excellant, & excellentissimis muneribus canteant.

*Phaleris*] Ornamentis equestrum. Ut ditissimi & ornatiſſimi ſint omnes, sub imperatore vel duce militantes.

*Torquibus*] Carenis vel circulis aureis ex collo in pectus dependentibus.

FINIS Commentariorum in Satyras Iuuenalis.

LICTO-

# LECTORI BENI- VOLO SALVTEM.



**N**TE fere decennium, beniuole Lector, cum Lipsiæ adhuc commorarer, Persium qualicumque commentario Franckeræ Frisiorum edito, illustraui: quo quidem Commentariolo tum temporis auctorem hunc ita à me explicari censebam, vt à quouis facile possit intellegi.

Illum dum ante tres annos rursus inspicio & reuoluo, nonnulla, quæ vel minus plena, vel minus recta, euilescece incipiebant, adeo vt illius tam præpropere editi pœnitere me inciperet. Quo etiam tempore, & quo nomine, PERSIUM hunc publice hic, mediocri, vt spero, auditorum meorum fructu & fauore enarraui, multisque in locis plenius & rectius explicari.

Iam vero triennio elapso post Iuvenalem & Horatium in Academia hac explicatum à me, dum vtrumque meum Commentarium quasi postliminio rursus euoluo, vt cum Græco illo loquar, pleraque *αἰτίων καὶ ἀντιγώνων*, eo quod rectius & plenius hic auctor explicari deberet: si plene & plane cognosci debeat & intellegi; Inque me Græcum illud quodammodo competere, *Νέοις καὶ ἰσχυροῖς μὲν, ἐπὶ πόρῳ δὲ ὕδιν*, animaduerto.

Iam igitur tandem serio atque sedulo manum mentemque grauissimo huic auctori admonendam censui, vt ira debiti & promissi hoc mei nomen, apud viros doctos, & iuvenes studiosos tandem aliquando expungam, & ita, volente & iuuante Deo, vltimam huic auctori manū imponam. Qui mole quidem perexiguus, sed tantus est pondere, vt illum à nemine adhuc virorum doctorum per omnia plene intellectum esse vere magis, quam audacter ausim pronuntiare. Adeoque qui reuera plus in recessu habet, quam in fronte pollicetur, & de quo, quod Romanus ille de Carthagine dixit, *Satiū est nihil, quam parum dicere*. Nimirum cuius carminis dignitatem, & abstrusam, reconditam, & ad reprehensionem vsque eruditam doctrinam vix integra oratione adumbrauero, nedum eius exigua hac tabella primas lineas duxero. Quo nomine maior tibi opera danda, erudite Lector, vt auctorem hunc, qui intelligi noluit, non cum Diuo Ambrosio indignabundus in pauimentum proicias, & dicas: *Si non vis intellegi, debes neglegi*, sed plene discas intellegere: quod volente Deo per plenissimum hunc commentarium, cum Analyti Logica & duplici Paraphrasi, vna laxiore, altera magis adstricta tibi in parte erit: & aliis Poetis & auctoribus miram lucem adferet: qui obscurioribus his præcognitis fact-

V u u

liores erunt. Nam, ut cum magno illo Scaligero loquar: *Persius non vult intellegi, sed iam tamen a nobis intellegitur*. Qui quamuis, ut abstrusam eruditionem ostentaret, dedita opera ac de industria multis obscuritatibus tanquam labyrinthis & ænigmatibus librum hunc suum inuoluerit: Sic tamen, iuuante Deo, illum enarrabo, ut qui hactenus doctis etiam Græpho intricatior fuit, imposterum etiam iunioribus scirpo planior & læuor sine vilo nodo aut scrupulo futurus sit. Id quod re & opere præstare, quam multo verborum ambitu prolixè de me tibi polliceri malo.

## IN PERSI SATYRARVM

## LIBRVM PROLEGO-

MENA.

**N**E, illotis, quod dici consuevit, manibus, ad præclarum hoc Persi poema euoluendum & enarrandum accedam, pauca quædam, ex præcepto Seruii Grammatici, ~~de præmissis~~ loco præmittenda duxi: qui in exponendis auctoribus quinque hæc consideranda esse monet: Auctoris vitam, Operis titulum, Carminis qualitatem, Scriptoris consilium, & Librorum numerum & explanationem.

AVLVVS PERSIVS FLACCVS natus est anno Mundi 3999. Anno Christi 97. id est, tertio post passionem Christi anno, Olympiade 203. Anno vrbis 974. Imperatoris Tyberii anno 22. ( teste Eusebio ) pridie Non. Decemb. Paulo Fabio Prisco, & Lucio Vitellio Coss. quo tempore Phoenix avis in Ægypto apparuit. Natus autem est Volaterris in Etruria, quod ipse Satyra vltima non obscure indicat, cum ait:

— Mibi nunc Ligus ora

*Inter, hibernaq; meum mare, qua latus ingens*

*Dans scopulis, & multa latus se valle receptat:*

*Lunæ portam est opera cognoscere cinis.*

Dicit enim meum mare, & Luna portus & opidum Thuscæ erat. Huc autem hieme secesserat. Patrem habuit Flaccum, quem amisit pupillus adhuc ætatis fere sex. Mater Fulvia Sifennaia, quæ mortuo priore marito Flacco patre Persii, postea Fusio equiti Romano nupsit, qui & ipse intra paucos annos mortuus. Ad duodecimum ætatis annum Volaterris in patria studuit. Deinde sumpta virili toga Romam litterarum causa profectus Rhemmio Palæmoni Vicentino in Grammaticis, & Virginio Flauio in Rhetoricis. Cum esset ætatis sedecim in intimam amicitiam Annæi Cornuti Philosophi Stoici receptus est, ab eoque tanquam sancto optimoque viro in moribus, disciplinis

que

que Philosophicis accurate informatus est, ita ut quantum fieri posset ab eius latere nunquam discederet. Ut autem Cornutum hunc præceptorem suum omni officio coluit, & pietate observavit discipulus cum adhuc esset: Sic singulari benivolentia & vitæ cōsuetudine maturiore ætate adultior in reliquâ vitæ spacium vique ad mortem sibi coniunctum tenuit: ut non obscure in fronte penultimæ Satyræ hoc ipsum testatur, cum ait:

*Cum primum passido castos mihi purpura cessit,  
Bullaq; succinctis Laribus donata pendit,  
Me tibi suppositi, teneros tu suscipis annos  
Socratico, Cornute, finem. &c.*

Et postea:

— Tibi nunc hortante Camerâ  
Excutienda damus præcordia, quantaq; nostræ  
Pars tua sit, Cornute, anima, tibi, dulcis amice,  
Ostendisse iuvat.

Et paullo post:

*Tecum etenim longos memini consumere soles,  
Et tecum primas epulis consumere noctes  
Vnam opus & requiem pariter disponimus ambo,  
Atque verecunda laxamus seria mensa.*

Item:

*Nescio quod certe est, quod me tibi semper at astrum.*

Porro Persius hic à prima adulescentia adhuc prætextatus amicos habuit Cæsum Balsum Poetam Lyricum, ad quem scripsit Satyræ ultimam; Minucium Macrinum Brixianum equestris ordinis principem, cui secundam inscripsit Satyræ; & Calpurnium Staturam, qui viuo adhuc Persio iuuenis obiit. Semilium Romanum, ut patrem suum coluit. Per Cornutum cognovit etiam Annæum Lucanum Pharsaliæ scriptorem poetam eximium, æqualem suum, qui & ipse Cornuti auditor erat, & scripta Persii adeo admirabatur, ut illo recitante se à clamore vix retineret, quin illa vere esse Poemata diceret. Sero cognovit etiam Senecam Philosophum Neronis præceptorem, sed non ut caperetur eius ingenio. Vfus est apud Cornutum convicctu duorum doctissimorum & sanctissimæ vitæ virorum Claudii Agathæri Medici Lacedæmonii, & Petronii Aristocratis Magnetis, acriter tunc Philosophantium; quos vniçe admiratus & æmulatus est, utpote sibi æquales, & Cornuto minores. Vixit etiam per decem fere annos familiarissime cum Thrasea Peto adfini suo; habebat enim is cognatam Persii Arriam uxorem fidissimam; quæ cum maritus à Nerone mori iussus esset, semetipsam ante virum occidit; qui vir moriturus alacri animo amicos flentes redarguit, & brachia secandis venis exhibens, animose, hunc, inquit, sanguinem libemus Ioni liberatori. Cum hoc coniectissimè auctor noster vixit: interdum etiam peregrinatus est. Fuit igitur equestris Romanus, sanguine, adfinitate, & familiaritate primi ordinis viris coniunctus. Morum fuit lenissimorum, verecundiæ virginis, formæ pulcræ, in

matrem, sororem, & amitam eximiepius, pudicus, suis contentus, & frugi. Ceterum raro & tarde scribebat. Scripserat in pueritia Prætextam aliquam tabulam & *Idimonæum* librum unum, & paucos vxori Thrasie in Arriam eius matrem versus, quæ se ante virum occiderat, vt supra dictum. Hæc autem omnia in pueritia scripta Cornutus matri Fuluiæ autor fuit, vt aboleret post filii mortem. Iuuenis vero, cum iam à Schola & magistris diuerterat lecto libro Lucilli decimo vehementer Satyras componere studuit, cuius libri principium imitatus est, primo seipsum, mox omnes reprehendens cum tanta recentium Poetarum & Oratorum insectatione, vt ne à Nerone quidem eius temporis principe aciem styli Satyrici abstinerit. Cuius versus prima Satyra in Neronem cum ita se haberet:

*Auriculas asini Midas rex habet. —*

in hunc modum, vt exstat, à Cornuto fuit emendatus:

*Auriculus asini quis non habet?*

Ne sæuissimus ille tyrannus Nero hoc in se dictum esse animaduerteteret. Scripsit ergo hunc librum Satyrarum sex, ingenii, solertiz, acuminiq; suitestem. Et quem tamè librum imperfectum reliquit. Versus aliquot demisit de vltimo libri, & quasi finitus esset leuiter recitauit Cornuto, & Cælio Ballo petenti vt ipse ederet, edendum tradidit. Editum librum continuo demirari homines, & describere cœperunt. Qui in quanto precio habitus fuerit Quintilianus indicat, cum inquit: *Multum est vera gloria, quamuis vno libro Persius meruit.* Et Martialis:

*Sapius in libro memoratur Persius vno*

*Quam leuis in totâ Marsus Amasmoda.*

Mortuus est vitio stomachi in ipso ætatis flore, plura hand dubie alias scripturus, anno ætatis suæ tricesimo, anno Neronis nono, Octauo Cal. Decem. Rubrio Mario & Asinio Gallo Coss. Decessit autem in prædiis suis ad Octauum miliare in via Appia. Reliquit circa HS. vicies [i. 50000. (*Coronatos Gallicos*) centena millia, vt testatur vetus Commentator, & addit scriptis litteris matrem rogasse, vt daret Cornuto Sestertia, vt dicunt centies *centena millia* [i. (*Coronatos Gallicos*) 250000.] HS. Cum autem plura præceptori legare non potuerit, quam reliquerit, satis pater in assignando numero errorem esse, vt pro xx HS, forte cc HS, reponendum sit, vt ita dimidiam partem bonorum reliCTORUM præceptori, reliquam matri & sorori legauerit. Vt alii volunt, legauit Cornuto argenti facti pondera viginti (ne quis forte censeat, ipsum, quod nonnulli ex prologo Persii colligere voluerunt, paupertate coactum Satyras scripsisse.) Legauit etiam Cornuto bibliothecam suam, libros Chrysippi circa septingentos. Verum Cornutus sublatis libris, pecuniam sororibus, quas heredes frater fecerat, reliquit.

Porro vt de CORNUTO præceptore pauca etiam dicam, fuit ille Philosophus Stoicus valde diues, teste Suida, patriam habuit Africæ vrbein Leptin, Romæ sub Claudio & Nerone Philosophiam professus est. Scriptorum discipuli

puli sui censor fuit, & arbiter, & Satyræ Persii iam vita functi non antea fuerunt, quam quædam recensisset, & emendasset hic magister. Hic vir sanctissimus ne ipse quidem Neronis tyrannidem euitare potuit. Nero enim res Romanas à primordio urbis carmine perscribere constituerat, & ante, quam unum librum absolvisset consultabat, cum suis, quot libris rem tantam complecti deberet. In id ergo consilium inter alios Cornutus Philosophus ob insignem Sapientiam adhibitus; cum censuissent illic adulatores quidam quadringentes debere fieri libros, libere sententiam suam dixit; immensum videri numerum, & neminem tot libros lecturum. Atqui Chrysippus Philosophus obiecit assentatorum unum, quem laudas & sectaris, multo plures composuit. Cui Cornutus, est ita, ut ais, inquit. Sed illi libri Chrysippi humanæ vitæ sunt utiles. Qua libera hominis Stoici sententia offensus Nero, qui ea videret vanitatem & ineptias suas palam argui, Cornutum in insulam relegavit, quarto post Persium mortuum anno, post natum autem Christum sexagesimo nono. Fuit & alius quispiam Annæus Cornutus, qui antiquissimum in hanc Persium scripsit Commentarium, qui quinquaginta forte annis iunior esse potest. Atque hæc de discipuli & præceptoris vita ex variis auctoribus hinc inde collecta dicta sufficiant.

Iam de TITULO operis, vel Satyræ ut Pauca dicam; Constat Satyræ Poemata procax esse & mordax ad vitia hominum perstringenda comparatum, de cuius origine, qualitate, & materia videre est in Arte Poetica apud Horatium, plurique à me dicuntur, ubi finito Proœmio ad primam Satyræ peruenero.

DE QUALITATE carminis, ut attinet aliquid dicere. Constat Proœmii versus esse *σαφής* vel *χολιμέβης*. Satyræ versibus constant Heroicis. Quibus ante Persium Lucilius & Horatius, post eum vero Iuvenalis Satyras suas scriptitarunt. Quamvis Satyræ aliis etiam constare possint versibus, ut suo dicitur loco.

Porro scribentis INTENTIO fuit prodesse potius, quam delectare, quo ipso nomine paucos omnino se lectores habiturum, statim in primæ Satyræ flore indicat. Vanissimi sunt interpretes qui & contra rationem, & historice fidem Persium lucri & ventris consolandi gratia carmen Satyricum scripsisse autumant. Quid enim ineptius ad caprandum lucrum, quam mordax carmen? & quorsum ab aliis numos expectaret, qui Equestris ordinis divitias & habuit & reliquit amplissimas. Nisi dicamus cum Cornuto antiquissimo commentatore, se in præfatione indicare, sese fame ad scribendum fuisse coactum, idque de se quidem dicere, sed de aliis tamen intellegere, & persuum latus, quod dicitur, inopere.

Denique unum solum modo hunc sex Satyrarum librum teste Quintiliano & Martiale reliquit, plura fortasse emissurus nisi immatura morte in ipso ætatis flore obiisset; Scilicet, ut Poeta alter ait:


*Optima prima fere manibus rapiuntur avaris,*

*Implentur numeris deteriora suis.*

Acque hæc *σολιγυλίου* loco dicta sufficiant.

Reliquum iam ut ad ipsum Poemata accedamus.

# ANALYSIS LOGICA IN LIBRVM SATYRARVM PERSI GENERALIS.




IN A

# IN A. PERSII FLACCI

## PROLOGVM SIVE PRO-

### OEMIVM, ANALYSIS.





**ALIA ANALYSIS LOGICA, CVM PRÆ-**  
*fatio sub Persi persona alios Poetas falsè irridere*  
*intelligitur.*

<p>Tractatur Præfatio per diffi- militudi- nem hoc modo</p>	<p>Quamvis ego Poeta non sim. Protasis autem hæc vel proba- tur causis efficienti- b<sup>9</sup> Poeseos tum</p>	<p>Sibi negatis Alus con- cessis.</p>	<p>Probatur sublati causis efficientibus Poeseos. Quoniam</p>	<p>Pirenem fontem non bi- bi. vers. 1. In Parnasso non dormi- ui. v. 2. Nec ob id repente Poeta factus. v. 3. Musæ Heliconides: Et Pirene pallida, fons Pegaseus, in Acroco- rintho.</p>
	<p>Tamen carmina scribo. versu 6. 7. Probat id ex adiuncta pauper- tate, quam ex aliorū persona ironice sibi adtingit. Hoc simili</p>	<p>Tum quidem :</p>	<p>Illustratur Ironica per- missione causarum Poeseos, quos coro- natis Poetis permit- tit. v. 5. 6. Sunt autem illæ causæ, Vt Pictaci, corui, pica fame premente humanis voci- bus dominis suis adblandiri discunt. Vel potius vt homines fame &amp; inopia impulsī aues oscines voces humanas docent, quas postea vendant. v. 8. 9. 10. 11.</p>	<p>Sic ego scilicet fame &amp; inopia impulsus carmi- na assentatoria patronis meis scribo. Declarat hoc minorum collatio- ne per effecta præmiorū hoc modo. Non mirum si, licet Poeta non sim, carmen pizmi spe possim condere. Hæc enim spes etiam aues pi- cas &amp; coruos, Poetas e- gregios faceret, &amp; ver- sus scribere doceret. Ve- rat ita sub sua persona alios. Nihil enim à Persio alienius, quam carmen assentatorium, ob lucrū.</p>

**A. PERSII FLACCI**  
**IN SVVM SATYRARVM**  
**LIBR. PROLOGVS.**

**N** *Ec fonte labra protulsi caballino,  
Nec in bicipiti somniaſſe Parnasso*

*Mementi,*

*Memini, ut repente sic Poeta prodirem.*  
*Heliconidasq; pallidam Pirenen*  
*Illis remitto, quorum imagines lambunt.*  
*Edera sequaces: ipse semipaganus*  
*Ad sacra vatuum carmen affero nostrum.*  
*Quis expedivit Psittaco suum caput?*  
*Picasq; docuit nostra verba conari?*  
*Magister artis ingenia largior*  
*Venter negat, artifex sequi voces.*  
*QVOD SI DOLOSI SPES REVLSE- RIT NVMI:*  
*Cornuos Poetas, & poetridas picas*  
*Cantare credas Pegaseum melos.*

## AD PROLOGVM SIVE PROOEMIVM,

## C O M M E N T A R I V S.



Vm in toto hoc opere auctori nostro propositum sit obscuro, conciso, recto, & allegorico sermonis genere uti, tum vero maxime prologus reliquis omnibus obscurior est. Etenim quam profunda, abdita, nec cuius discutienda obscuritate, totum hoc suum Poema (quod ænigma & Labyrinthum fortassis verius dixeris) ex composito inuoluerit; vel hic Prologus indicio esse poterat, qui tot perspicacibus caliginem obfuderit, tot ingenia exercitatissima iam olim exercuerit, & etiamnum exerceat.

Sane quid Proœmio hoc, quod Satyris suis prætexuit, sibi velit, & intendat Persius; de illo tot ferme iudicia, & coniecturæ, quot iudices & coniectores. Singulorum autem sententiæ ex multis diffusissimis & maxime verbosis commentariis curiose colligere & refutare, ut infiniti est laboris, sic nostri non est instituti. Pleriq; tamen in hisce duobus ferme conueniunt; Aut Persium indicare se inopia compulsus carmen scripsisse: Aut stultitiam & sordes quorundam taxare, qui Poetam sine vlllo labore nasci putent, nihil interim cuique donantes. Quid autem hic statuendum sit, penes doctos esto. Mihi sane coniecturæ illæ probari non potuerunt. Ad posteriorem enim quod attinet, prologi verba & contextum accuratius intuenti procul dubio inepta videbitur. Sed neq; prior, nisi Ironice intellecta, sibi stare poterit. Quid enim (si quidem serio loqui Persium censent) ab instituto Satyrographi alienum magis, quam sese à ventre & avaritia ad scribendum carmen adactum confiteri? Quid autem captandis muneribus, & aucupandis à ditioribus præmiis ineptius carmine Satyrico? quod mordaci veritate, ut Persii huius verbis utar, teneras diuitum auriculas radit, & odium parit. Vtrumq; profecto ab excelso Persii animo alienum, qui nunquam tam humilis & abiectus fuit, ut quod in aliis verbis reprehendit, eius

semet ipsum turpiter re & opere apud alios reum peregerit. Quid quod Persius in re adeo tenui natus non sit ut ventris & famis placandæ gratia catmen scribere opus habuerit, ut qui fuerit, ut in vita eius demonstrari, eques Romanus ditissimus, multa; in alios contulerit. Magis ergo mihi probatur TVRNEBI sententia, qui indicare velle Persium hoc prologo censet: *Sese Poetam non esse, ut qui ex Pegasi fonte non biberit, in Parnasso monte non dormierit; Sed hunc montem, & fontem, & Musas invocandas magnis Poetis relinquere, qui in Bibliotheca Augusti statuas laureatas, vel coronatas sibi erectas habeant.* Interea tamen eos Poetas magnos Satyrico morſu postea acriter perstringere, nimirum Eos non tam Poetico furore, quam rerum inopia corripit, ipsiq; ventrem, non Apollinis artis magistrum esse, quod ut auibz quibusdam humanarum vocum magistra famos. Sic eadem famos famelicis quibusdam magistra est Poescos. Ac proinde sia nobilis & pradiuite Mæcenate liberale aliquod pecunia honorarium proponeretur, fore ut tot boni Poeta subito existant, quot iam sint mali, ita ut etiam corni & pica versifices crassi & garruli, egregii Poeta futuri sint. Atque hæc sententia Turnebi, quam in meis quondã commentariis secutus sum, & iam adeo in prima prologi Analyſi, & in proluxiore postrema Paraphraſi retinebo, ut beniuolus lector de illa, & mea ſequenti rectius iudicare poſſit.

## ANALYSIS I.

Reliquum ergo ut meam etiam dicam ſententiã. Mos Satyricis vſitatiffimus eſt, ut ſub ſuis perſonis alios vexent, & aliorum vitia in ſe eſſe fingãt, vicia grauius & vehementius alios poſſint reprehẽdere. Cum eo animo omnes nauſimus, ut non facile æquo feramus animo vitia noſtra aperte & nominatim perſtringi. Hoc in auctore noſtro hoc, Luuenale, & Horatio in primis vſitatiffimũ eſt, ut multis in locis notaui. Illo igitur more auctor noſter figurate Poetarũ ſui tẽporis imprudentiã perſtringit, quod, ut Horatius plurimis in locis conqueritur. *Qui neſcit verſus tamen audeſ, ſcribere:* Item *Scribimus indocti doctiq; Poemata paſſim.* Quali dicat Persius: *Vide, quaſo, quanta hæc mea ſit impudentia; Ego Poeta non ſum, & tamen verſus ſcribo.* Nunquam enim e fonte Hippocrene bibi, nunquam etiam in monte Parnaffo dormini, ut ſic repente Poeta eſſem factus. Sed *Muſarum commercia, & montes fontes, & loca Muſis ſacra nunquam habui & acceſſi,* ſed illa magnis illis & veris Poetis cogor relinquere & concedere, qui in Bibliotheca Apollinis Palatini ſtatuas hedera coronatas iure erectas ſibi habent, & qui merito ſuo cingit Phœbea illa laurus. Interea tamen ipſe ego Persius, quamuis ſemiruficus ſim, vile aliquod, craffumq; carmen, & quaſi in pago natum cum doctiſſimorum Poetarum diuinis carminibus in Camænarum ade coniungere per extremam impudentiam non erubeſco.

*Quenam autem cauſa huc impudentia & ſtultitia me propellit? Pudet dicere, Paupertas & famos. Hæc enim, ſi Diis placet, ſtupidum & ruſticum me diuina illa Poetarum docuit, & ex muſo vocalem reddidit, ita ut non diuinis aliquis inſtrictum Muſarum, ſed venter artis huius Pactica magiſter mihi ſit, qui eodem modo ſurores,*

*aliq;*

aliisq; opifices tenuiores cogit ut musas aues vocales faciant, & psittacos, cornos, & pica humanas voces doceant. quas postea vendant. Et mirum nō est me quāmodis rudem & indoctum lucrispe carmen posse scribere. Tanta enim pecunia vis est, ut numispe proposita, ipsi etiam corus & pica, bardī & rauci poetastri, & garruli obstreperiq; versifices egregii Poetae futuri sint, non humanas solū voces discituri, sed etiam dulcissima carmina tanquam ad Pegasi fontem elaborata a Musis & Apolline, sint canenturi.

Vides esse risum & Ironiam perpetuam; & simulationem plane Socraticam. Qui se extennando & alios laudando vehementiss. & vrbatissime vexabat. Porro Socratem diligentissime legit & imitatus est multis in locis. Sat. 2. Sat. 4. vbi eum *barbatum magistrum* vocat. Sat. 5., *Socratico*, Cornute, *sinu*, &c. qua semetipsum exagitat, cum tamen alios intellegat. Neq; vnquam alios liberius & tutius perstringere & reprehendere possumus, quam sub persona nostra. Respicit huc antiquissimus commentator, cum ait, quod sibi primo

(in prologo intellege) mox omnibus (in Satyris nimirum)

detrectauerit. Atque hæc vt simplicissima

sic rectissima vt spero, prologi  
explicatio.

## COMMENTARIUS.

1. **N** *E c fonte labra.* ] Prologus, quo Figuratē sub sua persona Socratis Philosophi more, qui ob id *Edon*, vel simulator dictus alios vanos Poetas, qui versus scribebant, quod non didicerant, perstringit, vel seipsum vexat, vt eo liberius postea alios agitare possit, per dissimilitudinem tractatur, hoc modo: *Quamuis ego Poeta non sim: tamen scribo carmina.* Protasin tum probat, tum illustrat. Probat ablatis vel remouis duabus causis efficientibus Poetas tali argumento.

Qui Pegasi fontem non bibit, in Parnasso monte non somnians: Non est Poeta. Subintelligitur.

Ego Persius neutrum feci. vers. 1. & 2.

Ergo non sum Poeta. vers. 3.

1. *Nec fonte labra.* ] Id est. Ego Persius versusum compilator sum stolidus, nullum prius cum Musis commercium habens, nec vnus illorum sum, qui egregii Musarum sunt amici, qualis fuit Hesiodus, & Ennius, vt qui labra mea fontis Pirenes, Pegasei, vel Callini aqua, bibendo nunquam madefeci vel irrigaui. Remouet primam efficientem causam Poetas. Dicit hoc putant ob insignem Poetam H. s. 10 d. v. m., qui patris onus iuxta Heliconem

Xxx 2

**Bœotiz** montem in *Ascræ* vallibus custodiens ad fontem *Hippocrēnem* vel *Caballinum* & a-  
quam *Caballini* fontis ita bibens, à *Musis* deductus & eruditus ex pastore clarissimus Poeta fa-  
ctus est. Vnde de se 2. *ἔργων*.

*Μῦσαι γὰρ μ' ἐδίδασξαν ἀγέστον ὕμνον ἀείδην.*

*Musa me dios docuerunt fundere cantus.*

**Ouid.** in *Fastis*:

*Ecce Deus Vidi, non quas præceptor arandi  
Viderat, Ascræ cum sequeretur oues.*

**Idem** in *Arte Amandi*:

*Non mihi sunt Visa Cleio, Cleiusq; sorores  
Sermanti pecudes Vallibus Ascræ tuæ.*

**Totam rem** plenius legimus in initio *Theogonias* post illud versum.

*Αἰνὸν τοῦ ἠείονδ' ἡγάλλω ἐδίδασξαν αἰοδὴν, &c.*

*Qua sane Hesiodum cantum docuere venustum.*

**Vbi** tamen illud non legi, quod ex *Hippocrēne* fonte biberit. Et nescio vnde id probent.

[*Labra proliui*.] Id est, bibi, labia ut biberem fonti immerſi, labra intinxi, irrigavi, madefeci.  
**Poetice.**

[*Prolui*.] A pro & lauo Sic diluo, alluo, abluo. Sic *Horatius* inquit:

*Præcordia leni melius prolueris mulsò.*

**Et Virg.** *Æneid.* lib. 1. *Æneid.* de *Bicia*:

— Ille impiger hausit

*Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.*

Est autem Metaphora à pecudibus vel beluis, quæ potantes labra & os interdum totum aquis  
immergunt, & ita labra bibendo abluunt & madefaciunt.

[*Fonte Caballino*.] Periphrasis est fontis, qui Græcis *ἰκπηρὴν* quasi dicas equi fons dicitur, &  
alias *Pegæus* appellatur, eo quod caballus vel equus alatus *Pegæus*, (quo primus omnium *Bello-*  
*rophon* vectus, & postea exculsus est) *Medusæ Gorgonis* à *Perſio* obruncatus sanguine, vultu à  
*Neptuno* & *Medusa* natus, cum in montem *Heliconem* euolaſſet vagula saxum feriens, cum  
aperuisse creditus sit. Vide *Ouid.* 3. *Fast.* 5. *Metam.* *Plin.* lib. 4. cap. 7. *Higinum* *Strabonem*. Erat  
ergo hic fons in *Helicone* *Bœotiz* monte *Phocidi* vicinus iuxta *Thebas*, non procul à *Parnasso*,  
cui altitudine & circuitu æmulus, *Apollini*, & *Musis* sacer. (niant.

[*Caballino*.] Dicit non equino ut *Cornutus* cenſet, eo quod *Satyræ* humiliora verba conue-  
2. *Nec in bicipiti somniaſſe Parnasso memini.*] *Secūda* *Protæſcos* probatio quod *Perſius* Poeta  
non sit, per remotionem alterius efficientis causæ *Poſſeos*. Nempe quod nunquam dormierit  
in *Parnasso* monte *Phocidos* duos vertices habente *Tithorea* & *Hyampeiam*, vel potius *Cyr-*  
*rhæm* & *Nysæam* hunc *Baccho* & illum *Apollini*, utrumq; *Musis* sacros. Ut superiore versu *Hesio-*  
*dum*, ita hoc *Ennium* intelligit, ut qui cum *Homeri* versus legeret, meditaretur, edisceret imita-  
retur, totumq; se ad illius imitationem componeret: dixit se vidisse somnium in monte *Parnas-*  
*so* *Homerum* sibi dicentem quod iuxta *Pythagoreum* dogma eius anima in suo esset corpore.  
Vnde *Scipionis* gesta posset adgredi. Hinc *Horat.*

*Ennius, & sapiens, & fortis, & aliter Homerus, &c.*

Et noster *Satyræ* ultima:

*Cor iubet hoc Enni, postquam desertiis offe  
Mæonides quintus, pauone ex Pythagoreis.*

**Cicero** in *Somn.* *Scipionis* huius in somnii occasionem exponit, cum ait: Fit enim fere ut cogi-  
tationes sermonesq; nostri pariant aliquid in somno tale, quale de *Homero* scribit *Ennius*, de  
quo videlicet sæpiſſime vigilans solebat cogitare & loqui. Vide *Cic.* in *Præfat.* lib. 1. de *ſuaibus*, &  
in *Lucullo* ubi & hoc *Ennii* *Hemistichion* est, quo somnium illud indicatur:

— *Viſum Homerus adeſſe Poeta.*

Et *Lucretius*. Vnde sibi exortum semper florentis *Homeri*:

*Commemorat speciem.*

*Nec nec.*] Est *Anaphora* in *incipiſis*.

*Memini somniasse.*] Sic utrumque recte dicimus memini me legere & legisse. Ostendit autem id sibi non contigisse ut illico Poeta fieret, quod Ennio acciderit. i. Per somnium alienum spiritum accepisse, ut spiritus Poeticus dormienti mihi Enthusiastico vel inflatu divino infusus sit.

*Inicipiti.*] Metaph. quod duos habeat vertices, q. capira. i. In duos colles, cacumina, & vertices eminente vel conflurgente. Hinc Euripidi dicitur *διεσφες*, quasi biuertex. Et Ovidius Metamorph. 1.

*Mons tibi verticibus petit ardua astra duobus  
Namque Parnassus, superatq; cacumine nubes.*

Et Lucanus:

— *Quantum semotus Eoo  
Cardine Parnassus gemino petit aethera colle,  
Mons Phœbo Bromioq; sacer.* —

*Parnassus*] Hic mons Phocidos occiduus. Ovidius:  
*Separat Aonios Aethra Phocis ab aruâ.* &c.

Hunc olim Parnassum dictum volunt, tanquam larnax vel arca aut navis Deucalionis & Pyrrha eo primum appulerit, quod testatur Ovid 1. Metam. Postea vnius litteræ mutatione Parnassus à Parnasio heroe montis incolâ dictus est. Fuit autem totus, Strabone teste, Apollini, Baccho, Musis, aliisque numinibus consecratus, in quo & Corycium Musarum antrum. Vnde & Musæ Corycides ab Ovidio in Metamorphosi dictæ.

3 *Ut repente sic Poeta prodirem.*] Vicem conclusionis habet. Ergo etiam Poeta talis factus non sum, quales per somnium & porum repente & euestigio facti sunt Hesiodus & Ennius.

*Repente.*] Per vnicum tantum porum & somnium, siue vilo labore. Vi illico & statim vno momento Poeta fierem quod diuinis. Illis Poetis cõgig, qui statim vno quasi in temporis puncto per porum & somnium diuino Poetico furore correpti, & Poetæ facti sunt.

*Repente prodirem.*] i. Statim ex improviso hominibus Poeta apparerem, quem omnes noscent Poetice nunquam didicisse antea. Id quod homines merito in admirationem raperet.

4 *Heliconidesq; Pallidamq; Pirenem* 5 *Illos relinquo.*] Illustrat Protasis per concessionem, qua Poetas causas veris coronatisque Poetis sese cogi relinquere inquit, hoc argumento.

Qui causas Poetas Musas, & montes atque fontes Musis consecratos ipse possidere tanquam ineptus non potest, sed cogitur illas aliis relinquere & concedere qui digni sunt coronatis statuis & imaginibus: Ille non est Poeta. Subintellegitur.

Sed ego Persius illud facio. Versu. 4. & 5.

Ergo non sum Poeta. Subintelli.

*Heliconidesq;.*] i. Musarum sodalitiu, amicitiam, familiaritatem, commercium nunquam habui, sed aliis illas cogor relinquere. *Id est musæ sic andern lassen.* Tales versifices, qualem se hoc loco auctor fingit, insectatur Iuuenalis Sat. 7. qui ne Poetis aliquid dare cogerentur ipsi volebant Poetæ videri, cum ait:

— *Ne quid tibi conferat ille*

*Quem colis, & Musarum & Apollinis ade reliqua  
ipse facit versus.*

Dicuntur autem Musæ Heliconides vel Heliconiades à monte Phocidis Helicone in Bœotia, Musis sacro, de quo supra, & de quo *ἱερὸν ὄρος*. Dictus autem est ab Helicone, qui ad eum cum fratre Cyterone singulari certamine decertauit, vnde uterque in montem sui nominis conuersus. Hunc montem Otus & Ephialtes postea Musis consecrarunt. Cælius Rhodig. lib. 22. cap. 8. Musas Heliconidas ab organo Musico, quod Helicon dicitur, dici censet, in quo nouem chordas, tres Epitritas, tres Diapente, & tres Diapason. Sed censuerim hoc instrumentum à Musis potius nomen, quam Musas ab hoc instrumento accepisse.

*Pallidamq; Pirenem.*] i. Fontem illū, ad quem Poetæ nimio Musarum carminumq; studiis & vigiliis pallorem maciemque contrahant. Indicat optimos fuisse priscos Poetas, qui quodam quasi cœlesti Musarum numine afflati sint, quarum commercium consequi nequeat, sed illis cogatur solis relinquere.

*Pallidam.*] Per metonymiam secundi generis vel effecti, (ut apud Horatium *mors* dicitur

*pallida*] eo quod pallorem Poetis inducat; & ita ad nimia studia referendum, quod Poetæ chartis impallebant, vel nimia scribendi lassitudine palleant. Nam quod hoc ad Pirenem Nympham vel fabulam referunt, quæ, cum ex Neptuno duos filios Legetum & Cenchreum peperisset, & hunc Cenchreum amisisset, dolore impalluerit, & cum suis lacrimis in fontem Pirenen sui nominis mutata sit, nimis longe petiunt. Multo minus ad colorem vel cœnum aquæ referendum, cum fons hic aquas habuerit perspicuas, & potui suauissimas, teste Strabone & Suida: quod de pallida & cœnosa aqua dici nequit.

*Pirenem.*] Hic Pirene fons est non Heliconis, ut cenfer falso Cornutus, vel, ut alii, Probus. Sed Acrocorinthi ubi erat Corinthiorum ars, Musis, Nymphisq; sacer, qui, ut dictum, natus est ex lacrimis Pirenes sceminx filium Cenchreum mortuum descentis. Indicio est, quod termini angustiarum finis Corinthiaci à Pirenes duobus filiis Legez & Cenchreæ dicatur, teste Plinio. Et Strabo. Acrocorinthus mons Peloponnesi excelsus inter duo maria Ægæum & Ionium. Sub cuius radice Corinthus, infra verticem Pisenem fontem. &c. Et Plaut. Aulu.

*Interbibere sola si Sino sciet  
Corinthiensem fontem Pirenem potest.*

Porro non ut vulgo per γ, sed per ς nostrum scribendum, cum Græcis scribatur & scribi debeat per α, & producat syllaba prior, siquidem de hoc Corinthienſi fonte loquimur. Suidas: Περσών ὄρυγε πηγὴς ἑσθιππόων.

Et Stat. lib. 1. Sil.

*— Nec conficia detur  
Pirene largos potius mibi gurgis in hauritus  
Qui manat de fonte tuo.*

Quin & hic apud Persium producit illa syllaba lege huius carminis. Pyrene vero per γ nomea est filix Bebrycis ab Hercule compressa, à feris laniata & sepulta ad montes, qui de Pyrenæi dicti sunt, & Galliam ab Hispania diuidunt. Tunc autem prior syllaba γ est indifferens. Hic ergo fons in Acrocorintho Musis erat sacer: putabant enim Ethnici nullum fontem esse sine numine ob perennitatem.

5 *Illis relinquo.*] Poetis præcis Hesiodo, Ennio, & ceteris, quos in sequentibus describit. *Relinquo.*] Cum consequi non possum.

*Quorum imagines lambunt 6 hedera sequaces.*] i. Qui ob egregia sua carmina statuas & imagines hedera coronatas in æde Camœnarum erectas promeriti sunt, & æterna quasi hominum memoria digni sunt. Haec enim imaginibus & statuis moliebantur, hominibus non nisi præclaro aliquo facinore perpetuitatem promerentibus. Tales statuas Athenienses omnium primo Harmodio & Aristogitoni tyrannicidis erexerunt.

*Imagines.*] Quæ in æde Camœnarum ponebantur. Sic Horatius:

*— Beatus Fannius Gloro*

*Delatis capsis & imagine. —*

Et Iuven.

*Quis facis in parua sublimia carmina cella*

*Vis dignum veniam hederae & imagine mœura.*

Et Plin. lib. 33. Accium Poetam irridet, qui in æde Camœnarum maxima forma statuas sibi posuerit, cum is esset breuiusculus.

*Lambunt.*] Metaphora ab animalibus, quæ lingua proprie lambere dicuntur. id est, Cingunt, ambiunt, circumdant, amplectuntur, circumfusa attingunt, non sine blanditiis, volutate, & quasi titillatione circumueiunt. Respicit autem ad folia hederae, quæ instar lingue trisdz. i. lingua quasi tergunt.

*Hedera.*] Hæ Baccho sacrae, & in Bacchi tutela erant Poetæ, ergo iure illis coronabantur. Horatius:

*Me doctarum hedera præmia frontium.*

Et alibi.

Et alibi. *Prima feres hedera Vitisque pramias: —*

Propert. *Mi folia ex hedera porrigere Bacche tua.*

Virg. Ecl. 7. *Pastores hedera crescentem ornate Poetas*  
Coronabantur autem Poetae hedera, lauru, quercu, apio.

*Sequaces.*] Ita dicitur quod se spargendo dilatent, & crescendo muros & arbores, quas semel comprehendendo implicuerint, tenaciter persequantur. Quae ratione à Virgilio serpentes & errantes dicitur. Eleganter Lucretius dixit curas sequaces, quod mortaliū animos persequi non desistant, & iuxta Horat. *zratas naues cum homine scandant, cum ait:*

*Remora quæmetus hominum, curasq; sequaces.*

*Ipsē semipaganus ad sacra Vatum carmen adfero nostrum.*] Sequitur Apodosis dissimilitudinis: *Tamen carmen scribo, & licet semipaganus sim, ineprius & Vanitates meas insulas cum diuinis Poetarum carminibus coniungo.* Inculcat ergo se pertinacis cuiusdam & insignis impudentiae, idque facit vel quod modeste sua extenuet, vel potius quod serio seipsum vexet, ut eo commodius postea alios agitare possit: Vel denique quod verisimilius, ut sub sua persona alios exagitet. Notanda autem hoc loco Antithesis

Semipaganus. Sacra vatum.

Rudis. Vrbaniſſimus.

Agrestis. Disertissimus, Ingeniosissimus.

Quasi dicat, Ego sum tanquam Saulus inter Prophetas, & tanquam rusticus aliquis Corydon crassas meas nugas cum ingeniosissimis nobilissimorum Poetarum monumentis coniungo,

*Semipaganus.*] Paganus rustici sunt, qui non nouerunt urbem. Semirusticus, subagrestis, rudis, plebeius, versifex, i. Semipoeta. Et hic verbo humili Satyrico modo vsus est, id est, Ego paganus profanus sum nullum habens cum Musis commercium, & meo profano Poemate aliorum sacra contamino. Cum sacris initiatus non sim. Comuni feriens carmen triuiale macta. Respicit ad Satyras, quæ debent rustice & crasse loqui. Horat.

*Silui deducti caueant me iudice Fauni*

*Ne velut innati trini & pene forenſes*

*Nec nimium teneris inuenientur versibus inquam.*

*Ad sacra Vatum.*] i. Ad sacra & diuina Poetarum carmina, quæ asseruabantur in Bibliotheca Apollinis Palatini. Horat.

*Scripta Palatinum quæcumq; recepis Apollo.*

Huc enim Poetae opera sua deferrebant.

*Sacra.*] Inter scripta veterum quæ sunt sacra.

*Sacra Vatum.*] Quod Poetae sese sacros & *E'p'icos* dicant. Ouid. 3. Amor. El. 8.

*At sacra Vates, & Diuum cura vocatur.*

Marial. de Silio lib. 7. Epig. 62.

*Sacra cœthurnati non attigit ante Maronem.*

Et sacra ferre ut Sacerdotes: Virg. 2. Georg.

*Me vero primum dulces ante omnia Musæ,*

*Quarum sacra fero.*

*Carmen nostrum.*] i. Versus hodie rusticos, & Satyricos, profanos & plebeios omni numine carentes.

*Adfero.*] Hæc verior haud dubie lectio. Q. d. Adporto ut mea profana cum sacris cōiungam.

*& Quis expediat p'stito summi xulpi?*] Sequitur Apodosis huius dissimilitudinis ratio, quare, cum Poeta non sit, scribere tamen possit illud, quodcunque est, quod scribit. Est enim Antipophora, quasi quis dicat: Quomodo carmen scribis cum sis semipaganus? Rationem & causam efficientem ponit adinectam suam famem, famelicum ventrem & inopiam: Nempe quod carmen scribar ut famem & inopiam suam soletur. Hoc argumentum tacite subintelligendum declarat tali similitudine:



Velut pſittaci, corui, picæ ventris fame ſtimulante hominum voces diſcunt, & inde heras ſalutant, vt cibum accipiant. verſibus 8. 9. 10. 11.

Sic ego egeſtate & inopia coactus in patronorum meorum gratiam carmina ſcribo. Quid. Quis pſittacum vocem humanam *χρῆσι* pronunciare iuſſit? Nimirum famēs & venter. Quis me docuit carmen ſcribere? Nimirum famelicus venter.

Vel. Vt tenuiores ſutores & mercenarii inopia coacti aues pſittacos, coruos, picas hominum voces docent, & patronis ſuis ad blandiri.

Sic ego etiam inopia impuſus didici in gratiam patroni mei, muneris alicuius ſpecimen aliquod ſcribere. Apodolis deſideratur.

Vexat & hic ſua ſua perſona alios, innuens non omnes natura eſſe Poetas, ſed plurimis ventris & egeſtatis neceſſitatem qualeſcunque verſus extorquere, vt genera quædam auium venter ad humanas voces imitandas excitat: Sic ego fame laborans cogor artem diſcere, & carmina meditari. Notat latenter ſub ſua perſona illos verſifices, qui ventris & voluptatis gratia diuinitus carmina adulatoria ſcribebant.

Hac de re vide Iuvenalem Sat. 7. Vbi de Statio ait:

*Eſurus intactam Paridi niſi vendat Aganem.*

Vaniffimi, qui hic ſerio loqui Perſum exiſtimant, & non vident illum Socratis more *εισιπαιδευ*. Et vaniores ſunt, qui Horatii illud obiciunt:

*Me laris & fundi paupertas impulit audire  
Vt verſus facerem.*

Horatius enim cum in civili bello opes ſuas Brutoviſto perdidiffet, Odis & Lyricis carminibus non Saryris in Mæcenatis, & per illum etiam in Cæſaris Auguſti familiaritatem ſe inſinavit. Poſtea factus ætate prudentior noluit ulterius ludicris & aſſentatoriis carminibus operam dare, ſed ad Satyras ſcribendas, ad Philoſophiæ moraliſ ſtudio cum pluribus communicandum ſeſe contulit. Vnde ait:

*Nunc itaque & verſus & cetera ludicra pono  
Quod verum atque decens cura & rogo. &c.*

Dicuntur ergo hæc miſe artificio in aſſentatores quosdam, & Paraſiſtros Poetas, qui famelici ventris explendi gratia molliculo aliquo carmine diuitibus patronis ſuis ad blandiebantur. Quod auctor noſter nec voluit, nec opus habuit; vt qui equis Romanus ditiffimus fuit, & poſt mortem præceptor ſuo 250000 [*i. Ducenta & quinquaginta millia Cæron. Gallicorum*] relinquere potuit.

[*Quis expedit.*] i. Quis perfecit, abſoluit, & expedite pronunciare demonſtrauit, illud ſuum *χρῆσι*.

*Expediuit.* i. Expeditum promptumque fecit. Poſſunt hæc dupliciter intelligi, vel quod tenuiores, paupertate coacti coguntur, tales aues humanas voces expedite proferre docere, vt illas aues poſtea carius poſſint vendere, & ita famem & inopiam ſuam conſolari, quod probabitur ſequenti paulo poſt exemplo. Vel, quod ipſæ aues, cum iam voces humanas didicerunt, quando fame exſtimulantur, illas voces proferre & alios ſalutare doceantur, vt cibum accipiant.

[*Pſittaco.*] Pſittacus avis eſt ex India, aut Occidui Oceani Inſulis vocem humanam miſe artificio exprimens. De quo vide Apuleium lib. 2. & Plin. lib. 10. cap. 42 & Varronem 1. de reſtiſtica cap. 9. Ouidius lib. 2. amorum Eleg. 6.

*Pſittacum Eois ales mihi miſſum ab Indis  
Occidit, exſequias ſerte frequenter aues.*

Ibidem:

*Occidit illa loquax humana Socis imago,  
Pſittacus, extremo munus ab orbe datus.*

Martialis in Apophoritis.

*Pſittacus à vobis aliorum nomina diſcam,  
Hoc per me didici dicere Caſar aue.*

Græcis dicitur *ψιττακί*. In cuius capite mira duritia, quæ & in rostro: cum loqui discit for-  
reo verberatur radio, aliter ictus non sentit. Nulla autem anis, teste Plinio, quæ expeditius hu-  
manas voces edit. Hinc Statius:

*Humana salers imitator ψιττακε lingua.*

*Συμψύχῃ.* i. Quis pſittacum illud *χμψι*, hoc est, Salæ, vel æue, expedite pronunciare iussit?  
Ouid. de Philomela:

*Pſittacum humanas decantans voce querelas  
Atque suo domino χμψι Valedq̃, sonas.*

*Συμψ.* i. ita expedite, perfecte, & articulate pronunciare, ut suum, proprium & naturale, non  
arte acquisitum esse videatur.

*Corvus quis olim concanum salutare.* i. Quis olim docuit corvos concanæ & rauca intra fau-  
ces voce alios salutare. *Concanum salutare*, i. Concanam & raucam salutationem. Verbum pro  
nomine per Antimeriam; Vt Sapere dicimus pro Sapiencia.

*Concanum.* i. Quod vox in ore corui tanquam concana specie vel spelunca obſcuretur, &  
quasi in recessu audiatur, quod Græcis *κωλοφωνία* appellatur.

*Olim.* Augusti scilicet temporibus. Haud dubie enim ad incundissimam illam historiam  
respicit quam recitat Macrobius lib. Saturnal. 1. cap. 4. Cæsar Augustus sublimis Actiaca vi-  
ctoria reuertebatur: Occurrit ei inter gratulatos coruum tenens, quem instituerat hoc dicere:  
AVI CAESAR VICTOR IMPERATOR. Miratus Cæsar officiosam auem viginti millibus  
aureum [i. 500. *Corom. Gallic.*] emit. Socius opificis ad quem nihil ex illa liberalitate perue-  
nerat, adfirmavit Cæsari, habere illum adhuc alium coruum, quem ut adferre cogeretur roga-  
uit. Allatus, verba quæ didicerat expressit: AVI VICTOR IMPERATOR ANTONI. Nihil  
exasperatus Cæsar satis duxit iubere illum diuidere donatium cum contubernali. Salutat us si-  
militer à Pſittaco, emi iussit eum. Idem miratus in pica hanc quoque redemit. Exemplum suto-  
rem pauperē sollicitavit, ut coruum institueret ad parem salutationē. Qui impendio exhaustus  
sæpe ad auem non respondentē dicere solebat, *Opera & impensa periiit*. Aliquando tamen cor-  
vus cepit dicere dictatam salutationem. Hac audita dum transiit Augustus respondit: SATIS  
DOMI SALVATORVM TALIVM HABEO. Superfuit corvo memoria, ut & illa quibus  
dominum querentem solebat audire subtexeret: OPERA ET IMPENSA PERIIT. Ad  
quod Cæsar risit, emique auem iussit, quanti nullam adhuc emerat.

*Picamq̃, docuit nostra verba comari.* i. Quisnam docuit picas, ut nitantur, vel studeant nostra  
hominum verba exprimere? &c. Martialis.

*Pica loquax dominum certa re voce saluto  
Si me non videas esse negabis auem.*

Ouid. de Philomela:

*Pica loquax & amas modulatur gustare voces  
Scurriliter strepitu, quicquid & audit, ait.*

*Comari* ] Et post conatum assequi; idque expeditius quam Pſittaci. *Comari* ait, nam mira-  
bili studio, & assidua meditatione voces humanas discunt, & victæ verbi difficultate moriun-  
tur. Teste Plinio. Hinc fingunt Poetæ picas Pieri Macedonis filias eloquentissimas fuisse, quæ  
cum Mutis cantu decertare ausæ, cum victæ essent, in id avium genus mutatæ sunt. Vide Ouid.  
5 Metamorph.

— *Numerosq̃, non em sua fata querentes*

*Insisterant ramis imitantes omnia pica.*

Et Statius:

— *Dono versâ certamine pica.*

*Magister artis, ingeniq̃, largitor Venter* ] Respondet ad interrogationem, & dicit famem esse  
causam efficientem humanarum vocum in avibus, & carminum in hominibus indoctis & in-  
sultis.

*Ordo. Venter.* i. Fames, cuius sedes in ventris orificio meton. Subiecti pro adiuncto. i. E-  
gestas, inopia, paupertas. De ventre exclamat Seneca: *Demi bone! quantum hominum & mo-  
rum venter exornes*. Et postea addit, quod plerisque maior fames sit, quam venter.

Yyy

*Magister artis, ingentisq; largitor.*] i. Venter & fames illud potest, quæ aues voces contra naturam potest docere, & me caumina docet, licet nec arte, nec natura aptus sim componendis carminibus. Ille venter, illa fames & inopia mihi artis Poeticæ magister est, & Poeticum ingenium mihi largitur (si Diis placet) non autem Apollo, aut Mularum Poeticus furor.

*Magister artis.*] Hinc Xenophon dixit *πῖνα σοφίας αὐτὸ δίδωκε*, & quæ iuxta Theocritum *τῆς τῆρας ἐνέλεται*. Et Plautus Stichus: *Egestas & inopia omnes artes perdocet, ubi quam attigit.* Et in Græco versu:

Πολλὸν ὁ λιμὸς χίμας διδάσκαλος.

*Magister multisorum improba existit fames.*  
Ouid. 1. Artis: *Ingenium mala sepe mouens.*

Claud. *— Remotaq; remotas*  
*Ingeniosa vias paucatim exploras egestas.*

Et Virgil. *— Labor omnia vincit*  
*Improbis & duris vrgens in rebus egestas.*

Eurip. *Πῖνα γὰρ τὴν σοφίαν ἔλαχε.*  
*— Paupertas sapientiam sortita est.*

*Ingent largitor.*] id est, Quæ ventris fames ingenium & acumen multis largitur, quæ à natura non habent.

*Artifex sequi voces negatas.*] id est, Qui venter vt insignis artifex est in auiculis illis, in assequendis humanis vocibus à natura negatis. Vel artifex ad sequendum: Sic etiam in hominibus insignis artifex ad condendum carmen ab arte & natura negatum.

*Artifex sequi.*] id est, Valde ingeniosus ad sequendum & assequendum. Vixatissimus Græcismus.

*Voces negatas.*] A natura: Vox enim humana auius est à natura negata, sed arte, stimulan- te ventre, acquiritur. Sic facultas condendi carmina multis est contra naturam, quam tamen acquirit.

#### Labor

*Improbis & duris vrgens in rebus egestas.*

*Quod si dolosi spes refulerit nummi.*] Apodosis hanc similitudinis (sicut aues, ego quoque ventris tunc coactus carmen contra naturam scribere didici.) declarat collatione parium minorem per effectum præmiorum hoc modo:

Tanta præmii propositi vis est, vt bruta etiam animalia corui & picæ eius spe perfectum carmen contra naturam discerent componere & cantare, vers. 13. 14. 15.

Nedum ego homo contra naturam præmii spe excitatus aliquid præstare possem. Subintell.

id est, Si qua lucri spes apparuerit, non homines solum, sed corui etiam & picæ erunt Poetæ. Sæpe sub sua persona alios exagitat.

*Dolosi nummi.*] Metonymia effecti pro causa, quod eius cupiditate in dolos & fraudes homines agantur: Vtpote regina pecunia, cui, vt hic Poeta iunxit, in ipsam etiam naturam impetium est.

*Dolosi.*] Nam teste Phocilide,

Ἡ φιλοχρησισὴν μήτηρ κακότητος ἀπάσσης.

Quod expressit Paulus: *Avaritia radix omnium malorum.* Et vere tunc fuit aurum seculum, quo nihil usquam auri fuit: Nam

— *Quid non montalia pectora cogit.*

*Auri sacra fames?*

*Nummi.*] A numero dicitur, quem primus omnium in Ægina Insula signavit Phidon, teste Ephoro.

*Refulerit.*] Respicit ad metalli & numerum splendorem, i. Resplenduerit, & apparuerit.

Ammon.

*Utrius Poetas, & Poetrias picas Cantare credas Pegasus melos.* } Hyperbolica amplificatio, quasi dicat, Corui & picæ non solum humanas voces lucris spe discent exprimere, sed perfectum etiam carmen absolvent & cantabunt & egregii Poetæ eadent. Notat figurare sua tempora, quibus Poetæ lucris spe nihil non moliebantur.

Ordo. *Credas.* ] i. Certo credas, & statuere debas.

*Cernos poetas.* ] i. Coruos tanquam Poetas, & picas tanquam Poetrias. Vomuit hoc loco genus obscurat. Poetria enim dicitur de muliere. Terentianus:

*Dicitur hac eadem praclara Poetria Sappho.*

Dicimus & in hoc genere Poetus, Poctides.

*Cantare Pegasus melos.* ] i. Dulcissimum cantum, & carmen ad Pegasi fontem elaboratum & omnibus numeris absolutum.

*Melos.* ] Hic primam lege versus producit, quod & Homerus fecit in hymnis. *Θείας δ' ὕμης μέλι & ἄνθος.* Politianus dicit se reperisse nectar, in codice antiquissimo. Quod si ita legamus intellegit adeo suauissima carmina, ut est nectar Deorum potus. Potest tamen hoc Melos retineri. λ enim liquida sæpe producit. Ut apud Homerum initio Iliados prima in *ἰλιάδα* producit: Et Virg.

*Liminaq; laurusq; Dei.*

Vnde Marullus festinissimus Poeta vexat Politianum pro Melos nectar substituentem, quando inquit:

*Posses negas dici Melos facunde Poeta,*

*Atque ideo Musas nectar ais canere.*

*Sed neque diuinus male (Melos) μέλι & ἄνθος Homerum*

*Nec, nisi cum cantas nectar, incepto canis.*

# A. PERSII FLACCI

## SATYRA PRIMA.



**O** CURAS HOMINVM, O QVANTVM EST IN REBVS IMANE?  
*Quis leget hac? min' tu istud ais? nemo, hercule, nemo?*

*Vel duo vel nemo, turpe & miserabile quare?*

*Ne mihi Pulidamas, & Troiades Labeonem,*

*Præstulerint? nuge: non si quid turbida Roma*

*Eleuet, accedas, ex amenue improbum in illâ,*

*Castigos trutinâ: NEC TE QVÆSIVERIS EXTRA.*

*Nam Roma quis non? ah si fas dicere! sed fas*

*Tunc, cum ad canitiem & nostrum istud viuere iusto*

*Aspexi, & nucibus facimus quæcunque relictis:*

*(cum sapimus patrâs; tunc, tunc, ignoscite, nolo.*

*Quid faciam? si sum petulanti splene cachinnos.*

# ANALYSIS SATYRÆ PRIMÆ.

## TABVLA PRIMÆ.

*Si magna est Romanorum vanitas, ego Satyras debeo scribere.*

Ut in prologo  
in Genere  
dixit se car-  
men: Ita se  
hic Satyræ  
scribere vel-  
le ostendit.  
Ratione su-  
mma ab *Ad-  
iuncta Vanita-  
te Roma-  
norum*, tali  
Syllogismo.

Sed ma-  
gna Ro-  
manorū  
est vani-  
tas, versu  
1. proba-  
tur hoc  
tum in

Genere;  
argumē-  
to diffi-  
milium,  
hoc mo-  
do per  
Dialogi-  
smum

Tamen-  
Satyræ  
scribam,  
Apodo-  
sin hanc  
probat:  
ex

Quamvis Romani Satyras meas non legent versu 1.  
& 3: Quibus monitorem hoc sibi prædicentem  
inducit.

Quamvis etiam Labeonem illum vanum Poetam  
mihi præferent versu 3. & 4. Quibus ex more va-  
norum Poetarum se hoc ægerrime ferre simulat

1. Adiuncto iudici Romanorum, quod  
sit nugax, vers. 5.
2. Adiuncto, quod sit turbidum, vers. 5.
3. Adiuncto, quod prauum sit, eiusque  
praua trutina, vers. 6. 7.
4. Diuersis, quod nostri iudicium non  
in aliis, sed nobis querendum vers. 7.  
Hæc monitor ait.

5. Causis  
impulsivis  
scribendæ  
Satyræ, vt  
erant Ad-  
iuncta,  
tum

Romano-  
rū, quæ in-  
itio quasi  
metu obti-  
cet. v. 8. Im-  
primis an-  
tem senti,  
v. 9. quos  
describit a

Signo, Canicæ  
versu 9.

Effectibus, tri-  
sti, vers. 9.

Maturore, v.  
10.

Seuera vita, v.  
11.

*Speciè. Vide sequentem Tabl.*

*Ergo vide Tabulam 12.*

Suum, quod in risum sit  
profusior, vers. 12. quod  
per dissimil. ostendit: Li-  
cet enim nolo: tamen ob  
hunc risum cogor, v. 11.  
& 12.

*O Cura*

1 *O curas hominum!* ] Principium asperum, vehemens & abruptum more Satyrico. In quo generalis Satyræ scribendæ ratio proponitur, *Vanitas Romanorum*. Est autem *inôpious* vel Exclamatio indignationis & acerbitatis plena, quod eo dementiæ Romani processerint, ut non nisi vaqa curent. i. O vanas curas & conventiones, de rebus inanibus, inutilibus, noxiis. Reprehensus est autem potissimum compositionem, quæ Fabio teste, Persii tempore erat lasciva & effeminata. Interpretantur quidam hoc Exordium de ipso Poeta tanquam se suamque vanitatem arguat, ut qui Satyras scribat, at nemine legendas. Sed non placet.

*O quantū inane est in rebus inane!* ] Generalis ratio Satyræ scribendæ ab adiuncta Romanorū vanitate, qui, ut postea in specie declarabit, nihil scriberent, nihil legerent, nisi quæ auribus ad blandirentur. i. Quanta vanitas, stultitia & cæcitas est in rebus humanis. Est autem plane Græcum *ὄντι τὸ κενόν*! Quantum inane, quantum vacuum, vanum & ratione carens est in rebus humanis! Pronunciat hoc quasi contra Physicos, qui inane esse negant. Verum *per inane* hoc loco intelligit, Vanos, stultos & ambitiosos & *κενὸν δέους*. De quibus Menander:

— πᾶς ὁ μὴ φροῦν

ἀλαζονία καὶ ψέφους ἀλίσκωνται

Inspiciens capitur plausu & arrogantia.

Quos & Horatius ita vocat lib. 1. Satyr. 4.

— inanes hos innuat.

Agens etiam de his qui Poematum gloriā quærebant. De quibus illud Socratis Apophthegma *τὸν μὴ κενὸς ἀκούει τὸ πρὸς αὐτὸν διαστῆναι; τὸς δὲ αὐτὸν αἰσχροῦς τὸ ἐμπεῖν*. Vanos vides ventus diffendit, vanos autem homines opinio. Et ut inania magis percussa tinniunt. Sic quo quis vanior & stultior, hoc est vocalior & verbosior.

2 *Quis leges hac?* ] Quatuor qui sequuntur versus, perplexi sunt & ambigui. Redolent autem Dialogisum, quem vel secum instituit, ut ita per indignationem se interroget, sibi respondeat, dicta confirmet, confirmata diluat, sæpe orationem mutet, & sensum præ Satyrico furore sæpe variet. Vel cum alio loquitur, qui sibi prædicat, paucos sese lectores inueaturum, & eade re se non magnopere debere esse sollicitum. Hæc mea posterior sententia verbis Poetæ mihi videtur accommodari. Aliorum varias explicationes & sententias alieniores, nec recenseo, nec refuto. Abrumpitur ergo Persii oratio, & Dialogisus instituitur inter Persium & amicum aliquem monitorem, quales personæ à Satyricis sæpe introducuntur.

Quod autem Persius (ob vanitatem Romanorum) Satyrā meam scribere, hoc Dialogisum per dissimilitudinem tractatur, cuius Prorasis bipartita hoc modo.

Quamvis Romani Satyras meas non legent. Tacite ex adiuncto Satyræ acerbitate colligitur v. 2. & 3:

Quamvis etiam Mucium Labronem mihi præferent, vers. 4.

Tamen Satyrā debeo scribere. Quod ulterius postea probat ex adiunctis Romanorum, quod nugæ & turbidum improbumque habeant iudicium.

Hæc ergo verba: *Quis leges hac?* sunt amici cuiusdam Persio prædicentis, quod paucos Lectores sit habiturus. Quæ de re Persius initio aliorum vanorum Poetarum more & exemplo admodum se sollicitum esse simulat, & maximopere indignari. Quasi dicat monitor: Quia tandem auribus grata & iucunda & ad ostentationem & pompam directâ carmina leguntur, quænam hæc tua, hæc tuam Satyrā supercilii & censuræ plenam, hoc austerum tuum Poema, quibus tu vicia Romanorum taxas, & quod tanta mordacitate & acerbitate incipis, leget? Nimirum celsi Rhodanus hæc austerâ præteribunt; quæ proiecta, & neglecta in nullo honore & precio habebuntur, utpote censuræ & supercilii plena.

*Mim' tu istud ais?* ] Verba sunt Persii; amici monitoris vocē quasi attoniti & obstupesciti. Ironice autem se ob id perturbari simulat, quod lectores non sit habiturus, ex more vanorum reliquorum Poetarū, qui si vilis plebeculæ plausum non consequerentur, sese existimabant esse miserimos. Nam quod simulate hæc & irrisorie dicantur, ex sequentibus patebit, quibus indicat, se vulgus Romanum non magnopere morari. q. d. Persius: Ain' vero amice monitor, an tu mihi Persio istuc ais? neminem hæc esse lecturum. Itane populus Romanus mea Carmina despiciet & contemnet? Id quod nunquam speraverim.

*Nemo hercule.*] Respondet amicus monitor, & quod superius dixerat neminem Persi Seryras lecturum, iam iuramento vterius confirmat. q. d. Ita Hercule futurum est Persi, nemo hæc tua scripta magnopere curabit. Romani enim iucunda poemata, & lepida Poetarum tabellas potius legent, quam tristia illa & tetrica vituperia & maledicta in tuis Saryris. Porro auctor noster sua verba amico monitori attribuit, quibus per præcæsum indicat, se vulgi applausum & iudicium non magnopere morari.

*Nemo?*] Cum interrogatione. Verbum Persi quasi attoniti, monitoris verba cum stupore quasi admirantis. Quasi Persius attonita & contracta fronte diceret: Itane vero nemo, nemo, inquam, scripta mea leget? O me longe infelicitissimum! Ita imitatur aliorum Poetarum mirantes, qui male secum agi arbitrabantur, si nullos lectores aut applausores haberent. Est item elegans Epanadosia *Nemo*.

3. *Vel duo, vel.*] Quoniam amicus monitor Persium tantopere perturbari videt, quod neminem se lectorem inuenturum dixerit, iam in consolationem quasi duos aut ad summum tres ei indulget. Volebat enim monitor dicere: Vel duo vel (tres) ad summum hæc legent, sed auctor ex stomacho & indignatione Saryrica simulata hoc interrumpit, ut monitor illud verbum (tres) eloqui non posuerit. Exprimatur ergo maxima indignatio Saryrica, qua scopitæ auctor noster fingit se maximopere de populi favore sollicitum esse, quem tamen false irridet & contemnit.

Hoc primum argumentum est, quare monitorē amicum introduci dixerim. Nemo, quod hic ex sententia Persii omnia loquitur.

*Nemo*] Hoc tertium, *Nemo*, Persi est, quo monitoris verba maxima animi commotione perturbatus quasi interrumpit. Post *Vel* igitur punctum inferendum.

*Turpe & miserabile.*] Verba Poetæ cum exclamatione ironice indignationis plena, quasi de vulgo Romano anxie sit sollicitus, & iterum alios poetas sub sua persona vehementer vitat, qui toti à iudicio populi dependebant, quasi dicat, Persius. Itane vero mea solius carmina nemo legere dignabitur. Hoc vero, si quidquam aliud, turpe est pariter & miseratione dignum.

*Turpe.*] Ut cum populus Romanus vanas fabellarum ineptias quot dielegeret, illa autem quæ ad vitam emendam pertinerent, stolido fastu præteriret.

*Quare.*] Verbum amici monitor Persium quasi consolatur, quasi dicat, Nam quare hoc à Persi, turpe & miserabile esse dicis, & tanto opere indignaris, carmina tua paucos lectores esse habitura?

4. *Ne mihi Poulidamas & Troiides Labeonem s. Præstulerint.*] Hic versus hætenus me & alios agitavit. Est autem iterum ironica indignatio, qualis illa superior *turpe & miserabile*. Quasi dicat Persius rabie & ira percitus. Nero & Romani effrenati ne præferant mihi vanum illum Labeonem: non possum, nec volo ferre, illum mihi præferri. *Die sollen in mir nicht vorziehen.* Quasi ex animi impotentia auctor hoc dicat. Illud igitur *Ne*, hoc loco est prohibentis. Sic dicimus: Ne hoc facias, ne illum mihi præferas. Hic versus hætenus à me & ab aliis male acceptus fuit. Quasi Eclipsis, vel defectum hic sit, verbi *Versor*, quod indignantibus peculiare sit orationem abruptum, nec præ animi furore absolueret. Sed iam hæc mea concinniora & veriora.

Porro quod de Polydamante & Troadibus dicit, ex Homero Illiad. 22. depromptum est, ubi Hector, nisi cum Achille congregiatur Polydamantis & Troianarum mulierum reprehensione se vereri dicit, cum ait

Πολυδάμας μοι πρότερος ἰδὲ γυναικὶς ἀνδράσιν,

Et postea:

Αἰδομαι τρώας, καὶ τρωάδας ἰδυσσέντας.

Quod elegantissime per parodiam vsurpavit Cicero ad Atticum, cum ait: Vereor non Pompeium modo, sed Troianas, & ne primus Polydamas me reprehendat. Et auctor noster idem per parodiam venustissime vsurpat. q. d. Velut Hector nolebat Polydamantem & mulieres Troianas indigne se reprehendere, & minus honorifice de se sentire: ita ego etiam nolo populum Romanum cuiusque principem Nerone me contempnere & alium mihi præferre.

*Polydamas*

*Polydamas.*] Lege versus per se scribitur, ut & apud Homerum. Erat autem filius Antenoris imbellis & ignavus. Per hunc recte & all. gorice Neronem intelligit, vel quod multis supersit. Nero, fuit enim turpissimus, vel quod multis imperaret. Vtrumque enim significat *πολυδάμνατος*, vel quod ignavus esset, ut ille apud Homerum; vel quod Nero quasi Troianus esset. Summo enim studio Troica legit, scripsit & parte vrbis incenia demonstravit.

*Truades.*] id est, Mulieres Troianæ, vel mulieres illæ Romanæ à Troianis oriundæ. Per hæc eadem allegoria intelligit & perstringit principum Romanorum molliem, ut qui essent molles, semiviri, effeminati, tum ita ali. omnibus, tum quod mollibus carminibus & compositione fracta & effeminata vicerentur; & quos ne viri quidem nomine dignetur. Sic Thersites Iliad. β. de Græcis inquit:

— *Ἀχαιῶν ἐκ ἐὶν ἀχαιοί.*

Quod imitatus Virgilius 9. *Æneid.*

*O Vere Phrygia, neque enim Phryges:*

Nisi forte ad importuna mulierum Romanarum studia respicit. De quibus vide *Ituemenem* Satyra 6.

Possunt ergo hæc esse altera pars protaseos dissimilium: quamvis Romani vanum illam Labeonem mihi præferent. Notandus autem hic insignis risus Satyricus. Perinde enim est, ac si diceret: vanissimi & stolidi Romani Accium Labeonem mihi non præferent. Et ita dicit quasi contraria. Primo enim vanissimos & molles indicat Romanos dum illos cum ignavo Polydamante & mulieribus Troianis confert, & tamen simulat se de illorum iudicio valide esse sollicitum, & indignissime ferre Labeonem sibi præferri. Porro talia contraria Satyras Iuvenalis plurimis in locis reddunt iucundissimas, cum inquit. *Luxuriæ sordes, Socraticos cinzdos, Descendere in cælum, &c.*

*Labeonem.*] Accius Labeo illo tempore Poeta ineptus & insulsus fuit, qui quinque libros *Iliados* Homeri versibus ineptissime & foedissime verbum ex verbo ita obscure transtulit, ut nequa quidem sæpe intelligeret. Neroni tamen gratus, eo quod Troica scriberet & iisdem quibus Nero studius delectaretur. Eius Labeonis hic versus.

*Conduum manduces Priamum, Priamiq, piscum.*

id est, Filias.

*Nuga.*] Ratio prima Apodoseos dissimilissimæ, quod licet Romani sibi Labeonem suo iudicio prælati sint, nihilominus Satyram scribere debeat: ab adiuncto iudicio Romanorum, quod sit vanum & nugax. Est autem verbum amici monitoris Persium corrigentis, quod ob iudicium Romanorum perturbari non debeat. Videtur autem vim habere reprehensionis, imo obviurgationis, quasi Persio indignum sit ob vanum Romanorum iudicium de se commoveri. Quasi monitor dicat, Noli ob id tantopere perturbari, Persi, Nuga sunt illa Neronis & vulgi imperitorum Romanorum iudicia, pro quibus vir bonus & sapiens ne manum quidem verterit. Vere autem talia iudicia nugacia, utpote non ex veritate, sed opinione, non ex ratione, sed effectibus profecta. Sic Demetrius apud Senecam in *Epistolis* ait: *Voces & iudicia imperitorum de se eodem sibi loco esse, quo ventre redditi crepitum.* Quid enim mea refert, sursum illam deorsum fons, & hi laudent me, an vituperent. Imo satius profecto est ab huiusmodi nebulonibus vituperari, quam laudari, cum non nisi similes laudent, non nisi dissimiles vituperent. Unde scitum illud Antisthenis Philosophi, cum aliquando à pessimo nebulone laudatus esset. *Misere, inquit metui, ne forte mali aliquid in me admiserim.*

*Non si quid turbida Roma, eleuet accedat.*] Verba amici admonitoris Persium corrigentis & admonentis turbidum & vanum vulgi Romanorum iudicium non esse curandum. Est autem alia ratio apodoseos, quod vulgi iudicium non sit purum, sed turbidum, hoc est affectibus contaminatum, id est. Si populus Romanus imperitus & indoctus, turbido, perturbato & confuso, non sincero iudicio aliquid contemnat aut postponat, non tu statim illi iudicio, sententiæ, & opinioni accedere debes.



*Turbida.*] Metaphora ducta ab aquis, quæ turbidæ, vel ab aere, cum puluere perturbatur, id est, Roma non puri sensus & iudicii. die trübsel und trübe. Roma, metonymia subiecti pro adiuncto.

*Elenet.*] ἐκφασαλίῃ, floccificat, paruipendat, incuset, annihilet, Veracht. Quintilianus, *Elenare tanti beneficii auctoritatem.*

*Accedas.*] id est, Accedere debes eius sententiæ, Du sollt ihm nicht flugs beyfallen. Ducta est metaphora à senatoribus pedariis, ut Gellius eos vocat, lib. 3. cap. 13. Qui cum ipsius senatu dicendæ sententiæ ius non haberent, in principum & potiorum sententiis pedibus descendebant.

*Examenve improbum in ipsa castiges trutinam.*] Alia ratio Apodofeos. Quod malum de aliquo iudicium non æstimari debeat ex sententia populi Romani. Eo quod eius trutina, hoc est, examinatio & ratio in iudicando admodum praua sit. quasi dicat, Wan du an der wachschale wasß twigen willst/wirstu sehr betrogen werden. id est, Improbum, falsum & deuium hominum de te iudicium, seu te laudantium seu vituperantium non debes corrigere & emendare in illo sermone populi Romani tanquam in trutina. id est, In Romæ iudicio iudicium non quæras, vel in eius Romæ iudicio aliud prauum de te iudicium non debes corrigere.

*Examenve improbum.*] Ponitur pro inquisitione, indagatione, æstimatione, & iudicio. Est enim *Examen* stilus vel lingula libræ in medio scapo, vnde binæ lances vel ὀπίσθης suspensæ ad pondera eorum quæda. *Trutina* autem est oblongum illud foramen intra quod vergit lingula, & in quo foramine æqua examinatio cognoscitur. Ob id ait prauam quasi lingulam in illius libræ trutina vel foramine corrigendum non esse. Ponitur autem trutina pro veritate & ratione. Insigui ergo metaphora iudicium significat. Nam examen vel lingula si non exacte formini includatur, ostendit inæqualitatem. Quale foramen in populo Romano non quærendum esse monet, docens iudicium nostri non metiendum esse ex opinione vulgi. Cicero 2. *Orat.* Non artificis statæra, sed populari trutina examinantur.

*Examen.*] Æquamentum, die Vergleichung.

*In illa trutina.*] i. In Romana, vel populo Romano, vel in sermone & æstimatione & censura populi Romani tanquam in trutina.

*Castiges.*] Emendes, corrigas. Est enim castigare digito libram percutere, ut temperetur, & post agitationem conquiescat, ut postea æqualitas vel inæqualitas innotescat. i. iudicium nostri non metiendum ex opinione vulgi.

*Nec te quæsieris extra.*] quasi dicat, Non quid alii de te tibi dicant, sed quid tibi ipsi de te reuera sis concius, tibi æstimandum erit. Ita fiet, ut nec falsa laude tollaris, nec falso vituperio perturbaberis. Est autem vltima ratio Apodofeos, ex diuersis. Quod nostri iudicium non in aliis, sed in nobis quærendum sit. id est, Nolo iudicium de te extrinsecus quærere. Atque aliis det, quam tu tibi credere noli, ut cum Horatio loquar. Non quæres decepto, de probitate & scriptis tuis ab exteris vel aliis, non enim qualis sis ex alieno iudicio æstimabis. Chilonis est sententia. Est autem *seextra se quærere*, se ex populari opinione & sermone non autem in animo & conscientia sua se metiri. quasi dicat, Tu te ipsum rectius nosse potes, quam alii: qui superficiem & externa tua tantum intuentur. Tu autem animi & cordis tui intima explorata habes. Ob id ait Sat. 4.

*Respice quod non es.* —

Quasi tibi potius bonus esse, quam aliis videri velis. Sic Diogenes Cynicus in Epistola de se pronunciat: se vel le sermoni vitam convenientem gerere: Et eius rei non Atheniensem populum, nec Corinthiorum iniustos testes requirit, sed suam conscientiam, *Τὴν ἐμὴν ψυχὴν*, inquit, *ὡς ἐν ἑαυτῇ ἀμφοτέρωτα.* O te infelicem, inquit Seneca, si contempseris hunc testem.

Inculcatur ergo hac sententia illud de cælo delapsum *Τὸν θεὸν σταντίν.* Et illud: *ἰμμελὲς ἐστὶ πνεύματιν, ἀμελὲς πρὶν ἢ λογισμοῦ ῥῥῳ.*

Nam

*Nam Roma quæ non.*] Sequitur altera ratio Apodofeos, à duobus Adianctis loco caufarum impulfiuarum & efficientium Satyræ pofitis, tum Romanorum, quod etiam ſenum magna fit vanitas, tum ſuo, quod in rifum Satyricum fit procliuior. Hactenus ergo Dialogiſta vel amicus monitor, qui ipſum Perſium quaſi confirmauit in propoſito ſcribendæ Satyræ quamvis populo Romano non fit plâciturus. iam Perſius perſequitur cauſas ſcribendæ Satyræ in genere, & indignando per Apoſiopheſin inquit. *Quis nam Roma iam non eſt?* ſcilicet fatuus & ſtolidus. Reprehendit enim hic adhuc vanitatem illam in genere

*Abſiſus dicere!*] Addubitzio. Fingit enim ſe metu reuocari, quo minus illam rationem Satyræ ſcribendæ ſubtereat, vanitatem, ſcilicet, ſenum. Nefas enim erat Romæ tale vicus tangere, & aperte alios reprehendere. Fingit ergo initio ſe non audere illud proloqui. Exoptat ergo Apoſiopheſin illud dicendi, quod ſupra per Apoſiopheſin obicuerat. Quaſi dicat. Vtinam mihi liceat illud impune dicere, quod alij impune faciunt i. Satyræ ſcribere.

*Abſi. ji.* O vtinam non nefas fit ſed conceſſum & licitum. Ouid. de Polyphemo.

*Atq. ait, abſi quis referat mihi caſus Vlyſſem!*

*Sed factum cum ad Canicem, & noſtrum illud Vinere triſte adſpexi.*] Hic demum confirmato animo non dubitat amplius, ſed confirmat ſe Satyræ ſcripturum, & Rationem ponit Adiunctam ſenum vanitatem, quam illuſtrauit Syllogiſmo hypothetico tali. Si fas eſſet, vanitatem Romanorum Satyræ perſtringerem. Sed fas eſt. Hæc aſſumptio vel minor in hoc verſu conſtituitur, & probatur adiuncta vanitate ſenum. Male hæc & alieno ſenſu à me hactenus explicata ſunt, vt & ab alijs.

*Sed ſp. tunc.*) Eſt aſſumptio, & Ratio aſſumptionis hoc modo. Si ſumma etiam ſenum vanitas eſt, Satyræ debeo ſcribere. Sed verum prius. Ergo &c. Q. d. Nimirum vt Satyrica mordacitate Romanos perſtringam, tunc demum fas & licitum eſſe video, cum ad Canos noſtros ſenes reſpicio. quorum tanta eſt vanitas, vt illam non poſſim non perſtringere.

*Cum ad canicem reſpexi.*] Senes deſcribit à ſigno, id eſt Canitie, & Eſſectu. i. triſti & ſeuera vita. q. d. Cum ad canos noſtros poetas ſenes, eorumque vanitatem reſpicio, tum video fas eſſe. Quaſi nefas fit aliorum vanitatem intueri, & non reprehendere.

*Et noſtrum illud Vinere triſte.*) i. Ad vitam poetarum noſtrorum Romanorum, triſtem, ſeueraſ, moroſam, qualis ſenum eſſe debet, qui tamen æque vani ſunt, vt reliqui. Senes propter naturales cauſas ſunt moroſiores. Horat. *Difficilis quæritur.* Eſt autem Græciſmus. Sic ſupra dixi:

*Concauum ſalutare.*

*Et nucibus facimus quæcunq. relictis.* ji. Cum ad illa reſpicio, quæcunq. nos facimus maiores ætate ſenes, qui nuces reliquerunt, ludis puerilibus iam relictis & depoſitis. Eſt tertia ſenum nota.

*Nucibus relictis.*) i. puerili ætate traducta, quæ nucibus delectatur & talorum laſu. Horatius

*—poſtquam te talos Atille, nuceſq.*

Hinc pronerbiū *nuces relinquere.* i. pueriles cupiditates exuere. Hinc nuptiarum die mariti noui nuces ſpargebant, ſignificantes ſe puerilibus ineptiis nuncium iam remittere.

*Cum ſapimus patruos.*) Quarta ſenum nota ab Adiuncta ſeueritate. Cum ſumus Cenſores & caſtigatores minorum, cum honeſti, tetrici & ſeueri morum cenſores ſumus. Cum illa iam ætate ſumus, & in aliorum iuniorum vitam & mores accuratius deberemus inquirere. Vt patruj faciant qui fratrum liberos ſeuerius educant, cum patres illos indulgentia ſæpe corrumpant. Aui autem & proauj, vt indulgentiores magis adhuc ſolent corrumpere, & ſæpe prodigos redlere. Vnde hic & apud Horatium *nepotes pro prodigis.*

*Sapimus.* ji. Tantum ſapimus quantum patruj, vel cum repræſentamus & quaſi redolemus patruos.

Cicero. *Obiurgauit Cælium, ſi quidam patrum Cenſor.* Horatius. *Ne ſis patruj mihi.* Et alibi *atra meſcentes verbera lingua.* Vide prouerb. *Patrum eſſe.*

*Tunc tunc.*) Eſt quaſi concluſio ſyllogiſmi ſuperioris. Q. d. Tunc demum video fas eſſe, tunc

ZZZ

video sequum esse, vt Satyram scribam: Ergo Saturam scribam. Et autem in *longitudo* Epino-  
xis. Sic Virgil. 9. *Æneid.*

*Memento adsum qui feci:*

Sic 2. *Æneid.*

*Tunc tunc o liceat crudelem abrumper e Vitam*

Et hic infra.

*Tunc tunc, hic hic, quem quarimus, hic est.*

*Ignoscite, nolo.* Illustrat hanc Conclusionem alia dissimilitudine tali. Quamuis nolo Satyram scribere, tamen cogor. ob id sibi ignoscendum dicit. Nam qui coactus aliquid in alium facit, ille meretur veniam. Excusat ergo se & orat, vt sibi nolenti quidem, sed coacto Saturam conscribere ignoscant. i. Ignoscite mihi o Romani, ego nolo quidem, sed cogor.

*Quid faciam si sum petulanti splene cachinnos.* Probat dissimilitudinis Apodosis. Adiaceto suo, Efficiēte causa, declarato, quod est risus impotērior in insectandis aliorum vitiis, qui causa quasi Efficiens & cogens scribendæ Saturæ. Quasi dicat. Ego nolo quidem sed cogor. probat id: Quid enim faciam, quomodo me continebo & temperabo, si in risum sum lasciuior, si sum vt sum, ad risum Satyricum profusior. Si aliorum vitia & vanitatem non possum non ridere. Si me natura ad vitia ridenda promptiorem reddidit, cum natura vitiis inimicus sim.

*Petulanti splene.* Improbo, incontinenti, procaci, lasciuo, effrenato, & quasi cum voluptate aliorum vitia irridente Splene. Sic dicimus auferendi casu. Homo antiqua virtute & fide. Loquitur autem secundum Physicos, qui dicunt, quod fel homines irasci, Cor sapere, pulmo iactari. Splen ridere facit, cogit amare iecur.

Plinius testatur opinionem esse, adempto splene. sine quo homo possit vivere, etiam risum addimi.

*Cachinnos*] Nominandi casu. Homo irrisor & in risum profusior à κακλζω. i. hic effuse rideo & est viro- rum, vt κακλζω mulierum. Cachinnos Ein spenktat sporbogel.

Et huc vsque in genere vanitatem omnium Romanorum arguit.

15  
Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber,  
Grande aliquid, quod pulmo anima prælargus anhelet.  
Scilicet hac populo pexuq; togaq; recenti,  
Et natalicia tandem cum Sardonyche albus,  
Sede leget celsa, liquido cum plasmate guttur  
Mobile collueris, patransi fractus oculo:  
Hic neq; more probo videas, neq; voce serena  
10 Ingenies trepidare Titos, cum carmina lumbum.  
Intrans, & tremulo scalpuntur ubi intima versu:

## TABULA II.

In specie per partitionem v. 13. Quod magna vanitas sit cum.	Poetarum v. 13. Quos reprehendit, tum quidem	1. Fine quod ad laudem populi captandam scriberent. Probat id 10. Argumentis.	1. Ab adiuncto nimium 2.	Grandi loquentia v. 14. In quo recitanda pulmo desinigitur v. 14.
	•	2. vide tabulam 8.		
		3. vide tabulam 9.		
		4. vide tabulam 11		
		Oratorum vide tabulam 10.		

2. A fine scribendi, quod ad populi adplausus aucupandos recitarent. Declarat hoc recitantium poetarum adiunctis & circumstantiis, vt
1. Quod essent, dum recitarent, pœt. v. 15.
  2. Nouis togis amicti vers. 15.
  3. Annulis & preciosis gemmis exornati. v. 16.
  4. Alba & festiua veste induti. v. 16.
  5. In eminenti cathedra constituti v. 17.
  6. Cum vocem potione liquida mollem reddiderint vers. 17 & 18.
  7. Lasciuo & petulantigestu & calorum motu atque libidinoso v. 18.

3. Ab Effectis lasciuæ carminis, lasciuæ recitationis qua nobilissimi auditores in intimam libidinem agantur vers. 20. & v. 21. Cuius duo si
1. Obscœni & indecœsi corporis motus inter recitandum vers. 19.
  2. Lasciuæ acclamationes. v. 19.

*Scribimus inclusi*) Iam in specie partitione facta reprehendit Poetas & Oratores, eorumque auditores, & initio quidem poetas, argumento sumto à fine, quod scriberent ad populi applausus aucupandos. Est autem initio distributio quædam reprehensionis in Poetas vel Oratores & declamatores. Primo autē de poetis loquitur. i. Nos Poetæ & oratores Romani passim scribimus & prorsā & vrsā facundia ingenii nervos exercemus. Loquitur autem in prima persona tanquam etiam de se loqueretur, vt alii minus ægre id ferrent, & liberior vexari possent.

*Inclusi.* ] Musæis nostris integros dies abditi, in otio & secessu, remoti à strepitu populari. Nam vt Ouid,

*Carmina secessum scribentis & otia quarunt.*

*Iuuenal.* *Quis facti in parua sublimia carmina cella.*

*Numerus ille.* ) i. Ille Poeta versus scribit, qui certis numeris & mensuris constant. Est Metonym. Sic inferius. *Sed numerus decor est.*

*Hic pede liber.* ) i. Orator hic vel Declamator orationes pangit, à versuum pedibus liber & solutus, nullis versuum vel numerorum legibus inclusus, alligatus, adstrictus. Intelligit autem ipsam prosam, quæ tamen & ipsa certis pedibus fit & terminatur, sed tamen ita numerorum legibus non alligata est, vt versus. Perstringit ergo Causidicos populi applausum captantes. Constat enim non Carmina solum, sed etiam Declamationes recitatas fuisse.

*Grande aliquid*) Primo reprehendit versus. Deinde Poetas, tertio auditores. i. Ergo reprehensio carminum ab adiuncta adfectata grandiloquentia. i. aliquid tumidum, turgidum, inflatum, ampullosum, Vegrande. Quo nihil aliud quærebant, quam vulgi applausum, & inanem ostentationem.

*Quod pulmo animæ prælargus anhelet.* ) Illustrat illam grandiloquentiam, in qua proferenda pulmo, qui spirandi officina, pænerumpatur. In quo recitando vehementi opus sit spiritu, quod summis laterum viribus vehementi pulmonis agitatione & defatigatione, magna vocis conatione exprimitur & recitetur. i. In quo recitando pulmo animæ prælargus, & vento abundans, & spiritu plenus turgidus & distentus anhelet & defatigetur.

*Animæ* ] Ventis vel spiritu plenus. Idem quod *σπυρς*. Hanc Plautus pro aqua ponit, cum ait, *Episenti animam omnem interraxero*. Hic ponitur pro vento vel spiritu. Sic Virgil.

*Quantum ignes animæq; valens.*

*Er Horat.* *Impellunt animæ linctu Thracia.*

*Prælargus* ) Cum genitiuo copiat vocabulum, id est distentus, plenus, abundans.

*Anhelet.* ) i. anhelando & præ defatigatione crebro expirando proferat. Pulcre hic decorum obseruat Poeta, qui vt aliorum ampullosam vanitatem ob oculos ponat ipse vititur diuini generis turgido & inflato. Quod & inferius facit.

*Scilicet hac populo.*] 2. Reprehensio poetarum, quod magno apparatu, loti, vñti, peti, niti, nouis vestibus induti, gemma annuloque ornati illa recitent. Hinc dependet omnis poetarum dignatio, quod carmina ad laudem populi aucupandam scriberent.

*Scilicet.*] Ironia. Terent. *Id populum curas scilicet.*  
Virgilius. *Scilicet in superis labor est.*

*Hac*] Tam grandia & turgida.

*Populo.*] Emphaticè. Romano scilicet, qui nec sapit, nec recte iudicat.

*Pexuq; togaq; recenti.*] Descriptio recitaturi poetæ ex Adiunctis. Primum Adiunctum, quod reprehendit est, quod sit pectine ornatus, comtus, & forte calamistratus. Vexat autem illum ob id, quod corporis potius habitu, quam Carminis dignitare se commendare vellent.

*Toga recentis.*] Noua veste indutus. Secundum Adiunctum. Vicitur autem hypotyposi, vt rem oculis quasi subiiciat.

*Et natalitia tandem cum Sardonyche.*] Tertium adiunctum, quod annulis & gemmis sese exornarent, & recitaturi suggestum ambitiose ornati ascenderent, vt ita in se populi ora conuerterent, illique placerent. Quam vanitatem etiam in Oratoribus & causarum patronis agitat Iuuenalis Sat. 7.

*Vt redeant Seteres, Cicero nemo ducentos  
Nunc dederis nummos, nisi fulserit annulus ingens  
In digito.*

Et postea.

— Ideo conducta Paulus agebat

*Sardonyche, atq; ideo pluri quam Cossus agebat.*

*Natalitia.*] Vel quod alias die natali, illam tantum gesserit, vel quod die natali sibi ab amico donata sit.

*Sardonyche.*] Est gemma candida, dicta, vt quidam censent, à Sarda, quod in Sardinia primum inuenta sit, & onyx, ab vague hominis carnibus imposito, teste Plinio. Huiusmodi gemmam Polycrates fortunam aduersum experturus in mare proiecit.

*Tandem.*] i. De aique vel postremo.

*Albus.*] Adiunctum quartum. i. Festiua veste indutus, festiuius, candidus, conspicuus, quali alias die natali, aut festo incedere solebant. Vt nimirum ita non tam dignitate carminis, quam corporis habitu sese auditoribus commendarent.

Sic Horatius.

— alioq; diurnum

*Festos albatos celebres*

Et noster hic Satyra 2.

— Negato.

*Iupiter hac illi quamuis te albata rogavit.*

*Seda leget celsa.*] 5. Adiunctum. Leget hoc tumidum & vegrande carmen in loco magis conspicuo, in eminenti cathedra, in sublimiore aliquo suggestu, vt ita omnium ora oculoque in se conuerterat.

... *Liquido cum plasmate gustur mobile colluerit.*] Adiunctum sextum, quod grandia illa carmina efformine propinquant, cum liquida quadam potionis fauces collucendo & gargarizando vocem, quantum fieri potest, effeminatum & mollem redderit.

*Liquido.*] i. dilato & fluido.

*Plasmate.*] i. a λασσω i. lingo, quod illo potu vox fingeretur, quod erat liquida potio, quæ bibebatur ad suauitatem vocis, qua recreabantur fauces clamore fauciatur. Sic Medici solent facere arterias, quæ potiones lubricant arteriam, & ablata scabritie, vocem efficiunt lepidam & liquidam. Hoc ipsum Quintilianus notat, & reprehendit, cum ait. Non sit vox in cantum dissoluta, nec plasmate, vt nunc à plerisque fit, effeminata. Hinc Cæsar ad quendam. Si cantas male cantas, Si legis, cantas. Tali plasmate etiam Nero usus est. Turpebi huius loci explicatio lib. 28. cap. 26. mihi non placet, & hoc Quintiliani loco refutatur.

Col-

*Colluerit*] i. Bibendo proluerit vel abluerit & inuenerit.

*Guttur mobile*] i. in variis pronunciationes flexibile.

*Patranti fractus oculo*] Septimum Adiunctum, à petulanti & lasciuo recitantium gestu. Perstringit enim impudicum recitantium gestum & libidinosum oculorum motum. i. Oculo nimis pæto, lasciuo, libidinante trementi, libidinose se agenti, libidine languido, & defatigato, & quasi fracto, vel petulanter, lasciuie & libidinose circumlato, & quasi post venereum opus mollior trementi & natanti, fractus, languidus & solutus.

*Patranti*] à *patrare* quod est *moderari*, veneri & liberis operam dare, vnde patres dicti sunt, quod patratiōe filios procreant. Ponitur hoc loco pro lasciuo, impudico, molli & proteruo.

*Oculo*] Per *inquinatum* & diminutionem ita dicit. Quia dum oculos lasciuie & petulanter torquent, & limis oculis auditores proterue intuentur, oculos quasi contrahendo minores faciunt. Non iniuria meminit hic oculi, dum gestus lasciuia, & veneream oculorum mutationem indicat. Ex oculis enim potissimum hæc elucent, ut qui maxime fatentur animi iatima, & sunt quasi mentis indices. Tales oculos Iuuenalis intelligit, cum inquit,

— *oculosq; in fine tremantes*

*Hic neq; more proba*] Hæc ænus carmina tumida & grandis, & poetas magno apparatu recitantes reprehendit, transire iam ad lasciuæ recitationis effecta, ad vituperationem Auditorum, qui lasciuæ carminis lasciuæ recitatione ad nefandam libidinem excitabantur & inflammabantur. i. Vbi hæc carmina tanto apparatu recitata sunt: ibi vero videas nobiles nostros Romanos præ libidine obscæno corporis motu subilire.

*Hic*] i. Hoc in loco vel tunc.

*Videat*] Quasi fructum & Effectum, libidinosi carminis libidinose recitati.

*Neq; more proba*] Perstringit indecoras acclamationes, vel potius obscænos Corporis motus. Contra bonos mores, & leueritatem maiorum.

*Neq; voce serena*] Sed voce tremula, fracta, feminea, lasciuia, impudica, turpi, obscæna, viro honesto & Romano indigna. De acclamatione intellige.

*Ingentes Titos trepidare*] i. Principes & nobiles Romanos magnæ auctoritatis & honoris, & quasi vrbis tutores, & patriæ patres, illos videas libidine trepidare, & obscænos motus edere.

*Titos*] Titus prænomen nobilium Romanorum, ut Titus Pomponius Atticus, Titus Vespasianus. Vel intelligit à Tito Tatius Sabinorum rege nomen & Genus deducentes.

*Trepidare*] Venere inflammari, libidine irritari, turpissimo corporis gestu præ libidinis ardore subilire, & quasi ceuere in documentum lasciuæ & tetæ libidinis in membris suis excitæ, & obscænos motus exhibere, tremulo gestu & plausu lasciuia demonstrare. Opponuntur autem hic, *Ingentes Titos*, & *trepidare*. Sic Iuuenalis ait, *Socraticos Cinados*. Hæc enim male conueniunt. Indicatur quanta vis sit lasciuorum carminum. Testatur illud Iuuenalis quoque: Sat. 6. de saltatoribus & molli eorum gestu.

*Chironomom Ladam molli saltante Bathillo*

*Tuccia Vesica non imperat. Appula gannis*

*Sicut in amplexu.*

Et postea.

— *Quod enim non excitat inguen*

*Vox blanda & nequam digitos habet.*

Et indidem tantam vim esse ait libidinosorum carminum

— *Quibus incendi iam frigidus ævo*

*Laomedontiades, vel Nestoris herma possit.*

*Cum carmina lumbum intrant*] i. Cum lasciuia illa carmina & fœdæ voces interiores renum recessus ingrediuntur, ad intima libidinis adyta penetrant, & illa infando libidinis pruritu inflammant & incendunt.

*Carmina*] Lasciuia & obscæna de quibus Martialis.

*Lex hac carminibus data est iacosi.*

*Ne possint nisi pruriant innare.*

*Lumbum.] Intima lumborum, renes qui in lumbis, qui libidinis & Veneris sedes officina*

*luscualis.*

*Nota Bona secreta Dea, cum tibi lumbos*

*Incitant. —*

Quamvis hic *lumbos incitare* sit potius, saltare facere.

*Et tremulo scalpuntur Vbi intima Versu.)* i. Vbi vel cum versu tremulo, molli & lascivo, in quo Venus & concubitus satis lascive depinguntur: Vel quando versu tremula voce recitata vel molliter & lascive saltante, intima & secreta membra venero libidinis pruritu, titillantur & scalpuntur.

*Scalpuntur] Metaph. à scabiosis. i. Ita ut eorum viscera pruriant, tanquam in amplexu.*

*Intima.] Interiora lumborum secreta, renes, & membra corporis obscena.*

*Tu vetule auriculis alienis colligis escas?  
Auriculis, quibus & dicas cute perditus: ohe,  
Quo didicisse, nisi hoc fermentum, & qua semel intus  
Innata est rupto iecore exierit caprificus  
En pallor seniumq. ó m ores! usq. adeone  
Scire tuum, nihil est, nisi te scire hoc scias alter?  
At pulcrum est. digito monstrari, & dicier, hic est.  
Ten' curatorum centum diditata fuisse  
Pro nihilo pendas?*

### TABULA TERTIA.

Reprehen-  
dit Poetas

4. Ab adiun-  
cto etatis se-  
niliis. Idque  
tum qui-  
dem

5. vide se-  
quentem.

1. A factis sine declaratis, quod lasciva cammina scriberent, & aliorum auribus escas colligerent versu 22.

2. Ab Ad-  
iunctis tum

Carminis furiosi Bacchantibus proprio. Enas vel 23.

Poetae qui cute perditus. v. 23.

3. A repugnantibus. Ironica prolepsi. Quasi Poeticen frustra didicerit, nisi illam ostenter, & nisi fermento illa turgat, & Caprifici è pectore erumpant. v. 24 & 25.

4. Rursus ab Adiuncto pallore & senio v. 26.

5. A dissimilibus. Licet tua scientia aliis per ostentationem non innotesceret, tamen pro nihilo habenda non esset. vers. 26 & 27.

6. Iterum Scopica ob-  
iectione & prolepsi  
ex affectu vanissimorum  
Poetarum ab ad-  
iunctis, quod.

1. Pulcrum sit etiam à vulgo cognosci. v. 28  
2. Magna sit gloria sua carmina in scho-  
lis proponi. v. 29 & 30

*Tui Senile auriculis.*] Iam per Apostrophe progreditur ad specialiora, reprehenditque Poetas ab Adiuncto ætatis senilis. Reprehendit autem talium senum vanitatem ex factis, quod aliorum lascivis auribus efcas & fomenta lascivis carminibus colligerent & illa facta sine declaratis, quod talia carmina scriberent ad populi plausum & favorem aucupandum. Hic finis poetæ dissimilibus amplificatur, quod et si decrepitis & veteribus senex sit: tam ex lascivia verbum recitatione ad plausum capret.

*Tui Senile*] Hoc gestu irati & indignantis pronunciandum est. Respicit autem ad superior illud: *tunc cum ad causam.* &c. q. d. Tunc Capuli decus delirum. filicernium vetus, viete & veterose senex, aliorum delicatas & lascivas aures obscenis carminibus studes pascere?

*Senile.*] Est nomen conivitii, & semper in peiorem partem rapitur, vetule enim dicitur, non senex Satyrice. q. d. Senex delirus, decrepites, rancide, cariose, & caeterose senex. Est autem in his verbis *Vetule* & *Cute perditus*, vis illa dissimilium, de qua superius dictum.

*Auriculis alienis.*] Scilicet Auditorum suorum, qui hac ætate, non aliena sed propria, & ad te pertinentia spectare debebas. Et honesta tibi, non obscena & iucunda aliis, debebas scribere, & cuius ætas longe aliam vitam, alios mores postulabat. Est ergo emphasis in verbis *alienis*, vt & superius in verbo *Vetule*.

*Calligæ & Casji.* Componis carmina lascivis auribus grata, suavia & turpia, lascivia & obscena, quibus tanquam lasciviz & libidinis fomentis, tanquam cibo vel efca pascatur. Vel etiam quod illis obscenis carminibus auditores non aliter capiantur, atque hamo & efca capiuntur pisces. i. Aliorum lascivias & omni turpitudini patentes aures, turpi, salaci, impudice, nefando, & te tuaque ætate indigno carmine delinis, suaviter afficis & quasi pascis.

*Auriculis quibus & dicat cute perditus obo.*] Illustrat hanc senum vanitatem, alio Adiuncto, Carminis furiosi & bacchantibus proprio, qualia profecto carmina senibus plane erant importuna. Porro tale carmen intelligit per Euz vel obe, si Euz legamus, hæc vox est bacchantium. Dionysius Geographus, *Ἐὐὸς Βάκχα λέγεται*. Et Horatius.

*Eua recentissimi trepidat metu.*

Et Catullus.

*Eua bacchantes. Eua capita insistentes.*

Si legamus *obe*, per propositam notat poemata aliquod vani poetæ, obscenum & ridiculum in cuius ultimo per hanc particulam carmini finem imponat. Quasi dixerit. Se satis ludicrius in poemate illo dedisse, iam ipsi velle finem imponere. Est enim *Obe* particula satisfactionis. Martialis.

*Obe iam sat est, obo libello*

Recitat ergo hanc vocem, vt quæ fuerit in eius poemate ultima, poemati finem imponens. *Auriculis.*] Epanodos vel repetitio ad maiorem indignationem. Dixit autem *auriculis* per diminutionem, quasi diceret delicatulis & molliusculis.

*Quibus & dicat.*] Quibus auditoribus aliis, eum senex ad tenuissimam cutem redactus, tamen non solum carmina recitas, sed in super etiam iuniorum more incitatus & furiosum carmen scribis, tanquam Bacchi furore correptus. Vel tua illis carmina recitas ad facietatem, vsq. dum *obe* iam satis est dicas. Hæc enim petulantium & iuniorum erant.

*Cute perditus.*] Vel senio ad tenuissimam cutem perductus, vel intus & in cute totus: quævis quantus, malus, deploratus & conclamatus, nulla in parte sanus. In quo nulla spes bonæ fragiæ reliqua.

*Quid didicisse.*] Verba sunt Persii senem Poetam scoptice vexantis, & senis causam Satyrice & Ironice defendentis, quem dum videri vult excusare & defendere vehementius ipsum exagitat, omnibus deridendum propinat. Vexat autem illum ex repugnantibus. q. d. Frustra artem poeticam didicisses nisi carmina scribas, teq. aliis ostentes, & tua carmina recites. Hæc autem illa insignis vanitas senum erat, quam superius inter Satyræ causas posuit & magnū inane appellavit. Est autem hæc sententia. Quid tibi profuerit olim Poeticen didicisse, nisi illa carmina, quæ semel intus in animo nata & cogitata sunt, semel foras prodeant, si non in iuvenili ætate, saltem adhuc in senectute. Apodōm repugnantium declarat duabus appositis similitudinibus. vel Allegoriis Sermenti & Caprifici, quibus vanitatem carminum & poetæ vitia indicat.



*Quid didicisse*) Inuat scilicet vel prodest tibi, per Eclipsin. alii legunt, *Quo*? Id est, ut vi, ad quid, in quem vsus. Sic Horat. *Quo mihi fortunam?* i. Quid tibi prodest poetice didicisse, nisi illud vel senex diuulges, vt illud recitatione poematum omnibus innotescat. Sic expresse risus Sarricus pater, quasi diceret. Studium tuum poetices aullum est, & nihili, nisi vana tua scientia, qua tu tanquam fermento rures, & quæ tanquam Caprificus prodire, seque omnibus ostentare gessit, ab aliis cognoscatur. Scoticus risus est. Sic Iuuenalis vult videri serio loqui cum inquit

——— *Et sedant hic*

*Lenonium pueri quocumq; in fornice nati.*

.Ridicule ergo vanitatem senis poetæ excusat, & illam excusando vaniorem adhuc reddit.

*Nisi hoc fermentum*) Per fermentum Allegorice intelligit vanam doctrinam & scientiam in vano senè Poetæ, possessorem suum infantem & turgidum superbumque reddentem. Nam volut fermentum feruore & tumore exsurgit, totam massam inflat & turgescere facit, statim prorumpit, & intra vnā horam intra massam non potest contineri. Ita etiam scientia stultos inflat, inque illis quasi ardet, & præ tumore non potest contineri, quin prorumpat, seque ostentet adeo vt nisi prorumpat, periculum sit, ne forte rumpantur. In multis doctrina ardet. *Es breuiter ihu im herßen/es mus herfur* & ita incumit, vt ni foras prorumpat, periculum sit, ne medius crepent. Notat ergo stultitiam senis & vanam eius doctrinam, quæ foras proflire cupit, & intus retineri nequit. Quo enim quis vanior, hoc vocalior. Contra animi probi indicium est silentium, pauca verba, humiliter de se sentire, sua non iactare, imo sibi diffidere. Hoc paucis verbis velut oraculo Thucydides expressit: *Αμαθία μὲν ἄνθρωποι, λογισμὸς δὲ ἔχοντες εἶπεν.* Quod Plinius diuinitus expressit: *Recta ingenia debilitas detrecunda, praua confirmat audacia.*

*Et qua semel intus innata est rupto iecore exierit caprificus.* Id est, nisi sterilis illa & parum sidera doctrina, quæ semel in animo tuo radices egit, nisi, inquam, illa instar sterilis fici è pectore tuo foras prorumpat, & ostensa fuerit. Vel nisi sterilis & nunquam maturi fructus doctrina, quæ semel in te nata est, è commissuris cordis tui, tanquam Caprificus è muris aut saxis erumpit, & rupto corde vel iecore exierit.

*Qua Caprificus* ji. Quæ inutilis & sterilis doctrina tanquam Caprificus. Altera allegoria. Vt enim Caprificus sterilis est, & nunquam maturos fructus producit, vt etiam saxa & muris in quibus semel radices fixæ, contineri non potest, quin muros, saxa & monumenta perrumpens, frangat & foras promineat: Ita etiam vana stultorum scientia est inutilis, nec cohiberi potest, quin prorumpat, & se aliis ostentet.

*Semel intus innata est*] Ad senilem ætatem respicit q. d. Quia semel forte in iuuenili ætate radices in te agere cepit, & nondum prodiit, fieri, non potest, quin semel prodeat & erumpat, si in iuuenili ætate non factum est, saltem hac senili ætate fiat oportet. q. d. *Es mus ciunahl herfur was ciunahl drinn ist.*

*Exierit.* ] Proruperit, prodierit, patefacta, ostensa, diuulgata fuerit vana tua scientia. *Se ie muß herauß muß sich fuchen lassen deine thorheit.*

*Caprificus.* ] Per hanc notat scientiam noxiam, pestiferam, infrugiferam, & sterilem veri boni. Caprificus enim non fructus, sed calices producit.

*Rupto iecore.* ] Eleganter dictum, Vt erumpere solet caprificus è parietinarum & monumentorum commissuris, quæ solet rumpere & sibi obstantia disscerpere. Martialis

*Marmora Messala scindit Caprificus*

Et Iuuenal s.

——— *Ad qua*

*Discutienda Galens sterilis mala robora fici*  
*Iecore*) Ita dixit, quod in eodem sensu & adfectus animi collocatos esse crederent.

*En cor Zenodoti, et seculi Cratesis*

Et paulo post hic noster:

——— *Nec, cum mihi cornea fibra est*

Et Sac-

Et Satyra 5.

*Quod latet arcana non enarrabile fibra.*

Vitit autem hic autor durioribus Allegoriis decorum obferuans, vt absurdam illam senum leuitatem & vanitatem, qui in carminibus suis ita loquebantur, eo magis ob oculos poneret.

*En pallor senium q.*] Cum indignatione coniuncta Exclamatio, quasi per commiserationem & admirationem, qua irridet miseram illam vanitatem senilem, Argumento ex Adiunctis, pallore nimirum & senio stolidissimi poetæ. q. d. Vide quælo ô Poeta, quanta tua sit vanitas! Quæ enim & quanta tua est ætas, quale senium tuum, quantus pallor. Hæcine lasciuia & iuuenilia à te tanto (sene fieri? tempore alieno, importuno, intempestiuo.

*Pallor senium q.*) Forte *ἐν τῷ ἡλικίῳ*, En, quam pallidus senex tu sis, & tractas iuuenilia & amatoria!

*O Mores!*] Exclamatio ex ira & indignatione profecta. q. d. O mores neque antiquos neque probos (vt ante dixit) sed perditos, peruersos, deploratos, corruptos, pallidos etiam senes è te vana, imo etiam obscena, inanis populi laudes sibi aucupari.

*Vsq; adeone scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat. alter*] Alio argumento ex Dissimilibus hanc senum vanitatem perstringit. Quod quamuis nostra scientia & doctrina aliis non innotescat, non idcirco illa pro nihilo tamen habenda sit. Responder autem superiori illi argumento ex Repugnantibus: *Quid didicisse* &c Admonet autem vnumquemque suæ virtutis & doctrinæ conscientia contentum esse debere, & quicquid discimus, nobis non aliis, aut Scholæ, vt cum Seneca dicam, discendum esse. Quasi dicat, Ergone tua scientia vana, imo nulla tibi esse videtur, nisi aliis illam carminum tuorum recitatione ostentes, alique te illa præditum esse sciant. Itane verò te scire aliquid nescis, vel non putas, te scientia aliqua esse præditum, nisi alii sciant, te illud scire, vel nisi alterius iudicium de te & scientia tua audias, qui te propterea latet & atrollant?

*Scire.*] Ter hic positum est, Epanados. Græcismus. è scientia, vt sup. *Scire sciat*, polypsoton.

Imitatus autem est hoc versu Lucilium, apud quem.

*Me scire solo, mi mi conscius sum. ne damnum faciam,*

*Scire hoc se nescit, nisi alios, id scire scieris.*

*As pulcrum est digito monstrari, & dici, hic est.*] Acerba Ironia autoris nostri, qua irridet vanos inanis gloriæ captatores, Ex et Affectu vanissimorum Poetarum obliicit contra Superiora pulcrum esse digito monstrari & laudari. Est autem argumentum ab Adiunctis. q. d. Attamen etiam à vulgo cognosci, digito monstrari, & à vulgo dici. Hic est eximius ille Poeta qui proxime, nuper dulcissimum illud carmen recitabat. Respicit autem ad historiam Demosthenis quam Cic. tangit. 5. Tuscul. & idem cum autore nostro reprehendit, cum inquit. Leuiculus Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis muliereulz, infusurantisq; alteri: *ὕδωρ ὁ Δημοσθένης*. Hic est ille Demosthenes. Quid hoc leuius? *Digito monstrari*. Sic Horatius.

*Quod monstrat digitis prætereuntem*

Et Martialis.

*Rumpitur inuidia quod turba semper ab omni  
Monstratur digito.*

*Dici hic est*] Sic Martialis.

*Sed toto legor orbe frequens* & *dicitur hic est.*

Est autem brevis Protopopœia vulgi poetas per publicum incedentes digito extenso demonstrantis. Quod idem Diogenes Cynicus imitans, suo more quendam irridens faciebat, sed medio digito.

*Ten' erratorum centum dictata fuisse. pro nihilo pendasi*] Superius argumentum, laudari pulcrum esse, demonstrat alio itidem ab Adiunctis desumpto. Et in Ironico illo Satyrico risu perseuerat, simulans se aliorum vanitates excusare, quas tamen magis deridet. Quod nimirum tales versus à magistris in scholis discipulis dictentur, quasi immensa sit gloria carmina sua in scholis à tot nobilibus pueris describi, & edisci. Tangit autem Neronem, qui sua carmina pu-

A a a a

publice in scholis prælegi imperabat. i. Tunc teipsum pro nihilo reputabis: tunc te vatum esse existimabis, & nonne tu potius aliquid sublime & magnificum de te senties? cum videas carmina tua Romæ in tanto honore esse, ut etiam centum cirratorum puerorum, vel nobilium discipulorum lectiones & dictata fuerint, quæ à magistris, ut ediscant, ipsis sint iniuncta.

*Dictata*] Erant discipulorum in scholis prælectiones, quæ cogebantur ediscere & recitare. Et absolute ponitur, nec opus ut subintelligatur datius, ut olim censui, tanquam dictata centum cirratorum sit dictata esse centum cirratis. Sed dictata cirratorum, sunt lectiones nobilium puerorum ediscendæ & recitandæ, & præcepta quasi. Iuven.

— *Donec peragas dictata magistri*

*Omnia.* —

Horat. *Præteritum sauo credas dictata magistro  
Reddere.*

Horatius contra talia iratus insurgit, cum inquit

— *An tua demens*

*Vilibus in ludis dictari carmina manus?*

*Cirratorum*] i. Calamistratorum, vel cincinnos, cirros autintonfos capillos habentium. Porro pueri nobilium cincinnos vel cirros. i. capillos contortos & crispatos alebant, qui grandioribus derondebantur, & Veneri dedicabantur.

Mart. *Nec matutini cirrata cetera magistri*

Iuvenal. — *Et madido torquentem cornua cirro.*

Ennius quidam

*Caput nudum cirris grandibus hinc & inde cingunt.*

*Centum.*] Synecdoche numeri certi pro incerto.

*Pro nihilo*] Huic apud Poetas opponitur aliquid vel aliquis.

Iuvenalis. *Si vis esse aliquid*

Et noster inferius *Se se aliquem credens.*

*Pondera*] Metaphora à ponderibus & lance, quibus veteres omnia æstimabant.

— *Ecce inter pecula quarunt*

*Romulide Saturi, quid dia poemata narrent.*

*Hic aliquis cui circum humeros hyacinthina lana est,*

*Rancidulum quiddam balba de nare locutus,*

*Phyllidas, Hypsipylas, vatum & plorabile si quid,*

*Elignas, & tenero supplantat verba palato.*

*Assensere viri. Nunc non cinis ille Poeta*

*Felix? Non leuior cippus nunc imprimis ossat*

*Laudant conuina: Nunc non è manibus illis.*

*Nunc non è tumulto, fortunataq; fanilla*

*Nascentur violæ*

## TABULA IV.

Loci, quod recitarent inter pocula vers. 30.

Reprehēdit  
poetas.5. Ex Adjun-  
ctis, tum6. A Dissimi-  
litudine, vi-  
de lequentēPersonarū,  
quod ebris  
ebrii & sa-  
turi reci-  
tēt v. 31. pro  
bat id Hy-  
potypōsiRecitantis.  
Quem de-  
scribit variis  
adiunctis.Auditorum  
qui vanum  
poetam.1. Quod nobilis sit, & Ianthinam  
Lenam indurus. v. 32.2. Quod recte iudicantibus rancida  
& ingrata recitet. v. 33.3. Molliter verba per nares, balbe, ef-  
feminate pronunciaret. v. 33.4. Amatorias. Tragicas, flebiles ma-  
terias, de Phyllide, Hypsipyle, &  
aliis recitaret. v. 34.5. Quod verba quasi inter recitandū  
percolaret. v. 35.6. Quod enervata pronuntiatione  
verba inter recitandū quasi fran-  
gat, & admittet. v. 35.

1. Assentiendo laudant v. 37. &amp; 38.

2. Per prosopopoeiam cineres mortui  
poetæ beatos prædicant. v. 36.3. Leuem terram eius cineribus præ-  
cantur v. 37.4. E sepulcro & tumulo ipsius violas &  
flores enalci exoptant v. 38. & 39.  
& 40.

*Ecce inter pocula quarunt.*] Dixit antea de publicis recitationib, quæ fiebant in basilicis, exhe-  
dis: iam reprehendit priuatam recitationē inter pocula & conuiuia. Et interim aperte vanissi-  
mo poetæ contradicit, qui censebat se veram laudem captare, quod refutat ex Adiunctis Loci &  
personarum, in quo, & à quib, poetis laus decernebatur, nempe inter Epulas & pocula ab Ebris  
& remulentis, à quib, & in quo loco recte & bene nihil iudicari poterat. Qui cum essent sobrii  
non recte iudicabant, & iudicio turbidi erant, nedum recte iudicarent ebris. Possent tamen et-  
iam hæc absolute sine superiorum respectu intelligi, tanquā reprehenderet sacra illa varum, in-  
ter epulas & conuiuia contrectari & contaminari. Reprehendens illos qui Ebris inter pocula de  
rebus grauib, disputabant.

*Ecce.*] Ita dicit non sine animi impotentia & indignatione tanquam rem nouam & inaudi-  
tam indignamque incepturus.

*Inter pocula.*] Emphatice. Hinc. n. ardor & indignatio poetæ. Vbi obiter ad: periora respice-  
re potest, vanam illā esse gloriam, quæ ab ebris & saturis decernitur. q. d. potestne fieri vt Ebris  
& vinolenti aliquid laude dignum approbent. Vel quora vanitatis & dementiæ pars, ex illis car-  
minibus laudem & nomen captare, de quibus Ebris & vinolenti Romani nostri centaui inqui-  
runt, & male iudicant. Et turpis quidem ille Romanorum mos inter pocula de sacris poematib,  
inquirere & iudicare: Turpior ille nostrorum Christianoſū, qui sobrii de Deo & rebus diuinis  
secari, inter pocula de mysteriis Dei sanctissimis inquirunt & sanctissima illa loco & colle quo  
sacra & profanā, sepe nō sine ingenuis, rixis. Vt nō immerito per parodiā hæc vsurpet aliquis

— *Ecce inter pocula quarunt.*

*Germani Saturi, sacra quid mysteria narrent.*

Sed Harpocrates illud suum ST mihi insultrai: & Sibylla  $\mu\eta\ \kappa\upsilon\epsilon\iota\nu\ \kappa\alpha\mu\alpha\rho\iota\tau\alpha\iota$ .

*Romulida Saturi.* Ponuntur quasi duo contraria. Quasi Romani Romuli minime similes. sobrii illius Romuli violenti & saturi poster. Sic Iuuenalis Saturata 6. Mulieres in conuiuiis de poetis iudicium facientes ridet, cum ait.

*Que cum discumbere capis*

*Laudas Virgilium peritura ignoscis Elysa.*

*Committit Vatis.*

*Saturi.*] Dapibus & vino distenti Cic. in Tuscul. *Quid? quod ne mente quidem recte vti possumus multo cibo & potione repleti.* Dicuntur & hæc in Neronem qui teste Tacito etiam doctoribus sapientiz impartiebat post epulas.

*Dia poemata*] opponitur Emphatice illi superiori. *inter pocula.* Id est sacra illa vatum, & diuina illa poemata inter pocula in profano loco non agitanda, non temeranda, aut profasanda.

*Narrent*] i. Quid sentiendum sit de poematibus, qualia poemata iam celebrentur & quidnam illa agant, scribant, tractent. Concinnior tamen hic locus, si absolute tantum sine respectu superiorum intelligatur, & tanquam de priuatis in conuiuiis carminum recitationibus, publicis superioribus opponendo intelligantur.

*Hic aliquis, cui cum humeros & Ianthina lana est*] Indicat iam prauam illam inter conuiuia recitandi consuetudinem, eamque reprehendit, primo ab adiuncto ipsorum, qui recitabant quod essent proceres & nobilissimi: adeo ut vehemens suspicio sit Neronem hoc loco notari, quem constat poesi delectari solitum, quique Bachi habitu (qui Bæchus teste Phormito & Diodoro Ianthina veste usus fuit) tanquam Bachi furore correptus incedens, versus scribebat & recitabat, quos præsentis auditores laudarent: Quod infra etiam perstringitur, cum ait:

— *Calidum scis ponere fumen*

Et Martialis in Ligurinum lib. 5. Epist. 92. & 97.

*Hæc tibi non alia est ad cenam causa vocandi,*

*Versiculos recites & Ligurine tuos.*

*Hic*] Hoc in loco, vel tum, nempe post interrogationem conuiuantium vel in conuiuiis ubi poematum facta mentio.

*Aliquis*] Forte, ut dixi, Nero præcipuum enim quandam notari, indicant sequentia.

*Cui circum humeros & Ianthina lana est*] Et hoc loco ob maiorem indignationem & præ ignominiam inferendum, quasi dicat. Hoc non vilis aliquis scurra facit, sed talis etiam qui gestat lænam Ianthinam.

*Circum humeros*] Sic Virgilius 4. Æneid.

— *Tyriog, ardebat murice lana*

*Demissa ex humeris.*

*Ianthina*] Fuit vestis magni precii ob colorem potissimum, qui violaceus & floridus iorviolam & ævdo, florem significat. Martialis ob id:

*Coccina formosa domas & Ianthina mæcha*

Ut qui meretrici non conueniret. Et Iuuenalis:

— *Cauet hunc quem coccina lana*

*Vitari iubet, & comitum longissimus ordo*

Ianthinus ergo color est violaceus vel (braun). De quo colore vide Plinium lib. 21. cap. 6. Alii legunt Hyacinthina i. ad colorem violæ vernæ, quæ est obscura & purpurea i. subrubra, & Hyacinthi coloris persimilis qui est ille flos in quem Hyacinthus ab Apolline amatus & Ajax post mortem conuersi apud Ouid. in Metamorph. finguntur Virgil. — *Suane rubent Hyacinthus*

*Lana*] Vetus quæ supra alia vestimenta super indui solebat, villosa palla, vel paludamentum (in ybetroc). Est idem quod Græcis dicitur  $\chi\lambda\alpha\iota\alpha$  Abiecto  $\chi$ . utebantur illa in conuiuiis & triclinio, non in foro.

Randi.

*Rancidulum quiddam balba de mare locutus*] 2. Reprehensio, quod recitaret rancida, auribus ingrata, parum iucunda recte iudicantibus, insuauia, fastidiosa, putrida & putida. Quæ tamen conuiuij adulatores laudabant. Est autem Metaphora à cibus male conditis & corruptis à verbo *Ranceo*, quod est vetustate corruptus, insuauem & ingratum odorem emitto *Ich bin gar, stich*.

*Balba de mare.*) Tertia, Reprehensio, de molli, enervata, parum virili & effeminata voce, quod versus ita putide referrent, ut vox per nares emitti videretur, hoc autem ex mollicie & lasciuia faciebant, voce fracta, inepta, lingua quasi balbutiente per nares, quod senibus edentulis vsu venire solet: ut delicatula & molles quædam virgines, quando ex supinis deliciis blæta & balba voce loquuntur, quod nos vocamus *Essepseti*. Vetat hoc Fabius cum inquit.

*Nè per nares vox exire censetur.*

*Nare Balba*] *Κατ' οὐχόν* Lingue enim proprium est balbutire, & balbus statim ille dicitur qui vitio linguæ voces male exprimit. Non desunt qui hæc de ebrietate intelligant. Sed non placet.

*Phyllideas, Hypsiphyllas Satum, & plorabile si qui d, eliquat*] i. Miserabiles Tragicorum Materias, ut Phyllidem à Demophoote, Hypsipylem à Iasone desertam, & alia balba de nare eliquat, id est per nares obscure, imperfecte & blæse, quadam quasi linguæ hæsitazione & confusione balbutiendo quasi percolat, & licet rancide, insuauiter, odiose, & putide, non tam ore, quam balba nare loquatur. interim tamen mollicula & liquida voce conatur voces illas quasi eliquare.

*Phyllideas*] Carmen de Phyllide. Et ita est metonym. Subiecti pro Adiuncto. Et Synecdoche pluralis pro singulari. Intelligit autem materias Tragicas amantium virginum infelices amores. Erat autem Phyllis Lycurgi Thracum regis filia, quæ Demophoontem Thæseï filium amabat, qui cum ad Troiam profectus esset, & non constituto die, sed serius, quam illi promiserat Athenas reuerteretur, sperata sese esse suspicata, amoris impatiens vitæ laqueo finiuit, & de arbore se suspendens ipsa in Amygdalum arbore conuersa est, quæ illico sine foliis exaruit. Reuerfus Demophoon re cognita arborem illam complexus est, quæ velut Sponsi aduentum sentiens, folia rursus emisit, Ovid. in Metamorph. Item in epistolis Heroidum Plinius lib. 16. testatur illam arborem nunquam viruisse à qua se Phyllis suspendit. Et Pontanus lib. 3. de Astris.

*At misera ante diem fato crudeliter & sa.*

*Phyllis ab inuiso pendens Rodopai truncato*

*Hypsiphyllas.*] Græce tenuiter scribitur *Ἑψιπύλλη* quasi altas portas habens. Latine aspiratur Sic *Ἑψιπύλλης* G. yphes *τροπῆον*, Tropheum; *κλειόπας* cleophas, *πυλημένης* Phylemenes. Fuit Hypsipyle patris Liberi neptis Thoantis regis Lemni filia, quæ cum reliquæ Lemniades, quod Venærem ob adulterium cum Marte spreuissent, irata venere maritis suis ob foedum hircinum odorem odiosæ essent redditæ & sprete, communi consilio reuercentes ex bello contra Thracas, maritos trucidassent, sola marito pepercit, illum naui impositum in Co insulam misit, & loco patris quem se occidisse aiebat, suppositum quandam rogo impositum cremavit: mox cum Argonautæ in Colchida ad vellus aureum rapiendum profecturi in Lemnum venissent, ab his mulieribus & hospitio & lecto excepti sunt. Vbi Iason hanc Hypsipylem gemellis pueris gravidam à se, deseruit, nec illam repetiit contra datam fidem, quam rem diu fleuit. Hæc autem Hypsipyle Toantem & Euenum natos extra insulam ad Lycostam alendos misit, ne ex pacto mulierum occiderentur. Quod cum Lemniades reliquæ cognouissent, eam ut perfidam ad supplicium deposcunt. Ea autem fugiens in litore à piratis capta, Licurgoque Nemeæ regi dono data eiusque nutrix facta fuit, & Opheltrem filium, qui alias Archemorus dictus, educauit, & ibidem à filiis, qui cum Adraсто ad bellum Thebanum profecti erant, fuit cognita. In quorum amplexibus dum jmoratur, insans Opheltres, quem inter flores & herbas ludentem reliquerat, à serpente necatus est. Quod Lycurgus pueri pater sentiens, mulieri necem parabat. Sed à regibus & filiis seruata & liberata est. Hæc ergo varias fortunæ vicissitudines & calamitates experta esse multis poetis, ut Statio & aliis Carminis materiam præbuit. In his enim fabulis affectu-

um & commiserationum plenis poetæ lasciuire solebant. Ob id subtexit & inquit :

*Vatum & plorabile si quid*] Id est, si quid præterea poetæ Tragicū scripserunt, & miserabile, & si quid præterea lacrumabile à Tragicis scriptum est. Hæc enim intelligenda de alterius antiqui poetæ carmine. quod nobilis aliquis Romanus in conuiuiis recitat.

*Eluquat*] Recitatore vituperat, & miris verborum allegoriis & metaphoris non sine artificio & singulari decoro vanitatem illam pronuntiationis imitatur. Est enim hic translatio à sacco & colo vinario, quo vinum transfusum defecatur & liquidum redditur. Est ergo eluquat herburdus seihet, cum leuocinio vocis exprimit, lasciuia molli & liquida voce pronuntiat vocem dissolutam in cantilenam, & ita verba quasi percolat. Vult enim hoc quod non aperta voce verba efferat, sed voce quasi strangulata pronuntiet, vt eo suauior redderetur pronuntiatio. Videtur autem hoc verbum ad liquidum plasma superius respicere. De senibus Edentulis hæc rectius explicatur.

*Et tenero supplantat verba palato*] i. molliuscule & blandiuscule pronuntiat palato tenero, voce delicata & molli, & ita verba eneruata quasi pronuntiatione frangit, subuertit, suppressit, & quasi mutatis accentibus decurtat, vt sonus canoris vocis in ultimo palati cauo leniter infringitur, & sonus reddatur iucundior, cum leuiter vox infringitur. Est ergo mira hic metaphorā in *supplantat* i. intercidit, decurtat, & quasi cadere facit, ducta à lucta, in qua fortior imbecilliores supposito pede supplantat, hoc est, deicit, *ut non dicitur* yber den süß wirst, Damnat & has ineptias Fabius cum ait: *Curabit etiam, ne extrema syllaba intercidant, ut par sibi sermo sit. Quod sit cum extrema syllaba cadunt quasi & supplantantur cum audiri nequeant.*

*Adfensere viri*] Reprehendit vanos nobiles Romanos priuatim in conuiuiis inepta & putida carmina effœminata voce ineptissime recitantes. iam vltierius auditores reliquos conuiuium, eorumque adulatorias acclamationes damnat. Dicit autem hoc loco viri Emphatice & Ironice. q. d. Et hisce tamen adeo indignis Romani & viri possunt adhuc acclamare & adfenseri. Viri enim hic opponitur non solum fœmineis materiis Tragicis, de Phyllide, Hypsipyle. Verum etiam molli & effœminatæ recitationi. Exprimitur autem magna vanitas adulatorum conuiuiarum & simul eorumdem ebrietas. q. d. Persius, Rancido illo carmine tam inepte recitato, viri & Romani flagitiosissime ineptiis illis adblandiuntur, & vnanimi consensu poetæ illius carminis auctori antiquo, palmam summumque honorem deferunt, & ad cœlum vsque laudibus attollunt.

*Nunc non cinis ille felix*] Exprimunt auctor noster per prosopopœiam adulantiam conuiuiarum verba vana ridicula & nugacia, ad affectus Ebriorum exprimendos, dum quasi ob oculos ponit inanem applausum, & vanas assentationes mortuo poetæ carminis recitati auctori adblatiantes. Nam alter dixit: *post cineres gloria nulla venit*. Possunt autem verba sequentia dupliciter intelligi. Primo quasi sicut auctoris nostri indecoras illas acclamationes adulantium conuiuiarum false irridentis, q. d. ironice: An non poeta beatus futurus sit tot conuiuiarum laude & applausu. Deinde vt potius sit conuiuiarum inepte & ridicule mortuorum poetam, cuius versus recitati sunt à nobili Romano, laudantium Et hæc posterior explicatio melior. q. d. An non Poeta ille tam accurati carminis conditor iam vel mortuus est beatissimus.

*Nunc non cinis ille*] Ad precesiones Ethnicorum respicit, quibus leuem terram mortuorum cineribus exorabant. i. Illius sacratissimi poetæ, qui tam egregium & immortalitate dignum carmen cōdidit, annon merito reliquit & cineres quasi fortunatæ sunt.

*Cinīs reliquit & ossa quæ in vris solebant seruari.*

*Poeta*] De Poeta veteri intelligenda sunt, cuius versus ille ineptus declamator recitauit, vt ex precedentibus euincitur, cum dixit. *Vatum & plorabile si quid*. Porro Nero non suos solum, sed aliorum etiam versus recitabat.

*Non lenior cippus nunc imprimis ossa*] Ex eadem Ethnicorum vana superstitione dictum, qui leuem humum, terram & lapidem sepulchralem mortuorum amicorum, quibus bene vellent reliquiis & cineribus, precabantur: quasi nimirum huiusmodi sensus ad mortuorum etiam cineres perueniret. i. An non iure meritoque leuior sepulcri lapis sanctissimas illius poetæ reliquias integrit & minime premit? Sic alter Poeta dixit:

*Lenius contegat ossa lapis.*

Martialis  
Et Ouid.

*Sic tibi terra lenis, mollisq. tegaris arena.  
Et sit humum cineri non inerosa tuo.*

Et Mar-

Et Martialis.

*Mollia non rigidas cespēs regas ossa. nec illū**Terra graui fuerit, non fuit ille tibi.*

Et Tibullus.

*— placideq; quiescas**Terraq; secure sit super ossa lenis,*

Et Iuuenal. Sat. 7.

*Dii maiorum vmbra senem & sine pondere terram.*

Contra autem cui male imprecarentur, terram ponderosam optabant. Tibullus.

*O tua, qui Venerem docuisti vendere priuū**Quisquis es, infelix ergeat ossa lapis.*Hinc in veterum cippis olim 7. literæ solebant cælari: H. S. E. S. T. T. L. hoc est, *Hic situs es sis in terra lenis.*

Cippus] Proprie lap's, qui in defuncti monumentis erigebatur, in quo interduta voluntas testatoris incidebatur. Vt in tumulo Diogenis Cynici Cippus fuisse dicitur, in cuius apice canis ex lapide Paris sculpsit. Solebant autem tales Columnæ vel Cippi dūtaxat in nobilium sepulcris erigi, quos Demetrius trium cubitorum mensuram excedere lege lata prohibuit.

Imprimis.] Aggrauat, deprimat. Sic Germani mortuis diouit.

Du siehe Seele! Es gehe dir wol da du in der Erden liegst.

Laudant conuiua.] Exaggerat iam &amp; amplificat vterius vana illas acclamationes conuiuarum. Crescit autem Oratio. Superius tantum de assensu dixit, iam vero etiam laudem addit. q. d. Non assensere solum sed etiam ipsum Poetam laudant, eique defuncto precantur: Nonne iam merito è tanti poetæ sepulcro violæ &amp; flores enascuntur?

Nunc non e manibus illis nascuntur violæ.] Manes posuit pro sepulcro per figuram Adiuuati pro subiecto Metony. Quod veteres mortuorum animas vel manes manere crederet in sepulcro. Ab angurib. Manes Dii dicebantur, à quib. omnia manare credebant, eosq; dicebant Deos superiores & inferos. Hoc loco per vmbra vel manes sepulera intelligit. Hinc qui sepulcra demoliebant Deos manes violare censebantur. Erāt a. manes aliis Dii inferi vel etiam genii boni & clementes à *Manibus*, *um*, quod priscis Varrone teste, bonū fuit. Vnde cōtra improbi & crudeles immanes dicti sunt.

Nunc non è tumulo.] Nonne iure è tumulo &amp; sepulcro eius violæ enascuntur: Tumulus autem proprie est terræ aggestio, vbi nulla est memoria, &amp; omnis terra tumens dicitur tumulus. Vnde per Metaph. pro sepulcro vsurpatur, eo quod cadauere excepto &amp; incluso terra tumeat, &amp; quod infletur, inq; tumorem exsurgat.

Fortunatasq; Favilla.] Ex reliquijs cinerum felicibus &amp; fortunatis, quæ quidem tam sacratissimi vatis sunt reliquiæ.

Favilla.] Proprie est scintilla igne destituta, vel potius cinis extinctus ita dictus, quod igne foueat. Sed hic pro quouis cinere ponitur, ex concremato cadauere, reliquo.

Nascuntur violæ.] Rosæ &amp; flores. Ex delicta Ethnicorum superstitione dictum, qui aliquem sensum rerum humanarum ad mortuorum cineres &amp; cadauera peruenire existimabant. Hoc ergo tanquam summæ felicitatis loco habendū optabant amicis defunctis. Iuuenal. Sat. 7.

*Dii maiorum vmbra senem & sine pondere terram**Spiranteq; crocos, & in vna perpetuum Ver,**Qui praeceptorem sancti voluere parentis**Esse loco —*Sic Saryra sequenti delicta anus pupillo suo optat: — *Quicquid calcaueris hic, rosa fiat**— rides, ait, & nimis vnicis**Naribus indulges: an eris qui velle recuset**Os populi meruisse, & Cedro digna locutus**Linquere: nec scombros metuentia carmina, nec thous?**Quisquis es, o, modo quem ex aduerso dicere feci,**Non ego, cum scribo, si forte quid aptius exit**(Quando hac rara anis est, si quid tamen aptius exit:**Laudari metuum: neq; enim mihi cornea sibra est.**Sed recte: sinemq; extremumq; esse recusa*



Euge tann, & belle. nam belle hoc excute totum  
Quid non intus habet?---

## T A B V L A V.

Reprehen- dit Poetas Romanos.	<p>6 Argumen- to Dissimili- um, quod li- cet laus non sit respuen- da, non ta- men ob illā scribendum sit.</p> <p>Illustrat hāc dissimilitu- dinem tum</p> <p>7. vide sequē- tem.</p>	<p>Obiectione aduersarii qui refutare conatur risū Persii. v. 40. &amp; 41. argu- mento à ge- nere ad con- cludendam speciem</p> <p>Respon- sione per Apo- strophē ad aduersariū v. 44. Et con- cessionem Dissimilitu- dine illustra- tam. Cuius tum est</p>	<p>Omnes Poetę ob eximia carmina merito lau- dari cupiunt v. 41. &amp; 42. probat id Adiun- ctis carminum, tum</p> <p>Ergo &amp; ego</p>	<p>1. Quia tēdro digna sint, &amp; posteritati relin- quenda v. 41.</p> <p>2. Nunquam contenti, ad pigmentarios, &amp; inde cuculli fiant, de- ferenda v. 43.</p>
			<p>Protasis modesta vitium suarum extenuatione il- lustrata hoc modo. Ego ipse si quid boni scribam v. 45. (quod quidem rarissimum vers. 46.) non recuso quidem ob id laudari vers. 47. Demon- strat hoc Adiuncto suo, quia sit homo &amp; huma- nus. v. 47.</p>	
			<p>Apodosis. Non tamen laudes pro supremo sine &amp; bono reputo v. 48. &amp; 49. Demonstrat id Adiun- cto laudis popularis, quæ intus plena sit irrisio- nis &amp; adulationis v. 49. &amp; 50.</p>	

Rides, ait, & nimis *Græci naribus indulges*) Est ἀδύνομος vana illius Poetę quem irrifor  
tor noster. Conatur autem auctoris Persii risum & reprehensionem obiectione aliqua refuta-  
re argumento à genere ad concludendam speciem, q. d. Rides nos, ô Persi, ait aduersarius meus  
irrisus à me Poeta, & nimis false nos irrides. Atqui ô Persi, omnes poetę suorum laborum me-  
cedem desiderant gloriam. Ergo etiam ego vel alius quispiam non immerito idem facit.

Rides, ait. ) i. Nimis rides & perstringis & subannas nos Romanos nobilium poematum  
scriptores & admiratores. verba sunt vani recitatoris causam suam defendentis

Ait) Scilicet patronus aliquis huius vanitatis mihi Persio.

Et nimis *Græci naribus indulges.* ) i. Nimium indulges, ô Petsi, soluto & proterno tuo risu.  
Nimis magnos ronchos ducis alios irridendo. Notum est prouerbiū: *Naso adunco suspende-  
re.* quod est vafre & subdole aliquem irridere. Nasus enim, teste Plinio, subdole irrisio: est di-  
catus. Plerunque autem derisores naso sunt adunco & aquilino. Vodonasuti dicuntur. Nasus  
scilicet, qui alios norunt false irridere. Græci illud vna vocula exprimunt, cum, dicunt *μυκτυπίζω*  
*Vncu*) Simplex pro composito. Sic Horat.

— *Naso suspendis adunco*

Et alibi

— *Minus aptus acutis. Naribus horum hominum,*

Et alio loco

— *Bathatro suspendens omnia naso.*

Talis irrifor fuit Horatius de quo noster inferius

*Callidus excusso populum suspendere naso*

Et alibi

*multumq, torosa iuuentus*

*Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.*

Vacu

*Facis autem eo dicit : nam quares dum illas solito risu contrahimus in rugas contrahuntur & incurvantur. Hinc Mart. Et pueri nasum Rhinocerotis habent.*

Talem autem nasum Persæ probabant.

*An erit qui Sclerocetes os populi mernisse?* ] i. Anne homo adeo bardus atque stupidus inuenietur, qui ab aliis ob ingenii sui monumenta laudari nolit? qui aliorum de se famam & existimationem contemnat? qui nolit populi applausum, approbationem, fauorem, laudem & benivolentiam promereri? Nempe trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque maxime gloria ducitur.

*Velle recuset.* ] i. Qui nolit & respuat.

*Os.* ] Fauorem, laudem, applausum, acclamationem, gratulationem, quæ ore fit, vel voces & laudes ab ore procedentes.

*Mernisse.* ] Sibi deuinxisse & conciliasse.

*Et cedro digna locutus linquere.* ] Idem dicit. An erit aliquis qui nolit illa quæ locutus est, & scripsit cedro & immortalitate digna post se in æterna hominum memoria relinquere. Hoc enim in damnum & fraudem posterorum fieret. Et hoc scoptice autor noster alteri attribuit.

*Cedro digna linquere.* ] i. Carmina perpetua hominum memoria digna post se relinquere, posteritati consecrare, & diuulgando ab interitu vindicare. *hinder sich verlaßten.*

*Cedro.* ] Sumtum hæc est ab arboris illius natura, quæ cariem non sentit, vt & cedrus & cypressus. Eius ætatem arboris succo quæcunque illita sunt, à carie & tuncis immunia sunt teste Virgilio. Ob id solebant egregii libri, & præclara carmina Cedrolæo vel oleo cedrino inungi, quod ob amaritudinem non illas sinebat à blattis absumi. Idem facit resina è cedro, vnde in modum aquæ prodest, cuius liquore corpora defunctorum hominum in Ægypto perfusa ad multa secula fuerunt seruata. Vide Herod. *lib. 2. c. 97.* Et hac arte Numæ Pompilii libri à Ca. Terentio sub ianiculo integri adhuc inueniuntur, licet essent chartacei & terræ in fossi ante trecentos quinquaginta tres annos. Hinc diuerbium. *Cedro dignum.* Hoc autem Hemistichio vsus est Virg. *Æneid.*

——— *Et cedro digna locuti.*

Horat.

——— *Hæc animos arugo & cura peculi*

*Cum semel imbueris speramus carmina scribi*

*Posse linenda cedro, aut laui seruanda cypressis.*

Ouid.

*Nec titulus nimio, nec cedro charta notetur.*

Mart.

*Quæ cedro decorata purpura &q;*

*Nigris pagina creuit Umbilicus.*

Idem alibi.

*Cedro licet ambules perunctum:*

*Nec Scombro metuentia carmina, nec thuris.* ] Vtcrius carmina illa immortalitate digna describit, quæ nullum periculum habent ob insignæ artificium & venustatem, ne chartæ, quibus inscriptæ sunt, iuuiles & proiectæ ad pigmentarios, salsamentarios, pharmacopolas, thuriarios deferantur, vt inde tunica, inuolucra, integumenta vel cuculli fiant, quibus scombro, eorumque congios, thus, piper & consimilia amicciant & inuoluant.

*Scombro.* ] pisciculos, vnde laudatissimum sit garum, cuius singuli congii millibus numisma permutabantur, teste Plin. quos Salsamentarii malis chartis inuolutos solebant vendere. Hinc Catullus:

*Et laxas scombris sape dabis tunicas.*

Et Mart.

*Nec scombris tunicas dabis molossas.*

*Nec thuris.* ] Intelligit pigmentarios & thuriarios. Horat.

*Deferor in vicum vendentem thus & odores,*

*Et piper, & quicquid chartis amiccitur ineptis.*

Mart.

*Et thuris piperisq; erunt cucullus.*

Tale etiam intelligit Horatius cum libro suo ait:

*Aut fugies Vticam, aut Vinctum mittetur Ilerdam.*

Hic malorum librorum exitus inutilia scripta etiam nostro manet tempore. Notanda tamen hic Poeta, quem vexat auctor, vanitas & inconstantia, qui suos libros tales esse affirmabat, qui immortalitate digni talem exitum metuere opus non haberent.

*Quinquies es, o modo quem ex aduerso dicere feci.*] Iam Poeta Persius aduersario superius iudicando respondet per concessionem dissimilitudine illustratam. quasi dicat, Concedo ubi laudem respondendam non esse, ita tamen, quod, quamuis, si quid boni scribo laudem mihi decerni non moleste feram, tamen ad laudem & gloriam non scribo, vel eo non scribo ut laudem consequar.

*Quinquies*] Contemtim dicit quasi ad ignotum, id est, Quicumque tandem es, albus auctor, quem nolo nominare, qui hac mea libera reprehensione commotus hæc mihi obiectat.

*O.*] Anastrophe, pro, O quicumque es.

*Modo.*] Paulo ante cum dixit aduersarius, Rides & nimis viciis viciis indulges.

*Ex aduerso dicere feci.*] i. Mea reprehensione mihi feci è contratio & aduersus me dicere, mihi contradicere & resistere.

*Non ego cum scribo.*] Est Protasis dissimilitudinis modesta virium suarum extenuatione illustrata, quasi dicat, Laus quidem si obiter ad me veniat, non est recusanda; Postea sequitur Apodosis. Quod tamen ob vulgi laudem omnia faciendâ non sint, ut quæ laus non à veritate, sed adulatione profecta. Refertur autem hoc ad superius obiectum. *An eris qui Velle recuset, &c.* Quasi dicat auctor, Lubens tibi concedo laude digna contemnenda non esse. Quin etiam ipse non sum stupidus adeo, & ab omni humana adfectione alienus, ut, si quid dignum laude scripserim, laudari nolim.

*Si forte quid aptius exis.*] i. Si quid forte aptius, concinnius, elegantius à me edatur.

*Forte.*] Modeste vires suas extenuat.

*Exis.*] Sic supra dixit: *exterior caprificus.*

*Quando hac rara auis est.*] Singularis Persii modestia sua extenuantis, non inconstantis, ut rarus ille Poeta superius, qui se cedro digna scribere dixit. Explicat autem illud forte quoddam supra dixit: quasi dicat: Forte merito dico, quando hæc auis, ut aptius aliquid scribam rara admodum apud me est, id est, Rarum nimirum & inusitatum est, ut aliquid laude dignum à me scribatur.

*Si quid tamen aptius exis.*] Est quasi *conditio*. q. d. Si tamen fieri possit, ut concinnius aliquid à me scriberetur. Ponam ita conditionaliter à me aliquid concinnius posse scribi. In inuidiam aliorum modeste sua extenuat. Est autem epizeuxis interposita parenthesis.

*Rara auis*] Alludit ad Phœnicem quam vnicam in toto mundo esse Plin. refert lib. 10 cap. 10. Velest allegoria ducta ab auibus peregrinis & inusitatis, & prouerbialiter in rem innocentiam & difficilem competit. Iuuenal. Sat. 6.

*Rara auis in terris, nigroq; simillima cygno.*

Vide Erasmus.

*Laudari metuum.*] i. Non nolim, respiciam, vel recusam laudari. i. Iustam laudem nihil spernor. Interea vanam illam populi auram non ambiciose confector. Imo ipsi sapientes iustam laudem omnis fortitudinis & virtutis comitem esse dixerunt.

*Neque enim mihi cornea fibra est.*] Homo sum nihilque humanum alienum a me puto. Non sum adeo durus, ut quæ humanitas sunt, solus respiciam. Non habeo animum adeo durum & ab omni humano affectu auersum, ut nullo honore commouear. Non habeo adeo saxum petrus, ut nulla laudis dulcedine adficiar.

*Cornea fibra.*] Prouerbiū in illos qui nullo affectu humano tanguntur: id est, Animus insensibilis & stupidus, adamantinus. Cornu enim non fessit. Vel dicitur a Corno arbore, quæ est durissima. Hinc Poeta dixit

— *Lapido saque cornu.*

*Zetling* apud nos. Porro non in corde solum, sed etiam in iectore (ex quo fibra) antiquos animi sensus & affectuum sedes collocasse superius dictum est.

*Sed recti finemq; extremumq; esse recuso, euge tunc & belle.*] Dissimilitudinis est Apodosis,

id est,

id est, Interea tamen, licet laudes omnino non respuam, omnia propter populi laudem tanquam finem extremum & summum bonum faciendum non censo. Hæc ex Philosophiæ perennalibus desumpta, recte & laudabiliter agendum esse, non ob laudem, sed per se & virtutem. Ovidius:

*Iudice te mercede caret, per seq̃, petenda est  
Externus Virtus incommutata bonis.*

quædificat, Laus si tanquam accidens carmina mea sequatur, illam non usque adeo recuso, sed laudem tanquam per se causam sibi in carmine scribendo proponendam esse, tanquam vltimum recti finem, & extremum bonum, illud vero pernego. Est autem talis constructio. Sed recuso, non admitto, non concedo, sed pernego illud tuum euge & tuum belle, quod tu tantum captas, & quo assentatores tui vtuntur, id est, illas adulantium acclamationes, recti finem & extremum esse.

*Recti finem.* ] Pulcri & honesti finem, ob quem reliqua omnia expetuntur.

*Extremum.* ] Scilicet finem, & summum bonum.

*Euge.* ] Brevis adulantium prosopopœia. Hæc enim voces erant acclamantium auditorum, & adientatorum adulantium. Est enim interiectio adficientis & congratulantis. Sic Horatius in Arte.

— *Clamabit enim pulcre, bene, recte.*

*Tuum.* ] Hoc enim sine scribis, id vnicum tuum est propositum, nihil aliud quæris & spectas cum scribis, vnde exclamat Iuuenalis

— *Tanto maior fama fuit est, quam  
Virtutis, quis enim Virtutem amplectitur ipsam?*

*Nam bello hoc excute totum quid non intus habet.* ] Rationem apodoseos subtexit ex adiunctis popularis laudis adulatione & irrisione. Hoc autem belle ingeniose & ambigue reperit. Potest & *verximus* & adverbialiter intelligi, id est vniuersas illas acclamationes, & totum illud Euge & belle, quod ab auditoribus tibi acclamari tantopere expetis accuratius perpende & considera. Nam quid illud vanitatis, adulationis & irrisionis non intus in se habet.

*Excute.* ] Sumta metaphora ab illis qui sinus vestium excutiant, & explorant, quid ibi lateat, vbires recondi soleat. Schistel aus.

*Quid non intus habet?* ] *Diminutus* scilicet ineptiarum, vanitatis, adulationis, risus, imposturarum, Sycophantiarum, fraudis. Nam iuxta Horat.

*Derisor Vero plus laudatore mouetur.*

Oh id postea hic exclamat:

*O Lene! à tergo quem nulla ciconia pinxit.*

— *non hic est Ilias Atti,*

*Ebria verastro, non si qua eligidia crudi*

*Dictarunt procures, non quicquid denique lectis*

*Scribitur in citreis, calidum scis ponere sumen,*

*Scis comitem horridulum, tritâ donare lacernâ,*

*Et verum, inquis, amo: verum mihi dicite, de me.*

*Qui pote? vis dicam? nugaris cum tibi calus*

*Pinguis aqualiculus propenso se squipe de exstet,*

	7. Suo exemplo, dissimili illustrato.	<p>Protaſis</p> <p>Non vt Attii vana ad populi applauſus aucupandos ſcribunt, v. 50. Probat id aliquot ſpeciebus ſingularibus.</p> <p>Apodoſis. Ita ego quoque, &amp;c. Subintelligitur.</p>	<p>1. Vt Attius Labeo Iliada infanam ſcripſit verſ. 50. &amp; 51.</p> <p>2. Vt delicioli nobiles laſcivia elegidia componant, v. 51. &amp; 52.</p> <p>3. Vt aſſenſatoria carmina, quæ in citreis lectis diſcubitorius ſcribuntur, verſ. 52. &amp; 53.</p>
Reprehendit Poetas Romanos.		<p>Protaſis. Auditores donis corruptis &amp; adulatoribus facis. Probat id duobus factis Poetæ, quia</p>	<p>1. Illos ad lautiffimas epulas inuitant verſ. 53.</p> <p>2. Tritas veſtes iſtis donat v. 54.</p>
	8. Arepugnantiſſimis, cuius cum	<p>Apodoſis. Et tamen veritatem vis ab illis audire verſ. 55. Quod fieri non poſſe, v. 56.</p> <p>Hanc Apodoſin ſua interceptione illuſtrat auctor noſter, dicens, ſe illi veritatem dicturum, v. 56. Quod non Poeta, ſed nugator ſit, v. 56. Rationem addit ex adiunctis corporis vani Poetæ, tum quod ſit</p>	<p>1. Calvus verſ. 56.</p> <p>2. Quod ſit ventre admodum craſſus è quo nil ſubtile prodire poſſit, v. 57.</p>
	9. Vide ſequentem.		

*Non hic eſt Ilias Attii.*] Reſutat vterius illas vanitates ſuo exemplo contrario vel diſſimili illuſtrato, ſuorum nimirum poematum, quæ non inſulſa & turgida, non obſcœna & contra bonos mores, non denique Neroni & aliis Romanis principibus adblandientia, quaſi dicat, Non vt Attius Labeo, & reliqui Romani nobiles, Sic ego quoque ad populi applauſus captandos carmina ſcribo & recito. Ac ſi diceret, Hic nihil ſimile infanis ſcriptis Attii Labeonis reperies. Videtur autem hoc verſu populi iudicium de ſuis carminibus repudiare. quaſi dicat, O piſces, non hæc aqua in qua natetis. Vos indicat de veſtri ſimilibus, de Accii Labeonis inſulſa Iliade & mea carmina miſſa facite. Auſerte à me Satyriſque meis veſtrum illud *Euge* irriſionis plenum. Probat hæc Cornutus.

*Attic.*] In meis Carminibus & Satyris.

*Ilias Attii*] De inſulſo hoc verſuum compilatore, qui Iliada Homeri verſibus verbo ad verbum ſœdiſſime tranſtulit, & tam obſcure, vt ſua interdum ipſe non agnoſceret, ſuperius dictum eſt.

*Ebria Veratro.*] i. Mea carmina nullam laudem captant, vt inſana illa & elleboro digna Ilias Attii Labeonis, quæ vitiiſ plena & inſania grauida eſt, quæ elleboro vel veratro opus habuit, ad inſaniam expurgandam, & cuius veratri tantam copiam pro inſaniæ copia bibit, vt plena ſit reddita & ebria. Per inſanum illud Poema Satyricæ denotat, quod multum Ellebori ad ebrietatem uſque potarit. Solent autem furioſi & inſanis elleborum, Latinis veratrum, propinare, ad melancholiam expurgandam, quo phrenetici ſanitati reſtituebantur. Vani hic illi interpretes, qui Attium veratrum biſſe cenſent, vt eo melius purgato cerebro carmina ſcriberet. Nam de Iliade ipſo poemate loquitur, quamuis hæc poſtea etiam de ipſo auctore intelligi debeant.

*Non ſi qua elegidia crudi diſtillant proceres.*] id eſt, Non mea carmina ſunt laſcivia, ſœda & obſcœna, qualia viliffima illa poemata, quæ nobiles Romani cibo & potu diſtenti, crudi & imidi in-

mediis conuiuiis confueverunt dicere & recitare. Notat iterum stultam illam & ambitionem versum inter pocula dictandorum consuetudinem, qua ambitione etiam Nero tenebatur.

*Eligidia.*] Scoptice, Satyricè & inuidiose dictum per diminutionem, ad notandam carminum vilisatem, significans elegias futes, lasciuas, molles.

*Crudi.*] meton. tertii generis pro cruditate laborantes, vel crudum adhuc in stomacho cibum gercotes. Hoc sit vitio ventriculi, qui nimium grauatus cibum superfluum male concoquit, q.d. Gulæ proceres, comotationibus afflicti, & quorum venter cruditate laborans subtilia carmina non poterat gignere, vt postea dicitur:

*Nugari cum tibi Calue, &c.*

*Distarunt.*] Dum inter meas & pocula nugas effutiant, malle legere, *Rustarunt* *cups effusi crudi.*

*Proceres.*] Proceres proprie capita trahium, extra terram vel murum eminentia. Hinc per similitudinem principes in Repub. dicuntur proceres. Vt hic intelligit principes & nobiles Romanos. Hos supra vocauit *Romulidae saturos*, & *ingentes Titos*, & infra *Patritium sanguis*. proceres etiam singulariter dixit Iuuenalis Sat. 8.

*Agnoſco procerem:*

*Non quæquid denique lectis scribitur in citreis.*] i. Vana assentatoria carmina, quæ Romani in tanto habebant precio, vt citreis lectis discubitorii illa inscriberent. Alii lectos thalami intelligunt & eorum citreas tabulas cera inductas, in quibus noctis tempore, quicquid in animum veniret, statim notarent, ne vis ingenii periret. Non placet. Fiebant etiam inde pugillares. Erat autem arbor *Citrus* teste Plinio, lignum magni precii, quæ, teste Macrobio, ab Homero *ῥωρὶ* dicta, nata in Atlante monte Mauritaniz, materiam lautis mensarum orbibus suppeditans, capressio siluestri similis. Quæ in tanto precio Romæ fuit, vt eodem adri pondere (quod vix credibile) rependeretur. Adeo autem Romanis nobilibus expetita fuit ob formam, qua conchæ pauonis candæ oculos repræsentat, vt cum viri Romani vxoribus suis, luxum margaritarum obicerent, illæ vicissim viris suis lectulorum citreorum luxum obicerent.

*Calidum ſci ponere ſumen.*] Sequitur alia reprehensio à repugnantibus, quod vani illi Poetæ nobiles Romani, auditores indices, donis corrumperent, & adulatores facerent, & tamen ab illis veritatem volebant audire. Reprehendit ergo illos, quod magnificis cœnis, largitionibus & muneribus auditores conuiuas tanquam adulatores & parasitos conducerent, eorumque applausum quasi emerent. Tales adulatores Plinius ridiculo vocabulo *laudicarnas* vocat, quod propter cœnam laudarent. De his Martialis.

*Quod tam grande exquīs clamat tibi turba togata*

*Non tu Pomponi, cœna diſerta tua eſt.*

Contra Horatius: *Non ego ſento ſa plebis ſuffragia ſenor*

*Impenſis cœnarum & triſta munere ſeſſio.*

*Sci ponere.*] id est, Nouisti apponere, nouisti alios ad cœnam vocare, & lautissimis impensis liberaliter tractare, & postea quæris ex illis, quid de te tuisque carminibus & ipsi sentiant, & alii loquantur.

*Calidum.*] ex recenti nimirum coctiane, eo quod calida gratiora sunt frigefactis.

*Sumen.*] A sugendo dictum q. *Sugimen*, suis mammam significans, & quidem suis primiparæ post primum partum antequam eos fortis suxisse tescetam. Hinc fiebat genus farcimianis, Romæ olim in summis delitiis habitum.

*Ponere.*] Sic Horatius pro Apponere.

*Si vero eſt ſumtum qui recto ponere poſſis.*

*Sci comitem horridulum triſta donare lacerna.*] Per Comitem intelligit hoc loco clientes seniores. Sic Iuuenalis.

— *An tibi ſerui*

*Oſtodecim comites.*

id est, Clientem vel assecclam tuum minus bene vestitum frigore tremulum & horrentem attritis vestibus & lacernis donare nouisti.

*Horridulum.*] Eo dicit, quod frigus male vestitis horrorem incutit.

*Triſta.*] i. Vetus, depeza, obſoleta.

B b b b 3;

*Lacerna.*] i. Pallio fimbriato, quo olim soli milites utebantur.

*Et verum, inquit, amo.*] Est prosopopœia vani Poetæ. q. d. Quomodo possunt hæc fieri ut ab illis verum audias, quos tuis muneribus corrupisti, ut falsa loquerentur. i. Vtique adeo infames & demens, ut ab adulatoribus, quos tuis conuiuiis corrupisti, te veritatem audirum speres. Et hoc vere est, quod Græcus ille dixit *ἡγοῦμαι, ὅτι ἡ ἀλήθεια ὑποκρίνεται μοι*. i. Regulā vel noticiam qua velis uti incuruare.

*Verum mihi dicite de me.*] Est eadem adhuc prosopopœia nobilis Thraſonis Romani ad conductum & corruptum suum Gnathonem. i. Tamen vis videri assentatores odisse. q. d. Tu verum examen ab iis audire desideras, quibus non habenda fides, cum corrupti sint. Recte de his Horatius

— Male verum examinas omnis

*Corruptus iudex.*

Sic Martialis in Gallicum:

*Dic verum mihi Marce, dic amabo,*

*Nile est, quod magis audiam libenter.*

*Qui pote.*] i. Quomodo potest, scilicet verum dicere, cuius oculos, linguam & aures iam tuis muneribus ad veritatem corrueris & occluseris. q. d. Quomodo fieri potest, ut ab illis verum audias, quos muneribus tuis falsa dicere docuisti.

*Qui.*] i. Quomodo. Sic Terentius: *Quis scis.* Et Horatius:

*Qui sit Mecenas.*

*Pote.*] i. Potest. Sic enim hunc locum explicant Seruius & Diomedes, non ut plerique explicant, quomodo possibile est.

Sic Catullus. *Nec peccatum à me quisquam pote dicere quidquam.*

Et Propertius: *Qua pote quisque in ea conterat arte diem.*

Et Eonius lib. 15. Annal. — *Sed nec pote quisquam*

*Vndique nitendo corpus discerpere ferro.*

*Vu dicam.*] Est interceptio Poetæ nostri. q. d. Si veritate vsq; adeo delectaris, visue vt ego illam tibi aperte, & sine furo dicam, quid de te tuisq; carminibus sentiendum sit. Certe ego donis non corruptus ipsam veritatem dicam, nulla circuitione vsus, & sine vilo præiudicio.

*Nugaris.*] Vnico verbo dicit auctor noster quid sentiat. q. d. Tu putidas & nullius pretii nugæ & ineptias scribis.

*Cum tibi Calve pinguis aqualiculus propenso sesquipede extes.*] Rationem addit ex adiunctis corporeis vani nobilis Romani ex signo physiognomico, quo significat naturam huius poetæstri ineptam esse condendis versibus. Ratio autem est, cur nugæ tantum componat, quod ut crasso & obeso corpore & insuper caluus. Perstringit autem hoc loco certum aliquem caluum & crassum Poetam. q. d. Ex crasso & gulæ dedito corpore nil subtile potest proficisci. q. d. Tu ineptias tantum componis, cum tibi o Calve, pinguis tuus ventre tanquam aqualiculus tanto pondere ultra reliquum corpus proeminet. Potestne fieri ut è corpore tam obeso & crasso, & vitio ac delictis pingui, quod quid ètibi sesquipede ultra reliquum corpus proeminet, aliquid subtile, acutum & limatum prodeat. Respicit autem ad Græcum illud *παχύνει τὸν λαιμὸν ὁ πῦρ*. i. Subtilem obesum alpus haud mentem parit. Quod Diuus Hieronymus dixit *Pinguis venter non gignit sensum sequens*. Er Plinius, *Minus solertes, quibus obessimum est venter*.

Et Horatius: — *Et corpus onustum*

*Hesternis vitis, animum quoque pragmat.*

*Calve.*] Perstringit hoc loco certum aliquem crassum & caluum Poetam. Vasi autem sunt commentatores qui hoc loco intelligunt nobilem illum Elegiographum Caluum *ὁ γὰρ ἄριστος* Catulli, qui longe auctore nostro fuit antiquior. Sed Caluum ponit hoc loco pro italo, quemadmodum & Græci faciebant & videre est in Epigrammate

*Μῶρον ὁρᾷς φάλακρον.*

*Pinguis.*] Ponitur hic pro stupido & hebeti. Sic Horatius:

*Pingue pecus domino facias & cætera prætor*  
*Ingentium.*

*Aqualiculus.*] Sordida metaphora, sed satis conueniens Satyrico idiotismo. Est autem a-

qualiculus

*qualiculus* proprie venter porci, vel etiam pro receptaculo sordium Saxonibus *cin drānc*, *sonn* & est diminutivum ab *Aquaculus*, quod vas est, è quo porci sorbent. Ponitur hic pro ventre belluonis & impuri hominis, in quem cibus & potus non aliter atq; in sentinam sordes confluunt. Forte Nerone tangit, qui habuit ventrem protensum.

*Propenso*.] i. Protensio, extenso, exprorecto, vel protento. Exert & proemineat.

*Sequispoda*.] i. Mensura vnius pedis cum semisse vel dimidio. i. anderthalb fûs.

O Iane! à tergo quem nulla ciconia pinxit,  
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas,  
Nec lingua, quantum sitiat canis Apula, tantum.  
Vos ô patricius sanguis, quos vivere fas est,  
Occipiti caeco, postica occurrere sanne:  
Quis populi sermo est? quis enim, nisi carmina molli  
Nunc demum numero fluere, ut per lane seneros  
Effundat iunctura ungues? scis tendere versum  
Non secus ac si oculo rubricam dirigat uno:  
Sine opus in mores, in luxum, & prandia regum,  
Dicere, res grandes nostro dat Musa Poeta.

## T A B V L A V I I.

9. Dissimilitudine, per Apotrophen ad Ianum, v. 57. hoc modo

Nemo potest Ianum bifrontē à tergo irridere. Illustratur hæc protafis tribus Sannarum generib.

1. Nemo potest Ianum digitis in ciconiz rostrum complicatis à tergo pinsere v. 58.
2. Nemo à tergo affini aures ei apponere v. 59.
3. Nemo ei à tergo linguam longissime exserere. v. 60.

Apodosis. Romani autem nobiles à tergo irrideri possunt vers. 60. 61. Ratio additur ex adiunctis. quia oculos in ceruice non habent, vers. 62.

Vani Poetæ adulatorem suum interrogantis, quid populus de se loquatur vers. 63.

10. Adiuncto poetarū, quod ab adulatibus decipiantur. Illustrat illud per Dialogismum, sum quidem

Adulatoris respondētis, populum sua carmina impense laudare v. 63. 64. ab adiunctis

1. A molli & tereti compositione, vers. 63. 64. per similitudinem, quod tanta arte composita sint, quam marmora v. 64. 65.
2. A comparatione Similium, tam recte scripta ac si à fabris ad normā directā sint v. 65. 66.
3. A quavis materia subiecta Comœdia, Satyra, Tragedia, & quocumque horū recte tractare queat v. 67. Declarat id causā efficientē Musarum inst. n. cū v. 68.



*O Iano! a tergo quem nulla Ciconia pinxit.*] Apostrophe ad Ianum, qua vicius vanitatem Poetarum demonstrat, quos vulgi fabulam & ludibrium esse ostendit per dissimilitudinem, quod Iano bifronti nemo à tergo possit illudere, ut Poetis illis Romanis. Remouet autem à Iano aliquot posticæ sublationis species, & contra indicat Romanos Poetas nobiles ipsi adulatoribus esse derisui, simul sese verterint.

*O Iano.*] Est dissimilitudinis protasis. Est autem Ellipsis & subintelligendum: Quam infelix & prudens es. Fuit autem Ianus antiquissimus Italix Deus, & Latii rex, à quo *Ianiculum* dictum. Fuit haur dubie Noah, qui & ipse fuit bifrons, in seculum ante & post diluuium respiciens, ut & Iannus, quæ intra & extra conclaue sunt, videt. Patem huic eundem esse cum Cælio vel Vranio. Per Ianum intelligit cordatos & prudentes, quibus contra tales ardeliones irrisores illud Epicharmi scutum pectori apprimitur: *Νῆψτ, εἰ μὴ μὴν ἀπὸ τοῦ ἀρδρα τὰ τοῦ τῶν ὀφθαλμῶν*. Sic Ouid. de illo:

*Scula videt Iannus, qua post sua terga gerantur.*

*A tergo quem nulla ciconia pinxit.*] Tria irrisionum vel sannarum genera ponuntur. Primum, Manu ciconiam significare. Secundum, Apposito ad tempora pollice aſininas aures denotare. Tertium, linguam sitientis canis imitari. i. Qui ab adulatorum sannis & irrisionibus, qui te fronte laudent, post tergum irrideant, tuus es & immunis, cui nemo potest à tergo imponere, quem à tergo nulla Sannionis irrisoris dextra (dum compositis digitis rostrum quale ciconia habet, exprimit) pinxit & crebro percutit.

*A tergo.*] Illud enim fieri non poterat, nam & in tergo habebat oculos.

*Ciconia.*] Refer hoc ad digitos in modum rostri ciconini coactos, siebat enim cum extremitates digitorum conneſcerent, eademque ad inferiorem partem inclinabant, quibus dignisita in ciconiæ formam compositis, solebant post tergum illum, quem deridebant, crebro percutere.

*Pinxit.*] Pinſere. *Hacten. Vixen*, est auium, dum rostrum alicui rei crebro impingunt, & crebro aliquid percutiunt. Ab antiquo verbo *Pindo*. i. Ferio, vade pistor & pistillū, Diomedes legit, *Pinſat*.

*Nec manus auriculas imitata est mobilis alba.*] Secundum irrisionis genus. i. cui non à tergo manus irrisorum proterua alba aſini aures expressit & capiti apposuit. Hinc inferius dicitur: *auriculas aſini quæ non habet*. i. Nulla ardelionis manus mobilis & sæpius agitata pollicibus ad tempora appositæ salbas aſini auriculas imitata est.

*Mobilis.*] Notatione significat aſini aures ex motu manus, hominis enim aures sunt immobiles. Deinde aſini aures interius albæ sunt. Tales ergo manus capiti applicatæ mouebantur instar aſininarum aurium. Respicit autem ad fabulam de Mida, quæ refertur apud Ouidium Metamor. lib. 11. vbi inter alios hi versus leguntur;

— *Delum antes*

*Humanam stolidas patitur retinere figuram,  
Sed trahit in spaciū, velutq; albensibus implet  
Instabilesq; illas facit, & dat posse moueri.*

*Nec lingua quantum sitiat canis appula, tantum.*] i. Cui à tergo lingue etiam tanta vel tam longe extensæ, quantum canis quædam in Apulia sitiendo exferit. Hoc est tertium genus sæpe linguam nimirum longissime exferere, quod Saxones vocant. Caput Leonis imitari. *cin. H. wen. foff. machen*. Ad hæc tria Sannarum genera respexit Hieronymus cum ait: Irrisoribus ne libenter aures accommodes, qui, si subito respexeris, aut ciconiarum deprehendes posticæ colla curuari, aut manu aures agitari aſini, aut æstuantem canes protendere linguam.

*Quantum sitiat.*] i. Quantum sit cum sitit, vel quantum sitiendo exferit, vel quantum sibi emittit, æstuat.

*Canis.*] Tertiam hanc speciem irrisionis, declarat collatione canis. Canes autem sitientes vel defatigati linguas longissime solent exferere.

*Apula.*] Eo dicit, Apulia enim regio est calidissima, vade Sitalosa dicitur ab Horatio, quod nimirum Atabulus ventus torret, viderem alibi loquitur.

*Tantum*

*Tantum.*] Olim hæc coniani cum sequentibus, quod licet incepte non fiat, tamen melius coniungitur cum præcedentibus, ut sit redditio pertinens ad quantum, & nimirum per collationem, quantum canis sitiendo exlerat linguam, tantum etiam Sannio irridendo exlerat, vel etiam tantæ, ut nimirum quantum canis sitiens linguam extendat, tantæ etiam sint lingue ardelionum & irriforum.

*Vos o patricium sanguis, quas Simere fas est.*] Sequitur apodosis dissimilitudinis, quod nimirum contra Romani Poetæ post tergum cæci ab omnibus possint irrideri, quasi dicat, Vos contra Romani Poetæ nobiles infelicissimi estis, qui oculos in tergo non habetis, & ob id minus oculati inter adulatores & amicum discernere non potestis, qui aliter de vobis domi vestræ, aliter domi sentiunt, qui domi tuæ sapientiam tuam admirantur, foris stultitiam tuam irrident. Hi sunt illicanes à quibus Aëxon fuit discerptus. Et Anaxibenes cum adolescentem quandam magnæ talium adulatorum multitudine stuprum videret, *ô miser,* inquit, *adolescens, miseret me tua stultitiam.*

*Vos o patricium sanguis.*] Id est, Vos nobiles Romani quibus illa felicitas laui non concessa est, ut qui in anteriori non etiam in posteriori parte capitis oculos geritis, ne adulatores post tergum vos ludibrio habeant, sedulo caveat.

*Quos Simere fas est occipiti cæco.*] i. Quibus natura nullos oculos in occipitio collocavit, & ita ratio est apodosis ex adiunctis, quod Romani facile possum decipi, quia oculos in ceruice non habent, vel quibus fas æquum & proprium est, minus oculatis & prudentibus esse, & à tergo parum videre, vos respicite, & irrisoribus posthac nolite credere. Concinnius ita explicatur, nam ut Poeta recte dixit:

*Stultitiam patiuntur opes.*

Et ob id diuitiarum deus Plutus cæcus esse fingitur, quemadmodum etiam ipsæ diuitiæ, eo quod habentes possesores soleant occidere, q. d. auctor, Propter opes ipsa natura nullum peculiare privilegium vobis indulgit.

*Vos o P. E.*] Desuntum ex Horatio de arte Poetica.

*Vos o Pompilius sanguis.*

Hoc autem inuidiose dixit, & inprimis quod dixit ipsos occipiti cæco vivere, i. Parum circumspectos esse. Nam nobiles omnes scribendi studio tenebantur.

*Possica occurrere Sanna.*] i. Obuiam ite & resistite illi irrisioni, quæ sit à tergo vel nolite vos aliis irrisoribus & sannionibus tanquam stupidis irridendos propinare.

*Sanna.*] Sanna est os cum vultu distortum per irrisionem.

*Quis populi sermo est?*] Instituitur iam dialogismus inter vanum Poetam & adulatorem suum. Quærit enim Poeta ex assecratore, quid de se populus sentiat, cui responder adulator, & versus eius hyperbolice laudat, q. d. auctor, Illi tui parasiti te à tergo irrident; Quos tamen si interroges quid populus sentiat de tuis carminibus, & te coram laudant & te à populo laudari dicunt.

*Quis populi sermo est?*] Vani Poetæ prosopopœia, qui adulatorem interrogat. Quid populus de me loquitur: Qui sermo & quod iudicium vulgi est de me & meis carminibus? Anne etiam me bonum Poetam esse censeat? Quidam hæc cum superioribus coniungunt, ut verum mihi dicite, De me quis populi sermo, sed non videtur necessarium.

*Populi.*] Vanum populi iudicium non ex certa ratione, sed ex opinione & animi morbo proficiscens, & quod optimus quisque semper contemnit. Horatius in arte ait de adulatoribus.

*Tu seu donavis, seu quod donare soles cui,*

*Nolito ad versum tibi factos ducere plenum*

*Latitæ, clamabis enim potare, bene, recte.*

*Et post* *Derisorio plus laudatore moneatur.*

*Quis enim.*] Respondet irrisor & adulator conuicia, doctis atq; muneribus corruptus, & mire æq; hyperbolice eius versus à populo laudari, inquit, q. d. Quis. n. alius de tuis carminibus populi sermo esset, nisi illa adeo potata, adeo perfecta & limata esse, ut vel Momi iudicio nihil addi nihil demui possit vel quid aliud diceret quam te carmina adeo exacta scribere, ut seuerum iudicium nihil reformideat. Laudat autem carmina ex adiuncta suauitate & modulatione.

*Nisi carmina molli, nunc demum numero fluere?*] Laudat ab adiunctis compositione carminum, quorum iunctura mollis sit carens hiatus vocalium, asperitate consonantium & lenissime fluat. i. Carmina tua nunc demum hac tua ætate, te viuo & vindice adomnis perfectionis fastigii & æcumen peruenisse: vel, nisi quod carmina tua currant & fluant versu facili & bene coniuncto.

*Molli numero.*] i. Mira facilitate, dexteritate, solertia, in quibus nihil durum, rigidum, asperum. *Fluere.*] Sine vilo labore à te componi.

*Ut per læue seueros effundat iunctura vnguis.*] i. Tua carmina omni reprehensione & censura meliora, maiora esse. i. ut minus ruditatis & asperitatis in carminibus, tuis deprehendatur, quam in lapidum iuncturis & commissuris, quos artifices & marmorarii tanta industria & solertia coniungunt, leuigant, expoliunt, ut commissura ne vnguē quidē intromittat & ut commissuram nullo sensu inuenire possis & deprehendere. Est metaph. ducta à marmorariis, qui marmor bene politum esse censent, & commissuras recte iunctas, si exploratoris vnguis, quo iuncturas explorant, non intromittatur, vel si vnguis super iuncturā superductus non inhibeatur, & offendatur, nulla asperitatis & scabritiem sentiens, ut vnguis non intromittatur, sed effundatur. *Heruber leitter.* Est ergo hic sensus: Adeo polita sunt tua carmina, ut velut in marmoribus, quidquid dextre iunctum & coaptatum est, & affabre commissum, & nulla asperitate relicta per læue & per politum est, & iunctū si vnguibus pertentetur, vngues etiam seueros & accurate inquirentes & iudicantes, nō intromittit, sed effundit, & transmittit, ut nulla iunctura sentiat: ita in Compositione versuum tuorum nulla est inæqualitas, & illi exactum Criticorum iudicium facile sustinent: vel, sicut etiam carmina tua absolutissima & perfectissima accuratissimorum Criticorum acre iudicium, & limitatam censuram facile sustinent, & nihil reformidant. Ordo autem est. Ut iunctura (vel commissura marmoris) effundit vngues seueros *per læue*, i. Per politum & læuigatum vel supra læue & politum marmor transmissos. i. velut vnguis per læuigatū marmor effunditur, velut autem vnguis non intromittitur in commissuram ob aptissimam coniunctionem: ita etiam censura vel iudicium Criticorum in carmen non admittitur ob accuratam compositionem, ut que carmina omni iudicio & censura maiora sunt & superiora. Est ergo similitudo prima.

*Per læue.*] *Durch/ übers glatte.* Sunt duo verba. i. Per admodum politum & læuigatum marmor.

*Iunctura.*] Allegorice compositionem versuum sine vlla asperitate & inæqualitate politissimam intelligit.

*Effundat.*] Non intromittat, sed excludat, cum nulla ibi rima, vel iunctura vestigium appareat. Mallem *Effundit*. i. Non remoratur vel impedit vngues per marmor transmissos nulla obstante asperitate.

*Seueros.*] Inæqualitatis & scrupulorum iudices & inueniores exacte & dextre iuncturam explorantes. *Seuerum* vocamus, qui iustitiam ad vnguē vel ad vinum refecit.

*Vngues.*] Hinc proverbiū, *ad vnguē* pro re perfecta & omnibus numeris absoluta. Horat. — *ad vnguē*

*Factus homo.* — Quod de marmore dictum per allegoriam ad Carmen transferendum.

*Scit tendere versum.*] Secundum argumentum à comparatione similem i. tam recte versum scribit, quam fabri lignarii lineam, normam, aut perpendicularum rubrica & creta notat. Significat optimum carminis opificem & artificem, i. Versus scribere nouit enodes, læues, & quales, sine scabritie & asperitate, in quibus nihil curuum, nihil tortuosum, nihil prauum aut eximium. Sed omnia æquali æuitate ita perpolita & directa, ut non minori cura & solertia cunctis cōstet, quam fabri lignarii trabium rectitudinem norma aliqua ad perpendicularum vno oculo emenduntur, & rubrica in super lineam inducunt.

*Tendere.*] Apponere, deducere, dirigere, collimare, ut & sagittarii cum clauditur vnus oculus, ne visus dispergatur aut diuidatur.

*Non fecit.*] Non aliter, atque si faber lignarius opus ad amissum & regulam examinet, & lineam rectam norma per rubricam notata dirigat & apponat.

*Rubricam.*] Solent enim fabri lignarii amissum rubrica creta vel atramento notare, & illud ad lignum transferre, ipsa norma lignum verberando: ut designent, quid amputandum sit, & quo po-

quæ opus sit dirigendum. Est autem rubrica terra, quæ & *Synopsi* dicitur. Vide Plin. 35. lib. cap. 6.

*Oculo vno.*] Vno nimirum clauso, altero aperto, ut lineæ rectitudinē examinent, ne vago amborum oculorū obtuso norma rectitudinis turbetur, nec per oculi diuisionem iudicii veritas allacinetur.

*Sine opus in mores.*] Tertium argumentum à quavis materia subiecta, de qua grauissime & poltissime carmen scribat. Declarat id causa efficiente. Musarum scilicet inspiratione. Porro antea compositionem, iam etiam materiam, argumentū & sententiam laudat. Atq; ita vterius vano Poetæ assentatur & adulatur, quasi populus dicat, ipsum omni materiæ pro dignitate tractandæ par esse & idoneum, q. d. Nostro Poetæ siue illi humile aliquod opus tractandū & Comædia scribenda, siue Satyra componenda, siue Tragedia describenda, nemo id pari dextertate & solertia vnquam præstiterit, Quicquid illi operis imposueris, ad omne est idoneus.

*Sine opus est dicere in mores.*] Intelligit Comædias in quibus depinguntur mores, ritus & vitendi consuetudines mortalium.

*In luxum.*] i. Ad carpendam luxuriam, immodicas voluptates, lautitias & delicias. Intelligit Satyræ. Talia enim in Satyra solent perstringi.

*Et prandia regum.*] Intelligit Tragedias ut prandium Thæci, cœnam Thyestæ. Tales enim Tragediæ continent descriptiones cœnarum facinorosarum. Quidam hæc de Satyra tantum generaliter & simpliciter interpretantur; verum sequentia verba cum inquit. *Res grandes noster das Musa Poeta*, Reclamitant, ut quæ intelligenda tantum de Tragedia. Satyra enim populari & humile scriptum est. Intelligit autē per *Res grandes*, magnas, & ponderosas, sublimis, arduas, nampe inuentionem accurat, firmam & verba decoris & granitatis plena. Additur enim hoc loco causa efficiens ipsa Musa, quæ omnia magifica Poetæ illi suggerat.

*Eccemodo heroas sensus afferre videmus*

*Nugari solitos Grace, nec ponere lucum*

*Artifices, nec rurs saturum laudare, vbi corbes,*

*Et focus & porci, & fumosa Palilia feno:*

*Vnde Remus sulcoq; terens dentalia, Quincti:*

*Quum trepida ante boues Dictatorem induit uxor,*

*Et sua aratra domum licter tulimuge Poeta:*

## TABULA VIII.

Heroicas materias aggrediuntur vers. 69. Declaratur hæc protasis effecto adulationis. Illi hoc faciunt per adulationes confirmati, qui paullo ante nugacia poemata Græca solebant scribere, vers. 70.

Repre- hendit Poetas	2. Afa- ctis, quod maioravi- ribus ag- grederen- tur. Argu- mēto im- pariū mi- norū, hoc modo	Apodosis. Quinetyro- ciniis quidem, & initiis poetices recte tractadis pro dignitate pares sunt. Illustrat hanc apodosis aliquot speciebus pro- gymnasmatū & tyroci- norum poeseos, quæ il- li recte describere ne- queant, ut sunt	Deseri- bit id rurs va- riis ad- iunctis ut sunt	Lucus vel Sacra quædā & amœna sylua, v. 70. Rus lætis segetibus saturū & abundans, v. 71. Corbes variis fructibus pleni, v. 71. Focus luculentus, v. 72. Porci, greges, armenta, v. 72. Festa Palii pastorum Deæ sacra fumo coli sueta, v. 72. Remus & Romulus, qui rure orti & educati, v. 73. Q. Attilius, Cincinnatus, Serranus qui rure arans Romam ad Dicta- turam vocatus sit à Senatu per li- ctorem versib. 73-74-75.

Vnde concludit cum vanissimum Euge Poeta, v. 75.

3. Videsequentem.

*Ecce modo Heroas sensus.*] Aliud poetice vanitatis argumentum imparium minorum, quod maiora viribus aggredierentur, & cum ne humilibus quidē materiis dextre tractandis sufficerent, materiis grauissimis manus admolirentur. Præclare de his Horat. in arte poet.

*Sumite materiam Vestris qui scribitis aquam*

*Viribus & Versate diu, quid ferre recusent,*

*Quid valeant humeri.*

*Ecce.*] Quali rem nouam & inauditam incepturus.

*M. H. [adferre videmus nugari solitos Grace.]* q.d. Tantum abest, vt gloriosi illi thralones a suis adulatoribus se ludibrio haberi sentiant, vt his adulatorum sycophantiis & irrisionibus decepti vani hi poetastri non solum in nugis & proposito suo confirmantur & perseuerent. Verum insuper etiam ad maiora etiam aspirant; atq; adeo illi, qui antea vana & inepta poemata & Epigrammata Græca condere solebant, illi iam sensus heroas, res magnas, arduas, sublimes, difficiles & forte Epos aggredi videamus, qui ne poetices quidem progymnasmata & tyrocinia, vel lucum vel syluam, flumen, agrum, iridem tractare & recte possunt describere.

*Heroas sensus.*] Intelligit heroicas materias quales tractant Epici, sententias & materia graues, grandes, sublimes, posuit autem *Heroas* pro *Heroicis*.

*Adferre.*] Proferre, Scribere, Recitare & Producere.

*Nugari solitos Grace.*] i. Qui antea vana quædam poemata & Epigrammata Græca solebant condere, illi iam omnia tentant sublimia. Vel nugari ait, quod paullo supra primas litteras & Elementa Græca progressi. Vel potius nugari solitos, qui Græce solebant versus scribere. Sic Horatius:

*Ut primum positis nugari Græcia bellis. Capis.*

Non desunt, qui censent Poetam in illos inuehi, qui Græca cum Latinis commiscant, tanquam hoc intelligat per nugari. Sed illi ipsi qui hæc censent, nugantur. Dicit enim solitos nugari reprehendens illos qui nugæ Græce ante scripserint, non autem dicit nugantes vel qui nugantur tanquam de presenti.

*Nec ponere lucum artifices.*] Prior collationis pars. i. Magna aggrediuntur, cum ne vilissimis Poeticis tyrocinis & initiis pro dignitate tractandis pares sint. q.d. Illi hoc faciunt, qui ne poetices quidem progymnasmata digne explicare norint. Porro tyronibus poetices amœnarum rerum descriptiones, vt fluuii, Iucæ, Iridis, tanquam progymnasmata proponebantur, in quibus ingenii vires periclitarentur, antequam sublimioribus manus admolirentur. Simili modo in arte pictoria, arbores amœnæ, cypressus, viridaria, & alia iniis & parenga discipulis discenda proponebantur. Hinc illud Horatii in arte Poet.

— *Ex fortasse cupressum*

*Sci simulare.*

Vbi sub figura pictorum hos malos Poetas notat, qui progymnasmata forte poetarum explicare, sed illa intempestiuis locis inserebant, & suo loco non adhibebant, vt ex poemate nostrum redderetur, quale Horatius initio artis describit. Noster autem Poeta dicit vanos illos poetastros poetice hæc initia ne recte quidem tractare posse.

*Nec ponere lucum artifices.*] i. Qui ne tantum quidem in arte poetica profecerunt, vt lucum recte possint describere, & rus Saturnum, & vbertate fructuum amœni laudare. Est autem duplex in his duobus verbis ponere artifices, Græcismus: primo enim artifices ponere est, non sitis gnari & periti artifices ad ponendum. Sic supra in Prolog. *Venerat artifex sequi.* Deinde ponere ponitur pro *notare*, quod primo significat ponere, sed tamen creberrime ponitur apud Græcos pro facere, vt & hic Latinum vsurpatur. Sic Horat.

*Solent namc hominem ponere, namc Deum.*

Idem in arte:

— *Quia ponere totum. Nesciet.*

Et noster hic Sat. 5. *Fabula senex, si ponatur bianda Tragedo.*

*Lucum.*] i. Siluam aliquam amœnam & inæduam alicui Namini consecratam. Huc Horat. in arte respicit

— *cum lucum & ara Diana.*

*Aut flumen Rheenum, aut pluvium describitur arcem.*

*Notum Saturnum laudare.*] Scilicet sunt artifices. i. Qui ne possint quidem rus omnis generis fru-

ris fructibus & lætis segetibus abundans & luxurians recte laudare.

*Vbi corbes.*] Describit auctor noster rus, quod poeta stros illos recte laudare negat, ex adiunctis ruris, quod ruri sint corbes, pyris, pomis, fragis, cerasis, vuis & variis fructibus pleni.

*Vbi.] i.* In quo rure sunt, &c. Quæ à Varrone, Catone & Columella describuntur.

*Es fœcus.*] Scilicet luculentus, culina vincta.

*Et porci.]* Species pro genere. omnis generis greges & armenta significat.

*Es fumosa palilia fœno.] i.* In quo rure etiam sunt loca sacrificiis destinata, in quibus pastores publice & privati 20. Aprilis die, vel vt alii 11. Calend. Maii in natiuitate vrbs, & quo die Romulus olim vrbein fundauerat magnæ suæ Deæ Pali festa *Palilia* dicta celebrabant, & illi liba sacrificabant.

*Propert.] Vbi festum erat dixero Palilia patrem*

*Et alter. Te quoque magna Pales.*

Eadem festa & dicta *Parilia*, quoniam pro partu pecoris eadem fiebant.

*Fumosa fœno.]* Nam pyras ex stipulis & fœno exstructas incendebant, & per excitatum fumum transliebant, se hoc sacrificio expiari credentes, morbos depelli à se & à pecore, item lypos abigi. Ouid. de his:

*Pelli procul morbos, valeant homines q; gregesq;*

*Et valeant vigiles prouida turba canum.*

*Et Tibull.] Ille leuis stipula solennis potus acervi*

*Accendes, flammæ transulesq; sacras.*

*Vnde Roman.] i.* Ex quo rure Saturio Romulus, Romus, & alii auctores Romani generis sunt erinadi, vel in quo sunt nati. Vnde nobilissimorum Romanorum prima cunabula & origo, vnde patres nostri ad imperium prodierunt, & illud virtute sua ampliarent. Tecte & obiter quasi aliquid agens (quod quidem Satyricis & Iuuenali imprimis vltatissimū) tangit Romanos à rusticis occidendos, & ambitionem illorum perstringit, inuens priscos patres non mollicie & luxu vitiosos sed labore & virtute veram sibi gloriam comparasse. Porro Remus & Romulus à pastoribus, non nati, saltem nutriti & educati sunt. Notat hoc ipsum Iuuenalis in calce Satyr. 8.

*Maiores primos, quisquis fuit ille thorum*

*Aus pastor fuit, aut illud quod dicere nolo.*

*Sulcoq; tenens dentalia; Quinte.] i.* Ex quo rure olim summi Imperatores & Dictatores prodierunt, atq; adeo tu o Dictator Quinti Atilii Cincinnate Serrane, quem rure arantem, ad Dictatorem contra Samnites S.P.Q.R. per lictorē in vrbein vocauit, qui Consulē Romanū à Samnitibus obsequio obsequio liberauit, ducem Samnitū in deditionem accepit, deq; triumphauit, & 16. die acceptam Dictatorem deposuit, & ad agriculturam rediit. Vide Liv. lib. 3.

*Sulco arant dentalia;.] i.* Arans. Nam inter arandum dentalē vell. gnum cui vomer inducitur sulcus vel lacuna vomere facta atteritur. Porro Dentalē in continua aratione atteritur. Vomet dictus quod terram vomat.

*Quinctia;.]* Vocandi casus, q. d. b. Quincti arator sulco terens dentalia. i. Arans & suam manū tenens & trans Tibrim agrum quatuor ingerum colens. Illa ingera postea *prata Quinctia* dicta sunt.

*Cum trepida ante bonos Dictatorem induit Exor.]* Sudans enim & nudus rusticorum more arabat, cui ob id vxor Racilia trepida & rei nouitate perterrita, & vicino rugurio propere vestem attulit, & virum suum Dictatorem iam à Senatu Romano delectum induit.

*Trepida.]* Rei nouitate pertulsa, vel etiam festinans.

*Ante bonos.]* Ex prope aratrum quibus arabat.

*Et tua aratra domum lictor tulit.] i.* Cum publicus minister à senatu missus, vt Dictatorem designatum in vrbein vocaret, aratrum tuum domum humeris sublatum reportauit.

*Lictor.]* A Ligando, quod vel falces virgarū ligarent & Consulibus præferrerēt, vel quod quem Consules prehendi iussissent, prehenderēt & ligarent. Hæc obiter attexit auctor noster mentione facta ipsius ruris saturi, quod quattuor rudimentum poetæ negat auctor noster vanos illos poetæ posse describere; qui tamen sublimia quæque aggrediebantur. Ob id ait:

*Illy. Poeta.]* Ironice & cum exclamatione clara voce legendū: Laudando non siccopice irridet.

Gece 3,



q. d. *O* bu feiner Poeta! Est ironica salutatio per apostrophē, ad vanum Poetam. q. d. Euge diuissime & ingeniosissime Poeta! *O* caput miri acuminis! Est acerbillima ironia. q. d. *O* te stolidissimum Poetastrum elleboro potius quam corona dignum, & oblongis potius affici auribus, quam Phœbea lauru. Tunc enim tam grandibus & sublimibus dextram implicas, & hæc tam exilia progymnasmata explicare non potes.

*Euge.*] Respexit ad superius illud adulatorum *Euge*. q. d. Ego etiam tibi adlabor, & Euge tibi acclamabo homo vanissime. Egregios vero Poetas, qui grandia & sublimia aggredi non crebescunt, cum ne hæc quidem tam minuta, tam pusilla recte explicare possint.

*Est nunc Brisei quem venosus liber Acci,  
Sunt quos, Pacuinusq; & verrucosa moretur  
Antiopa, erumnis cor luctificabile fulta,  
Hos pueris monitus patres infundere lippos  
Cum videas, quarisne, unde hac sartago loquendi  
Veneris in linguas? unde istud dedecus, in quo  
Trossulus exultat tibi per subsellia leuis?*

## TABULA IX.

Repre- hendit Poetas	3. A factis quod antiquissimos Poetas legant, & eorundem adfectatam grandiloquentiam imitetur.	Accius furens & Bacchiæus, totius cœmina damnat ex adiuucto, quod sit venosa, inæqualia, mendosa. v. 76. Pacuinus, eiusq; Tragœdia, quam vituperat ex adiuucto, quod 1. incerta & verrucosa sit, v. 77. 2. quod in horrida grandiloquentia, quam probat verbis inde citatis, v. 78.
Hoc argumen- tū auctor no- ster, tum qui- dem	Declarat per species aliquot obsoletorum Poetarum, ut sunt	Argumento à causa ad effectum. 1. Quia patres lippi suis hæc antiquitatem commendat, vnde illi ubiles & illa miscella pronunciationis & sermonis Romæ, v. 79. 80. 2. Quod hinc nobiles Romani tibi antiquariis appllaudent turpes, vers. 81. 82.
	Amplificat ex effectis quod hæc antiquitatis ambiciosa consecratio lingus Romanam corruptam Probat hoc tum	

*Est nunc Brisei quem venosus liber Acci.*] Aliud Poetæ vanitatis argumentum à factis, quod affectant obsoleta & antiqua verba, & Poetas vetustissimos & antiquitate squalentes Accium, Pacuivum & alios imitentur & legant, spreto recentibus, & *καὶ τῶν παλαιῶν* eorum vitia pro virtutibus æmularentur. Fabius lib. 2. cap. 6. *Duo vitia in oratione vitanda esse monet, ne dure scamus in lectione antiquorum Græcorum & Græcorum, & ne recentes lascivia seculi sequeamur.* De posteriori genere ante dixit & nunc dicit, iam in antiquarios inuehitur. Porro demonstrat Horat. quod non ut apud Græcos, ita etiam apud Latinos quæque antiquissima statim sint optima

*Si quia Græcorum sunt antiquissima quæque  
Scripta vel optima, Romani pensantur eadem  
Scriptores trutinæ, non est quod multa loquamur  
Nil mira est oleum, nil extra est in nucis duri.*

*Est nomen Brisei.]* i. Est nostris temporibus aliquis qui gaudet lectione antiquissimi poetæ Tragicæ Accii.

*Brisei Acci.]* i. Bacchici & furentis. Bacchus enim à Brisa promontorio Lesbi ubi Bacchus colebatur *Βεργιδος* fuit dictus vel à Brisa nympha, à qua educatus. Hinc *Briseum*. i. Bacchicus. Alii contendunt ipsum à *Byrsa*. i. Pelle ita dici, qua amictus aduersus hostes processit. Alii à *Βρυσί* quod significat scaturire, emanare, inundare, madefacere, Vt ut sit Bacchus Briseus dicitur. Et hic Accius Briseus dicitur, quod Poetæ Tragicæ & Comici in Liberi patris fide & clientela essent Horat.

*Rise cleus Bacchi* ———

Atque legunt *Atti* Labconem intelligentes, eo forte Briseum dictum, quod Iliada Homeri translulerit, in cuius primi libri fronte Briseidos hoc est, Hippodamiz filiz Brise, sit mentio Achilli per Agamemnonem ereptæ. Qui & ipse Labeo Briseida conscripsit librum turgidum & inflatum. Et sic legi posset — *Brisei* *Venusus liber Atti* per Epexeceſin. Est interpretum quidam qui censent Briseida quandam Tragœdiam esse Accii, ut Antiope ipsius Pacuuii. Porro id de Attio non placet. Loquitur enim auctor noster de priscis, cum Attius Persii esset contaneus. Legendum ergo *Accii* qui fuit *Βύρρωνος* Pacuuii, qui duo plerumque apud auctores coniunguntur Fab. lib. 10. *Accius & Pacuuius optimi sunt Tragicæ sed antiqui nimis.* Fuit autem Accius Tragedus summa sententiarum grauitate, pondere & auctoritate personarum, Teste Fabio. Quidius.

*Ennius arte carens, animosusq; Accius oris.*

*Casorum nullo tempore nomen habens.*

Asperior tamen fuit, & in verbis durior, unde hic dicitur Venosus, Mendorum plenus, inæqualis, tuberosus, turgidus, horridus, intricatus, tortuosus, asper, verrucosus, à venis sanguine plenis Metaphora desumpta, quæ inæqualitatem quandam in corpore humano pariunt. Notauit hoc ipsum Martialis.

*Carmina nulla probant facili quæ tramite currant*

*Sed quæ per salebras, atriaq; saxa cadant.*

*Attenuatq; legant terras frugiferas,*

*Acciusq; quicquid Pacuuiusq; sonant.*

Porro de fugiendis verbis obsoletis vide Agellium lib. 1. cap. 10. Vbi Phauorius aliquem adolescentem nimis prisce & vetuste loquentem reprehendit. Et Cæsar teste Macrobio & Agellio dicit. *Sic tanquam sepulchrum fugias inauditum & insolens verbum.* Idem ferme de Accio celsi Horatius euan ait,

*Rasæ, nec uis crocum floresq; perambulet Acci.*

*Sunt quæ Pacuuiusq; moritur.]* Poeta fuit Tragicus Brundisius, maximus, antiquissimus, præterea etiam egregius, Ennii Poetæ ex sorore nepos. Tragicorum omnium princeps apud Latinos. Paucæ eius restant fragmenta. Huius Epitaphium modestissimum ponit Agellius lib. 1. cap. 17.

*Adolescens, etsi properas, hoc te saxum rogat*

*Ut se aspicias, deinde quod scriptum est legas;*

*Hic sunt Poeta Pacuuii Marci sita*

*Ossa, hoc volebam nescius ne esses. Vale.*

*Verrucosa Antiope.]* Tumida, tuberosa, salebrosa, aspera, incultra, horrida, & ut supra dixit, venosa. Nam *Verruca* ut & tuber inæqualitatē gignit. Porro vulgo dicitur. *Plin. Oryzum myſo atramento sutorio verrucosus tollit.* Serenus. *Interdum existit turpi verruca papilla.*

*Antiope.]* De hac eximia Tragœdia inquit Cic. lib. 1. de Fin. initio. Quis Ennii Medeam & Pacuuii Antiope contemnat & reiciat? Persius tamen illam obnituiam duritiam parum probauit. Fuit autē Antiope Nylei Lesbiorum regis filia à Ioue in Satyrum conuerso constuprata, quam maritus Lycus Thebarum rex ignarus à quo grauida esset, repudiavit, aliam quandam Dirce in matrimonium ducens. Quam Dirce à Lyco Marito grauidam suspicata, ex zelotypia in tenebris clausam infinitis cruciatibus vexauit. A cuius tandē filis Amphione & Zetho, quos Antiope ex Ioue genuerat, Dirce indomitæ equorum caudis alligata meritis sui sceleris poenas luit.



*Moretur.*] Detineat, iuuet, delectet. Nam quæ placent & probantur, illa nos remorari solent. *Ærumnis cor luctificabile fulta.*] Nêpe cum à Dirce tot calamitatib. vexaretur, tot ærumnis cor eius cingebant & augebāt, vt illis ipsis ærumnis & miseris, cor fultū, nixum, & incumbens habere videretur. Nā quæ vndiq; circumstant, illis quasi fulcimur. Sic scribunt de Polyæto contra Persas ab Atheniensibus missio, qui ab hostibus tot vndiq; iaculis petitus post multos interfectos à se tandem mortuus est, vt non cadere potuerit, sed iaculis vndiq; innoxius steterit. Est autem hoc loco metaph. non audax solum sed pæne temeraria & absurda. Et hic Persius de industria duras Pacuuii voces imitatus est, nec dubito quin hæc verba ex ipsa Tragedia Antiope Pacuuii desumpta sint, vel saltem sunt Persii, Agcii & Pacuuii nimis horridam grandiloquentiam de industria adfectantis.

*Cor fulta.*] Synecdoche Grammatica.

*Luctificabile.*] Miseris & ærumnis cor luctuosum habens, miserabile, ærumnabile, calamitosum, aptum ad luctum inducendum, luctificum. Hoc vocabulum Tragicum est & Pacuuium, ac id genus vocabulorum irridendum.

*Fulta.*] Durissima & absurda metaph. Fulcimur enim rebus gratis & salutariis, non autem damna inferentibus & molestis ærumnis.

*Hos pueros monitus patres infundere lippos cum videas.*] Amplificat hoc vanitatis Poeticæ argumentum ex effectis, quod hæc priscorum verborum adfectatio Latinam linguam corripuit. i. Cum videas lippos, senes, & cæcos patres pueris filiis suis hosce monitus proponere & antiquitatis monendo & hortando cōmendare, & omnibus modis inculcare, nihil mirū est, quod magna sit confusio & miscella Latini sermonis, nec causa est, cur quæras, vnde confusio noui & veteris, vilitati & obsoleti sermonis iam Romæ denuo inoleuerit.

*Hos monitus.*] Verborum exhortationes intellige. Nimirum quasi cum matre Eandiloquentum esse, & linguae obscuritatem & vetustatem quasi ab Orco esse reuocandam & etæternitatis esse erudendam. Veterum Poetarū Tragicorum vetusta verba in pretio habenda & imitanda esse.

*Patres lippos.*] i. Cæcos, qui tamen iunioribus viam monstrant. vel deliros & stultos senes. Horat.

— *Crispini scrimia lippi.*

Et noster Sat. sequenti.

*Non possit magni Messalla lippa propaga.*

Et Sat. 7. *Vappa. Es lippos, Es in tenui sarragine mendax.*

Nimirum à corporis ad animi vitium. Vel etiam proprie & naturaliter. plerumq; n. senes lippi.

*Pueri.*] A teneris annis & vnguliculis.

*Infundere.*] Metaphora ab aqua. Instillare quasi cum materno lacte, & assiduo inculcare. Seniores enim omnia vetusta solent laudare. Porro contra senes hæc Saryra frequentissime infundit, illosque potissimum inter Saryræ canas ponit,

*Vt cum ad caniciem.*

Item.

*Tum Getule.*

Et,

*En pallor seniumq;.*

Et paulo post:

*Nilne pudes?*

*Quarime. Vnde hæc sartago loquendi Sumeris in lingua.*] i. Potestne querere? vel, estne causa, vt quæras? q. d. Frustra quæris, quia causa est in promtu ab illis parentibus profecta. q. d. Non est mirum si pueri corrumpantur, cum hæc à parentibus acceperint & didicerint.

*Vnde hæc sartago loquendi Sumeris in lingua.*] i. Vnde hæc confusio & mixtura obsoletorum & vltimatorū in linguam & sermonem Latinum venerit. Ducta metaph. à sarragine, quod vt in illa patella variorum animalium carnes commixtæ friguntur & torrentur, ita nouum & veteris, vilitata & obsoleta passim ridicule & inepte coniunguntur.

*Sartago.*] Decore Satyrica translatione & sudaciore metaphora & phrasi ineptum illorum sermonem imitatur & deridet Persius. Sartago aliàs Frixorium dicitur: vel eo respicit, quod in sarragine variæ carnes friguntur & torrentur. Vel ad sonū respicit, quod vt sibilus, crepitus vel strepitus Sarraginis est confusus, & corruptus & auribus ingratus, & ita argutam garrulitatem sine sensibus reprehenderet. Vel etiam quod vas illud sordidissimū & vacuum sit. Sed prius illud magis placet. Reprehendit n. hic confusio verbōrū & obsoletorū & vltimatorū.

in lra.

*In lingua*] In Communem hominum sermonem denegiret.

*Pede quædam*] id est, Mos ille dedecoris & ignominie turpitudinisque plenus & Romanis indignus. Illa ratio Latini sermonis fracta, efformata & viro Romano indigna. Et in quo sermone dedecore molles illi & delicati illi tui adulescentes tibi plausuri exultant.

*Dedecus*] Loquendi corruptela.

*In quo Trossulus exultat tibi per subfalsia laus*] Quia corrupta loquendi consuetudine Romanis iure delectantur. hoc autem Iuperinus appellavit dedecus. Quod scilicet Equites nostri Romani delicati & voluptate dissuantes his obsoleti sermonis imitatoribus & fabularum Actoribus applaudant, & manuum pedumque exultatione faciant.

*Trossulus*] Ita dicti Equites Romani, qui sub regibus *Celeres*. Deinde *Flexumines*, postea *Trossuli* dicti sunt, teste Plinio lib. 32. cap. 2. quod scilicet sine peditibus duce Numiæ Trossulam Hetruriz opidum non procul à Volscis expugnassent. vel Trossulus, ut Nonius ait Torosus, bene habitus, & in cute curanda plus æquo operatus, cuius Deus venter, quasi Torosulus à torosa & musculosa pinguedine. Et sic intelligit auditorem voluptuarium, saccosum, opimum, quem magis pigmenta, sterculi & lenocinia orationis, quam res, *scas* & ornamenta commoveant.

*Exultat*] Terram pede tundit, plaudit, vehementer delectatur.

*Fals*] Vano nimirum poetæ veterum sermone obsoleto utenti.

*Laus*] Efformatus, mollis, politus, delicatus, glaber. Irrisorie. Quidam de inberbi Ephebo interpretantur.

*Per subfalsia*] Theatri scilicet vel etiam ædificii in quibus Fabulas recitas.

*Nitue pudet Capiti non posse pericula cano  
Pellere? quis tepidum hoc optes audire, decenter?  
Fur æ, ait Pedio: Pedius? quid crimina rasis  
Libras in antichetis: doctus posuisse figuras  
Laudatur: bellum hoc, hoc bellum? an Romule cenat  
Meni' moueat quippe, & cantet si naufragus, assens  
Protulerim, cantas, cum fracta te in trabe pictum  
Ex humero portat: verum, nec nocte paratum  
Plorabit, qui me voluit incuruisse querela.*

## T A B U L A X.

Reprehendit obiter o-  
mnem ob eandem va-  
nitas, quam tunc

In Oratoribus damna-  
& pponit ex factis quod  
etiam in causis capitali-  
bus pro senibus verbo-  
rum & figurarum stoc-  
culis laudem sibi vena-  
rentur & acclamationes  
adulantium versu 83. &  
84. Amplificat hoc cir-  
cumstantiis per Dialo-  
gum.

Auditorib. vide seq. pag.

Accusatoris. Qui Pedium furti infam?  
lat. vers. 85.

Rei Pedii se defen-  
dentis non solidis  
argumētis sed ver-  
borum antithetis &  
figuris. proponit  
hoc tum per

Factum Pedii qui  
obicit crimina ex-  
politæ figuris dil-  
at vers. 85. & 86. Ef-  
fecto affectati illius  
ornamenti sermo-  
nis, quod ob id lau-  
datur ab auditori-  
bus, eique acclame-  
tur vers. 86. & 87.

Dddd

In auditoribus cum indignatione vituperat argumento dissentaneorum. Quod nobilissimi Romani turpiter adulentur tali Oratori verſ. 87. Huius rationem addit à

Repugnantibus quod adularentur illis qui quasi cantabant, curz deberent ſerre. verſ. 88.

à simili: vt nemo naufrago picturi naufragii in humero portanti, cantanti & laceranti Eleemofynam dat: Itaq; neq; Impudens orator ſplendida oratione me permouebit, vbi ſicta & lacrimis opus eſt ver. 88. 89. & 90.

Collatione Minorum de ſe ſpecialiter. Ego ne fictis lacrimis quidem mouerent, tantum abeſt vt ficta ſplendida oratione & quaſi gaudio ver. 90. 91.

*Nilne pudet Capiti, non poſſe pericula capiti, pelleret?* ] Obiter iam & quaſi per parentheſin oratores & cauſarum forenſium actores & patronos progreditur, in quibus eandem viſum exagitat argumento à factis, quod variis circumſtantiis amplificat. Quod in cauſa capitalis, cum de vita & fama agebatur laudem atq; acclamationem verborum & figurarum ſumptiſſime adhibitis ſibi caperent. Ornamenta autem orationis pertinent potius ad commendationem ſpectantium, quam iudiciali. Sic Fabius quosdam notat qui in plauſibiles & ſuauiter ſe excurrebant, vt à circumſtante corona laudarentur, nec in eam cauſam deſcenderent. Eſtne turpiſſimum quosdam gloriæ adeo eſſe auidos vt vel in periculo capitis eloquentiam ad auidam oſtentationem adhibeant.

*Nilne pudet.* ] I. Nonne te pudet te non poſſe ſenem cauſæ & miſerabilem in iudicio defendere niſi verborum fumos tuis auditoribus vendas, & illas acclamationes *Euge, ſelle, recte*, decet tibi expectas atq; exoptes? Te non poſſe in ſuo vbi de periculo capitis agitur ſenem deſerere & capitale periculum ab ipſo auertere.

*Pudet.* ] Pudendum enim eum vita in periculum adducitur ſollicitum eſſe de laude adipienda, idq; in tanta ſenectute. Ob id Quintilianus ait. *Quis enim ſeruat contra poſiti & conſuetudinis ſententiam, ſententiam, rogantem, deprecantem, vbi atrocitate, inuidia, miſeratione opus eſt? Cum nam cura verborum derogat affectibus ſidem, & vbi ueritas, ars oſtenditur veritas abeſſe videtur.*

*Capiti cauſa.* ] Vehemens ſimphas. Ibi enim ſimphicibus verbis ſens & miſeratione operatur, nulla verborum & figurarum ſollicita cura. Ipla enim ſpecie miſerandæ ſenſ ſpectatorem facile ad miſericordiam impulerit.

*Cauſa.* ] Vel alieno cuius patronus es. Vel potius tuo ipſius. q. d. turpiſſimum eſt cauſam eius modi ineptias & nugas adhuc conſectari.

*Pericula.* ] Crimina obieſta & poenas.

*Pellere.* ] Arcere, auertere & proſigere.

*Quin tepidum hoc opus audire decet.* ] I. Non potes pro cauſa ſenis loquiſſoratorum quæ oratione populi applauſum veteris, quin illas auditorum tuorum acclamationes, *euge, ſelle, recte, bene, recte, eleganter, decenter*. tremula voce proclamatas audire opus & deſiderare. *decenter* vox acclamationum, quam in capitalibus etiam ſibi querebant.

*Trepidum hoc decet.* ] Hoc verbum decenter trepida voce ad audiendum tibi cauſam tuam ponitur. aliter *Trepidum* i. inanes, minus validas, tepidas & frigidas & viles. *Fuit es, ait, Pedio.* ] Quod dixit exemplo Pedii declarat, qui à Cyrenenſibus in iudicio accusatus, huiusmodi malis artibus ſe defendit. q. d. Exempli cauſam à Cyrenenſibus in iudicio dicat Pedio in iudicio. Turbæ Pedii, furti & ſacrilegii reus es. Fuit autem Pedius ſervus Neronis, à Cyrenenſibus accusatus. quod Fanum Miſculapii expulſet, & deſectum in pretio & ambitione corrupiſſet.

*Ait.* ] Aduerſarius accuſator Cyrenenſis.

*Pedio quid?* ] I. Quidnam interea agit & ait Pedio, vbi huiusmodi crimina ſibi obieſta, quæ tam reſpondet, qua ratione ſe excuſat, quibus ſe argumentis purgat & defendit.

*Criminaraſis, librat in Antithetis.*) Verba poetæ Perſii, quibus factum Pedii indicat. quali dicat. Ille vero non directe ad crimen ſibi obiectum reſpondet, ſed miſſis veris & ſolidis argumentis, quibus forte deſtituitur, ſolummodo verborum ſoſculis & lenociniis, figuris & Antithetis crimina ſibi obiecta librat, ponderat & trutinat, & neſcio, qua circumſitione à ſe remouet & declinat. Poſſunt hæc dupliciter intelligi. Vel quod ipſe Pedius accuſatus ſit, vel quod accuſatum in iudicio deſenderit. Quidam etiam de poetis & verſuum recitatione, intellegunt, tanquam Pedius furti & repetundarum accuſatus, non fortiter reſpondendo ſe purgauerit, ſed ex verſuum compositione fauorem iudicum captauerit, & quod miſa criminis materia ad figuras & antitheta commigrarit, & ob id non deſunt, qui legant *carminaraſis*, ſed prius illud melius.

*Crimina librat.*] Ad concinnitatem Periodorum eſt referendum, quibus includebat obiecta ſibi crimina, vt videretur periodos appendere in bilæce. Quadam moderatione, verba trutinat, ita vt numerum literarum, ſyllabarum, vocum, pedum, temporum, caſuum, & omnia denique conſideret, ne plus ſit in vno quam in altero membro. Proſus vt æqualis ſunt ponderis quæ in lance vel libra & trutina penduntur.

*Librat.*] Sperans ſe his ornamentis ſimul & vna opera & abſolutionem & laudem confeſciturum.

*Reſp.*] Ingenti cura limatis, elaboratis, perpolitis, excogitatis ſumma induſtria. Eſt metaphora per operibus torſo factis.

*Antithetis.*] i. Figuris & contrapoliſis, quæ forte in hanc ſententiam poſuit: Itane Pedius.

*Furti, qui ab alienis ſemper abſtinent  
Auarum, qui ſuis ſemper diſſidentem ſunt  
Sacrilegum, qui ſemper pietatem colunt  
Ambitioſum, qui honorum ſummum ſemper contempſit,*

*Furti accuſatur, qui inſiſtiſſimus:  
Auaritia, qui contemniſſimus;  
Sacrilegiis qui Deum obſeruaſſimus:  
Ambitum, qui ab honore cupidine alieniſſimus.*

*Non fur, ſed integer & honeſtus,  
Non avarus, ſed beneficus & liberalis.  
Non ſacrilegus, ſed pius & religioſus.*

Sic Antitheta ſunt: Hac parte pugnat petulantia, hinc pudicitia, hinc caſtitas, hinc fides, hinc ſtudioſitas. Sic Cic. Domus decet? At habebas. pecunia ſuperabat? At egebas. Item in pace ad vexandos ciues accerrimus, in bello ad expugnandos hoſtes inertiffimus. Et alibi: victi pudorem libido, timorem audacia, ratione amentia, & illud in Miloniana. Eſt enim iudices, hæc non ſcripta ſed nata lex, quam non didicimus audiuiſimus, legimus, ſed à natura arripuimus, hauiſimus, expreſſimus, ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti ſed imbuti ſumus.

*Doctus poſuiſſe figuras, laudatur.*] i. laudatur ab auditoribus, quod egregie & artiſcioſe didicet figuras & ornamenta verborum concinnare. i. Laudatur à circumſtante corona, quod verborum flores & picturas orationi ſuz docte inferuerit.

*Doctus poſuiſſe.*] Duplex Heleniſmus, primus in *poſuiſſe*, i. compoſuiſſe & concinnariſſe *ſententias* & ſcripta dixit *ponere locum artiſices*. Secundus vſitatiffimus ille, *doctus poſuiſſe*, i. laudatur tanquam vir doctus in ponendo, vel ad ponendum.

*Bellum hoc.*] Verba auditorum Pedii orationem impudentiſſime comprobantium, tanquam dicerent. Hoc Pedius belle dixit, hoc eſt pulcrum, hoc decorum.

*Hoc bellum.*] Verba Perſii cum indignatione & ſtomacho vultuoſe pronuntiata. Iratus enim Perſius hæc dicit. Quod non ſolum Romani non ægre ferrent, ſe verborum oſtentatione illud, & ad obiectum crimen nihil reſponderi: verum in ſuper etiam illi congratulantes acclamarent. Quasi dicat Perſius: Eſt hoc bellum? imo hoc eſt longe turpiſſimum.

*An Ro. civ.*] Reſpōdet per indignationem, poſta rei turpitudine, demonſtrando indignitatem rei. An tu Rom. à Ro. oriundus vir non es, ſed vano Oratori more canis impudenter cauſam in-

Etas & impudentissime adularis. q. d. Adeone vos Romani nobiles à virtute & prudentia maiorum vestrorum degenerastis, ut impudenti rabulæ & impostori canum more adblandiamini? Coniunguntur autem hoc loco duo quasi Contraria per summam indignationem. Antu Romule vir sanctissime indecoro motu corporis adularis? an tu molles & obscenos clunium motus agitas? sic supra dixit *Ingentes trepidare Titos.*

*Cenest.* i. Adeone es perditus, ut hæc tam indigna, tua acclamatione comprobetur? Est autem *cenestere* proprium canum clunes adulando agitantium. Inde etiam ad res venereas transfertur. Sic Iuuenal. Satyr. 2.

— *Et de Virtute locuti*

*Clunem agitant. Ego te cenestiam Sento Verbari?*

*Men moueat Quippe.* ] Rationem suæ indignationis & quod Romani olim fuerint adulatores canes degeneraverint, à repugnâtib; quod sese moveri paterentur, ab illis qui emtabant, cum deberent sperare. Quod Pedio tanquam optimo viro granularentur, qui magnificum verborum maiestate usus fuerat, cum debuisset sletu & lacrymis humilissimo dicendi genere indicum misericordiam implorare.

*Men moueat.* ] Ex Moratio defunctum, qui inquit

*Men, moueat crimen Panturinus?*

Reprehendit ergo ipsos Romanos auditores, qui tanquam Oratorum mancipia, verborum fumis tam turpiter sibi patiebantur imponi. q. d. Mene ad misericordiam reus commouebis, & magnificis & sesquipedalibus verbis, ambitiosa oratione utatur, quem oporteret miserabili voce ludicum commiserationem implorare? Numquam profecto: Sic nos Germani dicunt *solt er mich bewegen?*

Hinc Horat. inquit

— *Si sis me flere dolendum*

*Primum ipsi tibi.*

*Et cauet si naufragus affem protulerim.* ] i. Si naufragus cantet egone vel minimi munus proferrem scilicet donarem. Est autem argumentum à simili. Ut cantu naufragus hominum potentum misericordiam in se non conuerteret, sed querimonias & lacrimis illos demum ad misericordiam commouebit: Ita improbus Rhetor furti accusatus suis delectis figuris me nequaquam commoueret, inquit: suam sententiâ perduceret. q. d. auctor. Ego impudentissimorum ilorum nebulonum clamoribus non magis mouerer, quàm si quem naufragum suspericula, & crimina & casus in tabula depictos circumferentem & stipem corrogantem castare, & post periculo exultare audiam. Vel quemadmodum naufragus si stipem à me emendicat, & vultu laetum atque læto cantet, nec numulum quidem vel assem à me accipiet: Ita nec reus, me quilibet commouebit, ut ad misericordiam commouebit, ut Germani diceremus. *Eosle ich emendicant. Iet cin ysenning geben/wen er sauchjet vnd singe.* Norunt omnes quam miserabiliter lamentabili voce illi vtantur, qui ab aliis stipem emendicant. Qui profecto si præ læpide reant frustra essent cantari, & ne obulum quidem acciperent.

Solebant autem naufragi naufragium suum depingi curare in tabella quadam & humero portare, & opida ac plateas cum illa pictura pererrare, & obuios miserabiliter ora & lamentabili voce ad stipem sibi erogandâ & commiserationem impellere. *Art. Poet.*

— *Quid hoc? Si frastus enatas exspes*

*Nauibus are dato quæpingitur.*

Et noster Satyr. ult. *Frangere aliquid, largire inopi, ne pictus oberrat*

*Carulea in tabula*

Et Iuuenal.

— *Mersa rate naufragum affem*

*Dum rogat, & picta se tempestate tuctur.*

Hanc tabulam pictam postea illi Deo suspendebant, cuius ope se à naufragio liberatos credebant Horat. lib. 1. od. 5.

— *Me tabula sacer*

*Votum a paries indicat, bonumida*

*Suspendisse potens*

*Vestimenta maris Deo.*

*Cantus cum fractis te in trabe pictum ex humero portes*] In eadem similitudine perstuerat. q. d. si reum videro tali verborum Lenocinio se tuentem, perinde ad misericordiam monebor, acque si naufragum casus suos in tabula depictos circumferentem cantare audirem. Cui sic cantanti, cum plorare deberet, assensum se esse daturum superius negavit. Hoc vult dicere. Quod accusati & rei magnificis verbis uti non deberet, sed querimoniis & lacrimis. In quo ipso Rhetorum stultitiam & stuporem redarguit, qui se decipi & circumdandi talibus nebulonibus perhibebantur, imò illis indignissimo cantum more adulabantur.

*Cantus*] Id est, Tu accusatus vel reus idem facis, cum ambitiosa oratione, & figurarum plurimibus ornata in iudicio te defendis, quod naufragus facit, qui letus cantat dum se in tabella naufragum depictum circumfert, & alios ad misericordiam vult commovere. Hæc enim absurda.

*Cantus*] Cum interrogatione. Tunc cantas & letus triumphas, id est, Tunc magnis verborum ampullis uteris, cum sit reus, & ad iudicium subsellia traharis?

*Pictum*] Nam ne sæpius in eroganda stipe suam calamitatem narrare cogreatur naufragium suum in tabula aliqua depictum ex humero portabant:

*Fractis in trabe*] Id est, Te tabulas vel trabes fractæ nanis comprehendentem & ad terras cantantem q. d. Quid hoc absurdo absurdius? nempe te naufragum naufragium infelicem tuum casum ex humero depictum gerere & interea cantare/sic quid absurdius quam reum magnificis verbis uti qui ad iudicis subsellia protractus extrema stat fortuna?

*Vosque, nec nocte paratum plorabit, qui me vobis incurvasse querela*] Vim habet imparium maiorum, q. d. Tantum abest, ut talis Rhetor vel Sophista magnificis verbis me commoveat, aut in suam sententiam perducatur, ut ne fictis quidem lacrimis & oratione vel maxime ad misericordiam commouendam comparata illud sit præstiturus. id est, Qui me sua querela ad misericordiam commovere, & ad subleuandum lapsum, & huius deiectionem incurvare & flectere velit, ille mihi non lamentabile aliquid nocte comparatum & excogitatum plorabit, nec elaboratum, & præmeditata oratione, sed naturali, visida, & simplici suas mihi calamitates recabit.

*Nocte paratum*] Nocturno tempore summis curis & vigiliis meditantur querelam,

*Paratum*] Excogitatum, elaboratum, sic Orationes Demosthenis lucernam olere dicebantur, quod illas nocte ad lucernam summa cura elaborasset.

*Plorabit*] Lamentabili voce recitabit.

*Incurvasse*] Metaphora. Ad deiectionem subleuandum & erigendum insectere, id est, Movere ad misericordiam. Est Metaph. ab eo qui deiectionem ex misericordia subleuare nititur. Id est, nisi naturali & simplici & vera voce suas ærumnas mihi reciter, frustra recitabit. Vos contra Romani vani & solidi ab huiusmodi sophistis vos duci & abduci tanquam vilissima manipula quocunque illi volunt permittitis. q. d. Immo vero ne ille quidem me commovebit, quia nocte paratam & meditatam querimoniam plorans mihi recitare voluerit, & quicunque me ad flectere & incurvare voluerit, eiusmodi fictis & præmeditatis querelis, frustra me agere poterit. Nec itidem loquax ille rabula oratione sua elaborata, & lucernam olente, nisi non & solidæ rationes subsint, unquam me commoverit.

*Sed numeris decor est, & iunctura addita crudis.*

*Claudere si versum didicit, Berecynthius Atys:*

*Et qui ceruleum dirimebat Nerea Delphin:*

95 *Sic costam longo subduximus Apennino.*

*Arma virum. nonne hoc spinosum & cortice pinguis?*

*Vi ramale vetus vegrandi subere coctum.*

*Quidnam igitur tenerum, & laxa cernise legendum?*

*Torua Mymalloneis implerunt cornua bombis:*

100 *Erraptum vitulo caput ablatus a superbo*

D d d d s

*Bassaris, & lyncem Manas flexura corymbis,  
Enion ingeminat, reparabilis adsonat Ecbo.*

T A B V L A X I.

4. A factis, q̄ verborū grātiloquētiā sine mente affectatū, Declaratur hoc tū  
Reuocans ad Poetas illos damnat.

Dialogismo scopico & Ironico in quo triplex obiectio & responsio.

1. Obiectio aduersarii vani Poetæ ex effectis, quod illa figuræ carmina saltem alias ingrata futura, decore & elegantiā commendarent v.92.  
  
Refutatio auctoris per species aliquot singulares versuum ex libris Poetarum illius temporis depromptorum. Vt sunt carmina putidissima  
  1. De Berecynthio Atys vers.93.
  2. De Arione & Delphine v.94.
  3. De Annibale per Apenninū in Italiam penetrante v.95.
2. Per collationem parium illustrata, quod Æneis Virgilii turgidum & crassum eadem vanitate laboret vers.96  
 Refutatio Persii per concessionem Ironicā eadem parium collatione explicatā, quod illud Virgilii Poema sit crassum & pingue, vt annosus arboris ramus solis calore excoctus vers.97.
3. Per interrogationem vani Poetæ, quā vanitas illa vltius explicatur, & quæritur. Quod nam tandem tenerum Poema sit, minusque turgidum, minusque contenta voce pronuntiandum, ver.98.  
  
Responsio Persii Ironica per species aliquot vanissimorum Poetarum illorum vanorū, versuum explicata, ex Neonis Niobe, vbi Pentheus à Bacchis dilacerptus,  
  - Describitur versibus putidissimis & adfectatis, vers.99.100.101. & 102.

Argumento serio. Vide sequentem.

*Sed numeris decor est, & iunctura addita crudis*] Quasi per parenthesin inseruit sermonem de oratoribus iam quidam per obiectionem reuocat auctorem nostrum rursus ad Poetas, quos itidem reprehendit, & idem in illis quod superius in Oratoribus vitium damnat, quod tantum sonori esse studeant, sententiarum pondus negligentes. Est ergo aliud quoddam Poeticæ vanitatis argumentum quod nimiam soni & concinnitatis verborum, nullam subiectæ sententiæ rationem habeant. Quod confirmat versib. aliquot ex Poetarū sui temporis libris depromptis. Occurrit ergo huic obiectioni. Vt vel maxime, ò Persi, ficta hæc verborum ornamenta causis orandis & peragendis non competant, sed tamen innumeris, carminibus, & versib. illa rite adhiberi posse neges: Nam quæ alias essent cruda, iis illis figuris decus & ornamentum accedit, & consona connexio, & singularis dulcedo additur. Possunt etiam hæc absolute, non cum respectu ad oratores intelligi tanquam obiciat ille: in Romanorum Poetarum carminibus, tamen esse iuncturam suauem & decorem egregium.

*Crudis*] Versib. alias, si non solerti aliqua cura elaborentur, asperis, ingratissimis, illis verborum ornamentis accedit nitor & elegantiā, item concinnitas & iunctura. Est Metaphoræ incoctis cibis, & immaturis fructibus. Intellegit autem versus remane esse, nec munda, inditacione satis decoctos, q. d. Immaturis, acerbis, ingratissimis, inculcis.

*Numeri*] id est, Versibus, qui certis numeris & mensuris constant.

*Decor*] Ornatus Suenitas, & Dulcedo.

*Iunctura*] Connexio & structura & coagmentatio æquabilis.

*Clandere sic Verbum didicer*] Confirmatur illa Poetarū vanitas multis versuum vanissimis

speciebus & exemplis. Et ita refutat illam obiectionem instantia ex similitudine compositionis quorundam Poetarum, forte Neronis, q. d. Poeta. Nempe talia ornamenta, & talis iunctura concinnitas illis additur, qualis in sequentibus versibus videre est. Sunt autem sequentes versus vel nimium molles, vel nimium turgidi, certe, fræctæ, elumbis, & enervatæ compositionis, ut videre esset, si plura addidisset. Sunt enim verba sequentis hemistichii ex notissimo, illo tempore, carmine de prompta.

*Claudere sic Versum didicit* id est, Egregius ille Poeta Romanus (Ironice sic loquitur) versum ita didicit concludere & absolueret.

*Claudere*] Cornutus hoc claudere de fine versus intelligit, & quidem de bisyllabis, ut sunt in sequentibus Atys & Delphin, tanquam illa verba bisyllaba velsui decus & iuncturam adde-  
rent. Censet etiam huc referendum esse quod sequitur.

*Sic costam longo subduximus Apennino.*

Q. d. Sic syllabas aliquas de longitudine longorum verborum, ut sunt, *Apenninus. Autu-  
marum* &c. in fine Heroici ademimus, tanquam de longitudine Apennini montis aliquam  
partem demeremus, sed hoc mihi non satis probatur.

*Berecynthius Arys*] Hoc hemistichion, ut nimis molle auctor noster ridet, Notat autem vanus  
ille quisquis fuit Poeta fabulam de Aty puero Phrygio formosissimo, à Cybele vel Berecynthia  
adamaro, qui ipsi Cybelæ fidem dederat, se nullam unquam aliam amatum. Quam fidem  
cum Sangaride Nympha vitari violasset. Dea Cybele irata, furem ipsi immisit, quo ille per  
sylium & montis Dindymi aui fugiens arrepto cultello, inguina sibi praeidit, & miseratio-  
ne Deæ in pium fuit mutatus. Vide Quid. Metamorph. lib. 10.

*Berecynthiam*] Ita à Cybele amica dicitur, quæ in Berecyntho Phrygiæ monte colebatur. Di-  
tatur idem etiam Cybeleus. Scribendum autem est Berecynthius sine H, est enim Græcis *Ber-  
cynthos*, ut etiam distinguitur à Delo monte Cyntho, cuius ultima aspiratur. In his versibus nihil  
vitiæ, grae, philosophicum, sed meræ nugæ de Cybele, Baccho, Venere figmenta.

*Et qui Caruleum dirimebat*] Hic etiam versus ex eadem vani Poetæ officina, turgidus, ad-  
fectatus & inflatus. Notat autem fabulam de Arione, quomodo illam Delphin per mare ad  
littas ætulerit, trauslexerit, cum à prædonibus in mare proiectus esset. Historiam vide in lib.  
1. Hærodoti.

*Delphin*] Meersschwein. Quos Musicis Instrumentis letari grauiissimi auctores testantur.

*Dirimebat*] Pro trasinabat vel nando secabat cæruleum Nereæ, pro cæruleum mare, *dirime-  
re Nereæ*, pro natate in mari. Figuræ audaces & temerarias, imo absurde.

*Sic costam longo subduximus Apennino*] Hic etiam versus vanus & ineptus, ex vano aliquo  
Poeta male de promptus, quo forte Poeta bellum Punicum secundum descripsit, & Pœnos lo-  
cutus, ut totum se introduci, quod per Galliam, montem Pyrenæum, Alpes & niues cum vniuer-  
so exercitu, & ipsi Elephantis Italiam penetrauerint, & partem aliquam Apennini montis a-  
uulserint & excussissent.

*Costa* verbum est, q. d. eiusdem farinae & hic versus est.

*Costam*] id est, Læteris partem Apennini montis auulsum & excussimus, perque illam tran-  
situm fecimus. Est autem Metaphora inepta & adfectata. Disrupit autem montem illum  
aëre, igne, sulphure, & aceto. Inter alios hoc testatur Iuuenalis Satyr. 10.

Pyrenæum

*Translit, opposuit natura Alpem, niuesq;*

*Diduxit scopulos & montemrupit aceto.*

Et autem Apenninus mons, qui mediam Italiam diuidit, De quo Silius.

*Alpibus aequatum tollens caput Apenninus.* Et

*Pinea frondosa coma murmurat Apennini.*

*Arma Virum*, nonne hoc spiritum? Respondet iam Persio turgidorum ille carminum ad-  
mirator, & se excusat & vana hæc carmina collatione parium, quod eodem vanitatis vitio  
Virgiliana laboret, q. d. Si hæc tibi adeo turgida & vana videntur, quæso quid de illo Ma-  
rtonis carmine statues, cuius est hoc principium *Arma Virumq;*, cano, nonne hoc quoque infla-  
tum horridum & scabrum, & simile crasso cortici ramalium annosorum tibi videt?



hoc loco effrenatam quandam vanitatem Romanorum quorundam, qui Virgilium, ut animis inflatum, turgidum, incesferent, ut qui suas angas semigræcolatinas Poëmati Virgilii anteponere, & illud Poëma Virgilii spumofum dicere & multa habere redundantia non tribuissent. Testatur hoc Ouid. lib. 1. de Remed. Amoris.

*Et tua sacrilega laniarunt carmina lingua*

*Pertulis huc Guisus quo duce Troia Deos.*

Vide Gell. lib. 2. cap. 6.

*Arma Virum*] Synecdoche partis pro toto. Ponitur hoc pro toto Poëmate.

*Nunc hoc spumofum*] Id est, Vanum turgidumq; instar spumæ.

*Spumofum*] Quod verbis sonoris & mollibus compositum ex trifsecus intumescit, sed ius non habet vanum vigorem. Medulla est sensuum, spuma verborum.

*Cortice pingui*] Crasso, inornato, multa redundantia habens, crassa & minus elaborata.

*Vramale vetus*] Locum huic minus dextre explicauit Frischlinus, qui ita illa explicat, sent si vetus, aridus suberis ramus pinguis & spumofus est, erit etiam Poëma Virgilii turgidum, sed fallitur. Est enim suberis cortex pinguis admodum & crassa, quod Frischl. negat. Pertinet autem hæc verba vel ad superiora obuiuentis: vel potius sunt Poetæ Persii Ironiz, aduersario tanquã indigno cui serio aliquid dicat respondentis. q. d. Tu recte iudicas versus eius crassi sunt & pingues, ut annosum aliquod ramale, v. g. grandi subere, densissima cortice, & crusta calore solis coctum & exsiccatum. Suber autem miram habet corticis redundantiam. Respondet ergo Auctor scēptice & in eadem Metaphora persistens; quia enim aduersarius dixit de pingui Cortice, per similitudinem eiusq; Metaphoræ, tanquam Aduersarii sententiam comprobaret, respondit.

Murmelius contendit v. g. grande esse paruum & minutum, quod si ita est, respondet auctor nō Ironico Virgilii carmen intus esse coctum, diuturna cura elaboratum & firmatum, ut vetus aliquis ramus abscessus superfluis humoribus solis calore consumtus, interius coctus, durus & firmatus, corticem minus habet tumidum, quam si recens esset.

*Ramale vetus*] id est, Annosus ramus ab arbore deiectus.

*V. g. grandi subere*] Alii dicunt, quod particula *V. g.* vocis præfixa significationem semper arguat & intendat, ut resansus, vapallidus. Alii contra dicunt, imminuere, Vt *Vasansus*, *Sacrus*, *Ironius*.

*Subere*] Suber arbor glandifera, crasso admodum cortice. Royss.

*Coctum*] id est, Calore solis exsiccatum.

*Quidnam igitur tenerum, & laxa ceruice legendum*] Amplificatio huius vanitatis per interrogationem vani Poetæ, qui Persio respondet, tanquam dicat, quoniam ergo, o Persi, dare & morose Poetarum Aristarche. omnia vana, turgida, & ad rumores populi aucupandos, tibi comparata videntur; Quidnam igitur tandem tenerum & minus contenta voce pronunciantum est? vel quod nam tandem Poëma sit quod tibi probari possit?

*Tenerum*] id est, Molle minusque asperum & tumidum, q. d. Age quidnam tandem est concinnum & tenerum & non tale carmen, quod pinguem corticem habeat.

*Laxa ceruice legendum*] Id est, in quo pronuntiando, ut pote turgido & inflato, non *pulchrum a nimis pralargus anhelus*, id est, Quod non sit turgidum, & non tam magnis laterum viribus & magna vocis contentione pronuncietur, sed laxa ceruice non nimis firma, contenta & rigida. Grandia enim & sesquipedalia verba grandi etiam & firma voce pronunciantur.

*Torna mimalloneis impleunt cornua Bombis*] Respondet Persius per Ironiam, q. d. Tunc hoc queris? Nempe hoc diuinum & omnibus numeris absolutum Poëma ex Neronis officis depromptum. Sunt autem sequentes versus insulsi, turgidi & inepti ex fabula Neronis Niobe dicta deprompti. satis quidem sonori & strepentes, sed omnia in illis adfectata, & ineptum verborum ostentationem redolentia. Descripsit autem in illa fabula quomodo Pætheus Echionis & Agaues filius, Bacchanaliorum osor (ceteros enim ab his nefandis sacris auerbat) à matre & materteris bacchantibus fuerit decerpitus. Sunt autem omnia inepta & adfectata. Dixit enim, *Torna Cornua* pro tibiis ingentibus & terribilibus adfectata & ineptæ. Hunc versum imitatus est Diomedes:

*Torna*

*Torna Mimalloneis impetitur tibia bombis.*

*Implerunt cornua*] Pro inflarunt tubas ipso Baccho bacchantes, inepte & hoc, & nimis tur-  
gide.

*Mimalloneis bombis*] Pro sono Bacchico, quo tubas inflarunt. Sunt enim Mimallones Bac-  
chi sacerdotes, à Mima Aëx minoris monte, vbi Bacchus celebratur, vel *Δὸν τῆς περὶ Ἰούλιον*, quod  
cornua in capite gestantes Baccho sauro cephalum, ita enim olim appellabatur, imitarentur.

*Et raptum Gutulo caput ablatura superbo Bassaris*] id est, Bacchi sacerdos ipsa furiosa Baccha,  
ipsi Pentheo ab irato Baccho in vitulum transformato caput ablatura, ipsumque disceptura.  
Vocat autem Baccham hoc loco Bassaridem, eo quod Bassare, hoc est, lyncis vel, ut alii, vulpis  
pelle sacerdotes Bacchi, faciogerentur. Et hoc affectate dictum est.

*Raptum caput*] id est, Caput Pentheci à cervice violenter ablatum & remissum.

*Ablatura*] id est, Remissa.

*Vitulo superbo*] id est, Pentheo à Baccho in vitulum transformato, quem furiosa mater vi-  
tulum, ut Ovidius dicit, Apium esse existimans miserrime intraremit.

*Superbo*] Eo dixit. Nam superbe Liberi vel Bacchi sacra conuiciabatur & coeternabatur.

*Raptum caput ablatura*] Alii legunt *sectum*, id est, Pentheci disceptura & laniatura.

*Et lyncem Manas flexura corymbis*] Est descriptio alicuius Bacchæ. Hæc insana Bacchi sa-  
cerdos ( *Μανας* enim dicitur *Δὸν τῆς περὶ Ἰούλιον* ) lyncem animal illud maculosum acutissimi vi-  
sus, Bacchi currum volentem, corymbis hederarum racemis flexura & currum rectura. Illa  
*Enion* ingeminat, voluit autem vanus Poeta indicare, quod Bacchi sacerdos *Manas* currum  
Bacchi voluerit gubernare. Quod autem Bacchus ante currum suum habeat lyncem testatur  
Ouid. lib. 15. Metamorph.

*Victaracemifero lyncas dedit India Baccho.*

Et Virgil. 2. Georg.

*Quid lynces Bacchi varia.*

Et Ouid. 4. Metamorph.

*Tu biungum pictis insignia frenis.*

*Colla premis lyncum Baccha satyridæ sequuntur.*

*Enion ingeminat*] id est, Bacchum sub lata voce sæpius inclamat. Bacchus *Enion* dicitur, vel  
quod in pugna contra Gigantes à Ioue patre in leonem conuersus, Rhoetum Gigantem discer-  
pserit, ad quod factum pater gratulans dixerit *ἦ νῦν*, id est, Euge fili, vel quod ibi occisus sit, &  
pater dixerit, *heï νῦν*, id est, Hei mihi o fili.

*Reparabilis adsonat echo*] id est, Tanta voce Bacchum sæpe inclamavit Bacchi illa sacerdos,  
Bacchi currum regens, ut Echo vel concaua conuallium & montium, sonum reddiderint.

*Reparabilis*] Eo dicitur, quia voces proclamatas reparat, hoc est, iterat & repetit.

*Adsonat*] id est, Vna sonat vel consonat *Ἔχμι μετ' ἡμῖν*.

*Echo*] Hanc Ouid. Metamorph. lib. 3. dicit virginem fuisse, à Iunone vel ob garrulitatem  
vel quod Iunonem delussit, in vocem mutatam.

*Hæc fierent si testiculi vena illa paterni*

*Vimeret in nobis? summa delumbe salina,*

*Hoc natat in labris, & in vdo est Manas & Alys*

*Nec pluteum cadit, nec demorsos sapit ungues.*

## T A B U L A XII.

Ecce

Reprehendit Poetas Romanos aperte

Ab Adiuucto paternæ virtutis in posteris extinctæ  
syllog. hypothetico h. m.

Si vel gutta paterni sanguinis, virtutis & sapientię in nobis reliqua esset, bæna  
& elumbia non scriberentur vers. 103. 104.

Sed hæc vana & elumbia scribuntur. Assum-  
tionem hanc probat per singulares car-  
minum elumbium & mollium species il-  
lustratam, vbi vna cum compositione ef-  
feminatam etiam prononciationem ex-  
agitat hoc modo

Scribitis elumbia & molliã vers. 104.

De Mæna, de aliqua furiosa De Atys Berecynthio à Cibeles.  
Bacchi sacerdote v. 105. damato ver. 105.

Scribitis temeraria & extemporanea, nulla cura elaborata vers.  
106. Probat id Adiuuctis vel factis diligentium Poetarum  
qui inter meditando irati sæpe pluteum pulsant ver. 106.  
Viuos vngues arrodunt v. 106.

Pronunciatis lasciuie & effœminatæ, vt pote quibus

Verba illa & elumbia in labris In vdis labris & humida lin-  
natant, & in summa saliuã gua mollior & tenerior  
v. 104. & 105. prononciatur v. 105.

*Hac fierent si testiculi Vena & illa paterni, viueret in nobis?* Hactenus per Ironiam responsio  
iam aperte inuehitur in molliem superiorum versuum, nec reformidat verborum obscurita-  
tem & cacophaton, quod Satyricorum proprium est. præsertim in vehementibus indignatio-  
nis adfectibus. Sunt enim hæc Persii verba, indignationis, exprobrationis & stomachi plena,  
quibus vanitatem illam Poetarum vehementer vitius perstringit, & quidem syllogismo hy-  
pothetico, desumpto ab Adiuuctis paternæ virtutis in posteris extinctæ & abolitæ. q. d. Hæc  
tam vana & flagitiosa à nobis fierent & scriberentur, si vel gutta paterni sanguinis, virtutis  
fortitudinis, constantiæ, virtutis & sapientiæ in nobis esset reliqua? q. d. Minime omnium, q. d.  
si masculi essemus & non delumbes. vel si paterni mores in nobis essent reliqui, etiam lingua  
paterna in nobis reliqua esset, iam vna cum moribus etiam lingua d. generaret.

*Vlla Vena* id est, Si vel exigua reliquæ, vel leue saltem vestigium, paternæ virilitatis, præ-  
dentis & grauitatis in nobis tam degeneribus superesset.

*Testiculi* Obscœna Metaphora, qua paternum sanguinem, virtutem & grauitatem intelli-  
git. Indicat autem Romanos omnino iam degenerasse. Eadem de re conuenit Tacitus  
*trios mores esse abditos*, nec quidquam in vrbe versari, nisi quod corrumpi & corrumpere quæ-  
rit.

*Summa delumbe saliuã* Assumptio syllogismi. Reprehendit iam post compositionem effœ-  
minatam & liquidam prononciationem. Hoc vanum & elumbe, nescio qua molli, tenera &  
liquata voce prononciare conatur, & in summis labris, & summa saliuã recitantibus natat.

Vterior ergo est indignatio, q. d. Quid quod hæc tam rancida, putida, affectata, vana, ne-  
scio, qua molli, effœminata, affectata, tenera, liquata prononciatione exprimere nitimur.

*Delumbe* Alias elumbe, molle, lasciuum, enervatum, minime virile. Intelligit talia casimi-  
na, qualia superius recitauit, à verbo *delumbo*, quo Cicero vsus.

*Saliuã* Respicit ad superius *eliquat*, item *liquido cum plasmate*.

*Hoc natat* In lasciuia & deliciis summi oris quasi natat, ad fractam prononciationem. Vel  
simpliciter, Hoc vanum nobilibus nostris semper in ore est. In lingua & labris verba effœmi-  
nant mollior expressa, & in summa saliuã narrantia. Exemplum in quibusdam blæsis videas  
quos illi non sine singulari elegantia sibi imitari putant.

*Et in Vdo est manus Es Atys* In humido lingua, & oris, carmen aliquod de furiosa Bacchi  
sacerdote, aut Berecynio Atys ipsis versatur & ineptè prononciatur, vel semper in ore talia e-  
lumbia habetis, siue in summa saliuã, quasi & in extremis labris, siue in pleno ore, id est, Ma-  
xas & Atys grauida & tenera lingua, quæ saliuã & humore scaturit prononciatur mollior & le-  
uiter, nec repressione siccæ pleçri valida signatur & fuitur. *Os fœcum* efficit vocem validam:  
bæna.

*humidum, languidum & mollem. Respexit quoque ad lasciviam. Menas etiam & Arys ad materiam mollioris carminis pertinent & argumenta suppeditant, ut notat Turneb.*

*In iudo*] Humida enim lingua, & multo humore & saliva scatens, molliter & teneriter, non fortiter aliquid pronunciat. Hæc vñtata interpretum explicatio, ut ad effeminandam pronunciationem & mollem etiam carminis materiam referatur, ego potius censuerim Poetam in illos iuveni, qui nulla cura & industria Poemata sua elaborant, qui quicquid scribunt, non sapit studium & præmeditationem, sed in vdo tantum ore vel superficie linguæ natum videatur. Quod & sequens versus confirmat, & pæne hic legendum contenderem, *hoc natum in labris.*

*Nec pluteum cadit*] Versus temere effundunt, carmen vanum & clumbe, & nulla cura elaboratum, omni arte & industria destitutum. in quo condendo Poeta cogitabundus caput non scabit, & pluteum, vel librorum armarium præ ira non succedente vena cadit & pulsar, nec vagues cogitabundus arrodit, id est, Versus nulla diligentia, nulla solertia, studio, industria, præmeditatione elaborati, sed velut crudum, imperfectum, abortivum partum in lucem profertur & cæcis suis auditoribus obtrudunt, solliciti autem meditantes aliquid, vagues arrodunt, caput scabunt. Hi enim gestus hominis cogitabundi, & de mutando illo, cuius pœniteat, cogitantis intra se.

*Pluteum*] Librorum armarium. Sic Iuvenal. Satyr. 2.

*Es iubet Archetypus pluteum firmare Ceanthos.*

*Nec damnosus*] Nihil curæ, industriz, diligentiz præ se fert. Nam cogitabundi vagues arrodere, caput scabere solent. Sic Horat. de Lucilio.

*Es in versu faciendo.*

*Sape caput scaberet. &c.*

*Sapis, recte*] Cum sapor ex morfu in ore remanet.

*Sed quid opus teneras mordaci radere vero  
Auriculas? vide sis, ne maiorum tibi forte  
Limina frigescant. sonat hic de nare canina  
Littera, per me equidem sint omnia protinus alba,  
Nil moror, euge, omnes, omnes bene mira eritis ræ.  
Hoc iuvat: hic, inquis, veto quisquam faxit oletum:  
Pinge duos angues: pueri, sacer est locus, extra  
Mei se. discedo.*

## Y A B V L A XIII

- |  |   |  |
|--|---|--|
| 1. Rastus Monitorium indicat quo se deterrei sinulat 3. argumentis quæ tuba<br>Coeludit se velle Satyræ scribere. Vbi tunc<br>quidem | 1. Ex Adiunctis, quod nihil necesse sit delicatas nobilium aures mordaci aliquo carmine offendere v. 107. et 108.<br>2. Ab effectis Satyræ potentiorum offensione, qui ipsam ex ædibus suis sint exclusuri v. 108. et 109.<br>3. Ab Adiunctis Satyræ, quæ facile aliquem irritare possint v. 109. et 110. | 1. Tronce per concessionē, qua vehementer populo Romano illudit argumēto<br>2. Ex Adiunctis Romæ, quod concedat omnia in illa esse iam candida v. 110.<br>3. Adiunctis Poetarum, illustratis per Prosopopœiam eorundem, quod impatientes sint, reprehensionis, & nolint oletum fieri odiosa Satyra in suis carminibus v. 112.<br>4. Similitudine Scœptica, Quod ut in locis sacris & non contaminandis duo dracones pingi solent ad deterrendos pueros: Sic etiam notam quandam vestris libris apponite, ne quis illos reprehendat vers. 113. et 114.<br>Serio vide sequentem. |
|  | 1. Rastus Monitorium indicat quo se deterrei sinulat 3. argumentis quæ tuba<br>Coeludit se velle Satyræ scribere. Vbi tunc<br>quidem  | 1. Ex Adiunctis, quod nihil necesse sit delicatas nobilium aures mordaci aliquo carmine offendere v. 107. et 108.<br>2. Ab effectis Satyræ potentiorum offensione, qui ipsam ex ædibus suis sint exclusuri v. 108. et 109.<br>3. Ab Adiunctis Satyræ, quæ facile aliquem irritare possint v. 109. et 110.  |

Lectorem sibi idoneum definit vide Tab. 15.

Eccc 2

*Sed quid opus teneras mordaci radere Vero auricular]* Hucusq; vanitatem Poetarum & Oratorum accuratissime perstrinxit, vnde concluditur versib. sequentibus tanquam Epilogo, Satyram sibi scribendam. q. d. Hæc & consimilia vanissima Poetarum & Oratorum deliria, turpitudines & ineptias, cum quotidie videam, potestne fieri, à scribenda Satyra vt abstineam? Est autem hic rursus Prosopopœia monitoris à scribenda Satyra deterrentis. Argumentum abutili, quod damnosum futurum sit, si liberius in hæc aliquid dicat, quod non opus & necesse sit rem damnosam admittere.

*Quid opus]* q. d. Potes illa, licet vera sint, silentio præterire vt alii faciunt, ne tibi damna crees.

*Teneras auricular]* Molles & delicatas Troiugenum & Neronis aures, quæ non nisi iucunda & grata, audire desiderant. Diminutio vtitur ad denotandam molliciem.

*Teneras]* Salse tangit nimiam molliciem principum Roman. quorum aures assuetæ blandis palpitationibus auersabantur mordacem veritatem, ob quam teneræ aures magis indigeantur. *Tenera & mordax* opponuntur.

*Mordaci Vero]* Veritas enim iniquos mordet, & odium parit. Ingrata veritas, Tertull. Apologetico Plane olim Veritas odio est.

Sic Iuuenalis de Lucilio Satyr. 1.

*Ense velut stricto quotiens Lucilius ardens*

*Infringuit,*

*Radere]* Mordere, lacerare. Metaph. à Tonsore vel medicis, qui cultro vulnera, & moridas partes radere & resiccare solent.

Sic Satyr. 5.

———— *Pallenter radere mores*

*Doctus.*

*Vide sis, me Maiorum tibi forte limina frigeant]* Secundum argumentum ab effectis Satyræ potentiorum offensione, caue Persi ne à limine & ædibus patronorum tuorum excludaris, & sportulam 100. quadrantes, dum illos mane salutas, non accipias.

*Vide sis]* Etiam atque etiam caue. de hoc loco corripitur, vt caue apud Horatium.

*Maiorum]* Potentiorum & patronorum tuorum.

*Vide sis]* Nota quod mediam syllabam corripuerit, sic Horat. caue, tertiz conjugationis ab antiquo verbo *Vido* & *cavo*. vnde adhuc diuido, quasi in duo video per diuisionem. Cato,

*Hoc Vide ne rursus leuitatis crimine damnes.*

*Limina frigeant,]* Aedes non amplius frequententur, nec sportulam consequaris, & in ad inopiam redigaris. Satyrice hæc dicit, & effectum aliorum vanorum Poetarum assentorum.

*Tibi]* In tuam perniciem.

*Limina,]* Atria, domicilia diuitum.

*Frigeant]* Sint clausa, ne excludaris è domo potentum amicorum, ne magnates illi te sui liminibus excludant, & amicitia tuæ reuocent. Metaph. pro odiosum esse & languescere, ne limina vel aedes à te sint vacuæ & otiosæ, nec amplius tibi peruiæ & uitæ. Solebant autem sportulam accipere in limine ædium. Sic culina frigida in qua nihil coquitur, vel *frigeant* dicuntur, quod non amplius frequententur. Alii interpretantur, ne potentiores mortem tibi frigidam ineptiant. Vanissime. ducuntur autem illo Flacci

———— *O puer vs sis*

*Vitalis metuo, maiorum ne quis amicus*

*Frigore te feriat*

*Sonat hic de mare canina litera]* q. d. In Satyris tuis summa inest acrimonia & mordacitas: hic autem in mobilium domibus litera R, quæ cum canis irritatus, de restrictis eius dentibus, frequenter exire, exprimi, & iterari solet, frequenter sonat. id est, Diuites facile intantur.

*Litera canina]* Allegoria ab iratis canibus, qui ringendi litteram r quasi exprimunt. id est, ipsa

ipsa irritatio, canina facundia, eloquentia conuiciatrix, qualis est in rabulia. Hinc verbum irritare. Sic Lucilius: *Irritatus a canis quod R.R. quā plurima ducas Plantas. Ita sunt nostri nobiles, si quid breui facias, lenior pluma est gratia, si quid deloqueris plumbeas iras gerunt.* potest hoc etiam de Satyra Persii intelligi. In cuius Satyris littera de nare canina sonat i. mordax & molesta nostris, qua vnum quemque more rabidorum canum terras, allatras, mordet, vel hæc Satyra multas rinas est concitura.

*Per me equidem sunt omnia pretium alba nil moror.* ] Concessio & permissio Ironica, qua Persius admonitus respondet, se Romanos nolle reprehendere, cum contrarium intelligat, & Satyram se scripturum innuat. quasi dicat: sane quod ad me attinet nihil moror, & impedio, quin omnia Romanorum facta, dicta, scripta sint iucunda, lepida, fausta, prospera, candida, proba, polita, sine macula.

*Per me*] Quantum ad me spectat, attinet.

*Omnia*] Siue bona siue mala, omnia laudabo.

*Pretium*] nuac, nunc, Alba, honesta, pulchra, laudabilia, proba, nulla labe aspersa.

*Qua q̄, sequenda forent & qua fugienda vicissim.  
Illa prius cera max hac carbone notasti.*

Album enim pro bono, nigrum pro malo sæpius positum videas.

*Fingere qui non visa potest, commissæ tacere  
Quisnequit, hic niger est, hunc tu Romana caueto.*

*Nil moror*] Nil impedio, concedam omnia honesta esse, omnia fieri tanquam proba, nihil iniqua quam inuehar.

*Euge, omnes, omnes hinc mira eritis res, hoc innuat.*] Omnes res Romanorum egregie eritis & optime vos habebitis. Assistentis scoptice, & quasi congratulantis, quod omnes res bene se habituræ sint si Satyra scribenda superfederit. Totum autem per Ironiam cum risu legendum. Nam tacite ipsum ridens omnia mortalium vitia se notaturum significat. q. d. *Ey nun soll alle ding herlich vnd schön sein! Ich wils nit loben.* Ironia.

*Hoc innuat.*] delectat te, Te nobilissimum scilicet poetam Romanum, ne aliquis nimirum tua vitia Satyra perstringat, sed omnia vestra tanquam longe optima adprobet & collaudet. Hoc te delectat, hoc placet, vel ita explica, Hæc mea verba & hæc mea oratio te iuuat & delectat, vel si recte te noui, hoc te iuuat & delectat, neminem reprehendi. Nam illa quæ displiceant, non libenter audis.

*Hæc inquit*] Propopoeia vani poetæ sua carmina reprehendi vetantis, Nobilissimus & vanissi. poeta Romanus, inquis, interdico hic, ne quis carmina mea infami & turpi Satyra deformet.

*Hic:*] In carminibus meis, quæ tanquam locus sacer, religiose colenda, & non contaminanda. Vel hic, ubi hoc dixi, & omnia laudo, & blanda oratione tibi supparsitor, veto, inquis, & prohibeo, ne quis inter te & me dissidium velit. *Sobin ich ein fein Mann & amicus tuus.* vel veto quasi ad Neronem respicit, cuius erat vetare & imperare, ne quis mala reprehenderet. Nolo me quisquam vituperet, reprehendat. Est autem allègoria Ironica, sumpta à locis sacris, vt enim in illis angues tanquam loci genium, depingere solebant, vt territi metu pueri locum non contaminarent. Sic hic inquit prohibeo, ne quis mea poemata macula reprehensionis contaminet. Eludit superbam insolentiam poeta Ironica similitudine ducta à locis consecratis, ubi ne quid obscœni fieret à pueris, duo dracones ad illos fugandos pingebantur..

*Oletum.*] Stercus humanum, *pisbos* i. Alium exoneret, Veranius: Sacerdotalia quædam in sacratio Martiali fecit oletum i. excrementum deposuit: Satyricæ & obscœne.

Rece: 3;

*Pinge duos angues pueri sacer est locus* ] In vestibulo carminum tuorum tanquam loco sacro pinge duos dracones & adde interdictum *pueri sacer est locus extra i.* pinge aliquod signum quo monear, à quibus mihi sit abstinendum, vel si non vis carmina tua reprehendi, ea aliquo signo vt à me cognoscantur, tibi notanda sunt. Sic in Parastiti Epitaphio apud Briss. *Si quis vesicam sibi onustam senseris, domum hoc onus repones in cloacam: si vero festinatis ceteris vel soleris: hic loco pro religione se enacuet.* Interdico ne quis Criticus, aut librorum censor, vlla mordacitate & petulantia carmina mea incestat, aut vlla Satyrici carminis graueolentia oontaminet. Sed hinc tanquam à sacro aliquo loco, fugiant & recedant. Nullus locus Ethaicis sine genio, qui interdu apparerebat sub forma Draconis. Ob id Virgil. loquens de serpente qui de tamulo Achille exierat ait.

*Incer tus genuinusque loci, famulamque parens is  
Esse potest.*

Ob id Turnebus ait Heroibus sacer erat Draco, & locorum genii, vt serpentes pingebantur iadicantes illum locum genio esse sacrum.

*Pueri sacer est locus.* ] Apostrophe ad pueros per Ironiam, quasi dicat carmina nostrorum poetarum, religiosa sunt, & non tangenda. Quin insuper etiam edicto caueas, vel sunt Persii verba. Heus vos pueri caute hunc locum contaminetis. Et vos Satyrici scriptores qui ista dicta, facta, scripta, macula Satyrica aspergere & oontaminare vultis, discedite.

*Extra mei te.* ) Satyricæ & obscenæ. Sic ante dixit. *Veto quisquam facis oletum.*

*Discedo.* ] Tanquam è loco vetito, Ego vero taceo & abeo. Neminem tango & vituperam quasi dicat. Quid hic agas, vbi si quid bene præcipias, nemo est, qui obtemperet. quasi dicat. Siquidem vestram vitam, dicta, facta, vt locum sacrum & tutum & intactum tangere peccatum est, & nefas, ego quoque discedo & quiesco. Nota figuram & rhetoricam, cum negamus nos velle dicere, quod tamen vel maxime dicimus.

——— *Secnit Lucilius urbem*

317

*Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.  
Omne vas fer vitium ridenti Flaccus, amico  
Tangit, & admissum circum præcordia, ludis,  
Callidus excusso populum suspendere naso:  
Men' mutire nefas, nec clam nec cum scrobe? nusquam?*

318

*Hic tamen infodiam: vidi, vidi ipse libelle,  
Auriculas asini quis non habet? hoc ego opertum,  
Hoc ridere meum. tam nil nulla tibi vendo  
Iliade.*

T A B V L A X I V.

Si Lucilio & Horatio impune ante me licuit Satyras liberrime perferbere licet & mihi.

Sed illis licuit, pberid effectis specialiter. Na

Lucilius liberrime omnia reprehendit. probat illud tum quidem in

Genere. Urbem totam Satyris suis laceravit versu 114.

Specie

Lupum famosis versibus operuit versu 115.

Mutium Albutium laceravit. versu 115.

In aliis genuinum dentem mordendo fregit versu 115.

Ridendo etiam amicos castiganis valde vaser versu 116.

Iocando iatima animi vicia tangit 116.

M. rus populi totius irrisor versu 118.

Horatius quem describit ex factis & adiunctis suis, qui tum

Quamvis ne clam quidem alios mihi castigare impune liceat. Protasis haec simili exornat. Ut tonsor Midæ clam in scrobem turpitudinem heri sui insufurrabat versu 119.

Quare & mihi liceat, versu 119. Conclusionem amplificat dissimili.

Tamea vitia Romanorum & Neronis libro meo, ut Midæ tonsor Aſni aures domini sui scrobi insufurrabat, inscribam, versu 120. Probat hanc Apodosis suo testimonio, quia

Turpitudinē Neronis & Romanorum ipse viderit & expertus sit, versu 120. 122.

Argumento dissimilium per Apostropham ad Monitorem.

Licet meum hoc poema vile, irrisorium, quod ego non divulgabo, nullos lectores habebit.

Tam nil versu 122.

Tamen Labronis Iliadiante ponendum versu 122. 123.

*Secut Lucilius Urbem, se Lupe, se Muti.* Conclusio. Demonstravit quod Satyras debeat scribere, iam etiam demonstrat exemplo Lucilii & Horatii ex collatione parium, quod sibi etiam liceat. Est autem Syllogismus talis Quod aliis ante me licuit, mihi etiam licet. Sed licuit Lucilio & Horatio Satyras scribere, Ergo mihi quoque liceat.

*Secut.* Antecedens syllogismi, ubi duo paria Lucilii & Horatii per primo demonstrantur ex effectis, tum generaliter totam urbem, tum specialiter Lupum & Mutium designantibus.

*Secut* q. d. Nam quo iure vel qua iniuria id mihi non liceat, quod aliis ante me licuit. idque cum alii fecerint ante me, & lacerarint &

— ego tantum leniter tangam.

*Urbem* 35. Tribus teste Cicerone, Valerio, & Appiano. Ex quibus 35, tribus urbs constabat.

*Secut.* Arripuit, culpavit laceravit, momordit. Horat. lib. 1. Sat. vlt.

*Ridiculum acris*

*Fortius & melius magnas plerumque, fecit res.*

*Tellus haec hoc lunalis.* Ense velut strido, quoties Lucilius ardens

*Infremuit, pulchra videtur.*



Et Horatius *At idem quod sale-mastro  
Vrbem defricus charta laudatur eadem.*

Idem alibi *Primeres populi arripuit, populamq; tributum  
Scilicet Græco equum.*

*Te Lupo.*] Hellaonem improbum & infamem de cuius interitu & pœna dii consilium habere introducuntur. Fuit dux primarius in Repub. Romana: sic Horat. Sat. 1. lib. 1.

*Sus lupo dolere Metello.*

*Famofusq; Lupo cooperto versibus.*

*Te Muti.*] Murium Scauolam, loceram Crassio ratoris intelligunt alii. Est autem T. Mutius Albutius, Testatur illud, versus Lucilii apud Cic. In præfatione libro primo de finibus:

*Gracum te. Albuti quam Romanum, atq; Sabinum,  
Municipem Pontis, Titi, Annis, Centurionum,  
Præclarorum hominum, ac primerum signiferumq;  
Maluisti dici, Græce ergo præter Athenas;  
Id quod maluisti, te, cum ad me accedi saluto:  
Χαίρει, inquam, Τίτε: τίς τοι ἔστι, τῆρμα ὅμοιοις  
Χαίρει Τίτε: ἵνα καὶ ἡμεῖς τοὺς Ἀλβουτίου, ἡμεῖς ἰνίμικοι.*

P. ergo Rutilium Lupum consulem, cum L. Iulio Cæsare & Mutio Albutio, & Quintum Cæcilium Metellum, Macedonici filium (vt notat Horat. lib. 2. Sat. 1.) in gratiam publici Corneli Scipionis, mira libertate Satyrica laceravit. Hi erant proceres in Republica Romana.

*Et genuinum fregit in illis.*] Non leui morsu aut facili ictu illos pupugit, sed genuinum & omnium firmissimum dentem in illis mordendis & dilacerandis fregit, omnes irarum & indignationis habenas in illos effudit & laxauit, & ad intima scelerum & vitiorum penetravit, per tamen inuentus illo seculo qui dicam illis scripserit. Est autem genuinus deus, qui à genu dependet. Sic Horat.

*Et fragili quarens illidere dentem  
Infregit solido.*

*Genuinum*] Dentes posteriores, qui in extrema gingia in homine gignantur nouissimi: Hieronym. In plerisque provinciis est familiare dente se vt lacerare. Et vltimo loco gigni solent gemini, dicti quod à genis dependeant: sunt ergo postremi & vigesimi quibusdam octuagesimi teste Plinio. dictus ob id *postremus*.

Porro Deus pro Morsu alias & reprehensione solet poni.

*In illis.*] Notandum autem hoc loco *drauidatos*. Dicendum erat, *in vobis*. sic superius. *Serui non inclusi numeris ille, hic pede liber*, pro scribunt, sed pro illis tamē, alios etiam à Mutio & Lupo possumus intelligere.

*Omne videri vitium ridenti Flaccus amico.*] Secundum exemplum ab Horatio, qui mira libertate vitia amicorum etiam perstrinxit, vt amici se reprehendi vix intelligant. Postea cum dicta ad præcordia admississent, & diligentius apud se pertractassent, viderunt vitia sua per illum excedit hinc descripta.

*Vaser.*] q. valde Afer, callidus & versutus, quod gens Africana valde sit astuta.

*Ridenti amico.*] Quem tam recte tangit, vt se tangi non animaduertat, vt non doleat sed rideat, vtile qui mordetur etiam rideat, vt quem serio quidem reprehendit, sed iocando. Nam in notandis vitiis tam cauta vititur Ironia, vt amici se reprehendi nesciant.

*Tangit & admissum circum præcordia ludis.*] Non reiecit sed recepit. Est sic inter ridendum mordet, inter titillandum acriter pungit.

*Præcordia.*] Intima vitia intelligit, vbi non exclusus est, sed quasi receptus & admissus, non repulsus ab illo quem vexat vel vbi semel obtinuerit audiri.

*Circum præcordia ludis.*] Contraria alias videntur *ludere* & *præcordia tangere*. Sed hoc faciebat Horatius iocando, & ridendo. *Ridentem dicere verum, quid vetat?*

*Callidus*

*Callidus excusso populum suspendere naso.]* Doctus & ingeniosus artifex alios emuncto naso suspendere, & vibrare & false irridere.

*Excusso.]* Emuncto & terso. Emunctæ naris prudentes, ut mucosi stulti appellantur. Qui- dam à sagacitate canum, quæ in naribus, derivari censent.

*Excussere nasum.]* pro emungere. Callidus suspendere. Est Græcismus. Suspendere, Ad Hora- tii stud respicit *Naso suspendere aduerso.*

*Mene mutire me fac.]* Mene leuiter Romanorum vitia tangere tantum scelus. Est autem com- sequens syllogismus. Quare mihi liceat Satyras scribere.

*Mutire.]* Hiscere, submissa voce loqui, submisso parum loqui, tamillū loqui. Est autem pro- prie vocem emittere qualem muti, proprie timide & imperfecte loqui. Argumentatur à Ma- iore ad Minus. Ennius. *palam mutire hominis plerumque periculum.* Terent. *Nili iam mutiri auides.*

*Nec clam.]* Et illud ne occulte mihi quidem facere licitum, quod alii palam impuere fecerunt. Iudicat enim se Satyras non dispilgaturum. Sic Horat.

— cum mea memini

*Scripta legas vulgo recitare timentis*

*Nec clam.]* Aliter possunt ipsi assignari qui cum loquitur Persius, & qui supra dixit, *Hic ego quicquam fecit oletum.* Quasi ille respondeat, illud ne clam & ne cum scrobe quidem ipsi con- cedi. Qua prohibitione Persius quasi iratus dicere, Nulquam? Hic tamen infodiam. *Ich wills gleichwohl thun/wens ihm auch leid were.*

*Nec cum scrobe meo quicquam.]* Vt illa vitia Romanorum in hunc librum tanquam Midæ confor- ta scrobem vel fossam turpitudinem heri sui Midæ clam insusurrem. Respicit ad Midæ fabu- lam, qui arbiter inter Apollinem & Marfyam, ut alii Pana, constitutus Marfyæ palmam adiu- dicauit. Iratus Apollo ipsum æfinis auribus deformauit, quas ille imposita coronæ absconde- bat, & confor qui viderat, si diuulgaret, in ortem interminabatur. Qui cum reticere nulla ra- tione posset, scrobi effossæ per Cannam insusurrabat. Auriculas æfini Midæ rex habet, & arena scrobem postea obruit. Id est quia autem per Cannam vel arundinem hæc dixerat, canax vel arundines ibi matæ & motæ vento, eadem verba, quæ confor regis per Cannam dixerat, refere- bant. Alii aiunt, quod è scrobe nata fuerit Cana, è qua cum pastores fistulam fecissent, illaq; cecidissent, illa tonforis liberi Midæ verba narrabat.

*Cum scrobe.]* Vt tanquam confor Midæ cum scrobe vel fossa turpitudinem Domini sui reuo- luit. Ita ego cum hoc libro Satyræ vitia Romanorum.

*Nusquam.]* Verbum vel monitoris, quæ monet, non tutum esse, vilatione Romanorum vitia perstringere. Vt etiam Persii interrogantis cum indignatione ob prohibitionem. Nus- quam vel etiam mihi Romanorum vitia reprehendere & insusurrare licitum? Ergo nullibi vel clam vel palam vitia Romanorum mihi reprehendere licitum.

*Hic tamen infodiam.]* Vidi, vidi ipse libelle.] Concludit & Satyræ scripturam, quemodocun- que cœniet. Hic demum serio, obfirmato & obstinato animo concludit.

*Infodiam.]* Inscribam meo libello. Ita dicit. Nam scrobem factam postea arena impleuit & hæc verba q. infodit. i. Notabo & perstringam Romanos principes, qui sunt corrupto iudicio. Quod suo testimonio confirmat, quod viderit ipse & expertus sit. Id est, meo libro inscribam. Alibi enim adhuc ad Midæ fabulam, ponit libellum pro scrobe.

*Vidi, vidi, ipse.]* O libelle, ut Midæ seruus dicebat scrobi.

*Auriculas æfini quis non habet.]* Auriculas æfini: Repetit causam scribendæ Satyræ, potissi- mum quod Romani ex vanissimo iudicio illa mallet audire, quæ auribus grata essent, quam quæ animis salutaria. Hoc autem est quod superius per Apostrophe obicit, cum dixit. *Nam Roma quis non?* scilicet habet auriculas æfini. Id est quis non Roma est corrupto & prauo iudi- cio, ut Midas, cum cani Panis vel Marfyæ arundinem Apollinis Citharæ perposuit.

Sic superius dixit,

*Nam Roma quis non?*

££££

Prius scripſiſſe dicitur, aurículas aſſini Mida rex habet, Cornutus vero præceptor, ac Clauſus & Nero Impp. hoc in ſe dictum putarent, ita murauit.

*Hoc ego optatum.* ] Occultum & ſecretum libello meo, gero, do, & infero, Quod ſuas Satyras opertas habeat & non diuulget. Et quod ipſe ſolus tantum hæc vitia irrideat, non illum riſum cum aliis communiceet.

*Hoc ridere meum.* ] Superius ſe dixit petulanti ſplene cachinnonem, quod ſolutioni riſu infe-ctor, & reprehendo, quod, nemo leget.

*Atque* ) Quasi ſolius, Quamuis alios lectores non morer. Hic eſt meus riſus Satyricus. Graciliſimus.

*Tam niſi, nulla tibi ſendo iliade.* ) Concludit de Satyra ſcribenda conſilium ex diſſimilibus hoc modo. Quamuis vile meum poema nullos lectores ſit habiturum, tamen illud meo certe iudicio Accii Labconis Iliadi antepono, id eſt. Hæſce meas nugas pluris æſtime, quam infulſam illam Attii Labconis vel Neronis Iliada. Nam & Nero ſcripſit Troica id eſt, Hoc Satyricum carmen vile & nullius momenti nulla Accii Labconis Iliade tecum commutarem: Sic nos Germani ich wolſte da nicht vmb geben/wolſte nicht mit ihm tauſchen. quali dicat. Hoc licet viliffimum Pulidamantis & Troiadum aut Midæ iudicio omnibus huius ætatis poemati- bus longiſſimo intervallo prætulero.

— Audaci quicumq; aſſate Cratino

125 Iratum Eupolidem pragrands cum ſene palles,  
Apice & hac, ſi forte aliquid decoctius audis:  
Inde vaporata lector mihi ferneat aure.  
Non hic, qui in crepidas Graiorum ludere, geſſit,  
Sordidus, & luſco qui poſſit dicere Luſce,  
Seſe aliquem credens, Italo quod honore ſupinus  
130 Fregerit Hominas Arreti adils iniquas:  
Nec qui abaco numeros, & ſecto in puluere metas  
Scit riſiſſe uaffer, multum gaudere paratus,  
Si Cynico barbam petulans Nonaria uellas:  
His manu edictum poſt prandia Callirhoen da..

## T A B V L A X V.

<p>Verſus in Actione</p>	<p>Cratini, quem deſcribit ſuo Adiuncto, quod fuerit audax &amp; acerbus verſu 123.</p> <p>Eupolidis, quem ſuo etiam adiuncto depingit, quod iram &amp; inſenſus vitii verſ. 124.</p> <p>Ariſtophanis, quem deſcribit adiuncto ſenilis ætatis ver- ſu 124.</p> <p>Talis vide ſeq. pag.</p>
------------------------------	--

LECTOREM tibi Idoneum  
deſinit, argumẽto diſ-  
milium.

Talis

Talis lector ad meas quoque Satyras accedat ver. 125. & inde ex lectione antiquorum Comitorum præparatus ad meas quoque Satyras legendas veniat ver. 127.

Indoctus philosophorum irrifor qui Philosophorum habitum incessunt ver. 125. Qui ex petulantia naturæ vitia aliis obiecit ver. 128.

Qui superbi, quod in mancipio quodam, magistratum & diligentem forte gesserit ver. 129. 130.

Qui humaniores artes contemnunt & Arithmetico- rum numeros & Mathematicorum figuras in Abaco aut pulvere descriptas irident, ver. 131. 132.

Qui gaudent, si quæ meretrix philosophum ludificetur ver. 132. 133.

Hos omnes per species descriptos reicit, & mane ad edicta prætoris, postea ad meretrices abire iubet, & à suis Satyris abstinere. ver. su ultimo 134.

Non autem petulantes & procaces, quos per species singulares describit.

*Audaci quicunque, afflate Cratino.*) Hucusque Persii de scribenda Satyra consilium. Deinceps quem lectorem velit & nolit suarum Satyrarum indicat, ex dissimilibus, Non Polydamas rem & Troiades, sed in veteribus Comicis Græcis versatum. Vult aliquem in Cratini, Eupolidis. Aristophanis, (vnicuique suum dat Epitheton) carminibus versatum, non vitiosum, procacem & superbum.

*Audaci.*] Quia ille mira acerbitate & libertate Atheniensium vitia præcidit, 97. annos vixit, alii, ducta vxore, prima nocte cum puella coniuge mortuum inuentum.

*Afflate*] Cratino tanquam numine. Eo dixit quia in poetis diuinum quid.

*Afflate*] imbuit, quasi Enthusiasmo, suo quasi diuino instinctu audax Cratinus mentem imbuir, & quasi adflauit.

*Iratum Eupolidem prægrandi cum pene.*] Vitiis Atheniensium insensum & infestum. Perit pugna nauali inter Lacedæmonios & Athenienses, cuius mors tantum luctum urbi attulit, ut publico edicto cautum sit, ne poëta in posterum militare liceret.

*Prægrandi cum (sine)*] Aristophanem intell'git, qui iam ætate grandior Satyras scripsit, vel ad dicendi genus ceter.

*Palles.*] Diligenter nocturna & diurna manu euoluis & studio nimio tibi pallorem & maciem contrahis. Sic inferius.

*At te nocturni iuuas impalescere charis.*

Audacius & hic locutus, vehementius studio sic legis, ut pallescas.

Ffff 2

*Palles*] Actiue hic positum ad reuerentiam & honorem q. referendum, vel quod illos pallescit id est propter illos.

*Aspice & hac si forte aliquid decoctus audis.*] Hasce meas Satyras quoq; inspicere dignare, si quid limatius, politius, & longo studio & industria decoctum & maturum, & minime crudum, quod cum solertia illa græcica comparari queat.

*Decoctus.*] Maturius, Metaphora ducta à fructibus, qui quo magis decocti. hoc maturi magis & dulces, vel ab auro etiam, quod quo magis coquitur, hoc magis purum fulget.

*Decoctus.*] Contra id superius *crudi* proceres, pro cruda scribentes. Et numeri crudi.

*Inde vaporata lector mihi ferueat aure.*] Inde ex lectione Græcorum Satyricorum lector calefacta & adflata & quasi præparata aure, mea quoque carmina cum feruore & ardore audiat, q. d. tepefacta & leuiter calefacta aure & quasi primum excitata inde ex lectione, vel propter lectionem veterum Comicorum, mihi vel in meam gratiam ferueat vel feruidior ad meas Satyras legendas accedat. i. Illarum scriptis accensus ad mea quoq; veniat. Postquam alios audiuit, huc quoque se conferat.

*Vaporata*] Illorum scriptis accensa, vel potius purgata. vnde omnis vapor iam abest. Metaph. à locis viginosis, qui solis calore vaporantur & purgantur.

*Mihi ferueat.* i. Mihi sic frequens & studiosus cum feruore & ardore mea legat.

*Non hic qui in crepidas Graiorum ludere gessit, sordidas.*] Non hic, est protasis dissimilitudinis, quod non tales velit, qui sequuntur, sed quod illos qui in lectionibus veterum Comicorum versati sunt. Dixit igitur quales lectores velit. Iam dicit quos nolit & respuat. Et primo quidem indocti philosophorum irrisores, qui, quos in vita reprehendere nequeunt, in negligentiori externo cultu irident. Vtebantur autem philosophi crepidis, quæ dicuntur ita à crepando homines finirent.

*Non hic.*] Illum scilicet. lectorem volo, moror, aut requiro, qui est rudis & indoctus Sannio. *Gessit*] delectatur, studet.

*Et luscus qui possit dicere luscus.*] Qui petulans & superbus naturæ, vitia aliis obiectat, qui sceleratus est.

*Luscus.*] Cœces, vñ oculus, *μῦρόφθαλμος*, vt Hannibal Sertorius, Philippus, Zischca.

*Se se aliquem credens.* i. Superbus se quantiuis precii virum ratus, eo quod in aliquo municipio Italiz, Ædilitatis honore functus sit.

*Aliquem credens.* i. Aliquid magni de se sibi pollicitus. sic Iuuenal.

*Si vñ esse aliquid*

*Opp. nihil. Sic superius.*

*Pro nihilo pendas.*

*Esse honore superius.*] Ædilitatis munere in oppido vel municipio Italiz, vt Arreti in Tuscia, ab urbe distans 1200. stadiis.

*Proferit homines arreti adilis iniquas.*] Ædiliū enim erat vendentium rabiem coercere, annonam curare, de mensura ius dicere, vasa minora frangere. Testatur idem Iuuenalis Satyr. 10.

*Aut Fidenarum Gaborumq; esse potestas*

*Es de mensura ius dicere, vasa minora*

*Frangere, quæ mosus vacuis, A. Edilis Plabris.*

*Heminas*] absumo eo quod dimidia pars sextarii.

*Sopimus.*] Hilarus, sattu plenus, turgidus, inflatus, & superbus. Iuuenal.

*Et modrum referens de Mecenate superius.*

Notat autem hoc loco certas aliquas sua ætate personas in Repub. Roman.

*Nec qui Abaco numeros.*] Qui humaniores artes contemnit, & Arithmeticoꝝ numeros, aut Mathematicoꝝ figuras in tabella, vel palmifculis delineatas callidi irridere norunt.

*Abaco.*] Arithmeticos numeros & figuras Mathematicas intelligit.

*Abaco*)

*Abacus*] Tabulam in qua ratiocinatores numerant, inter alia significat.

*Seclo in pulvere metas scit rixisse Vaser*] Geometrarum enim stylo in terra vel pulvere figuras Mathematicas depingere solent, ut Archimedes in Syracusana obsidione fecisse legimus.

*Seclo*] Vel quod pulvis ille numeris & figuris sectus, vel diuisus sit: vel quod sit ex atomis pulvis, id est, ex eiusmodi corpusculis, quæ amplius secari nequeunt.

*Mulum gaudere paratus*] Qui nulla vberiore voluptate afficitur, quam cum videt procacem aliquam meretricem Philosopho procaciter illudere & barbam vellere.

*Mulum*] In effusum risum dissolute effundi.

*Cynico*] Pro Philosopho, Synecd. speciei pro genere. Hi autem Philosophi reliquis patientiores, & iniuriarum contemtiores, non tamen à Diogene quam à Socrate orti. Cynicus enim patientissime illam iniuriam tulisset, & ita ab aliis Amusis fuisset irrisus.

*Barbam Vellat*] Philosophi barbam alebant. Extreme contemnat, turpiter illudat. Vide: *Krausium. Horat. Sat. 3. lib. 3.*

*Vellat tibi barbam*

*Lasciuu parat:*

*Qui locus parum dextere Crugio explicatus, ut notavi in Iuvenale meo.*

*Petulus*] Procaz, Diobolus meretrices petulans lasciuia.

*Nonaria*] Sic dicta meretrix, quod hora nona in lupanari prostaret, ne mane omnia exortatione, coiuueneres migrarent, vel quod postridie Nonarum, quæ die nuptiarum erant prohibita, teste Plinio, prostaret.

*Hic mane edictum post prandia Callirhoe de*] Hos omnes virtutum & literarum infusos: conemtores repudio, & his mando, ut mane edictum prætoris ob æs alienum vel culpam audiant, post prandia autem vel horam nonam famosam meretricem Callirhoe, & alias Corporis voluptates concedo, & ab omni honesto exercitio & meis inprimis Satyris, quibus vita & mores emendantur, abstinere iubeo.

*Callirhoe*] Fortè est nomen insignis meretricis. Pro quantis meretrice posuit. Alii pro delicata & lasciuia scripta, & fabulam aliquam de Callirhoe intelligunt. Sed prior interpretatio concinrior videtur, quamvis & hæc absurda non sit. Fuit enim Callirhoe Nymphea Achelbi filia, Alcæonidis uxor.

*Callirhoe*] Cornutus scribit. Nympheam fuisse quam Paris ante Helenam amavit, à quo deserta mulum fleuerit. De qua quidam fabulas scripserint.

*Post prandia*] Post horam nonam. Hoc quodammodo indicat Callirhoe de meretrice debere intelligi.

FINIS SATYRÆ PRIMÆ.

FFf 3.

## SATYRA SECVNDA.

*Hunc Macrinæ diem numera meliore lapillo,  
 Qui tibi labentes apponit candidus annos.  
 Fande merum genio. non in prece poscis emaci,  
 Qua nisi seductis nequeas committere diuis.  
 At bona pars procerum tacita libabit acerra.  
 Haud cuius promptum est, murmurq; humiliorq; susurros.  
 Tollere de templis, & aperto vivere voto.  
 Mens bona, fama, fides, hæc clare, & ut audiat hospes.  
 Illa sibi introrsum, & sub lingua immarmurat.*

ANALYSIS SATYRÆ  
SECVNDÆ.

Secunda Satyra Persius  
 Macrinum hortatur,  
 sum ut

Genio indulgens sacrificet. Confirmat id Ad-  
 iuncto temporis. Quia sit natalis dies,  
 quem duobus adiunctis describit, quod

Magni sit faciens  
 versu 1. & nio-  
 nem addit.  
 Quod vig. annos  
 prioribus annis  
 adponat versu 1.

Non tu impia vota maneribus à Diis corruptis emenda  
 facis versu 3. et 4.

Vino tantum & ebore illi sacri-  
 ficet versu 3. Probat hoc Dic-  
 simil. Quia.

Vt proceres & vul-  
 gus Romano-  
 rum faciunt v.  
 5.

Hæc ergo occasio-  
 ne ostendit per  
 dissimilitudi-  
 nem quænam  
 vota sint

Stulta & impia.

Illustrat id ad-  
 iunctis im-  
 proborum  
 votorum q-  
 tacita voce  
 fiant v. 5. 6.  
 & 7.

Amplificat id  
 alio dissimili.

Pia Vide tabu-  
 lam 8.

Honestæ vota dan-  
 voce prosecu-  
 ant, versu 8. De-  
 scribit illa per  
 species honesto-  
 rum votorum,  
 ut sunt.

Mens bona versu 1.  
 Honestæ fama v. 1.  
 Fides. v. 8.

Inhonestæ vota cõ-  
 tra, submissa vo-  
 ce ver. 9. Am-  
 plificat hæc A-  
 podosin per al-  
 quot species im-  
 proborum voto-  
 rum. Vide seq.

IN A. PERSII SATYRA II.  
IN SATYRAM II.

199

**H**AC Satyra secunda Persius amicam suam Macrinum hortatur, ut genio indulgeat & sacrificet, idque argumentis, ex Adimachis temporis, quod natalis dies sit, & ut frugaliter illud faciat argumento a dissimili, quod non ut principes Romani impia vota faciat, neque opus habeat ut magnis sacrificiorum impensis Deos corrumpat. Qua occasione ostendit, quae vota stulta & impia sint, ut amorum: noxia, ut muliercularum pro liberis & nepotibus: stulta, ut intemperantium & rusticorum, qui quae exoptant, illa omnibus modis perdere nituntur. Et contra quae pia sint, nempe animi bona, vitae honestatem & integritatem a Deo efflagitantia. Est igitur Satyra in illos, qui putabant posse precibus & donis a Diis immortalibus iniusta impetrari. Inscribitur autem DE BONA MENTE, & desumpta est ex Platonis Alcibiade, quae impia & scelerata hominum vota damnat.

*Macrme]* Scripsit hanc Satyrain ad amicam Plotium Macrinum virum doctissimum & integerrimum, a quo agrum indulto sibi aliquantulum precio comparauit.

*Hanc diem]* Natali scilicet tuum. Indicat ergo hanc diem diebus vitae suae latis albo calculo more Cretensium assignandum.

*Numera meliore lapillo]* Inter dies vitae tuae letissimos habe, & candidiore calculo numera. Ex Cretensium more loquitur, qui dies latus albo, tristes nigro lapillo, in cistam coniecto indicabant. Postea computatione facta videbant, quot dies anni latus habuissent, & eis se tantum vixisse putabant.

*Meliore]* Candidiore. Veteres enim omnia alba bona censebant ex sententia Pythagorae. Nigri etiam fontes homines damnabant, albis absoluebant, Ouid. Teste in Metamorphos. 15.

*Qui tibi habentes apponit candidos annos]* Rationem subnectit, quod meliore lapillo celebrandum sit, quia sit natalis. Est enim periphrasis diei natalis, id est, Qui natalis dies candidus, felix & auspiciatus tuae vitae annos labentes lubricos & fugaces addit tibi & adponit. id est, Annos praeteritum claudendo tibi reliquis superioribus adiungit, vel alios annos inchoando, annis quos vixisti praeteritis.

*Labentes]* Sic tempora labuntur.

*Et]* *circa pede labitur aetas.*

*Candidus]* Albus & felix. Sic Tibullus.

*At tu natalis multos, veteranda per annos]*

*Candidior semper candidiorq, veni.*

*Ouid.] Optime natalis quamvis procul absumas, opte*

*et candidus hinc venias.*

*Adponit]* Dum videlicet. nouos inchoat & praeteritos claudit, & sequentes praecedentibus adiungit.

*Ouid.] Labitur occulte, fallitq, solastis aetas.*

*Annos]* Ab an dictus, quod circum significat. Eo quod annus qui circulum absoluit, ambire circum videtur.

*Virg.] Inter cuncta magnam sol circumuoluitur aetatem.*

*Funde merum genio, non asperce possis emaco]* Princeps Satyre secunda quaestio in his verbis, quod Macrinus die natali pance & frugaliter genio, vino tantum & thure sacrificare debeat, quod non opus habeat, ut Deos maximis sacrificiorum impensis corrumpat, dum iniqua ab illis more procerum Romanorum petat, id est, Tu tantum merum genio tuo funde, & thure sacrificia.

*Merum]* Emphaticae, vinum tantum non hecatombas adfer, sacrificia tantum vino, non magna hostia.



*Genio*] Qui Deus, cui Varro, vim habet rerum gignendarum, qui in vno quoque mortali-um. Plutarchus. In cuius tutela quis natus & cui teste Censorio. Natali die sacrificabant.

Merito autem Genio sacrificabant, utpote cum eius beneficio essent olim geniti. Erat enim genius natalis Deus, mulieribus Iuno. Tibull. 4. Eleg. lib. 4.

*At tu natalis quoniam Deus omnia sentis*

*Annue.*

Et lib. 4. Eleg. 6.

*Natalis Iuno sanctos cape thuris aceruos.*

Per hanc etiam iurabant mulieres.

Tibull. lib. 2. Eleg. 12.

*Hac per sancta tua Iunonis numina iuro.*

Per illum viri. Tibullus.

*Perque tuos oculos, per Geniumque rogo.*

Porro vinum Genio tantum hibabant, non hostiam cædebant, in qua die vitam acceperant, olim aliis adimerent. Censorius.

Aliiter tamen apud Horat. cum inquit:

*Cras genium mero*

*Curabis, & porco bimestri.*

*Non tu*] id est, Tu illa à Diis petis, quæ etiam sine sacrificio tibi donarint. q. d. Quia animus purus est absq; sacrificiis dispendio valebunt tuæ preces. Loquitur autè ex adfectu perditissimorū hominū, qui censebant Deos sui similes esse, & corrupti posse. Ratio cur parce & frugaliter sacrificare debeat, per dissimilitudinem. Non ut multa sacrificia faciant multis impensis. Sic & tu. Apodosis præcedit. Vel potius. Non ut multi magna sacrificia faciunt, ut impia à Diis consequntur, sic etiam tu. Est ergo ratio quod vino tantum sacrificare debeat. Quia iniqua à Diis non petat, nec opus habeat, ut votis & sacrificiis ingentibus Deorum obsequium sibi emat, & Deos muneribus corrumpat.

*Prece emaci*] Optima hostia, sumtuoso sacro. Metaphora à rebus quæ precio comparantur. Sic infra. Qua tu mercede Deorum emeris auriculas. Qui multis hostiis & donis Deorum favorem studet emere.

*Posis*] Tanquam tibi debitū efflagitas. eo q; magnis sacrificiis illa emeris, exigis, efflagitas. *Qua nisi seductis nequeas committere diuis.*] Eiusmodi vota ad Deum non profundis, quæ nõ nisi iam ante malis seductis, & corruptis Diis salua fronte committere nequeas.

*Seductis*] Diis dono corruptis, iam ante tuis muneribus & sacrificiorum impensis corruptis. Metaphora à corruptis iudicibus vel nimis facilibus, ut loquitur Iuvenalis Satyra 10.

*Diis faciles.*

*Seductis*] Corruptis vel etiam in secretum quasi locum paululum à turba seductioribus, cum nolis arcana scelera tuorum votorum ab aliis cognosci & audiri, eo quod Deos in secretum quasi locum seducerent. Ut scil. ob tua sacrificia etiam in impiis tibi gratificentur. In seducto loco & ab aliis semoto deductis Diis. Sic Satyra 6.

*Paulum à turba seductior audis.*

*Committere*] Concedere, apere. At Deus nullis precibus vel muneribus corrumpitur. Nam recte Plaurus.

*Inim�ta ab impiis impetrare non licet.*

Et rationem addit Seneca.

*Quin Deus nec malum dat, nec habet.*

*At bene pars precum tacita libabis acerra*] Carpit nobiles per Antithesin ipsius Macrii. Est ergo prociat à dissimili aliorum votorum, quod impia, flagitiosa petant, idq; tacite & secreta, & quod hominem audire noluist. Deo narrant. Id est contra omnes nobiles Romani impij ad Deum vota concipient, quis tacita acerra libant, & submissa voce Deum orant, ut iniquam eorum peticio audiat.

*Tacita acerra*] Metonymia Adiecti pro subiecto ponitur pro voto tacite & submissa voce facti, quod cum libat, in acerra vel thuris arcula chas incendebatur. Ovid.

— Nec qua de parua Diis libat acerra.

Thura minus grandi quam data lance iuuant:

*Tacita*] Quia quæ turpia erant submissa voce murmurantes petebant.

*Libare*] Proprie leuiter degustare, & in sacrificiis primoribus labris Diis præbire. Sacerdos enim antequam vinum funderet prius è simpulio propinabat.

*Libare*] Leuiter attingere. Virgilius

— Oscula libauit nata.

*Non cuius promptum murmurq; humilesq; susurros*] Omnes impia petunt. Illustrat protasin dissimilitudinis ex Adiunctis, impiorum votorum, quod suppressa voce fiant. Quæ deinde vota alia dissimilitudine declarat, quod honesta vota elata, impia vero vota submissa voce conciperentur. Paucissimi Romæ omnibus cupiditatibus soluti, eo perueniunt, ut nihil Deos rogent, nisi quod rogare possint palam. Seneca. Sic viue cum hominibus tanquam Deus videat. Sic loquere cum Deo tanquam homines audiant.

*Murmurq;*] Impiorum votorum & precum. Metaphora ab aquis & arborum frondibus. A Diis enim perunt quæ homines nescire volunt.

*Mumiles susurros*] Suppressos submissos, cum iuxta Horatium

Labra mouent metuentes audiri.

*Tollere de templis*] E suis votis, & precibus in templis factis, eximere, demere.

*Et aperto viuere voto*] Iustas & honestas preces tam alta voce ad Deum concipere, ut à quous audiri possint, & ita viuere, ut preces tuæ & vota omnibus nota & aperta sint.

*Aperto voto*] Aperta & clara voce percepto, cuius omnes circumstantes volentes esse conscios, opponuntur aperto voto, tacita acerra.

*Mens bona, fama, fides, hac clare & ut audiat hospes*] Vtlerius dissimile illud declarat à contrariis quod ex perditâ hypocrisis, honesta, clara voce à Deo petant, impia contra submissa.

*Mens bona*] Sic Iuuenalis Saryr. 10.

Optandum est, si sit mens sana in corpore sano:

*Fides*] Quæ iustitiæ fundamentum, & sine qua nihil constans in mortalibus.

*Hac clare*] Ut quiuis astant audire possit.

*Hospes*] Omnis præteriens.

*Illis sibi introversum, & sub lingua immurmurat*] Antapodosis contrariis aliquot impiorum votorum speciebus illustrata.

*Illis*] Contra mala & perniciofa vota.

*Sibi*] Sibi quorum neminem conscium velit, nisi se & Deum. Centebant enim stulti homines ipsos Deos, ut prauos iudices muneribus corrumpi, ut donarent quicquid illi vellent pro corum lubitu. Seneca. Nunc quanta est hominum dementia? Turpissima Diis vota insusurrant, si quis admoerit aurem contitescunt, & quod hominem scire nolunt, Deo narrent.

*Sibi*] Vel, tanquam sibi hæc dicant, cum Dii illa impia non sint audituri.

*Introversum*] Inter dentes & sub lingua immurmurat, eiusmodi & Horatius desideret.

Labra mouet metuens audiri, pulcra lauerna

Da mihi fallere, da iustum sanctumq; sideri,

Noctem peccatis & fraudibus obice nubem.

Et Mercator apud Ouid. ad Mercurium 3. Fast.

Da modo lucra mihi, da factis gaudia lucro,

Et face ut emtori verba dedisse iuuet.

*Sub lingua*] Ut extra os non prodeat.

— & ff

Ebullet patris præclarum funus! & ð ff

Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro

Hercule! papillamve utinam quem proximus heros

Impello, expungam, namq; est scabiosus, & acri

Bile tamen: Nerio iam tertia conditur uxor.

*Hæc sancte ut pascas, Tyberino in flumine mergis  
Mans caput bis terve, & noctem flum in e p n 16.*

## T A B V L A I I.

Species im- proborum votorum ponit	Avarorumque delictum idem per aliquot specieque cum	Proposit	1. Ut prædiues patrus moriatur, cuius hereditatem adeat. ver. 10.		
			2. Ut inter arandum seriam argeptæ plenam thesaurum inucai. ver. 11.		
			3. Ut pupillum, cui proximus in testamento hæres constitutus sit, viuendo superet. ver. 12. et 13. Ratio huius voti additur duplex, ex Adiunctis pupilli, Tum quod		
			Scabiosus sit, et ob id facile mori possit ver. 13.	Biliosus et morbidus ver. 13. et 14.	
			4. Ut vxor moriatur. Declarat id exemplo Netei, qui tres vxores se- pelierit, earumque dotibus diues factus sit. v. 14.		
				Hæcine tam impia. ver. 15.	
			Irridet, Argumento Dis- similium & repugnā- tium hoc m.	Illa sunt quæ tu tamen san- cte studes? Demonstrat id factis illorum, qui san- cte sacrificant. Tum quia	Mane pure fa- uas. ver. 15. et 16.
		Refutat. Vide seq.	Noctis concu- bitum flumi- ne purgas. v. 16.		
			Verularum mulierum. Vide Tabulam 4.		
			Intemperantium. Vide Tabulam 5.		
			Agricolarum. Vide Tabulam 5.		

● *se bullæ*] id est, Vinam patris mei optimum et præclarum funus prope diem velut aqua feruens extra leberem redundat & effunditur, sic domo foras efferatur & ebulliat. Cicero. Si virtutes ebulliant. id est, Eorum oratione effruescant. Ego vota cepserim bullare aquarum esse, e in in bullas insurgit, et ebullare cum illa peteunt, ut ita patrum in modum bullæ eum-  
neat. Dasi er vergehe wie ein Wasserblase ad bullæ similitudinem exeat vel expiret, vel ut patrium funus repente se prodar tanquam bulla. Est autem votum avari ut patrus en-  
niatur, aliosum ad prouerbum, *Hæmo bulla*.

*Innummurari*] Veteres etiam eadem significatione dixerunt marmuros.

Varro.

*Roma capimus marmurari.*

*O si*] Primum impium votum avarorum.

Iuuen. Satyr. 10.

*Prima fere vota, & cunctis notissima templis*

*Diuitia & crescant, & opes, & maxima vota*

*Nostris sit arca fore.*

*& id est, Vinam. Optantis.*

Sic Satyr. prior  
Hæc Satyra 6.

*Ab his fas dicere!*

*O si angulus proximam accedat qui nunc detormas agellum.*

*Ebullet patris præclarum funus & ò si* Pizclatum, quia præclaram det hereditatem.

*Fumus*] Foquelinus sepulchrum incelligit, quod veteres thesauros & quicquid carum haberent, vna secum sepeliri curarent.

*Et ò si*] Secundum votum auari, vt thesaurum inter arandum inachias.

Ex Horatio, cum ait.

*O si vnam argenti fors qua mihi monstret, ut illi, &c.*

*Sub rastro crepet argenti mihi, serua dextro*] Oblongum, fictile vas argento plenum, & in terra defossum.

*Sub rastro crepet*] Inter arandum exoptatissimum mihi sonum edat.

*Dextro*] Hercule secundo & felice & auspicato, vt omnia dextra felicia, sinistra & læva, inauspicata. Sic Horatius, quem hic quamuis variis in locis imitatur, dixit, *dimes amico Hercula iuvenal.* *Dextro loue.* Statius, *Castore dextro.*

*Hercule pupillum &c, nunciam quem proximus hæres*] Tertium votum auari, vt pupillus moriatur vti nam pupillus cui hæres proximus in secunda æta constitutus sum, moriatur & expunctus locum proximo mihi succedenti reliquat.

*Impello expungam, namq; est scabiosus & acris*] Impello dicit, quia quæ obstant, impellimus, vt remoueamus.

*Expungam*] Ich ihn müge auflesen / per mortem extrudam & amoveam auf dem Wege reumern.

*Expungam*] Vel etiam deleam illum è tabula, vt cum ille in hereditate primus sit, ei mortuo & expuncto proximus succedat, Metaphora à militibus qui punctis scripti legionibus inseruntur, & *expuncti* dicuntur, cum nomina eorum albo eraduntur; vel à bello & conficta, in quo expuncto vel cadente aliquo, qui primus est & proximus sequitur, ipsius locum supplet & ei succenturiatur. id est, Vt ita illum Testamenti tabulis expungam, vt miles ex bello expungitur.

*Namque est scabiosus*] Ratio voti ex Adiancta facilitate quod facile mori possit, cum natura letidians sit, & biliosus, scabie oblitus & bile fastidus & tumidus.

*Acris*] Vehementi & accensa.

*Nam iam tertia conditur vxor*] Quartum votum auari vt vxore mortua, alia tum noua deducatur, & ita coniugum dotibus locupletetur. Nos enim à ciue Romano non patrio nominata, si repudium non interuenisset, post mortem ad maritum spectabat. Fax autem Nerius Romæ forerator locupletissimus, coniugum mortibus & dotibus locupletatus.

Horatius.

*Scribe decem Nerio.*

Q. d. Nerius adeo felix, vt iam tertiam vxorem ad sepulcrum efferat, & retentis earum dotibus diues & opulentus euaserit. Hæc verba cum indignatione sunt pronuncianda, eo quod Nerio maior felicitas sit concessa, quam ipsi.

*Conditur*] Sepelitur, effertur ad rogum. Ducitur alias legitur.

Sic luuenalis.

*Ducitur iratus blandendum funus amicis.*

*Hæc sancte, & pascas Tyberino in gurgite mergi*] Verba Poetæ stultæ auarorum vota irridenda, quod arguendo ex dissimilibus vel repugnantibus illustrat. Quod impij etiam sancte potere studeant.

*Sancte*] Rite & legibus ac ceremoniis obseruatis, quibus cautum ne hæsterna Venere inquinati Deos adirent, sed prius mane pure lauarent, idque vino flumine.

Tibullus.

*discedite ab aris*

*Quis talis hæsterna gaudia nobis Venen:*

Apud Plautum in Rudente Act. 3. Scena. 3. Mulieres petunt, vt sibi pace Venere in eius templo edoliceat, dicuntque se elatas opera Neptuni.

*Tiberino in flumine.]* In Tibri flumine bis terne caput tuum abluit.  
*Et noctem flumine purgas.]* Nocturnum concubitum illecebras veneris, sordes è nocturna ve-  
 nere contractas, purgas. Vele etiam impuras infortunia, quibus polluebantur.

Propert. in natali amici, lib. 3.

*Ac primum pura somnum tibi discente lymphe*

*Bis.]* Binarius numerus olim in sacrificiis usurpatus.

**Sic Ouid. 4 Fast.**

*Bis caput intonsum fontana spargitur unda,*

*Bis sua sanguinea tempora fronde regit.*

*Terq.]* Qui numerus perfectus, quo impare Deus gaudet.

Ouid. 3. Fastor.

*Terq., senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustras.*

**Sic Lucan. Sary. 6.**

*Ter matris Tiberi mergatur, & ipse*

*Verticibus timidum caput abluat.*

*Heus age, responde, minimum est, quod scire laboris:*

*DE Jone quid sentis? Estne, ut preponere cures*

*Hunc cuiquam? cuiam? vis Staius? an scilicet hares*

*Quis potior index, puerisve quis aptior orbis?*

*Hoc igitur quo tu Iouis aurem impellere tentas,*

*Dic agedum Staius, pro ò Juppiter ò bone, clamet*

*Juppiter: ad sese non clamet Iuppiter ipse?*

*Ignovisse putas, quia cum tonat, ocyus illex*

*Sulphure discutitur sacro, quem tuq., domusq.,*

*An quia non fibris onium, Ergennaq., iubente*

*Triste iaces lucis, evitandumq., bidental.*

*Idcirco stolidam prebet tibi vellere barbam*

*Juppiter, aut quidnam est qua tu mercede Deorum.*

*Emeris auriculas, pulmone aut laticibus unctis?*

### T A B V L A III.

I. Auarum ad respondendum inuitat ex adiunctis, quia parum fit, quod ex eo velit quærere. vers. 17.

Refutat impietatem a-  
uari, & quidem Dia-  
logismo, in quo

3. Votum eiusdemat ar-  
gumeto, impium ma-  
torum hoc modo

Jupiter est longe melior quam Staius sceleratissimus ver.  
18. & 19. Probat id per dialogum ex Adiunctis  
Staii minorum collatione Ironice illustratis vers.  
19. & 20. qui malus index fuit & improbus tu-  
tor.

Sed Staius indignitatem tuorum avari votorum, qui  
Diis narras, perferre non poterit, & præ indigna-  
tione Deos iratos inclamabit. vers. 21. & 22.

Ergo multo magis Iupiter seipsū iaculabitur & indignabitur v. 23.

Hæc conclusio illustratur per duplicem prolepsin aduersarii hoc modo.

1. obiect. per minorum argumentum. Obicis Iovem tibi ignoscere, quia cum tonat citius quercum aut domum fulminat, quam te versū. 24. & 25.

Respondet, per dissimilitudinem simili illustratam.

Licet tu non iaces in luto tanquam bidental fulmine percussus & expiandus per Aruspice[m] ver. 26. & 27.

Tamen Deum non debes ludibrio habere. ver. 28.

2. Obiect. à factis quod Deos laudis sacrificiis corruperit ver. 30.

Resp. per repugnantia. Quod Deorum aures muneribus emi & corrumpi aequant versu. 29. & 30.

*Hæc age responde minimum est quod scire laboro.* ] Apostrophe ad auarum, quem iam ad sibi respondendum inuitat ex adiunctis, quod id quod rogaturus sit, exiguum sit. Hæc impie stolidè, flagitiose, deploratè, horrefu Gotlofer Wöswich: ich will dich fragen. Vehemens compellario indignationis plena, qua hunc sceleratum urget.

*Minimum.* ] Quasi dicat. Non diu te interrogando detinebo, paruum est, quod à te scire extoro: alii legunt nimium est. quasi dicat. Nimis vehementer à te scire cupio, sed illud primum concinnius.

*De Ioue quid sentis? estne uti proponere cures.* ] Dialogismus poetæ cum auaro, ubi docet impia hominum vota Diis ingrata esse. Syllogismus ex imparibus maioribus. Improbata vota etiam improbiſſimo. Statio ingrata sunt. Igitur multo magis etiam Deo.

*Quid sentis?* ] Anne illam tibi aliisque hominibus flagitiosis similem esse putas? qui ut homo malis muneribus possit corrumpi. Quid de Deo tibi persuades, cum tam impia ab ipso secreto muturre petis, quæ vel Statio improbiſſimo homine affante, & audiente non auderes dicere? Nam si impius auari votum exsecrabitur, quo tandem animo Iuppiter erit?

*Estne uti proponere cures.* ] Estne tua opinione Iuppiter vel tantillus fide & virtute, ut illam cuiquam vel Deorum vel saltem hominum ausis antepone. Est autem hoc loco Mira energia & vehementia.

*Cuiam?* ] Possit esse verbum auari vel poetæ in persona auari, cuiamque igitur illam antepone. Videtur autem esse verbum poetæ deliberantis quemnam velit nominare & pro exemplo hominis adducere.

*Vix Statio.* ] Vixne vel illam Statio antepone. Non potuit autem magis confutare auarum, quam tanto hominis nefarii exemplo, ut auari scelus per amplificationem maius fiat scelus Staii. Fuit autem hic Staius Albius Oppianicus qui veneficiis Oppianicis fratrem & uxorem Cluentiam eius grandiam appropinquante partu sustulit. Contra quem Cic. pro Cluentia. *Aspiciet heres quis potior indignetur, quis appior orbi.* ] Reprehendit auarum hæc sententiam in nomine Staii. Dicit hoc, quasi aduersarius impius precator cunctatus sit, aliquando.

apud se deliberans, ecquid Iouem etiam Staiō velle præponere. ob id indignatur Poeta q.d. *zweiſt elſtu noch lang vud bedenckeſt dich?* quasi dicat. Quid ſtas? An cunctis Iouem Staiō præponere, quo nemo eſt peior. Exprimi autem malitiam talium precatorum, qui vel de hoc dubitent. An cunctis, dubitas, vel ambigis adhuc quis inter Iouem & Staium potior, & iuſtor iudex ſit. & pueris orbis, vel pupillis aptior, vel vilior tutor futurus ſit?

*Quis potior iudex.* Ad ſcclera Staii reſpicit, qui malus fuerit iudex, ſpoliator pupillorum, multa ob auariciam iniquiſſime iudicari, quaſi dicat Cui dubium, quin Staius omnium iudicum & tutorum ſit perdiſſimus, Iupiter vero omnium optimus & iuſtiſſimus, ac proinde immenſo intervallo hic illi præferendus?

*Hocigitur quo tu Iouem Autem impellere tentas.* ] Eſt igitur Iupiter Staiō infinito intervallo melior, & Staius homo perdiſſimus, & tamen hæc tam impia tua vota, quæ ad Iouem, age ad Staium concipe. Ille ſtatim iræ & indignationis plenus Deorum & hominum fidem inclamabit. Si ergo illa vota etiam ſccleratis ingrata ſunt, quo magis Ioui?

*Impellere*] inducere, perſuadere vel curare, obtundere, vrgere aggravare, labefactare,

*Dis agendum Staiō: pro Iupiter o bone clames.*] Age illa, quæ Ioui inter precandum dicis, & illa & committe acribus Staii, vel peccat Staiō.

*Pro Iupiter o bone clames.*] Iupiter, proloporia Staii, id eſt plenus iræ, furoris & indignationis inclamabit Iouem. Etant enim preces ſccleraſſimæ, ſuperius, q.d. O Iupiter audis hæc & non fulminas? Imitatur Horatium.

*Maximo quā non*

*Iupiter exclamet?*

*Iupiter at ſeſe non clamat Iupiter ipſe at ſeſe.* ] Viſ hic imparium maiorum lare. Ergo multo magis Deus ipſe inclamabit. An non Iupiter ipſe ſuam operam inclamabit, & his impiis votis exſtimulatus ad iram & indignationem vindictamque ſe inſtruet & armabit.

*Clamet.*] id eſt clamare debeat. Nonne exclamabit ad ſeipſum?

*Ignouiſſe putas, quia cum ſanas ocyus illex.* ] Reſpondet obiectioni tacite. Quod Deum non commoueat. Nam ſi commoueretur eiufmodi votis, fulmine ſtatim aliquem percuteret. Eſt ergo proleptis. Negat enim hoc Perſius, argumento ex diſſimili minori. Quamuis ſtatim in fulmina non torquet, ſed quæcumq; potius, quam te & domum tuam fulminat, interea tamen veniam tibi non indulſit Horatius

*Rare antecedentem ſccleratum*

Tibull.

*Ab miſer & ſiquis.*

Valer. Max. *Lento quidem gradu, ad Vindictam diuina procedis ira, ſed tarditatem ſupplicii grauitate compenſas.* Hinc in Epigrammate dicitur *tyrannus in pace*, quod veſtigia ſccleratorum ſequatur.

*Ignouiſſe putas.* ] Deum ſcilicet, tibi ob ſuntuoſa tua ſacrificia, cum ſtatim ab ipſo non puniris.

*Illex.* ] Hagenbuche. Species diſſimilæ quercus, alta & grandis ob id fulminari talia ſolent. Horatius

*Sapientis ventis agitur ingens. Pinus.*

*Sulphure diſcutitur ſacro, quam tuq; damnaſq;.* ] Metonymia 4. Modi. Sulphur enim aduſtum fulginiſ, ſulphur redolentis. Vi. gilius

*Intenuis lauum, loca laſe ſulphure fumant,*  
id eſt, igne fulminis ſulphureo.

*An quia non ſibiſ cuium argenti que iubente.* ] Ad ſecundam proleptin reſpondet. Secundum ad ob-

ad obiectionem responsio per dissimilitudinem. Quamvis non fulmine percussus bidental in luco iaceas, tamen Iovem non debes irridere, id est, An propterea in impietate tua confirmaris, & Iovem tibi eludendum putas, quod nondum in luco pro fulminato iacens cæsarum outum intestinis & victimis à procuratore fulminis expiatus es?

*Fibræ.* Extis & intestinis ouium quibus expiaris.

*Ouium.* Quia his mitioribus ciuis putabant iram Deorum mitigari.

*Ergennas.* Synecdoche speciei pro genere. Ergennas enim nomen proprium Sacerdotis, fulgurum coaditoris, Aruspitis Hetrufci, qui Hetrufci hoc instituerant, & ex Hetruria fulminum conditores adiegebantur.

*Inbente.* Inquam ille inberet, locum illum non tangendum esse.

*Triste iacis lucis evitandumque bidental.* Triste bidental, eo quod Ierbo tuo alii reddebantur tristes. Bidental dicitur quicquid fulmine percussum binis bidentibus vel ouibus expiandum est, illud hoc loco pro homine fulminato ponitur. Locum autem fulmine tactum solcibus eludere & sepire.

*Triste.* Quia homines tristes reddit.

*Lucis.* In Lucos enim parum castos fulmina mittere censebatur Iuppiter.

Horat. l. od. 12.

*Tu parum castis inimica mittis  
fulmina lucis.*

*Evitandumque.* Declinat dum non caleandum pedibus, quia locum fulmine tactum calcare nefas quem & procurator clauderat, qui sepicbatur à Sacerdote & collecta fulminis fragmenta sub terram condebantur, Lucanus sub finem lib. 1.

*Armax dispersos fulminis ignes  
Colligit, & terra mox solum murmure condit.*

Juvenalis Satyr. 6.

*Atq; aliquis senior qui publica fulgura condit.*

*Merco solidam præbet tibi Vellere barbam.* Antapodosis dissimilitudinis. An ideo te Iovem dedicaturum existimas vide Plutarch. in Alcibiad. 2.

*Vellere barbam.* De hoc in calce Satyræ 1.

*Aus quidnam est, Qua tu mercede Deorum.* Tertia pproplepsis, Occurrit rursus tacite obiectioni, ergo Deos maximis sacrificiorum impensis ira mihi deuoxi, ut mihi non solum imbeciles non possint, sed aures etiam tibi præbere o anti cogantur. Quod resursum ex repugnantibus. Quod enim vel bonum intestinis Deorum aures non redimantur, ut quasi ob mercedem debitas tibi aures porrigere cogantur. Hinc alter poeta inquit

*Non bonæ mercede cælestia numina gaudens.*

*Quidnam est qua.* Nota constructionem. Quidnam est, cuius confidentia tu illud audere poteris, quod tanquam mercede & precio, *in te vixit.*

*Emeris auriculas puluonis & laticibus ventris emenis.* Mercede data redemeris & condere, ut quod mercedem suas tibi aures porrigere cogatur.

*Puluonis & laticibus ventris.* An illud pinguibus, opimis victimis, & vasis vel pinguibus pocula uisceribus fuisse, *leonia.*

*Lætes.* Lætesina pinguis, vel membrana quibus illa cohererent, ventriculo enim in ovis & homine annexi sunt laces, illique alias lla dicuntur.

*Ergo.* Plantis Rudente.

*Et quod cælestis illi in animum inducunt suum,  
Iovem se placare posse omnibus hostiis,  
Et operam & sumptum perdunt, id eo fit, quia.*



*Nihil ei acceptum est à periuvis supplicet  
Facilius, si quis puer est à Deo supplicans,  
Quam qui scelestus est, inueniet veniam sibi*

*Ecce auia, aut metuens diuum matertera, cunis  
Eximit puerum frontemq; atq; vda labella  
Infami digito, & lustralibus ante salinis  
Expiat, urentis oculos inhibere perita.*

35

*Tunc manibus quatit, & spem macram supplice voto  
Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in edas  
Hunc optent generum Rex & Regina puella  
Hunc rapiant: quicquid calcanerit hic rasa fiat.  
Ast ego nutrici non mando vota: negato  
Iuppiter hac illi, quamuis te albata rogaris.*

40

## T A B U L A I V.

<p><i>Anticlasias proponit. Vbi tum quidem per hypopypona describit Transit ad anticlasiam vota pro liberis &amp; nepotibus, quæ tuæ</i></p>	<p>Ex Adiunctis, quod sint { Auia vers. 31. Matertera: superstitioſæ vers. 31.</p>
	<p>1 Cunis puerum eximit vers. 31. &amp; 32. 2 Frontem eius &amp; labra medio digito, lustrali ieiuna salina madido perungit, ad auerrendos fascinatorios oculos vers. 32. 33. &amp; 34. 3 Manibus quatit vers. 35. 4 Dubia spe pro puero suppliciter orat, argumento similitum, vt fiat ditissimus, quales Licinius &amp; Crassus vers. 35. &amp; 36.</p>
	<p>Reges eius affinitatem ambient vers. 37. Puellæ ob pulcritudinem eum rapiant vers. 37. &amp; 38. Vt bipedem figat, inde rosæ enascantur vers. 38.</p>
	<p>Earundem vota stulta per Prosopopœian quibus nepotibus suis adiunctam pulcritudinem operabatur quam describit per effecta pulcritudinis. Nimirum, vt Damnat per Apostrophem &amp; deprecationem ad louem per Argumentum dissimilium declaratam, cuius protasis sequitur hoc modo. Quamuis hæc vota fecerit albis vestibus inducitur vers. 40. Tamen illa ipse negare debet vers. 40.</p>

*Ecce autem aut metuens diuum matertara cunni.*) Hæcenus auarorum vota Sarytica mordacitate sectatus, Eadem nunc festiuitate muliercularum pro liberis & nepotibus suis vota præcesque supersticiosas & impias perfringit, eludit & exagitat. Describit anuum stultitiam ex adiunctis & Effectis. Obstant autem illæ non virtutem & probitatem sed vitiorum fomenta.

*Auia*) Hæc enim & nutrices solebant pro pueris orare.  
Horatius.

*Quid doneat dulci nutricula mæm alumno.*

*Metuens diuum.*) Superstitiosa. Omnis autem superstitio Deum metuit. Sic Terent. *Fugisans litium.*

*Matertera* ] *ματτοδλφ*. Matris soror, quasi mater altera.

*Cunni exemit*) M. rifice rem oculis exponit.

*Frontemq; atq; ocla labella.*) Exprimat iam supersticiosos illos ritus, quibus vetulæ in precibus & lustrationibus suis super nepotes & natos utebantur, nempe licio varii coloris ceruicem illorum ungebant, postea turbatum sputo puluerem medio digito tollebant, & eorum frontem ac labella signabant.

*Vda.*) Vrida & humida labella. Nam pueris edentulis continuo salina sunt.

*Infamæ digito ex lustralibus ante salinis expiat.*) i. Medio, impudico, Cur infamæ vocetur salinis notum, nec heic referendum.

*Porro medio digito aliquem monstrare*) per ignominiam fiebat, ob eius infamiam fortè, quod illo digito molles caput tolerent scalpere. Iuuenal.

*Cum fortuna ipse minaci.*

*Manderet laqueum, mediumq; ostenderet gneguem.*

Et alter.

——— *Digito caput gno*

*Scalpit, quid credas hunc tibi velle virum.*

Et Martialis.

*Rideto multum, quate sextile Cima dum*

*Dixerit, & digitem porrigito mulierum.*

Idem.

*Ostendit digitem sed impudicum*

*Porro dig'itus medius expiationibus erat utilis, & omnia ridicula & obscœna credebantur fascinum arcere.* Ob id Romani pueris suis signum ad collum solebant appendere, quod referebat signum membri virilis, id amuletum possumus vocare ab amoliendo. In carmine ergo seruat proprietatem ritus. Irati autem potissimum nocebant. Forte eo ergo obscœna & ridicula à puerorum collis appendebat, vt ira venenatorum hominū per ridicula illa mitigaretur.

*Lustralibus salinis*) Quod illis puerum lustrat & expiat, vt ita veneficia & fascina, & vrentes oculos, quæ vel solo aspectu nocent, prohibeat & impediat.

*Lustralibus*) Purgatoriis & expiatoriis liberantibus puerum ab omni malo & fascino.

*Ante*) Scilicet quam orare incipiat.

*Expiat*) Purgat, tingit, inficit. Est autem expiare proprie purgare, vel purum facere.

*Vrentes aculos inhibere perita.*) i. Quæ noxios, pestilentes & virulentos oculos eiusmodi expiationem perire impedire nouit, auertere & inhibere. Plinius ait *in hominis salina vim esse aduersus veneficia & fascinations.*

*Vrentes.*) Idem ait in Il. yrico esse, qui vel solo visu effascinant. Describit ergo hic Persius præterea non improbatem etiam superstitionem.

*Tunc manibus quatit*) Vterius ridiculas illas superstitiones & ineptias persequitur, postquam depulit mala, iam bona precatur, varie agitatis manibus more religiosorum, illas quæ sequuntur preces, ore concipit.

Hbbb

*Es spes macram supplice voto*) id est, Spem de puero exilem, dabiā & fallacem miseram & incertam Suppliciter igitur orat, ut diues euadat, ut Licinius vel Crassus.

*Spem macram*.) Et potissimum de puero spes & expectatio admodum incerta est, vel macram quod ea frustretur, vel quia futura omnia incerta sunt. Nihil autem infantis expectatione est incertius. Alii per metonymiam spem pro puero explicant, non male. *Cum in infantem propter spem nihil fere sit.*

*Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ades*.) Licinium conforem libertum D. Augusti intelligit, hominem ditissimum, qui Cæsaris in Gallia procurator totam prouinciā spoliavit, De hoc Iuuenalis Sat. 14.

*Dispositis pradiues hamis Vigilare cohortem,  
Sernorum noctū Licinus iubet, attonitus pro  
Electro signisq; suis phariq; columen a.*

Et Varro.

*Marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato paruo;  
Pompeius nullo, quis potest esse Deos.*

*Crassi*) Alii Cræsi. de Marco Crasso diuite intelligendum, qui cum filio contra Parthos profectus perit. Alii Licinium Crassum intelligunt, qui negauit quenquam esse diuitem, nisi qui integrum exercitum per annum suis sumptibus possit alere, Romanorum locupletissimum, ut sit figura in *2<sup>o</sup> d<sup>o</sup>*.

*Hunc optent generum rex & regina*.) Vota mulierularum & vetularum pro liberis & nepotibus suis stulta & ridicula, ut gratus & formosus euadat, adeo ut reges etiam eius adfinitatem certatim ambiant: Adeo speciosus & elegans hic puer euadat, ut reges & principes eius adfinitatem ambiant, puellæ eum rapiant, & de eo litigent & contendant, adeoque ita eum omnes veneres, desideria, & Charites comitentur, ut quoquo locorum pedem fixerit, continuo violæ & rosæ enascantur. Quam vero pestifera, noxia & perniciofa sint, hæc vota Iuuenalis indicat Sat. 10:

*Euertere domum totas optantibus ipsis  
Dui faciles, nocitura toga, nocitura petuntur  
Militia.*

*Puella*) De illo litigent & contendant.

*Rapiant*.) Propter pulcritudinem & gratiam, ut Ganymedi & Boreæ contigit *Hunc rapiant, quicquid calcaueris hic rosas fiat*.) Adeo omnia desideria et Charites comitentur, ut ubi vel pedem fixerit, continuo inde violæ & rosæ enascantur. Est hyperbolicum votum cum proverbio, quo extrema felicitas significatur.

Sic Satura prima.

— *Nunc non è manibus illis.*

De talibus votis ait Seneca in Epist. *Desine optare, quæ tibi optauit nutrix, aut paedagogus, aut mater. Nondum intelligis quantum mali optauerint. O quam inimica sunt nobis vota nostrorum, Et eo quidem inimici: tota, quo cessere felicius.* Iam non admiror, si omnia nos à pueritia prima mala sequuntur, inter execrationes parentum excreuimus. Et alibi roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde et Corporis.

*Ast ego nutrici non mando vota*.) Apostrophe & indignatio ad Iouem indignationis plena, quæ delira huiusmodi vota rata non esse debere docet ex dissimilibus. Quamuis hæc vota fecerit albis induta vestibus, tamen rata non esse debent. Ego huiusmodi vota pro pueris cum sint vana, stulta, perniciofa & superstitiosa illis non mandauero. Stulti enim nesciunt quid petant.

*Ego*.) Vir sapiens enim nollit talia vota effectum consequi, cum si audiantur & concedantur à Diis, magis sint obfutura, quam profutura. possent etiam hæc verba attribui pupillo sapientiori, qui assermet sese talia stulta, nutrici suæ non mandasse, vel etiam dici loco patris, voti improbitatem damnantisi.

*Nigado*

*Negato Iuppiter hac illi.*] Præsertim cum bona non perat, sed cum illius *deus* vel cum non sint precæ, sed imprecationes & Diræ.

Sic Iuvenalis Sat. 6.

*Dic mihi namque quæso dic antiquissime Divum  
Respondes huic lane pater? magna ovis caro?  
Non est, Sadeo, non est, quod agatur apud vos.*

Et idem Satyr. 10.

*Omnibus in terris.*

Et sub finem.

*N. I ergo optabunt homines?*

*Quamvis tibi data rogaris.*) Quamvis vel maxime religiosa & sollicita, more sacrificantium candidis vestibus opem tuam imploratit. Sic Horat. Sat. 2. lib. 2.

— *Aliosq; dierum*

*Festis albatu celebres.* —

Tibullus lib. 2. Eleg. 1.


*Castæ placens superis, alba cum veste venire.*

Præci in sacrificiis candida veste utebantur, Nam ut ait Plato, *Dii candidis & puris vestibus delectantur.*

*Albata.*) Festiva, candida veste induta.

45 *Poscis opem nervis, corpusq; fidele senectæ:  
Esto, age: sed grandes patina, tucetaq; crassa.  
Annuerè his superos vetuere, Ionemq; morantur.  
Remstruere exoptas casu bone, Mercuriumq;  
Arceſſis fibra: Da fortunare penates,  
Da pecus, & gregibus, fatum. Quo pessimo pacto  
Tot tibi cum in flamma iuvenum omenta liquescant,  
Attamen hic extis, & opimo vincere facto  
50 Intendit, iam crescit ager, iam crescit ovile,  
Iam dabitur, iam iam, donec deceptus, & expositus  
Ne quicquam fundo suspiret nummus in imo.*

H h h h



*Poſſis opem nerum*) Reprehendit huc vsq; impia hominum vota illicita, & noxia à Diis petendum, Exagitat iam stulta vota Romanorum, qui sua intemperantia votis officiant, qui bonam valetudinem, robur & longam vitam à Diis petebant, quam nimis epulis sibi ipsi tollebant. q. d. Quomodo potest illud Deus dare, quod est per summam luxuriam prodigis? Et sic illi quidem.

dem bona & licita petebant, sed Deos largituros suis factis contrariis impediabant. Quos tamquam parum sanos deridet extrepugnantibus. Quæ repugnantia sunt.

Corporis enim robur & valetudinem petis : Et luxu illa & deliciis corrumpis. Est autem initio Apostrophe ad iuuentutem.

*Opem*] Auxilium, robur & firmitudinem corporis.

*Nervus*] Membris, quibus vis & robur corporis continetur. Hinc nervos intrudere, i. omnes vires exercere.

*Corpusq; fidele senectæ.*] Bonam valetudinem, quæ ne in senectute quidem te deferat. i. vitam longævam & nulli adversæ valetudini obnoxiam.

*Ego age*] Permissio & concessio, q. d. Non improbo bona, quæ tu quidem iam petis. Nam vt Iuvenalis.

*Orandum est ut si mens sana in corpore sano,*

Et Seneca in Epistola *Roga bonam valetudinem animi deinde corporis.* Sane quia nihil præclarior homini à Deo dari potest, & sine qua vita mortalium aut nulla aut misera & ærumnosa.

*Sed grandes patina tucetq; crassa.*] q. d. Vt vel maxime tibi velint hæc bona Dei boni largiri, & tuas preces exaudire, Quomodo possunt, cum tu bonam valetudinem, quam oras gula & crapula corrumpas. Sed vt vel maxime Dii ad vota tua prompti sint, nimis Epulæ & grandes opsoniorum patinæ, regales dapes, tucera & fercula pingua, conuiuia, comestiones, ingurgitationes quibus valetudinem corrumpis, Deos hæc præte tibi largituros moriatur & impediunt.

*Grandes patina.*] Quibus vires corporis non reficiuntur sed opprimuntur variis opsoniis plenas, vide Cynicus in Epistolis, *πρωτοι ὑμαρτος δι' ἰδιαν, πλετοι δι' οὐδυνος δι' ἀκροβυτου τῆς δουλοῦς γαστρῆς.* q. d. Ingurgitatio, non Deorum voluntas illis obstat, quo minus diu vivant, illa enim prompta quidem est, sed te obstante impleri nequit.

*Patina.*] Metonymia Continentis pro Contento, i. ipsæ dapes regales & nimis epulæ, lanceo dapibus plenas.

*Tucetq;*] Elæx regis, vt ait Fulgentius, genus farciminis, è carnibus suillis minutim cōcitis.

*Crassa*] Pingua copiosa. Nimirum quibus tu valetudinem opprimis & corrumpis. Nam vt ait Cicero, *Luxuria adolescentia effectum corpus tradis senectuti.*

*Annere his superos & uenere, lenemq; morantur*] Quia tu contraria optas, & cōtraria facis, lubet Deos & vota tua exaudire, impediunt, quo minus illis, quæ petisti, successus largiantur.

*Rem struere exoptas, si casu bone*] Transgiam ad illos qui multis hostiis casis diuitias exoptabāt quos eiusdem stultitiæ damnat, qui maceratione & profusione pecudum sperabant pecudes suas augeri, quod improbis à Deo precibus diuitias & pecudum proventum peterent, cum interiam diuitias & pecudes opimis sacrificiis, & hecatombis omnibus modis atterere & infumigare niterentur & studerent.

*Rem*] Familiarem, pro opibus & diuitiis posuit vt Græci *πρεβημεν.* Sic Terentius. Nunquam rem facies. Ex Cic. 2. Catil. Res eis iam pridem, fides deficere nuper cepit.

*Struere.*] Augere, coaceruare, amplificare. Opponitur rem struere & bouem cadere.

*Casu bone.*] i. Sacrificio.

*Bone*] Emphatice. Eum tu cædis, cuius cultura discere debebas.

*Casu bone remstruere.*] Notabilis contrarietas. Diuitias exoptant, sacrificiis patrimonium dilapidant. Occisio animalium erat cōtraria rei augendæ. Quia bouem mactare apud maiores capitale erat, non minus quam si quis colonum suum interemisset, vt Cato dixit.

*Mercuriumq;*] Illum Deum, qui rebus augendis & lucro præesse creditur, fibris & intestinis victimarum, *arcossu* in auxilium vocas & imploras. Mercurius à mercibus dicitur, vide Plautum initio Amphitruonis.

*Arcossu fibris, da fortunare penates.*] Fibra, pro extis & intestinis, Synech. sing. pro plurali.

*Da fortunare penates.*] Prolopopœia rustici felicitatem à Mercurio precantis. i. Concede vt pepates vel Dii domestici reas, fortunæ & facultates meas secudent, & prosperent.

*Fortunare.*] Hoc verbo Cicero vitur in Epistolis Tibi Dii matrimonium fortunent. Horatius:

*Tu quancumq; Deum tibi fortunaueris horam.*

Hhbb 3,

*Grata sume munus. i.*

Da vt penares me fortunatum faciant.

*Da pecus & gregibus factum, quo p. sume pasto. ji.* Da pecus numerosum copiosum, & hunc-  
dum.

*Quo p. sume pasto.*] Venerans Persii in rusticum oratio & obiurgatio, ex Repugnantiis, q. d. Vis illa amplificari quæ tu ipse minuis. Qua ratione homo flagitiosissime fieri potest, si pecus numerosum consequaris, cum tu infans tuis sacrificiis quotidie tot pecudes & iuuenos consumas. Qui fieri potest vt Iuppiter pecus tibi det. i. Qui fieri potest vt grex augeatur cum quotidie minuatur, qui, vt numerus pecudum tibi augeatur & crescat, cum tu indices illum imminuere & atterere tuis inmodicis sacrificiis studeas.

*P. sume*] Sic Græci *χίτης*.

\* *Tot tibi sunt in flammis iuueniunt omenta liquecant.* In flammis inter sacrificandum.

*Iuueniunt*] Iunices bobus minores, & vitulis maiores, iuuenæ teneræ.

*Omenta.*] Synecdoche partis intestinorum pro ipsis intestinis & extis quæ in sacrificiis atz imposita cremabantur. Est membrana intestina contegens. Veterum in sacrificiis consuetudo erat, vt quas hostiæ partes alioleat: eas omento & adipe operirent, vt facilius arderent, pinguedine ignem alente. Ideo Hom. Iliad. 1. 1. *δὲ κνίσσῃ οὐκ ἄλυσιν*. Adipe operuerūt & obduerunt. Sic Catullus *omentum in flamma pingue liquefaciens*.

*Liquecant.*] Consumantur ignis calore.

*Attamen hic extis & opimo vincere farto.*] Amplificat rustici stoliditatem aliis repugnanti-  
bus, quæ per d. similitudinem collatione parium illustrantur. Quamuis infans his sacrificiis ad extremam paupertatem redigatur, videatque numerum pecudum quotidie decrescere, tamen in infania sua p. sseuerat, & sperat se voti tandem compotem futurum, & tam diu sperat, & hostis ac erudit, donec tandem totum gregem suum penitus exhauserit.

*Extis*] Boum unicum ouium & victimarum intestinis.

*Farto.*] Huius meminit Cato. Veteres inquit struem farri, tritici farrei, fabæ, seminis rapæ, thure & vino additis, ante messem parabant in potæ præcidancæ immolationem, & Iano Ioui et Iunoni sacrificabant, quæ diuersarum rerum congeries fartum dicebatur.

*Opimo*] Ab ope i. Terra, quæ hominibus omnes opes suppeditat.

*Vincere*] Deum superare, & sibi obsequentem reddere, vel ad finem perducere, continuat, vel illas difficultates superare.

*Iam crescit ager, iam crescit ouile.*] Verba infanientis rustici vana spe fortunatitatis & felicitatis ridicule seipsum consolantis, & rerum suarum prouentum frustra expectantis. Satis lepi-  
de naturam hominis cupidi exprimit, & simul infani: qui censabant res tum maxime crescere, cum maxime imminuerentur.

*Crescit ager*] Mire exprimit superstitionis spem & mox subcecit euentum. Tam diu sperans avarus ille superstitiosus, donec splendidis sacrificiis ad paupertatem sit redactus. Item segetes & fructus amplificantur, & augmentum capiunt ob hæc mea sacrificia.

*Ouile*] Grege & armenta.

*Iam debitor, iam iam.*] Anaphora. Id quod tanto tempore tot sacrificiorum impensis petis & expectas.

*Iam, iam.*] Epizeuxis per irrisionem poetæ.

*Donec deceptus & exspes.*] Tam diu sperat & sacrificat donec tandem ad extremam paupertatem redactus sit, donec neque res neque spes amplius illi supersit. Est autem hæc Constructio & sententia, donec numus in ima vel ioani arcæ vel loculi fundo solus relictus, iam vana spe deceptus, & iam omnino sine spe frustra suspirat, & nequidquam ingemiscat, quasi sen-  
quam, valetudinem, robur & augmentum recepturus. Tribuit autem per prosopopœiam ad-  
fectum ipsi nummo, quod ad rusticum transferebatur, qui consumatis nummis frustra ingemiscat. Sic supra. *Tacita libabit acerba*.

*Deceptus.*] Vana spe & expectatione.

*Exspes.*] Desperans iam de incolamitate & prouentu rerum suarum.

*Ne quidquam fundo suspirat nummo in imo.* Frustra enim in fundo est parsimonia.

Æ Virgilius:

*Arma diu senior defuncta.**Et omnia nequidquam.*

*Suspires.*] Metaphora ab animalibus tanquam nummus in fundo arce solus relictus timore quasi ingemiscat vel suspiret, sic admodum debilis vel ægrotus, vtpote solus, quasi numus à sociis destitutus & frustratus suspiret, dolens spes ad nihilum recidisse.

*In imo fundo.*] Nimium in quo, teste Seneca, sera poenitentia & parsimonia. Respicit ad illud Hesiodi *αἴψαν*.

*Αἴψαν δὲ ἐνὶ πύλαισι θάδι.*

*Si tibi crateras argenti incusq; pingui  
Auro dona feram, iude, & pectore læno  
Excultas guttas, letari prætrepidum cor:  
Hinc illud subiit, auro sacras quod onato  
Perducis facies: nam fratres inter ahenos,  
Somnia pituita, qui purgatissima mittunt  
Precipui sunt: sitq; illis aurea barba,  
Aurum vasa Numa, Saturniaq; impulit ara,  
Vestalesq; urnas, & Thuscum fictile montas.*

## TABULA VI.

Quemadmodum homines auro & argento lætantur. Probat hoc exemplo cuiusvis hominis.

Si tibi auri & argenti pocula donarem satis ponderosa vers. 52. et 53.

Letareris. Letitiam describit ex Adiunctis. Nam præ læticia.

Sudares v. 53.  
Lacrumareris v. 53. & 54.  
Corde trepidares v. 54.

*Hæc statua in sacrificiis profertur causa Edificationis, opinionem hominum si mili decelerat.*

Sic etiam Deos auro, argento & muneribus delectari censes, & ob id Deorum facies auro triumphato inauras v. 55. & 56.

Hanc Antapodosis illustrat huius statue opinionis.

1. Effectus

1. Abiit statua Romæ in Pantheo, quæ vera insomnia dormientibus immittere creduntur, in magno honore habitæ, ob hanc opinionem aureis barbis exornatur v. 56. 57. & 58.

2. Vasa Numæ fictilia sanctissima ad sacrificia destinata. v. 59.

3. Vasa Saturni tempore in sacris usurpari solita ærea v. 59.

4. Urnæ fictiles virginum vestalium v. 60.

5. Vasa fictilia in Thuscia facta v. 60. è templis eiecit proque illis aurea substituit v. 59.

2 Reprehensio Effectus  
damnat, cum quidem

Adiunctis hominum, per exclamationem, qui terrea tantum animo concipiunt, Diis celestibus indigna. v. 61.  
Dissimilitudine, quæ similitudini superiori opponitur: Vide sequentem.



*Si tibi Crater ex argenti incusq[ue] pinguis*] Quærit deinceps causam officii horum infectorum, & frequentium sacrificiorum; quam ait esse stultam hominum opinionem, quod ut homines sic etiam Deos muneribus capi crederet. Hanc opinionem tractat per similitudinem. Quænam admodum homines delectantur auro, sic etiam Dii. Probat autem homines stultos ac demotatos in superstitionem illam profusionem eo incidere, quod Deos ex suis affectibus æstimet & metiantur sibi similes esse, & quia homines auro & argento & consimilibus mirum in modum delectantur; Ita & Deos paulo puriori loco illis delectari, quod tamen ut poeta ait potius,

———— *Habitare animis & pectora gessit.*

i. Siego tibi aurea & argentea donaria, & pocula homini dono afferrem, tu præ nimia lætitia etiam lacrimas profunderes. Hinc oritur quod etiam Deorum statuas auro inducis, vel etiam ex solido auro effingis, tanquam Dii ut homines auro, & muneribus delectentur.

*Crateras*] Pateras argenteas. Sic superius.

———— *Argentis seria sculpta signata.*

*Incusq[ue] pingui auro dona.*] Donaria ex largo & crasso auro excusa & fabricata. Vasa autem solidae materiæ, non gracilis bractæ. Intelligit *αιδολογία* ex auro crasso sculpta, & in asperitatem exalta. Sic supra dixit *Tuceta crassa*. i. pinguis.

*Sudas ex pectore lauo* Sudas præ nimio gaudio inalescas & lætitia pectoris, sudorem, lacrimam exprimis & emittis.

*Pectore lauo.*] i. Corde (quod in læva vel sinistra corporis parte) præ lætitia nimia trepidante ipsos oculos ad lacrumandum impellis & sudorem & lacrimas emittis.

*Excultas.*] Emitteras, effundas lacrimas & guttas sudoris.

*Guttas*] Sic Terentius Lacrumor præ gaudio.

*Lætari prætrepidum cor*] Eo quod cor tuum gaudio quasi trepidet & subsulet, Gracilius, pro ad lætandum, vel quod cor læteretur. Alii legunt læteris, alii lætaris non omnino male.

*Prætrepidum.*] Nimio enim gaudio non minus cor trepidat, quam tristitia & metu. Nota illam cordis subsaltationem ex nimio adfectu & cupiditate. Sic infra dicit.

———— *Sic si spalles improbe numo.*

*Hinc illud subit auro sacras quod ornato*] Antrapodosis similitudinis. Hinc, quod tu auro adeo delectaris illud oritur, quod etiam sacras Deorum statuas & facies auro inducis. Quasi illi iisdem etiam quibus tu adfectibus perculsi, auro etiam delectentur: Tales merito excipiantur, & compellantur erant, ut Sosia apud Plautum in Amphitruone à Mercurio excipitur.

*Am vero verbero Deosne esse tui similes existimas.*

*Illud subit.*] Mentem tuam illud ortum & natum. Hinc tibi id in mentem venit, vel hinc illud animum tuum subit & inuasit.

*Auro ornato.*] Ornatione, victoria, & spoliis hostium consilio. Quod ex spoliis quibusdam triumphabant milites, collectum erat, prædato ex spoliis & manubis hostium, quod in triumphos à militibus ornantibus & lætantibus ductum fuit.

*Ornare* enim significat minorem triumphum peragere, ubi milites manubiis hostium superbii incedeant. Ex huiusmodi manubiis Metellus Dalmatius Edem Castoris excitavit.

*Ornato*] Sic dicimus triumphatus.

*Perducis facies.*] Perducis, inducis, oblinis, imo totas ducis & ex solido auro facis. Quod hic factum est, ut statuar illæ abenæ Egyptii regis filiorum (qui fratres ab Danaï patris filiabus sponsis totidē una nocte trucidati erant excepto Lyæeo) quæ vā, quidē statuar consulentib. vera responsa per somnum dare creduntur, ut inquam illæ statuar in præcipuo apud te honore sit, illarumque barba à te inaretur, i. Inter statuas 50. filiorum Egypti, raræ illæ statuar quæ creduntur vera insomnia tibi iungere, illis inauras barbam & habes pro præcipuis. Nota autem quod generaliter Satyrico risu Deorum simulacra, vel ipsos Deos sculptos, vel Deorum

imagines

imagines voce: *Ahenos fratres*. per transitum illos carpit quod in somniis responsa videbantur sibi accipere à Deorum simulacris, quorum ob id barbas inaurabant, pituita carentia tibi immittit, aut certe immittere seditur, ille tibi omnium Deorum præcipuus & maximus habetur, eiusque barba à te inauratur. Quidam hoc de Castore & Polluce intelligunt, qui olim noctu Persem Macedoniz regem victum annunciarunt. Vnde postea verissima insomnia immittete re credebantur & in summo precio habebantur.

*Fratres*] Forte Castorem & Pollucem vel similes statuas tanquam fratrum.

*Ahenos*] Aeneas statuas intelligit in Pantheo Romæ.

*Somnia pituita qui purgatissima mittunt.*] Illa enim cum caput oppletum est, ut in grauedine, fallacia & mania insomnia obuersantur. Eiusmodi vera insomnia *pituita* dicuntur.

*Pituita*] Quasi vitam petens. Nam teste Platone omnium morborum est origo.

Medici docent pituita redundante somnia nimis vera mortalibus accidere, quod in ægrotis licet deprehendere.

*Pituita*] Illa insomnia veriora habebantur purgato per mortem pectore. Lege *pituita* per tres syllabas, ut apud Virgilium. *Labat ariete crebro*, item *Genua labant*. item *Herens parietibus*.

*Purgatissima*] Omni pituita vacua & carentia. i. vera, certa, non vana & temeraria ut delirantium & vinolentorum.

*Præcipui sunt*] magis, colendi, & honoratiores.

*Præcipui sunt sitq; illis aurea barba.*] Qualem Dionysius Æsculapio detraxisse dicitur. Censet Turnebus hic funnorum Deorum insignia significari. Illi enim ut Iuppiter Neptunus & alii Dii maiorum gentium pingebantur aurea barba, fulmine, fuscina, caduceo, qui illis honore similes fuerint habiti.

*Aurum vasa Numæ Saturniaq; impulit ara.*] Vltius ignorantiam hominum ridet, qui Deum auto delectari credebant, ut homines, Alia vana illius de Diis opinionis Effecta describit, quod hinc vasa fictilia & lignea, quibus Numa ille sanctissimus olim in sacrificiis usus esset, in aurea mutata essent.

*Vasa Numæ*] Ut simpulia, capedines, fictiles vrnulæ, illa omnia aurum impulit & è templis expulit & eiecit.

*Numa*] Qui Pythagoræ imitatione vetuit simulacra in templis fieri. Interdixit etiam & vetuit non aurum templo inferri. Idem cum quosdam ad cœnam inuitasset, vasis abiectionis illis vilissimum cibum apposuit Ridet talia aurea Seneca. — *Exurge & te quoq; dignum finge Deo. Finges autem non auro & argento, non potest enim in hac materia Dei imago exprimi, & cogita illos, cum propitii essent, fictiles fuisse.*

*Saturnia ara.*] Materia pro Materiali. Ærea vascula, quibus aureo seculo Saturno regnante cum nihil vspiam auri esset, utebantur.

*Impulit*] Imo expulit & è templis remouit.

*Vestalesq; vrnas & thuscum fictile mutas.*] Vestalesque vrnas, Fictiles vrnas, quibus virginæ vestales tempore Numæ utebantur. vrnæ tantum capiebant sesquimodium.

*Thuscum fictile.*] Fictilibus enim Thuscia nobilis fuit, in qua plastice exercebatur, & optima fictilia condebantur, possent & fictiles imagines intelligi. Hæc omnia perditissima illa & vanissima hominum de Diis opinione in aurea transmutata.

*O curua in terris anima, & cœlestium inanes!*

*Quid iuuat hoc, templis nostros immittere mores,*

*Et bona Diis ex hac scelerata ducere pulpa?*

*Hæc sibi corrupto casiam dissoluit olino:*

*Hæc Calabrum coxit vitato murice vellus:*

*Hæc baccam concha rasisse, & stringere venas*

*Feruentis massa crudo de pulvere iussit.*

*Peccat & hac peccat: vitio tamen vitatur, at vos  
Dicite Pontifices, in sacro quid facit aurum?  
Nempe hoc, quod Veneri, donata à virgine pupæ.*

70

## TABULA VII.

Contradi-  
ctio per dis-  
similitudinē  
talis est

Non vt homines  
ſc Dii muneribus  
delectantur. Nec  
dii ex hominum  
moribus & cupidi-  
tatib. ſunt aſti-  
mandi. v. 62. 63.

Probat hoc aduer-  
ſis adiunctis Deo-  
rum & hominum  
hoc modo.

Homo corporis  
vitio multis vanita-  
tibus ducitur. Pro-  
bat id per ſpecies  
ſingulares effecto-  
rum carnis, vt ſunt

At dii talib. vani-  
tatib non delectā-  
tur. Dicit hoc per  
Apoſtrophē ad  
Pontifices, v. 69.  
tum per

1. Ex caſſa & oleo ſibi vagentur ſic  
v. 64.
2. Precioſas veſtes nobilib. coloribus  
tinctas induit. v. 65.
3. Gemmis & vnionibus ſe ornat. ver.  
66.
4. Ex terra aurum effodit illoque ſe  
decorat. v. 66, & 67.
5. Per diſſim. peccat, & tamen in pec-  
cato perſeuerat: v. 68.

Interrogationem. Quidnam aurum in  
templo faciat, quo dii nihil delectantur.  
v. 68. & 69.

Reſponſio-  
nem ex pa-  
rib.

Non plus dii, delectan-  
tur auro in templo.

Quam Venus delecta-  
tur pupis à virgine au-  
ptura ſibi donatis. v. 70.

*O curus in terris anima*) Acris in perverſos homines caſtigatio, qui credunt Deum illis ad-  
fectibus tangi, quibus nos adſcimus. Quadrant hæc omnino ad noſtra tempora, quibus citius  
inuenias, qui aurum in templa afferant, quam egentiffimo nummum exhibeant. Eſt ergo ex-  
clamatio indignationis plena, qua vana hæc populi de Diis opinio, quod vt homines, ſic & Di  
muneribus delectentur, reſellitur: Idque ex adiunctis Deorum & hominum, quod Di ſiue  
ptimi, & omnis ſcleris puri: Homines vero ſclerati, & omni lab: polluti.

*O curus.*) Animæ pronæ, & ceruicæ, bardæ, ſtupidæ, ignaræ, & ignauæ, rerum diuinarum ex-  
pertes, vacuæ & inanes, ad cœlum minime erectæ.

*Curus.*) Quod nihil præter terrena meditentur, nihil cœleſte, & Deo dignum concipiant,  
qui nihil excellentius de Diis, quam de quouis homine ſclerato cogitent, quaſi vero Deus au-  
ro, & argento potius delectetur, quam integritate vitæ, pura mente, & recta ſcientia.

*Curus anima.*) Quæ quaſi cœli originis ſuæ obliſcæ ſint, quæ quaſi hominem exuerint, &  
flagitiſe degenerantes obbratuerint, qui terrena tantum meditentur, cum tamen ore, vt Po-  
eta ait, ſublimi à Deo conditi ſint, vt oculis corporeis cœlum intueantur multo magis animo.

*Curus.*) Ad terrena ita inclinatæ & deuolutæ, vt quid Deus à nobis exigit, nō conſideretis.  
*Curus.*) Contra hominis naturam, qui in terram, & quicquid inde effoditur aurum, & argē-  
tum, oculos tantum conſiciant cum tamen eo nomine, vel corpore recto, & ore ſublimi à Deo  
conditi ſint, vt cœlum intueantur, multo magis animo.

*Curus.*) Metaph. à reb. corporeis ad animam. Sic infra.

*Reſum diſcerni, ſibi inter. Curus ſublim.*

Cekfi

*Celestium.*] Quid de Diis sentiendum sit, & quid diis placeat.

*Celestium* [suz naturæ ignaræ, cum à cœlestibus originem duxerint.

*Imaner.*] Metaph. à vasis, vt Sat. I. *Quantum est in rebus manet.*

*Quid inuat hoc templū.*] Refellitur hæc opinio ex adiuncta dissimilitudine hominū & Dei.

*Quid inuat.*] Quid prodest, ex nostro ingenio & moribus Deos spectare, & templis ad Deos nostros mores, nostros adfectus, avaritiam, & auri cupidinem immittere, cum illa inde potius deberemus efferre.

*Nostros mores.*] A quibus Deus est alienissimus. Nam vt Plato secundo Alcibiad. dicit: *Non est eiusmodi natura Dei, si daretur muneribus, quemadmodum improbus saner ator.*

*Nostros mores.*] Luxuriam, pompam, ambitionem, cupidinem, avaritiam, quibus nos homines tenemur. i. Hanc lasciuiam & avaritiam, cupiditatemq; auri, quæ nostris moribus cōuenit.

*Templis immittere.*] Dum nimirum ibi ambitiose Diis sacrificamus, Deorum facies inauramus, munera eis offerimus. Quod re vera est malos hominum mores templis immittere, i. ex nostris sceleratis moribus & cupiditatibus humanis Deos æstimare & metiri, & quæ nobis sceleratis, & impuris placeant, eadem Diis grata & accepta ducere, & existimare.

*Et bona Diis, &c.*] i. Quid prodest Diis optimis bona, grata, accepta, iucunda, ex hac scelerata, id est, tot affectibus, & flagitiis contaminata, carnis nostræ pulpa, ducere, iudicare, existimare, credere vel putare. i. quid attinet ex impuræ nostræ carnis adfectibus, quid Deo iucundum & gratum sit, existimare? sic Paulus: *Foris est oratio, & intus non est tibi.*

*Locus hic præclarissimus.*] Iamblichus *Cura rerum caducarum, &c. non potest nō hanc vitam ornari.* Nunquam, n. licet nobis per hoc corpus libere & recte philosophari. Et Seneca de Carne: *Hæc vetat te cūlo interesse, & inbes te viuere capite dimisso, &c.*

*Scelerata.*] Intelligit per pulpam sceleratam corpus voluptatibus deditum, quo animus deprimitur à cœlestibus ad terrena.

*Pulpa.*] Proprie in corpore pars carnosa, hoc loco pro corpore & carne accipitur, omnibus vitiis obnoxia, & prauis voluptatibus & cupiditatibus polluta.

*Hæc sibi corrupto.*] Demonstrat effecta stultæ carnis humanæ. Illustrat autem hanc refutationem, & recenset illa quibus caro indies se maculat, quibus Diis tamen nihil delectantur. Probatem autem est dissimilitudinis, quæ amplificatur per species singulares. i. hoc modo, homines huiusmodi rebus delectantur, & ratione sui corporis hæc bona indicant, ob id eam corpus, vnguentum & fucum, preciosas vestes, aurum & argentum conficit. Longe autem aliter dii. i. Hæc pulpa, vel caro nostra sibi, ad suam peleritudinem, & decorem, vt nempe cuticula splendidius nitescat, & iucundius oleat, casiam corrupto olivo dissoluit, & inde preciosum vnguentum, & fucum facere docuit. Diis vero hæc respuunt. Ex casia enim & oleo vnguenta fiebant.

*Casia.)* Kannell/ jimmer.

*Dissoluit.)* Corrupt, & diluit, vt cutis eo magis terfa & nitida appareat.

*Corrupto.)* Corruptitur enim oleum, cum fucus fit. Sic Virg. I. Georg.

*Nec casia liquidi corruptitur & sui oleui.*

*Casia.)* Est frutex aromaticus, ex quo, vt inquit, seruis vnguentum fiebat.

*Sibi.)* Vt se nitidiorum faciat. Porro, vt Seneca ait:

*Multis seruis, qui corpori seruit.*

*Hæc calabrum coxit.)* i. Preciosi coloris vestibus se ornat, colorauit. Nempe hæc delicata nostra caro, vt eo speciosius ornetur Calabrum vellus, vel lanas Tarentinas viciato murice vel cōchylis corrupto, & cocto, coquendo tinxit, iafecit, & purpuræ colorem ip si indidit.

*Calabrum vellus.]* Lanæ Tarentinas. Tarentum enim ciuitas Calabriae, vbi lana optima, te-  
Re Plin. lib. 8. cap. 48.

Hinc Horat.

*Molle Tarentum*

Est alibi.

*Lana Tarentino violas imitata Geneno.*

*Viciato.)* Sic præcedenti versu, corrupto olivo.

*Murice.)* Murix est genere conchyliorum, cuius sanguine tingit ur color purpuræ similis.

liii 3

*Hæc baccam Concha.*) i. Hæc caro imperavit conchæ marinæ baccam vnionem, vel gemmam radere, polire & leuigare, & vestibus in corporis ornamentum inferere, & intexere.

*Baccam*] Proprie in arboribus lauro, myrto, oleo, hic metaph. præ vnione. Virg. 1. *Æcid.*

— *Colloq. monile baccatum gemmis.*

Et Horat.

*Quarum vnionibus ornata baccis.*

*Concha.*) Perseuiter. Inueniuntur in sinu Persico maris rubri, versus Arabiam.

*Russis*] Sic superiori Satyra. *Crimina rasis librat in Antistheis.*

*Et stringere Venas.*) i. hæc per incre. libilem luxuriam & auariciam etiam terrarum abdita penetrare, & inde opes effodere, & auri feruentis, igne cocti, & in massas redacti, ex crudo puluere, rudi & infirmi terra astringere, in vnumque conflare docuit, vestibus intexere, & corpori ornamentum adhibere.

*Stringere.*) In vnum cogere & conflare, *Zusammen flemmen/crenzen.*  
Hinc ferri massæ vel laminæ structuræ, dicuntur, Virg. 8. *Æcid.*

*Struktur schalibum, & fornacibus ignis ambiculis.*

i. varie in terra diffusas venas in vnam auri massam postea coarctare, & cogere ex crudo illo puluere auri nondum cocti.

*Venas*] Proprie in corpore. Per Metaph. Subterranei meatus ubi aurum, Cum illæ venæ id est, rudis materia ex venis exuta inque fornace cocta in massam, dum coquitur feruentem, & igni tam redigitur.

*Crudo.*) Quia quando iam primum ex montibus erutus, & nondum decoctus est, crudus quodammodo est. *Crudum enim puluis, & coctum aurum* opponuntur. i. hoc corpus, hæc caro fæco, preciosis vestibus, gemmis & auro se exornat, usque delectatur: Ergo illa etiam ad Deos transfert, male, impie & peruerse.

*Peccat & hæc peccat.*] Caro scilicet omnis meli auctor, dum ipsa sequitur mala, & animam secum trahit, & eadem de Diis sibi quoque persuadet.

*Vitio tamen vititur.*) Quamuis peccet, & se peccare sentiat, meliora tamen monenti non obtemperat, sed assidue in suis vitiis perseverat.

*At vos dicite Pontifices.*) Antapodosis dissimilitudinis per Apostrophen ad pontifices. Quæ hæc: Quamuis Homo fæco, preciosis vestibus, gemmis, & auro se exornat, Dii tamen iidem non delectantur & illorum nullus in templis vsus.

*Pontifices*] Emphatice. Quibus fas erat Deos rectius cognoscere, & colere, vos rudi illa plebecula nihilo sapientiores. Reddite rationes, quid opes in templis faciant/cur illæ Diis, novifuris consecrentur & quibus illæ tam sunt superuacue, quam Veneri puppæ quas virgines audentes donant.

*Pontifices*] *απορρομιοι* Ita dicti à ponte sublicio, quod eum sæpius refecerint.

*In sacro*] Meton. adiuncti pro subiecto. In sacro templo.

*Nempe hoc*] subiectio ad proximam interrogationem, quæ proximæ Antapodoseos rationem continet ex paribus, quod non plus delectentur Dii auro, quàm Venus pupis, ~~et non auro.~~

*Nempe hoc*] Nempe tantundem aurum in templis vel statuis prodest, quantum Veneri linceæ vel cereæ pupæ, & imagunculæ puellares à virgine nuptura consecratæ. solebant autem Virgines nupturæ suas pupas, imagunculas puellares vel sigillaria Veneri offerre, tanquam iam puerilib. iæptiis valedicturæ; Sic sponsi mariti nuces spargebant: Et pueri virilem togam induturi bullam puerorum insignæ laribus suspendebant sane vtrumque eiusdem vanitatis derider. Vt enim Venus eiusmodi ineptiis puellaribus nihil delectatur, ita nec dii auro.

*A Virgine.*] Puc. la. puerile & muliebre vanumque hoc esse indicat. Non enim pupis indiget Venus.

*Pupa.*) His nupturæ Veneri donabant significantes se breui veros pupos pupasue Veneris beneficio habituras,

*Quin damus id superis de magna quod dare lance*

*Non possit magni Messala lippa propago:*

*Compositum ius fasq. animi sanctosq. recessus:*

*Mentis*

*Mentis, & incoctum generoso pectus honesto?*

75. *Hoc cedo, ut admoneam templis, & farre litato,*

# TABULA VII.

Offerenda Diis sunt munera & facienda vota vers 71.

Non corpora qualia facit vulgus & Messala filius. Describit hunc suis adiunctis. } Quod sit diues v. 71.  
Magnis ortus parentibus v. 72.  
Lippus vitiosus & degener v. 72.

Pia & grata  
Diis vota &  
munera do-  
cet ex colla-  
tione dissimilium..

Sed animi bona quæ describit suis quasi partibus sunt. } Animi iustitiam & innocentiam v. 73.  
Mentis latebras & intimos recessus sanctos & puros v. 73. & 74.  
Pectus virtute & honestate plane coloratum & imbutum v. 74.  
Apostasia amplificat effectis animi bonorum collatione dissimilium illustratur hoc modo: } Hæc munera animi bona si adfero impetrabo quod petam, & Deo gratus ero, quamvis non magna munera, sed vinum & far tantum in sacrificium offeram, v. 75. v. ultimo.

*Quin damus id superis.* ] Conclusio Satyræ.

Dixit de improbis Romanorum votis, & illorum Muneribus.

*Diu minime grati.* ] Nam quænam Diis grata sint munera, quidque illis offerendum docet ex collatione dissimilium: Nempe non qualia Vulgus, aut Messala filius, aut improbissimus quisque, à modo diues, offerre potest, sed animi candorem, & vitæ integritatem.

*Quin damus.* ] Sic Cic. pro Cluentio. *Pietate & religione, & iustis precibus, non contaminata superstitione, neque ad scelus perficiendum casis hostia placandum esse Numen.* Quia diuites aliquid dant, quod nos non possumus. quamvis Deo parum gratum sit aurum & argentum: Age nos tenuiores etiam Diis aliquid demus, quod diuites dare nequeant, nimirum virtutem & iustitiam Deo gratissima.

*De magna lance.* ] Quod Messala filius degener in magno diuite, lato, & rotundo vase diis consecrare, & offerre nequeat. Erat autem *lance* vas rebus diuinis aptum. Ausonius in Monosyllab.

*Thursbula, & patra qua tertia casa Deum lance.*

*Magni Messala.* ] Intelligit Cottam Messalinum maioribus suis indignum, indecorum & degenerem. *Lippum* vocat, quia tam vitiosos oculos in senectute habuit, ut palpebræ eius in exteriorem partem verterentur. Fuit oriundus ab Aurelio Messala, qui septies consul fuit, & is ipse, qui a Gallo ad monomachiam provocatus, corui ope victor exiit, & inde Corvinus dictus fuit.

*Magni Messala.* ] Eo dici nam pudor, pietas, sanctitas, fides priuata bona sunt, & tenuiora. Porro Messalam notat per transitionem.

*Lippa.* ] Lippi interdum pro improbis, ut & hic. Sic Sat. 5. *Vappa & Lippus.*

*Compositum.* ] Versus egregii, & à multis Christianis Lactantio, & aliis laudati. *Compositum* inter alia significat *ornatum* & ordinatum, Wolgordnet Sic compositi mares.

*Compositum.* ] Hæc citius pauper, quam diues potest præstare.

*Compositum.* ] Contrarium est dissolutum. i. Animum compositæ iustitiæ & æquitatis.

*Sanctosq; recessus mentis.* ] interiores illos abditos, & profundos mentis anfractus, abditam illam & secreta animi adita sancta, & sine omni macula, labe, scelere pura, candida.

*Recessus.* ] Metaph. à latibulis. Sic Cic. Cum in animis hominum tantæ latebræ sint, tantique recessus.

*Et incoctum.* ] Wolcingetoch. pectus nobili illo, & generoso honesto, virtute, pietate, integritate, non leuiter tinctum, sed plane & plene imbutum, coloratum, incoctum. Metaph. à vellere vel lana, cui colores incoquuntur. Sic Virg. 3. Georg.

*Tyris incocta rubores.*

*Vellera.*

*Incoctum*] Vicitur Metaph. pulcherrima. Nam veluti velleribus vel lanis incoquantur colores & rubores. Sic pectori vel animo incoctum esse debeat generosum illud honestum, vel potius pectus & animus sit incoctus & plane tinctus, imo imbucos generoso illo honesto, non autem externo illo auri fucō donaria imbura Diis offeramus.

*Hoc cedo, &c. admoueam.*] Hoc pectus candidum & purum, verum & genaioum Dei templum, offer Deo in sacrificium, & cedo & exhibe mihi, vt aris vel templis Deorum in sacrificiū exhibeam, & admoueam, & si vel far, & rem vilissimam obtulero, etiam litabo, & quod idus petiero impetrabo, & gratissimus Deo ero.

*Farre*] Emphasis in farre, vt superius in *merum*, cum diceret: *Funde merum Genio*. Quod Frischlinus & multi interpretes non animaduerrentes, quid principale Satyræ intentum sit, non animaduertunt. Confirmat illud Seneca. In victimis licet optimæ sint auroque præfulgent, non est Dei honos, sed impia & recta voluntate venerantium. Ig: tur boni etiam farre & cili religioſi sunt. Et Stat. 1. Sylv.

———— *Sape diis hoc inter honores.*

*Cesspes & exiguo placuerunt farra salino.*

erat autem far mola salſa, qua teste Plinio pauperes qui thure carent litare solebant.

*Farre*] i. paruo sacrificio cum innocentia gratior ero, quam magno adhibito sacrificio, cum impietate & scelere.

*Litabo*] Litare est rite sacrificare, & impetrare. Locus ex s. Alcibiade Platonis desumptus: Est enim graue esset si Deus ad donaria nostra potius respiceret, quam ad animum.

Sic Ouid. 3. de Ponto 4.

*Vt desine vires, tamen est laudanda Salustiana.*

*Es. Non bene mactato celestia numina gaudent.*

& Horat.

*Te nihil attinet.*

*Tentare multa cade bidentium.*

Sic Seneca.

*Optimus amicum pulcherrimum Dei cultum,*

*Satis Deum coluit, quisquis imitatus est.*

*Vix Deum propiciari, bonum esse.*

*Nulla Des effigies nullo commissis metallo.*

*Forma Des, mentes habitare & pectora gaudent.*

Colitur autem non optimis taurorum corporibus contrucidatis, non auro & argenteis stipem infusa, sed pia & recta mente venerantium. Et alter Poeta ait: *Nulla*.

## IN A. PERSII SATYRAM

### III

**N**empe hoc assidue? iam clarum mane fenestras  
Intrat, & angustas extendis lumine rimas.  
Stertimus, indomitum quod despumare Falernum  
Sufficiat, quinta dum linea tangitur umbra.  
En quid agis? siccas insana camicula menses  
Jam dudum coquit, & patula pectus omne sub vltimo est.  
Vnus ait comitum, verumne? itane? ocyus adfite  
Huc aliquis, non? turgescit vitrea bilis.  
Findor, ut Arcadia pecuaria rudore dicas.

Finis

**H**uius Satyræ, quæ *Inceptio desidia*, inscribitur, duo præcipua capita sunt, prius iuuenilis inertie & flagitiosi Philosophiæ neglectus, & conuentus reprehensio. Posterus ad Philosophiam & humaniora studia accuratissima adhortatio. Vbi accuratus quidam monitor, & adolescens libidinosus per Dialogismum introducuntur. Ab hoc iuuenilis inertia, libido, molities, & pronus ad otium vitium animus mirifice depingitur. Ab illo iuuenilis inertia, & molitiei, libidinisque coercendæ & voluntatis ad sapientiæ virtutisque studium, ratio accuratissime proponitur.

## ANALYSIS SATYRÆ III.

## TABULA PRIMA.

Satyræ 3. duæ sunt partes.	Reprehendit iuuenilem inertiam & sapientie contemtum	Ex effectis inertium iuuentium 1. Adiuunctis. Vide tab. seq. virtutis priuatione. vide tab. seqq.	Sopor qui: ubi ex adiuunctis quod sit	Affidus v. 1. vsque in meridiem fere v. 4. quem describit signis quod	Solis radii in fenestram spargantur v. 1. 2. Perque rimas dilatentur v. 2.
	Exhortatur ad philosophiam. Vide tab. 8. Et obiectioni respondet. vide ta. 9.	Dialogus inter Præceptorē qui soporē sui discipuli taxat Discipulum, cuius effecta describitur: Ignauia. Vide sequentem.	Paribus quod tantus sit, qui crapulam validissimā exhalare queat. v. 3.	Ex adiuunctis temporis iterum quod ad meridiem dormiat, quo tempore summus sit solis æstus, quod probat per effecta quia	Diebus canicularibus sol meridie segetes coquat v. 5. Pecora vmbas querere cogat v. 6.

*Nempe hoc assidue.*) Iuuenum desidia hac Satyra insectatur, qui tempus illud, quod datum est ad virtutes & literas capeffendas epulis & somno perdunt. Initium autem Satyræ Dramaticum. Personæ enim loqui introducuntur.

*Nempe hoc assidue.]* Recte in iuuentutis Romanæ institutione incipit monitor ab inertie reprehensione. Vt enim in via aliqua, qua quis transiturus, prius impedimenta remouenda sunt: sic in hoc virtutis studio & studio prius vitia, cupiditates, & libidines eiicienda sunt, quæ ipsum iteque demum rite insistas. Incipit ergo iuueni præfectus, vel Pædagogus, aut monitor, à iuuenili cupiditatu reprehensione, ac primū quidem somnum reprehendit ex adiuunctis, qui sit assidus, & in multam diem.

*Nempe hoc assidue.]* Pro facies, vt ad mediam lucem dormias. Itane vero adolescentum grauius, & marinis vitulis somnolentior semper ad mediam vsque diem stertes? Nunquamne flagitiosus illius socordie & inertie finis & modus erit?

*Nempe.]* Legendum est cum indignatione, & reprehensione & pronunciationis gestu est adiuuandum. q. d. So machten wirs allezeit.

*Assidue.]* Hinc indignatio. Quod assidue illud faciant.

*Iam clarum mane fenestras intrat.]* I. Lucis matutine splendor iam dudum thalami, & cubiculis fenestras intrat.

*Clarum mane.]* Clara matutina lux Der helle morgen.

*Sudum.]* Illuxit, Meton. Mane enim pro sole ponitur, cuius radii fenestras intrant.

*Mane]* Auerbium pro nomine positum. Sic Virg. *Mane nouum.*

*Es angustas extendit l. rimas.]* I. fenestrarum, parietum, vel ianuarum rimas, dum illas luminis & radiis suis penetrat, & per eas totum se infundit, extendit, & dilatat.



*Extendit*] Ob perspectiuz rationem dicit, quæ docet lucem colore dilatare, & spargi. Adde largiter in angustas rimas ædium se insinuat, ut sua copia illas extendere, vel ampliare videatur, & totam domum collustrare.

*Sertimum.*] vterius explicat soporem illum ex parium collatione, quod tantum dormiant, quam cum vel robustissimo vino concoquendo possit sufficere.

*Sertimum.*] Non sunt verba adolescentis soporem suum defendentis, quem paulo post demum euigilantem inducit: nec illis indicatur desidem adolescentem falerno se inebriasse, (ut interpretes volunt) sed monitoris sunt, indomitum somnum depingentis, qui in adolescente iusto maior sit, quippe tantus ut etiam ille, qui nimia ebrietate & crapula grauatius esset, crapulam ex falerno vino contractam illo somno discutere, & dormire, & exhalare possit, nedum iuuenis temperans & modestus.

*Sertimum.*] Nosignani & luxuriosi adolescentes. Et tantum quidem quod sufficiat ad exhibendam crapulam.

*Indomitum.*] Egregium & forte. metaph. à belluis quæ domantur. Intelligit autem merum vinum, non limphatum. S. c. Virg. *Durum Bacchi indomitumq. Falernum.* Vel meton. causæ. Quod homines bibentes indomitos & intractabiles reddat. Est autem *Falernum vinum* Campaniz nobilissimum. Cui inter generosa Italiz vina secunda nobilitas tribuebatur. Prima enim laus Pucino dabatur, quod Græci *Pisatum* vocant.

*Despumare.*] Deferuescere, digerere, concoquere in stomacho. Metaph. à musto, seu recenti vino, quod, dum excoquitur, spumas agit. Concoquendo enim fit spuma. Sic Lucanus:

*Indomitum mero cogens spumare falernum.*

*Quinta dum linea.*] Periphrasis horæ quintæ. Dum in solari horologio gnomon quintæ lineæ umbram facit. Vel dum linea quinta umbra & gnomone sibi opposito, tangitur. Est autem hypallage, & intelligendū de horologiis sciætericis, vel, ut Cic. ait, Solaris, illisq; vel verticalibus. vel Horizontalibus. Est autem hypallage, quod dum linea tangitur quinta umbra. Antiqui non utebantur horis æquinoctialibus, ut nos, sed inæqualibus, quas in die duodecim, & toridem, in nocte siue illa longa, ut hyeme, siue brevis, ut æstate, essent, ponebant: Et orto sole audiebatur hora prima. Sexta hora erat meridies. Notat ergo: illos ad meridiem ferme somnū produxisse.

*Quinta.*] Indignatur Poeta, quod ea hora stertat, qua in negociis homines maxime exercantur. Mart.

*In quintam Sarcos extendit Roma labores.*

Et in Epigr. *Sex hora tantum rebus tribuantur agendis.*

Notat eiusmodi & Flaccus.

*Quo ois pulcrum fuit in medios dormire dies & ad strepitum citharæ cessatum ducere curam.*

*En quid agis.*] Resp. Verba adhuc monitoris immoderatum iuuenum soporem castigantis, Argumento ex adiunctis temporis, quod sit meridies, quia summus æstus.

*En quid agis?*] Cum superiori castigatione correptus nondum surgeret, grauius instat.

*En.*] Cum indignatione & castigatione. En adolescens perditæ, & deplorate, quid tu agis in terea, quid studii, & negocii hoc tam præclaro tempore tractas? Nempe tu dormis, & quidem ad mediam usque lucem. De his Horat. *Nos numerum sumus.*

*Siccæ.*] Ardentissimum meridiei tempus diebus canicularibus. Romæ depingit. Quod illo tempore canicula segetes suo æstu ad maturitatem perducatur, aridas & maturas fruges & segetes. meton. 4. generis. Sic Virg.

*Illius ingentes ruperunt horrea messes.*

*Coguit.*] Maturas facit,urit,arefacit,maturat.

*In sana canicula.*] Sidus cœleste Sirius, quod Græcis procyon dicitur, intelligit, cum quo Sol oritur circiter Idus Iulii. Cic. Arat. *Anticanis Procyon Graio qui nomine fertur.*

*In sana.*] Meton. effectus pro causa, quod homines insanos faciat, & infinita morborum genera pariat, vel etiam æstuosa vehemens.

*In sana.*] Æstuosa, vehemens.

*Canicula.*] Cic. in Arato. Anticanis, &c.

*Es patula.*] Meridiem describit. Tempus quo pecudes umbras & frigora captant.  
*Es patula.*] Aliud adiunctum meridiei. Est autem descriptio meridiei, quo in tanto aestu, ut Virgil ait:

—*Pecudes, umbras & frigora captant.*

*Patula.*] Quod protentis brachiis, & ramis cum frondibus umbras faciat.

*Pecus omne.*] Quod pastores feruido meridiei tempore pecus ad umbras montium & arborum deducerent, donec vespertino tempore refrigerato aere eos rursus pascere.

*Vlms.*] Arbor illa viti amica intelligitur, unde virgas, quibus seruos percutiebant, confecerunt. Hinc apud Plautum: Seruus appellatur *Vlmi turba*, vel *Ulmorum Acheruns*.

*Vnus ait comitus.*] Hæc vnus comitus, vel pædagogorum ad ignavos suos discipulos dicit, & ita illorum desidiam castigat. Comes enim pro pædagogo. Sic Sat. 5.

*Cum blandi comites.*

*Verumne? Itane?*] Verba nobilis Romani discipuli pædagogi sui clamore & stomacho excitati, literarum studia adhuc, sed ironice adtumulantis; verumne est quod dicis, o pædagoge? Itane ad quintam vique somnum perduxit?

*Ocyus adfit.*] Expergefactus magistri voce discipulus famulos inelamat, ut cum vestimentis, & aliis ipsi statim adfint. Est autem totus hic locus moralis. Fingit enim adolescentem desidem, sed iracundum tamen & tam perulantem, & impotentem, ut nili quidquid in mentem venit à famulis in ipso temporis articulo fiat, continuo ira, & furore discerpantur, quia inuitus ad studia perducitur, omnem iram contractam in famulos euomit.

*Ocyus adfit.*] Ocyus hic famulorum quisquam mihi adfit cum vestimentis.

*Nemone?*] Scilicet vocanti mihi adest, istum neminem dæ. Nemone mihi vocanti præsto est, nemone meum imperiuro curat?

*Nemone?*] Sic irati suos solent inelamare.

*Turgescit vitrea bilis.*] Persii verba sunt adfectum desidii iuuenis indicantis.

*Turgescit vitrea bilis.*] Ibi si vocanti & famulos inelamanti non adeo propere aliquis adfit, vitrea, clara & splendida, bilis ipsi surgit, tumescit, & excitatur, omnes iræ & furoris habenas laxat & effundit, & adeo furioso, & inlano clamore, funditur, & rumpitur, ut ipsum vociferantem audiens Arcadiz pecuaria, ingentes, & decumanos asinos rudere credas, & clamorem dicas accilere.

*Bilis.*] Nota ex desidia ira, cum quem statim laboris distinet. Vel potius quia non recte vivit, nec suo satisfacit officio. Illi enim solent esse difficles & molesti. Et rectissime ab Ifodoro dictum: *Vis nunquam tristis esse, recte viue.*

*Turgescit.*] Intumescit, offeruescit, excitatur, incalcescit.

*Vitrea.*] i. Pellucida vel splendida, ut Horat. 2. vel potius à colore. Illa enim nunc citrina, nunc vitellina, nunc prasiua, nunc vitrea. Sic ab Horat. 1. serm. Sat. 3. *splendida* vocatur.

*Finditur.*] Dissumpitur, ringitur, discrutatur.

*Finditur Arcadia.*] Demonstrat rem simili. Alii *Findor*, i. Ita clamore rumpor, ut existimes Arcadiz pecudes rudere.

*Arcadia pecuaria.*] Asinorum periphrasis ex subiectis. Arcadia enim ab Arcade Iouis & Calystonis filio dicta, & in medio Peloponnesi sita abundat asinis (quos habet procerissimos adeo ut etiam in proverbium abierint) ob fertilitatem pascuorum, ut Strab. & Plin. lib. 8. cap. 43.

*Finditur.*] Ringitur, præ ira fere discerpitur, eo quod nemo sibi adfit. Sic Plaut. Bacchid.

*Hec? meum cor, & cerebrum Nicobuse finditur*

*Istius hominis fit & biquaque mentio.*

*Rudere.*] Hic prima producit, quam Virgilius corripit, cum ait:

—*graviterq; rudentes.*

Declarat maximam vociferationem.

10

*Iam liber, & bicolor positus membrana capillis,*

*Inq; manus chartæ, nodosaq; venit arundo.*


*Tunc querimur, crassius calamo quod pendeat humor,*

Kkkk

13

*Nigra quod infusa vaneſcat ſepia lymphâ:  
Dilutaſ querimur geminet quod fiſtula guttaſ.  
O miſer, inq, dies ultra miſer? buccine rerum  
Penitus? at cur non potius, generoq, columbo,  
Et ſimilis Regum pueris pappare minutum  
Poſcis, & iratus mamma lallare recuſas?*

## TABVLA II.



*Iam liber.]* Alia iuuenilis ſocordiz effecta deſcribuntur: nempe alienus à ſtudiis literarū a-  
nimus, cuius varios prætextus, & accuſationes ex adiunctis calami, chartæ, & atramenti exquiri-  
tur.

*Iam.]* Tandem ſcilicet, vbi vix magno labore & moleſtia excitatus, & lectio excuſus eſt.

*Liber.]* Vnde aliquid in charta deſcribat, illi in manus venit. Graphice autem hoc loco Per-  
ſus deſcribit, hæc, vt intelligamus, notat enim à pædagogō adoleſcenti aliquid prælegi.

*Liber.]* De arboris cortice proprie dicitur, in quo ante repertum chartæ vel papyri vſum ve-  
teſtes ſcribebant. Ouid. 1. Metamorph. de Daphne in laurum mutata:

— Super grauiſ occupat artus  
Mollia cinguntur tenui pæcordia libro.

E. LVBINI

*Et bicolor.*] Chartæ scilicet innolucrum. Quæ bicolor dicitur, eo quod pars eius crocea, pars plurimaria esset apud antiquos. Vel eo quod pilorum pars nigrior sit, alterum latus candidius. Vel quia pars exterior luteo, vel etiam croceo colore imbueretur.

*Tib. Lutea sed nigrum innoluat membrana libellum.*

*Et Iuvenal. Sat. 5. — Crocea membrana tabella.*

*Pofitæ capillis.*] id est, Pilis è pellibus animalium, vnde membrana, vel pergamena fit, detractis, abrafis.

*Pofitæ.*] Quidam explicant pro compositis, quasi prius capillos adolescens sibi concinnauerit: sed durius hoc. *Ponere enim capillos* significat detondere. De pilis igitur è membrana abrafis intellige. Nec obstat, quod capillos, quasi capitis pilos dici contendant, illi enim pro pilis hoc loco ponuntur, vt & apud Plin. Gell. & alios. Gell. Ouium lacte hædi, & caprarum agni alerentur: Constat ferme in his sanam durior, in illis capillum gigni teneriorem.

*Charta.*] In quibus exciperet illa quæ à pædago dictarentur. Veteres autem primum in palmaram foliis, deinde in arborum libris vel corticibus, postremo in chartis vel membranis scripserunt. Illæ chartæ in Alexandria Ægypti vrbe, tempore Alexandri Magni, ex papyro, quæ ad Nilum nascitur, repetitæ. Hæ membranæ Pergami supprimebant chartarum vfu Ptolomæo, innentæ sunt.

*Nodosa, Genit arundo.*] Dicit, quod veteres arundine, quæ Græcis *κνίλαμος*, vt nos penna, scriberent. Ea nodosa, quia multi sgeniculis, tanquam intermediis, distinguitur.

*Tum querimur.*] Prima querela atramenti nimis spissi. His tergiuersationibus mire exprimit desidium adolescentis, & literarum odium. Captat enim vadique causas, quantumvis frigidas, vt stare cogatur.

*Tum querimur.*] Obliqua ignaui adolescentis Protopopæia, vanas excusationes inertie sumptæ tenetis.

*Calamo.*] Arundinis, qua scribebat. Hinc *Calamitas*, quæ proprie est calamorum fractio gradine, vel tempestate. Stilo in tabulis cereis vtebantur.

*Crassum.*] Atramentum nimis spissum intelligit, quod calamo fixum quasi adhæreat vel adpendeat. Scribendo minus aptum, vel accommodum.

*Nigra quod infusa.*] Secunda querela atramenti nimis diluti. Subtexitur alius socordie prætextus. Quod si præceptor vel comes admonet, vt crassius atramentum aqua diluat, & scribendo aptum reddat, alium ignaui prætextum inuenit, & conqueritur, quod atramentum ob infusam limpham adeo fluidum sit reddidit, vt inter scribendum vaneſcat, suumque colorem perdat, nullumq; sui in papyro vestigium relinquit.

*Sepia.*] Pro atramento. Meton. causæ pro effectu. Est enim Sepia piscis, cuius sanguine pro atramento vtebantur: qui vbi se à piscatoribus apprehendendum fecit, effuso atramento aquam turbat, & sic euadit. Plin. 9. c. 19. *Eius atramenti tantævis, si si lucerna oleo addatur, affantes omnes Æthiopes videntur.* Anaxilaus. Plin. lib. 32. cap. 10.

*Bilutæ querimur.*] Tertia frigida tergiuersatio ignaui iuuenis, qui conqueritur, & prætextat, quod fistula pennæ, aut scriptorius calamus guttas atramenti nimia aqua diluti & dissoluti, geminet, & duplices reddit, & papyrus ita maculet & contamineat.

*Dilutæ.*] Aqua nimis fluidas, & dissolutas redditas.

*Fistula.*] Proprie canalis cauus per quem aqua ducitur. Hinc metaphorice ob similitudinem instrumentum musicum dicitur: Et hic porro per eandem metaphoram pro calamo ponitur, vbi notandum rem vnam tribus metaphoris expressam, *Arundo, Calamus, fistula.*

*O miser!*] Exclamatio pædagi ad socordem iuuenem ira & indignationis plena, ex adiunctis minorum collatione amplificatis. quod sit miser, & aptior voluptatibus, quam virtutis, & sapientie studiis.

*Inq. docet.*] Epanodos in miser. i. In dies vltra magis, atque magis miser, perditus & deploratus futurus: Nempe in quo vitia, & miseria processu temporis non minuantur, sed indices & quotidie augmentum capiat.

*Vltra miser.*] i. Plusquam miser der vber das Elend gar hingekommen, omni no miserius, deploratus, conclamatus.

*Vltra.*] i. Vltius & magis magisque miser.

Kkkk 2

*Huccine rerum venimus.*] i. Huccine desidii dicam, an dementiæ peruenimus, vt nimiam flagitiosam corporis voluptatem illis præclarissimis animi bonis virtuti & sapientiæ infinito intervallo preponamus? Et virtutē & sapientiam nullo labore, nullo studio adquisitā velimus. q. d. Lieber Gott ist es dahin kommen. i. Huccine peruenimus, vt quidam potius quam illa quæ virtutis sunt age: e cupiamus?

*At cur non possum.*] Protalis collatidis minorum, similibus ironice illustrata, quod sit voluptuarius, vt columbi qui natura molles, & regum pueri, qui in maximis deliciis educati, omnia petulantiter pro sua libidine geri cupiunt.

*At cur non?* quasi dicat, At adolecēs miserrime, quando socordiam & ignauiam, illam mortis causam, ex voto nuncupasti; Nam cur tu non omnino ad insaniam redis, & in puerū degeneras? Ecce cur non similis delicatis regum pueris à nutrice tenerimos cibos commanducatos, comedere, & minutum illud pappare, buas inquam, & papas cibum, & potionem infantium mautim, & frustillatim à nutrice præmasticatum comedere repetis & reposcis? vel, quia mollis & delicata vita adeo tibi placet, cur non rursus ad infantiam redis, & in puerum infantem degeneras?

*Columbo.*] Eo dicit, quia teneris pullis columbarum matres semicinctum è ventriculo cibum solent in os ingerere.

Respicit ad extremam mollitiem.

*Tenero columbo.*] Cui mater ieiuna cibum præparatum diducto rostro in os ingerit. Vide Epistolam Diogenis. *Columbi*, quamuis singularis pudicitiz, lasciu tamen & salaces sunt, unde *aues Veneris* à Virgilio dicuntur & currum Veneris agere ab Apul. lib. 6. & Ouidius i. Amor. Eleg. 2. finguntur. Inque cibus mire molles & delicati, præsertim cum teneri adhuc. Quo potissimum Perlius hoc loco spectat.

*Pappare minutum.*] id est, Cibum infantium, papas minutim, & frustillatim à nutrice præmasticatum pappare & comedere. Est enim *pappare* minutos, & commanducatos cibos comedere, quales nutrices infantibus præbent. Non vt fere omnes in interpretes minuta infantuli voce patrem compellare, qui illud à papis, quod patrem significat deriuant minus recte (Iuuen. Satyra 6. *Timidus prægustet papas*) *Buas* enim & *pappas* cibum, & potum puerorum vocabant, teste Catone, cum ait: *Cibum & potum buas & pappas vocabant, & patrem Tatam, & matrem mammam*. Porro à *Bua*, quæ infantium potio, imbuere deriuatum, id est, vna cum lacte nutriticis inserere. A *papa* vero, quæ infantium cibus *pappare*, i. papas comedere deriuatum, quo hic vitur Persius. Et Plaut. Epidico:

*Novo liberto opus est quod papper. p.*

*Dabitur, prabebo cibum:*

id est, Cur non ad primam pueritiam & infantiam redis?

*Pappare minutum posci.*] i. Comedere minutum & præmasticatum à nutrice cibum. i. Cur non minutos delicatos, & teneros cibos, more puerorum, appetis?

*Et iratus mamma lallare recusat.*] i. Cur non petulantium puerorum more leuissima causa offensus & iratus, per *lalla* illud mammae matris, vel nutriticis tuz, quo te sollicite in somnam dare studet, ad dormiendum induci. negas & recusas, vel crebrum illud *lalla* à nutrice dici & pronuciari audire recusas.

*Iratus mamma.*] Non dandi sed gignendi casu.

*Mamma.*] Mire heic falsi interpretes plerique, qui mammam de vbre vel mamilla nutriticis vel matris, *lallare*, lac suggere intellexerunt. *Mamma* enim Græcis *μῆμα*, auiam, matrem, & nutriticem inter alia significat. Pro auia usurpat Mart. lib. 1. Epig. 68.

*Mammæ, atque Tatæ habet Afræ, sed ipsa Tatærum*

*Dici, & mammærum maxima mamma potest.*

Pro matre, Cato, cum ait: *Patrem Tatam, matrem mammam vocant.* Pro nutrice, Ammonius cum ait: *τήν μὲν ἐν τῷ πῦρτι τρέφει, τὴν δὲ ἐν τοῖς μῆμας, ἢ μῆμας, καὶ λῆσι.* Et Plaut.

*Ecquid tibi videor mammam adire.* i. nutriticem.

*Lallare.*] Non est hoc loco lac sugere, quod quidem ineptissimum, sed per crebrum illud *lalla* pueris suis toties occurrat, ad dormiendum induci. Intelligendam enim de uenia illa nutriticem id.

cum lalla, lalla, lalla, quam infantibus toties occiunt, ut ita somnum eis concinent, & ad dormiendum inuitent. Vnde & lalla somni: feros modos Aulonius epist. 12. dixit, Et *Lallus Domus* appellatur, qui praefuit natiis illis balbis, quas nutrices pueris occiunt. Nulla autem litera, quam pueri facilius expriment, quam *l*, quin etiam eius frequenti pronuntiatione somnus illis inducitur.

*Lallare.* ] i. Cur non recusas crebrum illud lalla audire, ut lallare sit nutricum lalla crebro concinentium, id est, Crebram illam lallationem vel cantionem lalla mammae uix matris vel nutricis tuæ more puerorum iratorum recusas audire, vel nolis ab illa in somnum dari. Hoc enim petulantium & lupine delicatorem puerorum proprium.

20

*An tali studeam calamo? cui verba? quid istas*

*Succinis ambages? tibi luditur: effluvis amens,*

*Contemnere sonat vitium percussa, maligne*

*Respondet: si non coëta fidelia limo.*

*Vdum, & molle lutum es: nunc nunc properandus, & acri*

*Fingendus sine fine rota. —*

## TABULA III.

Hæc excusationum ambagibus non mihi imponis præceptori vers. 19. 20.

1. Illa inertia vitæ tuæ tempus inutiliter traducetur & effluit, vers. 20.

Velut fistilia quæ rimas habent, vitium suum sonitus indicant & contemnantur vers. 21. 22.

2. Quod omnibus contemni futurus sit vers. 21. Probat id simili

Sic tu etiam oratione tua vitia tua indicabis. illustratur hæc apodosis per cohortationem ad studia alio argumento similitum hoc modo:

Velut vdum & molle lutum fingendum & formandum est acri rota & solertia singulari, vers. 23. 24.

Ita etiam tu quia hac ætate molli es, ver. 23. accurata institutione & disciplina in omni virtute & honestate es instituendus, v. 24.

Hoc simile vterius illustratur prolepsi vel obiectione discipuli. Vide sequentem.

Miseria defidis iuuenis demonstrat ex dimilib. hoc modo:

Sed tibi ipsi, de quo luditur, vers. 20. Probat hanc apodosis factis inertie.

*An tali studeam calamo.* ] Verba ignaui adolescentis ignauiam suam calamo minus bono excusantis, vel calamum malum inertie suæ præterentis. An tali calamo studeam, tali atramento, tali charta, aliquid scribere sustineam?

Respexit ad illud Horat. lib. 1. Sat. 3.

*Culpantur frustra calami.*

*Cui verba?* ] Verba præceptoris, quibus ignaui adolescentis frigida excusatio refutatur ex

Kkkk: 3;

diffimilibus. Quod adolescens eiusmodi excusationibus, non magistro, qui eam in officio continere vult, sed sibi ipsi verba det.

*Cui verba?*] Proctus est. Cui tu verba das, certe non mihi? vel cui te verba daturum, ante os subliturum, cui tuis frigidis excusationum ambagibus, & effugiis, quæ succinis, re impolitum sperasti? Sic nos Germani: *Lieber mein betrugst du*. q. d. Non mihi, sed tibi ipsi. Quod vates occinis.

*Succinis.*] Toties occinis, repetitis & obgannis illos frigidos prætextus.

*Ambages.*] Metaph. à luminibus, vel labyrinthis, qui varias ambages, circuitus, flexus, recessus, & mæandros habet.

Claud.

*Æquorū ambages, Atlantidesq; recessus.*

Et Virg de Labyr. 6. *Æncid. Tecti ambagesq; recessus,*

*Cacaregens filo vestigia.*

Hic pro verborum circuitu qualis in excusandis & velandis criminibus adhiberi solet. Mor enim crassum, mox dilutum arramentum conquerebatur. Id erant ambages.

*Tibi.*] Emphatice. q. d. *Tibi isthic scribitur & mittitur.*

*Tibi ludatur.*] Antapodosis. Te ipsum decipis, quati dicat. Tua res agitur, de tua re in ludo exposito luditur, tua isthuc, ut aliquid studeas, & doctus, honestusque euadas, refert maxime. Sumitur autē hic metaphora ab alea. De tuo corio luditur. Quasi ad pyraustam respiceret, & cum *Æschylo* dicat:

*Δίδωμι ποῖον ἑστὲ πυραύστῳ.*

*Magnopere stultum metuo pyrausta exitum.*

Ut enim pyrausta insectum dum lucernis aduolat, & luminari adludit: exustis autem alis sibi ipsi perniciem & exitium struunt, non aliis: ita hi sua inertia nulli potius, quam sibi met ipsis malum creant.

*Effluui amens.*] Confirmatio proximæ antapodoseos ex effectis inertiz, quod vita atteratur, tempus inutiliter traducatur, & is ipse vana cum illo effluat: i. Tu stolide & vane, vana cum tempore, quod solum tuum est & quod tam male collocas, effluas & transis. Alii *effluui* interpretantur, diuulgatis, palam fis, te rudem & indoctum esse, omnibus notum facies, sed ineptius hoc.

*Effluui.*] Tu tua vitia cum vitiosus es tegere non potes, sed effluas, non enim intra te stulti illam continebis, sed tanquam vas, plenus gimarum hac atq; illac stulticia perfluas.

Est autem metaph. ab aquis. Sic Ouid.

*Discite, eunt anni more fluentis aqua.*

*Contemnere.*] Altera antapodoseos confirmatio itidem ab effectu inertiz, quod omnibus contemptui futurus sit. Q. d. Cum nihil in te studio & labore acquisitum *αὐδῆς ἀξίον*, & laude dignum deprehendatur, non iniuria ab omnibus viris cordatis & prudentibus tanquam *ἄχρηστος ἀγῖνος πόντος* inutile terra, contemnere, & flocci nihilque fies. Ad illud Horatii respexit:

— *Quam tu*

*Inuidiam placare parat virtute relicta*

*Contemnere miser, vitanda est improba Siren*

*Desidia.*

*Sonat vitium.*] Ratio proximi effectus, nempe contemptus ex similibus. Ut enim fictilia sicut viridi vel cruda argilla non facta, nec bene cocta sunt, si percutiantur, non clarū, sed rancū, & malignum sonum reddunt, & sonitu emtori vitium indicant: ita & tu si iuuenis recte formatus non sis, sermone & voce vanitatem & turpitudinem tuam prodes, & omnibus notam facies.

*Sonat vitium.*] Gnome est. Vitiosi & stulti homines neutiquam stultitiam, & vitia sua celare possunt, & tegere, sed semper sonant, non secus ac inania vasa magis tinnunt, sic & vanus tu semper maiorem strepitum edes, & vanitatem tuam deteges. Respicit ad illud, quod dici solet, *Sermo animi indicium & character.* Et Socrates, cum speciosum iuuenem in augiporū ubi obuiam factum videret: Vte videam, inquit aliquid eloquere. Apul. in Florid. i. Nulla ratione stupiditatem, ruditatem, & vanitatem tuam tegere & celare poteris, nam tuo ipsius ind. cio simul os aperueris te ipsum prodes, & omnibus deridendam propones, & propinabis.

*Percussa maligne.*] Constructio & sententia hæc est, fictile vas, vel fictilia si ex argilla vel limo viridi, & crudo non satis probe cocta sit, ab emtore digito leuiter percussa, statim vitium, & tinnit

& rimas sonat, nec claro tinnitu, sed fracto, rauco, & absurdo sonitu, maligne respondet. Sic tu hac ætate, qua tanquam cereus es, & lutum molle, ac tenerum in omnes formas tanquam lutum rota figuli, fingi & refingi potes, nisi honesta doctrina & virtute informeris, postmodum quiescos aperueris, quouis sermone, quouis verbo inertiam tuam prodes. Alludit ad Apophthegma Socratis, qui dicebat, *Si Vasa tinnitu, sic homines sermone explorari & cognosci.*

*Fidelis.*] Fictile vas, quod in fusa fideliter contineat, dicta.

*Percussus.*] Hinc Diogenes dicebat, mirum sibi videri, quod cum ollam, & operculum non emerent homines, nisi pulsu & tinnitu exploratum, in emendo homine solo aspectu essent contenti. Significans hominem nulla è re magis cognosci, quam ex sermone.

*Soma vitium.*] Vitium accusandi casus. Sic vox hominem sonat. i. repræsentat.

*Viridis.* i. Crudo, cui cocta opponitur. q. d. Ex crudo, non satis cocta, viridis & crudi limi, vel è crudo & viridi limo facta.

*Vdum, & molle lutum es.*] In illa allegoria perseverat. Quia de fictilibus vasis, cui hominem comparauit, dixit. q. d. Cum igitur tu hac iuuenili ætate cereus sis, & vdo & molli luto, & argillæ similis, quæ in omnes formas fingi & refingi potest, ab accurato sapientiz & virtutis magistro tanquam à solerti figulo propterea omni virtute & honestate instituendus, & ad omnem honestatem fingendus, firmandus es & formandus.

*Vdum.*] humidum & præparatum. Tabulæ cereæ vel rase similis, cui quidvis inscribi potest.

*Molle.*] Nondum sole coctus, aut fictus, sed adhuc crudus & tractabilis.

*Nunc, nunc.*] Vt ille. *Dum tener est matris, generosos inserat mores.*

*Properandus.*] Magna festinatione instituendus, & formandus ad virtutem. *Properandus* dicitur, eo quod in virtutis & sapientiz studio nihil differendum aut in crastinum reiiciendum. De quo postea.

*Acivota.*] Accurata & seuera disciplina & institutione. Perseuerat in metaph. à figulo, qui rota vasa sua fingunt. Hanc rotam Anacharsis Scythia inuenisse dicitur.

*Sine fine.*] Nunquam enim in virtutis informatione ad finem peruenitur, quæ in infinitum, hoc est ad Deum se extendit, vel sine fine, mora, aut cessatione.

25 *Est tibi far modicum, parum, sed rure paterno*  
*Quid metuas? cultrixq; foci securapastella est*  
*Hoc satis, an deceat pulmonem rumpere ventis?*  
*Stemmata quod Tusco ramum millefime ducis,*  
*Censoremq; tuum vel quod trabeate salutas?*  
 30 *Ad populum phaleras: ego te intus, & in cute noni.*  
*Non pudet ad morem discincti vinere Natta?*

## TABULA IV.

Obiectio ignavi iuuenis, tu quidem	Proponitur ex adiunctis illius adolescentis, quod nimirum sit	Diues & locuples, quod per singulares diuitiarum species declaratur, vt sunt: 1. E rure paterno tantum farris quantum sufficiat, v. 24. 25. 2. Supellex munda, v. 25. 3. Focus lautus, v. 26. Et ob id honesta disciplina nihil opus est, Quid metuas? v. 26.
	Refutatur argumentis	Quamuis sis diues & nobilis vt eques trabea ornatus, v. 28. 29. Non tamen superbare & honestas literarum fastu debet contemnere, v. 27.



2. Dissimilibus iterum hoc modo:

Diuitiarum & nobilitatis phaleras & externa ornamenta populo imperito iacta, ver. 30.  
Non mihi qui te intus noui, quod prauus & nequam animo sis ver. 30.

3. Arepugnanti-  
bus hoc modo:

Tu nobilissimus perhiberi vis, Et viuis ut perditissimus & vilissimus nebulo Natta, v. 31.  
Hanc apodofin simili explicatam corrigit comparatione minorum, hoc modo  
Natta est minus reprehendus, quam iuuenes Romani, probatid dissimili, quia  
I' de sequentem.

*Sed rure paterno.*] Est antipophora, vel proleptis scopica, qua obiectioni iuuenis ignaua occurrat, qui obicere poterat, nihil sibi hac institutione & informatione opus esse, ex adiunctis, Quod diues sit, & locuples. q. d. Verum tu obiciis, quod virtute maiorum tuorum diues factus, sufficiat, non igitur honesta disciplina tibi opus sit.

*Far modicum*] Synecdoche speciei pro genere.

*Modicum.*] Emphatice, quod non animaduertunt interpretes, Tu habes mediocres diuitias, bist *zümlich* *vermögens*. ob id opus non habes, ut aliquid discas.

*Purum & sine labe Salinum.*] A sordibus, & auaritiæ labe alienum. Synecdoche parvis suppellectilibus pro toto, quam domi nitidam & cultam indicat. Supellex etiam tibi domi est facta sufficiens, & munda.

*Salinum.*] Vas erat, quo sal ad mensæ, vel sacrificiorum usum imponebatur. Horat. O. lib. 2. Carm.

*Vinitur paruo bene cui paternum  
Splendet in mensa tenui salinum.*

Hoc vult dicere, Supellex tibi est culta, & nitida, & modicæ sunt tibi diuitiæ.

*Sine labe*] Tenuitatis vel paupertatis. i. Pauper non es.

*Quid metuas?*] Ironice, was fallestu Achten. Tibi sapientia & virtute nihil opus est. Mirum tu extra omnem fortunæ aleam positus fortuna, & inuidia maior es, adeoque maior quam cui posset fortuna nocere. Quæ tibi, *Plurima* sit eripias, longe tibi plura relinques.

*Quid tu mediar.*] Nimirum habes quod ventri sufficiat, & corpori, ut animi bonis nihil tibi sit opus.

*Cultrix q. foci.*] Est tibi præterea patella foci & laris cultrix, secuta, & ab omni sollicitudine immunis, ut nulla te indigeas, nihilque metuas, nec sapientia tibi opus sit.

*Secura patella*] Erat patella vas, in qua delibandæ dapes diis domesticis offerebantur. Hæc Varro in Manio. *Oportet bonos cines legibus parere, deos colere, in patellam dare.* Hoc loco pro mediocribus diuitis ponitur, per meton. effectus pro causa, quod homines securos reddat.

*Sie haben nicht Ursache zu sorgen oder zu trauern.*

*Patella.*] Videtur poni pro cibis in patella oppositis, qui ad victum sufficient.

*Hoc satis?*] Refutatur obiectionem collatione imparium maiorum. Quod ne nobilissimum qui se superbiendum, vel humaniores litteræ spernendæ sint, nedum modicas tantum opes habenti. q. d. Nonne ad bene beateque viuendum plura requiruntur? Requiritur etiam potissimum animi bona, actio secundum virtutem, sanitas.

*Hoc satis.*] Ut dummodo venter habeat unde victitet, animi nullam omnino rationem habendam putes.

*An deceat.*] An te superbiere, animos attollere, & intumescere & sapientiam negligere oporteret, si vel esses nobilissimus, & antiquissimo aliquo Hetrusco stemmate raturum, vel suæ conditionis as-

mis aliquam lineam ducas, aut à nobilissimo aliquo principe Thufco millefimus à Gencalego numerareris? Vel si eques Romanus trabea, cocco, vel purpura insignis, in equitum Romanorum traditione, censorem tuum, qui de te cognoscit, compellas, & salutas? q.d. Minime. Multo minus cum modicis tantum diuitiis habear. Notat etiam mediocrius tantum fortunæ hominibus sapientiam pro vili fuisse.

*Pulmonem rumpere.*] Superbire, Pulmo enim cum iactatur, laborat. Fastuosum enim ita turgescunt, ut pene rumpantur.

*Rumpere.*] Nec *scilicet tumidas intentas rumpere buccas.* dicit infra.

*Ramum.*] Respexit ad adfinitatis arborem, & ramum pro successione linea ponit.

*Millefime.*] Vocandi casu, pro nominandi. Notat antiquissimam genealogiam, in qua à principe generis millefimus sis.

*Thusco.*] Dicit, quia nobilissimi Romanorum ferme ab Hetruscis orti. Reliqui enim ut Iuvenalis ait:

*Aut pastores, aut illud quod dicere nolo.*

Si tuam originem per mille generationes ex nobili aliqua Thufcorum familia dericta, vel deducas.

*Stemma.*] Stemma, propria corona à *Stem*. Hoc loco pro genealogia, vel cōsanguinitate, unde nostrum Germanicum *Stamm*. Solebant enim antiqui ductis lineis, additisq; rotundis figuris, tanquam coronis arborem cōsanguinitatis efficere, quam Stemma vocabant.

*Ducere.*] Obtineas millefimum gradum ab origine stirpis.

*Censoremve tuum.*] Censores Romæ pudoris & modestiæ magistri, quibus cognitio equitæ Romanorum, quæ postea consulis, demandata erat. i. non debes superbire, & humaniora studia contemnere, quod in Trabea insignis à censore quem salutas, præequite Rom. cognoscas.

Aliter adhuc intelligi potest, quia addit *tuum*. q.d. Quod in familia tua equestri, vel trabecata habear, qui censor factus sis, & post alios magistratus auctoritare summus sis.

*Censorem tuum.*] Ex tua familia & origine exortum. q.d. Non ob id superbire, & honestas litteras debes contemnere, quod in familia tua nobiles habear, ipse tu nobilis.

*Trabecate.*] Erat trabea purpuræ species, & nobilium tantum, & qua reges olim vsi.

*Trabecate.*] Vocandi pro nominandi casu, sic Horatius:

*Multe virtute est sententia dia Catonis.*

*Ad populum.*] Eludit adolescentem nobilitate generis, insignibus equestribus, & honoribus cōsanguineorum elatum, cum non sit naucius, ex dissimili. Quod externis illis ornamentis, populo, & imperitiæ multitudini possit imponere, non sibi.

*Ad populum.*] Qui nimirum diuites, & nobiles, quæcunque precii, & bonos putat. Qui, ut ait Horatius.

*Fama servit ineptus*

*Qui stupet in titulis & imaginibus.*

*Phaleræ.*] Externa illa corporis & fortunæ ornamenta, quæ vulgus forte magni æstimat, ad populū vsurpa. Ego illa non moror cum interna animi bona intuear, quæ in te non deprehendo.

*Phaleræ.*] i. Diuitiarum & nobilitatis (quibus animos attollis) cōsanguinitatis ornamenta, insignia, & velamenta, quibus vitia tua tegas ad populū vsurpa: Sunt enim *Phaleræ* equorum ornamenta. Iuvenal. Satyr. 2.

*Magnorum artificum frangebat pecula miles*

*Et phaleris gauderet equum.*

*Phaleræ.*] *Id est rursus*, quod illud re significat.

*Ego te intueor.*] Antapodosis dissimilitudinis. Non mihi diuitiarū generis, aut vestitus splendore imponis, quia ego in te superficiali corporis, aut quod in oculis incurrit ut vulgus, nō cōsidero, sed te intus & in cute notui, & animi tui mores omni vitio & scelere inquinatos, perspectos habeo.

*Intus & in cute.*] Vide proverb. apud Erasmus. Vitur allegoria à mangonibus qui mercatorum oculos phalerarum ornamentis sæpe perstringunt, & pro valentibus, & generosis, sæpe infirmos & ignavos vendunt.

*Non pudet ad monentem.*] Alia reprehensio mollii & vanitatis iuvenis, qui ob diuitias, & no-

bilitatem studia sapientiz contemnebat. Argumēto à dissimili. Tu ob familiaris insignia, ob maiora virtutem, & generis claritudinē, & nobilitatem deniq; superbis, de more ignobilissimi, & perditissimi nebulonis Nattæ visis. i. Cum tu nobilitate maiorem tuorū virorum optimorum alias superbias: Non potest te ad morem abiectionis nebulonis vivere. Hæc male inter se conveniunt.

*Non potest* } Te scilicet, qui nobilissimus videri vis.

*Ad morem* } i. Mores ignobilissimi Nattæ imitari.

*Dissimili* } Metaph. à veste dimissa & laxa, qua inambulare solent homines dissoluti, & peram frangi. Est enim dissimilis luxu dissolutus. Sic Horat. Epod. ed. 1.

*Dissimilis aut perdam* v. n. per.

*Dissimilis, quæ gelasien.*

*Nattæ.* Alii Nattæ, alii Nacæ, alii Nattæ. Fuit quidam Romæ prodigus & dissolutus, & notus naucius nominis, cuius meminit Horat. cum ait: — *Vergorolise*

*Non quo fraudatus in mundus Nacca Lucrimus,*

*Sed stupet hic vitio, & sibi increuit optimum*

*Pingue: caret culpa: nescit quid perdat: & alto*

*Demersus, summâ rursus non bullit in undâ.*

35

*Magne pater Divûm, sanos punire Tyrannos*

*Haud alia ratione velis, cum dira libido*

*Noværit ingenium ferventi tincta veneno,*

*Virtutem videant, intabescantq; relicta.*

*Anne magis Siculi gemuerunt ara iuenci,*

40

*Et magis auratis pendens laquearibus ensis,*

*Purpureas subter ceruices terruit. Imus,*

*Imus precipites quam qui sibi dicat, & intus*

*Palleat infelix, quod proxima nesciat vxor?*

### T A B V L A V.

Natta habitu vitiorum contracto iam ignorans peccat, & vitio occalluit, nec aliter agere potest.

Probat singularib. aliquot effectis Nattæ, quia

Vitio stupet, v. 32.

Malitia altis in eo radices egit, v. 32. 33.

Ex ignorantia peccat, v. 33.

Non Natta minus reprehendendus, quam iuvenes Romani, probat dissimili.

Nimis vitiis obrutus, ad virtutem oculos nequit attollere. Illustrat simili.

Vt quis alto magis immerius ebullire nequit, v. 33. 34.

Ita neque ille, &c.

At iuvenes Romani scientes & prudentes vitiis se mancipant. Apodosis, effectus huius literarum cõremtus iuuenib. per digressionē exaggerat, p. miseriam summâ ex virtutis privatione, quam describit

1. Simili, quod nimium

2. Collatione minorum

Iupiter eadem miseria dices tyrannos punire debeat. quos describit adunatis & factis suis, v. 35. 36. 37.

Quia iuvenū socordia punit, ut nimis virtute careant, eamq; habentibus invidiant, v. 38.

Taurus Phalaridis, v. 39. Damochis gladius, v. 40. Non tã tremēda sunt, quã mala conscientia illorū, qui scientes virtutem deseruerunt, v. 41. 42. 43.

3. Per dissimilitudinem. Vide sequentem.

*Sed stupet hic vitio,* ] Correctio dissimilitudinis per collationem minorum, quod Natta sit

MAIUS

minus reprehendendus, quam iuvenes nobiles Romani, ex dissimili, quia habitu vitiorum ac-  
quisito ignorantia peccet, iuvenes vero scientes & prudentes virtutem deserant.

*Stupet.*] Vizio incaluit, vitiorum usu induruit, & tam crassi cordis, ut peccare se non sentiat.

*Stupet enim* significat, sensum non habere. Sensum flagitiorum non habet, & ignorans  
peccat. Magis miserandus, quam culpandus.

*Stupet vitio.*] Exist in boſheit erſtarret.

*Et firmum crevit opimum pingue.*] i. Opimum illud vitiorum pingue, altissimas in corpore e-  
ius radices, & intimis i. coris fibris, intimis animi sensibus, & adfectibus inserevit, seq. interuit.

*Fibris*] i. Animi sensibus & adfectibus, quæ in iecore, vel fibris etiam sic esse antiquos cre-  
didisse superius dictum. *Negue enim mihi cornea fibra est.*

*Inserevit*] Radices egit, cilium obduxit.

*Opimum pingue.*] Ex naturali causa dicit. Adeps enim, teste Galeno, & Aristotele non sen-  
tit, & si ignis est naturæ, quod stupere dicit, notans sensum flagiti abesse. Hæc de illo dicta,  
qui virtutem iam valedixit, iamque a vitiis transiendum agitur, nec ad virtutes quidem amplius  
potest respicere.

*Pingue*] Substantiæ possum, pro vitio. Sic Virg. *Densum pingue* Superius p. & pinguem pa-  
rum ingratioribus notabatur. *Pinguis aqualiculus.* Hoc loco pingue, pro vitio ponitur, & stupe-  
re. Sic Horat. *Pinguem vitio dicit.*

*Caret culpa*] Dum ob vitiocitatem, & stuporem nimium se amplius peccare non sentit, &  
sic ex ignorantia peccat. Sic Ouid.

*Præterea Veniam dabis ignorantia culpa.*

Et Senec. *Erris malorum remedium ignorantia est.*

*Nescit quid perdat.*] Ob vitiū stupiditatem ignorat qualium & quantarum rerum iacturam  
faciat, ut vix famæ, virtutis, &c.

*Et alto immersus.*] Immenso vitiorum pelago & barathro obrutus, & flagitiorum mole gra-  
uius & sepultus, in iumma vnda, vel superiori aquæ superficie unquam rursus bullit & emer-  
git, sed æternum in profunda vitiorum voragine sepultus manet. Allegoria ab his qui profun-  
dissimis aquis immersi, emergere inde nunquā possunt Sic qui longa consuetudine vitiōū ba-  
rathro te immerferunt, haud prompe ad bonam frugem reuertantur. Negat id Horat. cum ait:

*Nemo adeo serui est.*

*Alta.*] pro mari profundissimo. Substantiæ possum, & à terra remotissimo.

*Immersus.*] Vitiis obrutus, sepultus.

*In summa vnda.*] In superiori aqua. Ut cum fundo aquæ turbato bullæ inde erumpunt, & ad  
summam vnam vel superiorem aquæ superficiem tendunt. Summum enim & imum, altum,  
vel profundum heic opponuntur.

*Bullit*] Emergit, ut aer è fundo aquæ ebullit. Hic igitur emendari nequit, & eo nomine est  
exculandus. Tu vero secus, volens, prudens & quasi de industria peccas. Et ob id olim miserri-  
mus es futurus, ut sequitur.

*Magne pater Diuum.*] In virtutis laudem brevis digressio, quod illa sit summum bonum. Ex  
priuantibus argumento, quia illa carere miserrimum. Spectat autem ad antapodofin collatio-  
nis: q. d. Tu vero deplorat adolescens, non, ut Nactus, ignorans peccas, sed prudens & scens,  
virtutem deseris, olim miserrimus futurus, quippe qui virtutem habentibus ipse non habet in-  
visurus sis, & omnium miserrimus futurus. Hæc enim occasione in virtutis laudem digreditur.  
Hæc enim omnia eo spectant, quod cum honestis studiis operam non daturus sis, postmodum  
invidia laboraturus sis, & omnium miserrimus futurus.

*Magne.*] Apostrophe ad Iouem per imprecationem & exclamationem.

*Pater*] Sic Æneid. I.

— *Diuum pater atque hominum rex.*

Ex Hom.

*ἡμῖν θεοὶ καὶ ἄνθρωποι βασιλεῖς.*

Uidem Virg.

— *Qui res hominum idque Deumq.*

*Æterni regit imperia, & fulmine terret.*

*Sauas tyrannos.*] Quales Bulsis, Diomedes, Phalaris, uterque D'onyſius. Perstringit forte  
ipſum Neronem. id est, Nulla alia ratione vel truculentissimos tyrannos puni, quam petulan-

tem hunc iuuenem, nulli rectius moneati obtemperantem puniturus es, ut nempe virtutes carentes, inuidia contabescant.

*Sauos*] Dum in exitium aliorum nari, hominum incommodis, & miseria delectantur.

*Tyrannos.*] Olim honestissimum nomen pro rege vel imperatore usurpatum. Sic Opharus

*Αἴθερ & ἡδὲ αἰὲς ποίη, γένεσσι τύραννι.*

*Aetheris, inferni maris. & terra induperator.*

Et tyrannis pro regno. Sic Tragicus.

*Εἰ δὲ δύνῃς ἐν τυραννίδι πικρῇ, &c.*

*Si iam violandum est regni gratia*

*Violandum est: alius rebus pietatem colas.*

Postea propter insolentiam & scruitiam regum, qui paulatim humanitatis obliui sua potentia abusi, inuisum tyranni nomen redditum, & pro crudeli & inhumano positum.

*Alia ratione.*] Non dissimili poenarum genere, nempe quod maximum maximis sceleribus conuenit. Nihil enim miserius inuido, quippe qui sibi ipsi infestus. Et recte Horat.

*Inuidia Siculi non inuenere Tyranni*

*Mains tormentum.*

*Cum dira libido.*] Descriptio crudelitatis tyrannicæ. Cum tetra immanis & effrenis animi crudelis cupiditas, ardentis crudelitatis veneno tincta, & imbuta ingenium tyrannorum tristi, & crudele excitauerit, illosq; in omnis generis scelera & fraudes, precipitatur.

*Dura.*] Durum, quasi Dei iram missum, ut Nonius.

*Ferventi.*] Ardenti, excitato, & inflammato.

*Tincta veneno.*] Metaph. à lana, quæ colore tingitur.

*Veneno.*] Crudelitas & inhumanitas. Animi enim venenum, inhumanitas & crudelitas.

*Virtutem videant.*] Sequitur grauissima illa poena, nimirum inuidia, qua olim ignauus adulescens, qui virtutis & sapientiae studia tam flagitiose sciens & prudens contemnat, adficiendo suo. Probat idem Horat. in epist. ad Lollium.

*Si nolis sanus, cures hydropicem, &c. ni*

*Poscas ante diem librum cum lumine, si non*

*Intendas animum studio &c. rebus honestis*

*Inuidia vel amore vigil.*

**Quia** autem intabescant dicit euidentissime, de inuidia loquitur. De qua versus Græcorum

*Ὁ φθόνος ἐστὶ κήλητος, ἥντι δὲ πικρὸν αὐτῷ*

*Τὸν καὶ φθόνον ὀμμεῖται καὶ περδίδω.*

*Res dira inuidia est, sed habet pulcrum hoc tamen in se,*

*Quod contabescant inuidia atque oculi.*

Lego ergo hic audacter *Virtutem inuideant*, vel *Virtuti inuideat*, & quidem hoc sensu, ut eodem modo tyranni puniantur, quo petulantes illi, & superbi iuuenes, qui prudentes & scientes studia humanitatis, virtutis & sapientiae cōtemperant, postmodum scelerum furis, & conscientiae stimulis agitati, aliorum virtuti & doctrinae inuident, & quod illa tam flagitiose deseruiant, postea contabescant. Ratio perspicua. Virtutem animi & doctrinam inuidia contemnat. Probat idem Horatius, quem imitatus hoc in loco, cum ait:

*Poscas ante diem, &c.*

Et post.

*Inuidus alterius rebus macrescit opinus.*

*Inuidia Siculi non inuenere tyranni*

*Mains tormentum.*

**Et alibi**

*Virtutem incolantem odimus*

*Sublatam ex oculis quartimus inuidi.*

*Intabescant.* i. Macrescant, doleant, ringantur, scelerum conscientia excarnificentur, & confundantur, dum alios virtute & doctrina præditos, & se relictos vident. Legi enim hic commodissime potest relictus, vel etiam relictæ virtute auferendi casu.

*Anne magis Siculi.*] Confirmat, quod dixit grauissimam poenam esse inuidiam & scelerum conscientiam, quæ litterarum, & virtutis contentum infecutura sint. Argumento ex collatione minorum

minorem. Quod Phalaridis taurus, & Damoclis gladius non tam crudelia fiat, quam inuidia & scelerum conscientia. i. An magis Perilaus aereo tauro inclusus à Phalaride gemit, quam inuidia & conscientiae stimulis agitur? Nota historia. Perilaus (vt alii Perillus) faber Atheniensis insigni artificio bouem ex aere excoctum fabricauit, tanto artificio, vt homo illi inclusus, & igne subiecto concrematus, euilans, mugire, vel bouis vocem edere putaretur. Quem cum ad Phalaridem notae crudelitatis Siciliz tyrannum deferret, pro praemio, quod sperarat, primus omnium boui suo inclusus, & igni impositus artis suae experimentum facere coactus est. Ouid. in Ibim.

*Virg. ferox Phalaris.*

*Siculi inuenci.*] Siculi tauri. Dixit Siculi ob Phalaridē, qui tyrannus fuit Agrigenti in Sicilia. *Aera gemuerunt.*] Homines aëribus, vel aëreo tauro inclusi gemuerunt inter extrema illa tormenta. Est meton. subiecti pro adiuncto.

*Et magis auratis.*] Secundum exemplum collationis minorum. i. An magis ensis ille deauratis laquearibus regis Dionysii Siciliz tyranni feta equina dependens, caput, & cernices Damoclis famuli regis purpureis vestibus regaliter induti (qui cum tyranni beatitudinem impense prædicasset, eam experiri iussus est) subter in folio regis, & aureo lecto collocati tectuit, & exanimauit: quam inuidia, & scelerum conscientia aliquem exanimat, & de mente ac sanitate rationis deturbat.

*Et magis auratis laquearibus.*] Deauratis laquearibus. Est autem *laquear* superius cubiculi vel cenaculi connexum dasi ἄσπετος. Quod variis picturis, & sculpturis ornari consuevit, & à quibus lychni dependi solent. Virg.

*Lychni pendens laquearibus auratis.*

*Auratis.*] Nam in aureo lecto, teste Cic. 5. Tuscul. collocatus fuit.

*Pendens.*] De feta equina dependens, vt singulis momentis periculum foret, ne feta illa rupta, ensis ille fulgens in caput subiecti Damoclis decideret.

*Purpureas subter cernices.*] Damoclis scilicet regis vestimentis induti.

*Induti.*] Exacte illi fulgenti gladio suppositas & subiectas, *Dartinger.*

*Cernices.*] Quibus exacte gladius immincebat, & lentissimo motu rupta feta incideret.

*Tectuit.*] Exanimauit, & consternauit.

*Inuicinus præcipites.*] Antapodosis collationis parium prolopopoeia tyranni illustrata, cuius vocem, & orationem suam apud se miseriam, & infelicitatem deplorantis, dum scelerum conscientia opprimatur, fingit. i. Anne vilius Phalaridis, vel Dionysii supplicium grauius ratum fuit, quam si quis inuidia & conscientiae stimulis de mente deturbatus dicat: Perimus, viximus, absumimur. *Inuis, inuis,* inquam, in exitium, & perniciem præcipites, & omni salutis spe miserrime destituimur. Sic Iuuenal. Sat. 13.

—Non tamen hoc tu

*Exastis pates, quos dira conscientia fectis*

*Mens habet astonitos, & caco verborum pulsas*

*Occlusum quatiente animo terrore flagellatus*

*Perna autem vehemens.*

*Quam si sibi dicat.*] *Sibi*, Emphatice. Intra se, in animo suo, sibi ipsi dicit, vel quia inuidia seipsum, hoc est, possessorem lædit, vel quod homo sceleratus sibi ipsi soli conscius sit, conscientiaque animam confecti intus in animo potius accuset, eum sua flagitia aliis non dicat, sed illa ob turpitudinem reuelare erubescat. Quare egregie Ausonius:

*Turpe quid ausurus te sine teste timo.*

*Addit Senec.* *Sed Deus & homines celes, te ipsum non celabis: Conscientia enim mille testis.* *Addit rursus O te miserum, si contemnis hunc testem. Quomodo autem celabis. Nolle dicere, tuum gestum in pectore testem.*

*Inuis.*] in animo, & conscientia interna, ob vitiorum turpitudinem eum pauore extimescat, & palleat.

*Palleat.*] Ob scelus metu poenarum, tanquam morbo, vel inuidia, cui pallor in ore sedet.

*Quod proxima nesciat visor.*] Quem metum ob scelerum poenam contractum, etiam con-

inaccessibilis, & amicissimis de te gerere, & aperire et ubi sciat, atque adeo, quod proxima, & fides.  
ma viros rescilae.

45

*Saepe oculos memini, saepebam parvus olim,  
Grandia si nollem morituri verba Catonis  
Discere, ab insano multum laudanda magistro?  
Quae pater adductis sudans audiret amicis,  
In re etenim: id summum, quid dexter senio ferret,  
Scire erat in voto: damno, a canicula quantum  
Raderet, angusta collo non fallier orca:*

50

*Ne quis callidior buxum torquere flagello.  
Haud tibi in expertum carnos deprendere mores,  
Qua, docet sapiens braccatis illis a Modis  
Porticus, insomnis quibus & detonsa iuuentus  
Inuigilat, siliquis, & grandi pasta potentia.*

55

*Et tibi quae Samios diduxit litera ramos,  
Surgentem dextro monstrans limite callem.  
Steris adhuc, laxumq; caput compago solati  
Oscitat hesternum, diffutis undique malis.*

## TABULA VII.

Repre-  
hendit  
ceterum  
eum  
studiorum  
ia iuue-  
nib. Ro-  
manis  
diffusi-  
lit.

Quod in pue-  
ro obig. oran-  
tiâ boni & ma-  
li talis inertia  
excusari possit.  
Probat Prota-  
sin hâc suo ex-  
emplo inertia-  
tum quidem

1. Propositi per facta sua

Vt defugeret discendi labores, morbos oculorum, oculos  
illos illinens, simulauerit, vers. 44.

Ne disceret Declamationem  
Catonis de morte. conte-  
menda, quam describit suis  
adiunctis.

Grandia & animosa verba  
v. 45.  
Impeasse laudata à proce-  
ptore, v. 46.  
A patre meo cum volupta-  
to audienda, v. 47.

Excusat affectis  
& adiunctis pue-  
ritiam, quae de-  
lectatur pueri-  
tibus, quae per  
species descri-  
bitur ut sunt:

Talorum ludus quid in illo  
valcat

Nucum lusus, quas in ore collum solenter possit  
conicere ex distant, v. 50.  
Turbinis lusus è buxo, quem in gyrum agitant  
v. 51.

Dexter senio, vel  
6. numerus, v. 48.

Damnosus 'cui  
vel veritas, v. 49.

In adulto iuue-  
ne non possit.  
Demonstrat il-  
ludrum qui-  
dem

1. Adiuncto aetatis, quo curia à prauis discernere, v. 52.
2. Causa. Vide seq. pag.
3. A facto, quod nihilominus supine stertat, v. 58.
4. A facto. Vide sequentem.

Vbi egregia descriptio hominis ex adiunctis, v. 58 59.

2. Causis efficiendis, ex quibus bona & prava discere dicunt, ut sunt:

Porticus Stoica, in qua sub præceptore didicerit, v. 53, 54. Describit illam adiunctis

Varia pictura bellorum Discipulus Stoicorum, quos describit suis adiunctis, quod sint

Insomnes, v. 54.

Detonsi, v. 54.

Duriter vitam sustinentes, v. 55.

Littera Pythagoræ in qua dextram virtutis & sinistram vitiorum viam didicerint, v. 56, 57.

*Sape oculos, memini.*] Superius discipulum suum magis quam impurum illum Naecam reprehendendum demonstravit, qui habitu vitiorum contracto ignorans peccet, cum ille contra, prudens & sciens virtutem, & sapientiam deferat, in extrema flagitia prolapsurus, & scelerrum furias olim acerrimas persecutus sit. Iam ulterius iuvenilem inertiam in discipulo accusat, ex adiunctis ætatis per dissimilitudinem. Quia in pueris inertia excusari possit, & debeat, (quod suo exemplo declarat, nam & ego, inquit, puer labores scholasticos omnibus modis fugi, & miris sæpe prætextibus declinaui.) In profectionibus ætatis iuvenibus nulla ratione possit.

Id est, memini ego adhuc, quod puerus puer cum essem, oculos oleo intingerem, & illis cererem, & ita fluentes oculos, aut lippitudinem, & alios morbos simularem; ut ita puerie tardisum discendi laborem subterfugerem. Est enim lippitudo oculorum flacciditas, vel lacrimarum vitium, quod ille oleo imitatus est.

*Tungebam.]* Metaph. ab insectis oribus.

*Puerum.* Emphatice. Puer hoc feci, in quo alienius à studiis animus excusari ob ætatem puerilem quæ laborem scholasticorum impatiensior, potest. Sic Iuvenal. Sat. 8.

*Fecimus & nos*

*Hæc iuvenes. Ego. Desisti nemp, nec tibi*

*Ponisti errorem Breve sit quod turpiter audes,*

*Quadam cum primæ rescentur, crimina barba.*

*Grandia similia.]* Si dicendi cædō grandia illa, sublimia, & animosa Catonis Viri orationis de morte verba, quæ in scholis loco exercitii proponebantur, audire, & ediscere nollem.

*Grandia.]* Fortitudinem & magnanimitatem mortisque contemptum spirantia.

*Mortui.]* Deliberabat enim Cato, satiusne foret sibi violentas manus Vitiæ inferre, quam se sibi, patriæ, & Reip. conservare. Fuit hic M. Porcii Catonis nepos, Et post Pharsalicam pugnam Vencam se recipiebat, in qua pugna cum Pompeius, cuius partes sequebatur, à Cæsare profligatus esset, doloris impatientia mortem sibi conciebat, perlecto prius Platonis Phædōne.

*Ab infano.]* Qualia merito diligens præceptor omnibus modis laudaret suisque discipulis prædicaret. Commendat enim Catonis illa animosa verba.

*Infano.]* i. Nimis severo & cōtato, & ob nimiam diligentiam, & vehementiam, quæ nos ad studia excitulabat, pene infano: reverente nimirum ne reportaret notam negligentiam. Quod autem quidam *infanum* quasi valde sanum explicant, ridiculum est, & nullo id faciunt exemplo. Infana sacerdos enim, qua nituntur apud Virgilium furiosam significat. Furor enim Facidix illæ mulieres corripiebantur.

*Quæ pater adducit.]* Quæ parens meus convocat amicis, ob hanc meam recitationem ingenui lætia sudans, & incallescens, & præclaram de filio suo spem concipiens summa cum admiratione audiet.

*Pater.]* Solebant enim illi interdum declamationibus filiorum interesse. Proponobantur autem huiusmodi materiz pueris, ut de Catone morituro, aut de Annibale castra soluturo, aut de aliis dicerent, & declamando ingenii vires exercerent.

*Sudans.]* præ læticia. Sic Sat. præcedenti. *Si tibi crateras, &c.* i. Læticia incallescens, vel ob sublimia, & magnanima verba, quibus Cato moriturus usus: vel ob ingenii, & memoriam meam, quod præclare de me speraret.



*Iure etenim id summum.*] Vltius excusat pueritiæ suæ adfectus, ex adiunctis eius ætatis, quæ lusu potius puerili, quam studiis delectetur. i. Illa puerili ætate non iniuria summum bonum & maximum bonum mihi videbatur talorum ludum nosse, & quid cuiusque tali casu valeret, scire.

*Iure*] Non quod recte fecerit, sed *iure* dicit ad ætatem illam puerilem respiciens, quæ potius puerilia nihil animo ob iudicii infirmitatem concipere potest.

*Quid dexter senio ferret scire erat in Voto*] i. Puer summo voto scire expetebam, quid in talorum iactu senio ille dexter, utilis et fortunatus, lucri adferret. Erant autem apud Romanos tesserae & talorum ludi, Et tessera sex lateribus. (vt apud nos) talus quatuor constabat, hac figura:



Inter ludendum vero tessera tribus, talis quatuor utebantur. In talis parte quatuor numeri designabantur, vñitas, quæ canis, vel *canicula* dicebatur, quam si quis iecisset, ex reliquo talorum iacto numero quinque detrahebat, vnde hic *dannoſa* dicitur. Ternarius & Quaternarius, Ternio, & Quaternio dicti. Et senio, vel senarius numerus, qui lucrum adferebat, vnde hoc loco dexter auspiciatus, & fortunatus dicitur. Ex quatuor autem talis diuersas species vel omnes numeros referentibus *Venus* exurgebat, omnium felicissimus iactus, in quo etiam *canis* vel vñitas alias semper *dannoſa*, proderat. Pomo alii iactus Basilici, alii vulturii dicebantur, Qui quales fuerint nondum satis explicatum.

*Dannoſa canicula*] i. Vñitas iacta, quantum de reliquis iactis numeris detraheret, vel quantum lucro adimeret, vel abraderet.

*Raderet*] Respexit ad vicinitatem & ambiguitatem nominis *caniculæ*: canum enim est raderet vel abraderet. solebat, autem reliquo iactorum talorum numero quinque detrahente, vel quantum ludentes pepigerant.

*Anguſta calle non fallit orca*] Puerilem nunc iactum intelligit. *Orca* enim si cile vasculum erat pro cæro corpore, in quod pueri in terra defixum mediocri distantes intervallo nuci immittebant. Ouid. de nuce:

*Vas quoque, sepe canum spacio distante locatum  
In quod missa leni nux caderet una manu.*

i. ne à collo, vel ore angustii illius vasculi inter coniiciendum aberrarem. Quasunque enim in *Oream* coniecerat, tanquam suas, tollebar. Ego olim hæc de tesserae ludo, quæ in vas leſiorum Phium, vel Pyrgum vel Turriculam coniiciebantur, et postea in illa agitabantur (non enim manu illud fiebat, ne componeretur) cum multis aliis interpretibus perperam intellexi. Quia tesserae in Pyrgo tantum agitabantur, nulla autem arte in illum coniiciebatur: Nempe quæ manu admoda & adplicata in Phium coniiciebantur.

*Nec quis callidior buxum torquere flagello*] Ludù turbinis vel trochi intelligit. Dabam operam, ut quis omnium puerorum in tota vicinia maiore calliditate, & solertia, buxum turbinis vel trochum flagello torquere & agitare posset.

*Callidior torquere*] Vñtatis Hellenismus.

*Buxum*] Pro turbine vel trocho è buxo facto, per Meton. i. huius causæ pro effectu. Sic Virg. *Mirata solubile buxum*. 7. Æn.

*Torquere flagello*] Habena in gyrum agitare.

*Haud tibi inexpertum*] Antapodosis dissimilitudinis: quod adolescens pueritiæ prætexere nequeat, cum iam grandis ætatis sit: nec ignorantiam vt Nacca, cum ex magistris & libris, quid honestum & turpe sit, didicerit. Ex nulla ergo ratione excusari possit. i. Vel ætate, vel doctrina experientiam habes, quæ prauos à rectis moribus possis discernere.

*Inexpertum*] Incognitum.

*Carmes*] Intortos, corruptos, prauos, malos, Metaph. à corporis. Sic Sat. 5. *Apposita mortui.*

*Deprendere*] Cognoscere & à bonis et probatis discernere. Quæque docet. Confirmat Antapodosis causa efficiens, magistris, et libris, quibus, quid honestum, quid turpe, quid fugiendum, quid appetendum, discere poterit. i. Nec tibi inexpertum vel incognitum, ignotum, vel inexploratum est, quæ et qualia doceat sapiens ille porticus Athenis, quæ illius vel depicta est braccatis Medis, cum Themistocle pugnantis. i. Stoicas disciplinas nosti.

Scipio.

*Sapientia porticum*.) Met. 3. generis, quo ex subiecto adiunctum notatur. Eo quod sapientes Stoici in illa disputant. Stoa enim porticum significat, in qua docebat Chryseus & Zeno:

*Braccati illata Medis.*] i. In qua depicta est à Polygnoto Thasos & Mycone pugna Xerxis, & Darii regum Persarum & Medorum, cum Atheniensibus duce Leonida, Miltiade, Themistocle gesta. Hæc porticus, *παιδία*, ob picturæ varietatem dicebatur.

1. In campis Marathonis duce Miltiade.
2. Ad angustias Thermopylarum duce Leonida.
3. Ad angustias Salaminii freti duce Themistocle.

*Braccati Medis*] *Bracca*, vel *bracha* peculiaris Medorum vestis à lumbis usque ad talos præter fusa. Herodotus de Persis & Medis. Breues arcus, & breuia spicula, & longas brachas gerentes in pugnam eunt. Hinc germanicum *Bruch*.

*Insomnis.*] Quibus (quæ nimirum in porticu illa docente) iuvenes vel discipuli Stoicorum somni expertes omni studio & cura die & nocte inuigilant. Est autem descriptio discipulorum Stoicorum.

*Insomnis*,) Emphatice. Nimirum qui ita somno non indulgent, ut vos ignavi, & somnolenti. Notat enim obiter Philosophum esse debere incultum externo ornatu insomnem, frugi.

*Et detonsa.*] Sic enim legendum, non *indetonsa* (ex Turnebo) Erant enim Stoici ad cutem usque tonsi. Vnde Stoicus: *ὡς ἄνθρωπος περὶ τριχὸν* dicitur à Luciano. Et Iuuenalis Sat. 2. de iisdem: *Atque supercilio breuior comæ.*

Vnde huiusmodi Iuuenali *Acorsecomes* dicitur:

Porro delicatiores comam alebant, & calamistrati incedebant.

*Inuigilat.*] Emphatice. Tu contra dormis, & quidem ad mediâ lucem. Exprobrat enim inuigilantiam, & delicias, qui aliis ob doctrinam nihil non tentantibus, ipsi nihil molestiarum & laboris sustinere velint.

*Siliquis*] Commendat victum facilem, & frugalitatem Stoicorum. Porro illi cibis naturalibus, leguminibus & farre utebantur, ut Pythagorici, non vero carne, quod nefas putabant. Vnde Ovid. 15. Met.

*Hæc quantum scelus est in viscere viscera condi,  
Congestoque, anidum pinguescere corpore corpus  
Aliternumque, animas animantis sinere leto.*

Hinc Pythagoras ille ut ait Iuv. Sat. 15.

*...cunctis animalibus abstinnit, qui  
Tanquam homine, & ventri indulsit non omne legumen*

*Siliquis*] sic Horat. — *Vinit siliquis, & pane secundo.*

Est autem synecdoche speciei pro genere. *Siliqua* enim folliculus leguminis, vel fructus vilis, qui græcis *κικλίων* dicitur.

*Grandi.*] Quæ crassa polenta, tenui, facili cibo, victu parco utitur, & taliter Qualis virtutis & bonarum artium studiosis hominibus convenit.

*Et tibi qua Samios.*] Alia causa efficiens cognitionis honesti, & turpis. Pythagorica nimirum disciplina. Nec via virtutis, modo eam velis insistere, tibi ignota. Nam littera illa Y. Pythagoræ Samii. quæ duos ramos in vtrumque latus diduxit, virtutis viam dextro limite surgentem tibi monstravit. De hac vide Poema virgil. attributum. Littera Pythagoræ. Et tab. Cæciliæ & Hesiodum 1. *ἵππον*.

Ille contentis partis opibus, orbem discendi studio peragravit, inque illa Italiz parte, quæ tunc magna Græcia dicebatur contendit, ibique homines ad virtutem reuocavit, inque tanta admiratione fuit, ut ex eius mortui domo templum faceret, iterumque pro Deo colerent.

*Samios.*] Ob Pythagoram eius litteræ inventorem qui Samius fuit, dixit. Patre Damaracho natus. Pythagoras dictus *ἀπὸ πύθιος* & *ἀπὸ πύθων*, quod Apolline Pythio non minus vera loqueretur.

*Diduxit ramos.*] Metaph. ab arborib. i. ab utraque parte expandit.

M m m m

*Surgens.*] Dixit, quia dexter rathus qui virtutis viam veteramitem demorat, adu-  
lteris, & difficilis adfurgit, & se attollit. Est autem huius femina transuersa.

*Sertis adhuc.*] Fingitur iam ignauus adolescens magistri voce non modo ad studia excitari,  
sed ne somnum vix quidem continere: vade acerbior praeceptoris in discipuli eufurgit oratio.

*Sertis adhuc.*] Interrogatio. Quem equum erat vigilare, & insomnem esse Stoiconum  
exemplo.

*Laxumque caput.*) Mira somnolenci, & ignavi helleonisi descriptio ex adiunctis corporis i.  
Tu tamen adhuc somnias, & laxum tuum caput ad vtrumq; latus somnolentorum more depre-  
dens, & dissolutum se non sustinens, quasi compagib. eius, & iuncturis fractis & solutis.

*Compago.*] Commisura, iunctura, laborum & maxillarum soluta, & diducta i. os in rictum  
extensum, & vehementer patefactum & diductum. Metaph. à commissuris trabium & ligne-  
rum. Describit autem oscitationem.

*Oscitat hesternum.*] Grecismus. Horrendum clamat. i. ob hesternam crapulam, ignauus, tor-  
pidus, & marcidus adhuc more somnolentorum oscitat, i. hesternam crapulam oscitando ex-  
halar, edormit, evaporat, oscitando concoquit.

*Diffusus vndiq; malis.*) Id est, maxillis vel genis ab vtraque parte male coniunctis, vel quod  
oscitantes faciunt fœde labris distortis, & in rictum diductis.

*Diffusus.*) male iunctis, distractis. Hyperbolica Metaph. à vestibis vehementer patefactis, &  
dissolutis. Est enim *diffusus*, id quod sutum est soluo.

60. *Est aliquid quo tendis, & in quod dirigit arcum?*  
*An passim sequeris cornu est aq., lutoq;*  
*Securus quo pes ferat, atq; ex tempore vitius?*

### T A B V L A V I I I.

Sagittarii certum scopum & metam, ad quam collimentur, sibi pro-  
ponunt. Desideratur.

4. *Aspicietis per dissimili-  
tudinem illustratis,  
hoc modo:*

Tu autem certum finem  
vel scopum in vita ad  
quem tendas vel in  
quem arcum dirigas  
tibi non proponis v.  
60. Antapodosis hæc  
tali similitudine ab  
aucupibus desumpta  
illustratur.

Quemadmodum aucupes qui cornuos  
acre volantes sectantur: v. 61.

Et vt illi qui aues petunt, vbiq; in via luto  
vt cæta strata, vel qui petunt aues cum  
cæta & luto: v. 61. vago & errabundo  
gressu incedunt.

Sic etiam tu in vita tua quasi aues secta-  
ris, & vagaris; & erras sine proposito &  
scopo & securus es, quo te pedes tui da-  
cant vers. 62.

Et in diem viuis vers. eodem.

*Est aliquid quo tendis.*] Sequitur iam alia inertiæ reprehensio per dissimilitudinem: cuius  
Antapodosis alia similitudine illustratur. q. d. Non tu, vt sagittarii certum scopum tibi præstituit,  
certum vitæ genus tibi deligis, sed cornuos, rem vagam, & incertam sequeris. i. Estne certus ali-  
quis finis, ad quem studia & actiones tuas dirigas, & quo tendas.

*Est in quod dirigit arcum.*] Allegoria à sagittariis. Proposuisse tibi aliquam metam, vel sco-  
pum, ad quem collimes vel in quem arcum dirigas.

*An passim sequeris cornuos.*) Antapodosis dissimilitudinis, similitudine alia illustrata à cornu.

i. Non

id est, Non vagantarii certum scopum collimant sicut certam vitæ finem tibi præscribis: sed vagos & inconstantes cornus imitatoris. Ducta Metaph. à vago, & incerto cornorum volatu, qui volando varios gyros, sine certo scopo, quem volando petant, sibi conficiunt, & huc illuc transvolant. Vide proverb. *Nullo scopo iaculari.*

*Testaque lutoque.*] Duplici intellectu hoc dicitur. Vel quod cornus in via plana, testa, lapidibusque strata: & luto & ceno i. vbi que sequatur. Vel quod non ut sagittarii arcu vel sagitta certum scopum petat, sed vagabundum cornuum in aere huc illuc volantem lapidibus, & luto petis, & insectatis: Quod posterius potius videatur. Et non ab simile illud Horatii in arte poetice

*Voluti mernus intentum decidit ansepe*

*In patrem foveamus.*

Et sic testa hoc loco ponitur pro fragmentis fictilium vasorum.

*Securus quo perferas.*] Parum sollicitus quo te pedes ducant: cum cornum in aere volantem secteris: Nec illa quæ ante pedes posita sunt, moraris.

*Atq; ex tempore vivis.*] Id est, in diem, sine omni futurorum sollicitudine vivis. Sine omni cura, & providentia. Huiusmodi vitam græci *κατὰ φύσιν βίον*, & *κατὰ μακρίαν* vocant homines. sic Hom. Od. 9.

*Νήπιον ἀγέλαται ἐφ' ἡμέλει πορτοῖρας.*

*Agrestes stolidi tantumq; diurna serentes.*

Vide proverb. *In diem vivere.* Quod dicitur de illis, qui ne de crastino quidam cogitant.

*Elleborum frustra, cum iam cutis agra tumebit,  
Pescanteis videas: VENIENTI OCCURRETE MORBO.*

65 *Et quid opus Cratero magnos promittere montis?*

*Discite o miseri, & causas cognoscite rerum:*

*Quid sumus, & quidnam victuri gignimur, ordo*

*Quis datus, aut meta qua mollis flexus, & vnda.*

70 *Quis modus argento, quid fas optare, quis asper*

*Vile nummus habet, patria, carisq; propinquus*

*Quantum elargiri debeat: quem te Deus esse*

*Inssit, & humana qua parte locatus es in re*

*Disce, neq; invidias, quod multa fidelia putet*

75 *In locupletæ penæ, defensis pinguibus Vmbriis,*

*Et piper, & perna, Maris monumenta clientis,*

*Manaq; quod prima nondum defeceris orca.*

## T A B V L A I X.

<p>2. Exhortatur ad philosophiam arguētiā.</p>	<p>1. Ne vitia in animis nostris inueterata insanabilia fiant. Probat id simili tali.</p>	<p>Ut in Hydropis cum morbus inuadit, frustra medicus adhibetur, &amp; helleborum poscitur versu 63. &amp; 64.</p> <p>Et ut principio morbi resistendum, v. 64. Probat id contrario, quia</p> <p>Sic in morbis animi, vel vitiis nisi in tempore occurras, postea desinit esse remedio locus.</p>	<p>Frustra postea medicos multis munerib. sollicitas ad amissam sanitatem restituendam versu 65.</p>
--	---	---	--

2. A subiecto vide seq. pag.

MMm 2

2. A subiecto philoso-  
phiz moralis, quæ  
virtutum & vitiorum  
doctrinam continet.  
Huius aliquot dog-  
mata proponit, ut  
sunt:

1. Causam ultimam finalem, vel summam bonum & felicitatem hominis discere & cognoscere ver. 66.
  2. Se cognoscere, & quid homines finos ver. 67.
  3. Quare homines sint conditi ver. 67.
  4. Quorsordo viuendi à Deo datus ver. 67.
  5. Quæ sit optima ratio cuiusum vitæ humanæ dirigendæ ver. 68.
  6. Quis modus argento erogando & acquirendo sit ponendus, ver. 69.
  7. Quid à Deo petendum sit ver. 69.
  8. Quomodo diuitiis uti, & quantum. patris & consanguineis tuis debeas ver. 69. 70. 71.
  9. In qua conditione vitæ humanæ quis locus sit, & Spartam suam ornet, ver. 71. & 72.
  10. Ut quis sua sorte contentus viuatur quod per contrarium explicat.
- Ne quis inuideat ditioribus v. 73. caudicibus ob munera defensorum, quæ per species declarat, ut sunt
- Vmbrosum fidelis ob multitudinem patres, ver. 74.
- Marforum piper, pema, Mænz piceæ, quorū primum vas vel gra nondum exhaustum sit ver. 75. & 76.

*Elleborum frustra.*] Hactenus ignauiam iuuentutis Romanæ perstrinxit. Iam in posteriori satyræ parte cohortatio ad sapientiæ studium continetur. Quod in tempore incipiendum demonstrat à sine. Ne, si sapientia animus præmunitus non sit, in incurabiles animi morbos & insanabilia vitia incidamus. Huius argumenti vis hæc eleganti similitudine declaratur: Quemadmodum morbis corporis in tempore remedio subueniendum est, sic animi morbis, & vitiis in tempore præceptis sapientiæ occurrendum.

*Elleborum.*] Quid ut cū quis hydropis habitum sibi contraxit, iamque cutis ægra & languida qua inflatur, & intumescit, & iam longo vsu, & tēporis diuturnitate inualuit & incurabilis reddita est. frustra postmodum Medici opem, & remedia Ellebori implorat: sic qui vitiorum habitum contraxit, frustra postea per sapientiam ad virtutem reuerti nititur.

*Elleborum.*] Synecdochæ speciei pro genere. Elleborus enim pro omni remedio: & hydropis hoc loco pro omni morbo ponitur. Porro non solum infania laborantes, sed hydropici etiam Elleborum bibebant.

*Cum iam cutis ægra.*] Descriptio hydropis ubi iam ad æquum peruenit, id est, ubi inualuit, & incurabilis redditus est.

*Frustra poscentes.*] Cum amplius remedio locus non est.

*Veniens occurrere morbo.*] Egregium Epiphonemam, id est, Incipienti animi vel corporis morbo, in tempore remedii occurrere. sic Ovid.

3. Rem. Am. *Vidi ego quod fuerat primo sanabile vulnus  
Dilatatum longa damna tulisse mora*

Ibidem. *Opprime dum non sunt subiti mali semina morbi*

Item. *Principiis obsta.*

Veniens, inchoanti sic Horat: *Multa ferunt anni venientes commoda secum*

*Et qui*

*Quid opus Cratere*] Confirmat quod morbi diuturnitate temporis incurabile reddantur, etiam si vel medicorum excellentissimi adfint. Quid prodest te Medicis quantumvis præstantissimis, ut sanitatem restituant, multa magnifica & auri montes polliceri, ubi iam sis deploratæ sanitatis & desperatæ valetudinis. Quod autem de corpore dixit, de animo accipe.

*Cratere*] Synecdoche speciei pro genere. Craterus enim qui Augusti tempore medicus excellentissimus fuit, pro quovis medico præstanti ponitur. De Cratere Horat.

*Non est cardiacus*] Craterum dixisse putato:

*Hic aiget.*

*Montes*] Metaph. & Synecdh. ex simili enim simile, & ex specie genus significatur. *Montes* enim pro re maxima ponitur.

Virgil. 2. *Æneid.*

*Instar montis equum.*

Et Terent.

*Modo non montes auri pollicens.*

Id est, Ingentia præmia: ut sanitatem deploratam restituat. id est, Quid prodest, te, cum vitis obrutus & sepultus nunquam ad bonam frugem redire potes, virtutis magistro, corrigendum tradere.

*Discite ô miseri*] Secundum exhortationis argumentum ex subiectis philosophiæ naturalis, vel potius moralis, quæ virtutum & vitiorum doctrinam continet. id est, Quare ô miseri somnolenti, superbi, & vagi iuvenes, de his tot & tantis malis circumveniamini; Discite aliquid, & animum honestis studiis, contra tot ingruentia vitia & mala conformate & confirmate, idque in tempore.

*Miseri*] Quia sine virtutis & sapientiæ studio vita hominum miserrima.

*Es causas cognoscite rerum*] Quæ à Physicis explicantur. Hæc enim de rebus naturalibus explicantur:

Sic Virg.

*Felix qui potuit rerum cognoscere causas:*

Vel ut ego censeo, Discite omnium rerum causas finales, ob quam rem unaquæque res condita, & in naturam introducta sit: Atque ideo quare vos ipsi conditi sitis. Hic enim philosophia moralis, quæ de fine hominis quærit tantum commendatur.

*Quid sumus*] Commendatur sui cognitio, & illud quod Deo Delphico tribuitur, *γνῶθι σεαυτόν*. Quod proprie Ethices subiectum, qua traditur, quid homo sit, & ad quid conditus. Sane qui seipsum recte norit, & in mentis animique sui cognitionem altius aliquando ascendit, se diuinum aliquid sentiet. *Nemo autem Deo dignus*, ut ait Seneca, nisi qui opes contemnerit, Certe facile peruidebit se longe quid nobilius esse, quam ut hæc mundi voluptates tantum percipiat, & ad illas se earum existimet.

*Aut quidnam victuri gignimur*] Secundum Ethices dogma, de humanæ vitæ fine. De quo Philosophi varie disputarunt: Ut Varro Latinorum doctissimus de summo bono 280. sententias fuisse perhibeat. Plato tamen illud in Idea i. Dei contemplatione posuit. Iamblichus in cognitione Dei. Necalicanus Ovid. cum ait: *Protagoræ*.

*Quidnam*] id est, Ad quem usum, ad quem victuri gignimur.

*Ordo qui datur*] Tertium Ethices dogma de ordine viuendi, vel vitæ ratione, quam Deus prescripsit: Ut nimirum honeste viuatur, neminem lædamus, lus suum cuique tribuamus. id est, Quo ordine, ratione, modo vita cuiusque instituenda.

*Aut quidnam molles flexus*] Quartum Ethices dogma, de ratione, qua optime ad vitæ humanæ finem peruenitur. Solet enim quæri: Quo aliquis, vel ad quem finem tendat, & qua tendat, vel qua via, & ratione, & per quæ intermedia commodissime eo perueniat. id est, Quæ maxime expedita, & compendiosa ars sit vitæ humanæ regendæ, ut quantum potest, sine molestia, & molliter, sine lapsu auscuspatione, (ne ad extremum impingamus) in curriculo huius vitæ humanæ, cursum nostrum à principio ad finem bene perducamus. Est autem Allegoria à stadiodromis. Porro in circo prope metam ubi inflectebatur curriculum, flexus vel *ὑπερτάς* dicebatur. In iustrenda autem meta cum curro, in ipsoque flexu, maxima aurigandi industria erat, maximumque periculum imperitiæ, ut multi rotam metæ impetam frange-

cent. Cum autem curriculum vite humanæ simile sit curriculo Circæsi per flexum mensis. colligit artem regendæ, & moderandæ vite humanæ.

*Quam mollis flexus*] Quæ sit optima, & expeditissima ratio cursum vite humanæ docendæ & dirigendi, ut commodissime ad metam vel finem vite humanæ perueniamus.

*Et vnde*] Ex quo loco & tempore flexus ille commodissime instituendus sit, ut ita metam vel finem vite non impingamus, nec in mala & pericula imprudentia nostra nos coniciamus, frivolis rotis eitemus, ut Horat. ait.

*Quis modus argenti*] 5. Dogma de pecuniis & diuitiis comparandis, & erogandis, ne more avarorum illis accumulandis infames incumbamus: nec prodigorum more inutiliter consumamus.

[*Quibus homo consensus Vivere debeat, & quid homini satis sit.*]

*Argento*] Inquirendo, & erogando ponendus sit.

De hoc Iuvenal. Satyr. 10.

*— Mensura tamenq;  
Sufficiat census si quis me iudices adam. &c.*

Et Horat.

*Quod satis est cui contingit nihil amplius optes.*

Et Aufon.

*Re frueret natus mortalis, dilige sed rem  
Tamquam immortalis, fors est in Etroq; Sorenda.*

*Quid fas optare*] Sextum dogma, quid à Deo petendum sit. id est, quænam vere bona sit. De quo dictum Satyr. 2. Et de quo Iuvenal. Satyr. 10. Et Horat. libr. 1. ad Lollium. Et Socrates apud Platonem de Palero. *O amice Pam, & cætera numina dato obsecro, ut mihi pulchrum efficiat: Quæcunque etiam mihi extrinsecus adjacent, intrinsecum amica sint. Sapientem solum diisitem putem: Tantum vero auri mihi tradite, quantum nec ducere alius, nec ferre quamvis temperans possit.*

*Quid asper, &c.*] Septimum dogma, de liberalitatis exercendæ ratione, vel de verodictiarum usu & abusu. id est, Quid diuitiæ & opes hominibus recte utentibus, & cum honestate dispensantibus commode adferant.

*Asper*] Recens, & bene percussus, & ob figuras vel literas insculptas vel impressas asper. id est, Non vetus, neque tritus, nec ipso vultu fugientibus notis.

*Patria, caris que propinquis*] Quid patriæ, parentibus, cognatis, vicinis ex animis vel diuitiis comparatis debeas.

*Elargiri*] Ex opibus & diuitiis tuis.

Sic Horat. Satyr. 2. libr. 2.

*Cur eget indignus quisquam te diuite, quare  
Templa ruunt antiqua Deum, cur improbe cura  
Non aliquid patria tanto emetiris æverno!*

*Quomodo Deus esse iussit*] Octavum dogma. Ut in qua conditione, vel officio quisq; à Deo collocatus sit, discat, & suam Spartam sedulo ornare, suæ vocationis officia diligenter obire studeat.

De hac pulcherrime divinus ille Epictetus cap. 23. *Ad eorum fabula talis, qualis magistro Deo probata fueris, te esse memento: si brevis, brevis, si longa, longa. Si mendicium agere volueris, fac eam personam ingeniose quoque repræsentare: Ita si laudandum, si principem si plebium: Hoc enim tuum est, datam personam bene offingere: eam autem intelligere alterius, videlicet DEI.*

*Qua parte*] Qua conditione. Ne plus minusve facias, quam conditio tua ferat.

*Dysce*] Vltimum dogma, ut quis suæ sorte contentus viuat, quod per contrarium explicat, neminimum ditioribus inuideat. Discet. Virtutem nimirum, & sapientiam, quod qui fecit non facile aliis invidet. Virtutem enim quam & ipse habet, aliis non facile invidet: sed nec honores, opes, & nobilitates, quæ omnia virtus spernere docet.

Quod

*Quid multa fidelis*] Non inideas, quod in penu & cellaris locupletissimorum Ichorum & patronorum tanta dapinum abundantia sit, ut epulae prae multitudine consumi nequeant, putrescant, id est. Non diuissimis illis caustidicis, & aduocatis inideas.

*Multa fidelis*] Omnis generis vasa intelligit. Quid fidelis sit, superius dictum.

*Putes*] Ob copiam nimiam, eo quod vasa illa tota raro exhauriuntur, & cibus in illis contumpatur, putrescat, & putere incipiat.

*In locuplete penu*] Diuitis Aduocati. Est autem penu proprie quo homines vescuntur, ut vium, triticum, oleum, lens, faba. Ponitur hic per Metonymiam adiancti pro subiecto procella penuaria, in qua conditur & adseruatur penus.

*Defensus pinguis Vmbri*] Eo nomine quod diuites illos Vmbros in iudicio descenderit patronus, vel aduocatus. Erant autem *Vmbri* antiquissimi Italiz populi, dicti, ἀντὶ τῆς ὑμῶν, ut Plin. censet lib. 3. cap. 14. vel ab umbra quod earum regio ob montium altitudinem & Apennini vicinitatem umbrosa sit.

*Pinguis*] Diuitibus qui multa donare possent.

*Es piper, Es perpa*] id est. Quod in illorum aduocatorum penu & cibario conditum sit piper, perna, & Mena Marci consultoris & clientis in iudicio defensi monumenta & donaria. Quod illa omnia in penu ob multitudinem & copiam computrescant, grauemque odorem redolent. Est autem *Mena* vilis marinus piscis, qui, ut ait Plin. lib. 9. cap. 26. colorem mutat candidus hyeme, aestate niger. Cicen lib. 2. de Finib. Qui voluptatem contemnit, huic licet dicere se accipenserem Mena non antepondere.


*Quod primo nondum defecerit Orca*] Dupliciter intelligi potest, vel de bellua marina quae Orca appellatur, balenis infecta, quam in frusta disiectam (salsamentarii in vasis adseruabant, & sic prima orca, pro primario pisce sumeretur: Quod penuaria cella primario illo pisce Orca nondum caruerit. Vel de Orca, quum vas significat. Et sic prima Orca pro priori vase ponetur, quod in illa prima Orca, vel priori vase pisces illi nondum defecerint, nec illud exhaustum sit: cum in super adhuc alia offerantur, & iam alia donarentur. Vel quod prima vel prima salsamenta nondum defecerint, cum posteriora vel postrema donarentur.

*Hic aliquis de gente hircosa Centurionum*  
*Dicas. quod satis est, sapio mihi: non ego curro*  
*Esse quod Arcefilas, erummosq; Solones,*  
*Obstipo capite, & figentes lumine terram,*  
*Murmura cum secum, & rabiosa silentia rodunt,*  
*Aiq; exporrecto trutinantur verba labello,*  
*Aegroti veteris, seditantes somnia: gigni*  
*De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.*  
*Hoc est, quod palles: cur quis non prandeat, hoc est:*  
*Hic populus ridet, multumq; torosa iuuentus*  
*Ingeminat, tremulos naso crispante cachinnos.*

T A B V L A X.



Illum qui obicit, qui describitur ex adiunctis suis, quod sit miles horridus & ineptus Centurio ver. 77. Quem per Protopopœiam loquentem introducit.



*Heic aliquis degente*. Prolepsis. Occurrit enim obiectioni rudium Romanorum, Quod facile quantum satis sit sapiant, nec sapientiæ studio indigeant cum miseri, & ridiculi Philosophi esse nolint.

*Aliquis* Impatiens meæ seriæ admonitionis, & libertatis.

*Hircosa* Hirsuta, hirsuta, inculta & horrida vel pilosa, quales plerique stupidiore esse solent. Vel hircosa, turpia & fœda, quod hircum olerent, & alæ ipsorum fœdum odorem spirarent.

*Centurionum* Id est, militum. Quos hircosos forte vocat, quod ex labore, multo cibo, & somno fœtidum sudorem concipiant. Et recte militum heic meminit, propter contrarium studium. Nihil enim refragatur Philosophiæ magis, quam vita militaris; ubi & ipsa virtus exolat iuxta illud:

*Nulla fides pietasq; Viris, qui castra sequuntur.*

Erant autem *Centuriones* in militia illi, qui ceatun pedibus præfecti erant, Plinio, & Lino primipili dicti.

*Quod satis est* Protopopœia militis vecordiam suam & mentem à Philosophia alienam excusantis: Et primo quidem ex adiunctis, quod satis sibi sapiat.

*Quod satis* Quod abunde in mea vita meis actionibus mihi sufficit, ut vanitatem illam vestram nihil moret.

*Non ego curo* 2. Argumentum ex dissimilibus, quod non ut Arcefilas, Solon, & alii sapientes, totum vitæ suæ tempus in inani illa sapientia velit traducere.

*Esse quod Arcefilas*] id est, Nunquam Arcefilas, Siloni & reliquis miseris & ærummosis Philosophis similis esse volui.

*Esse*] Tradere illud quod Arcefilas fuit, vel talis Philosophus esse. Fuit autem Arcefilas, vel Arcefilasus Scythi filius ex Pirane ciuitate Æolica, Crantoris discipulus, qui primus Academicam inuexit: *Ignorantia magister* à Laëtantio appellatus, quod nihil omnino sciri asseruerit.

*Ærummosus, Solones*] Eo quod multis ærumnis & laboribus ad sapientiam perueniant: vel eo, quod temperanter, & dure viuunt, animoq; tantum seria & grania meditantur, & corpus sæpe negligunt: ideo à luxuriosis illis nebulonibus ærummosi appellantur: Quorum tamen vita omnium inuendibilis.

*Solones*] Solon Atheniensis vnus è septem sapientibus & legislator, fuit, vt Cic. ait, in Bruto, Athenis vna cum Pisistrato regnante Roma Seruio Tullio floruit. Est autem duplex figura, Metaph. i. Soloni similes. Et Synecdoche speciei pro genere, vbi Solones pro Philosophis dixit, idq; more Romano, qui dixerunt Catones, Camillos, Drusos.

*Obstipo capite*] Descriptio Philosophorum, quos vanus & rudis Centurio rider, primum ex adiunctis: Dein ex effectis similitudine illustratis.

*Obstipo*] id est, Rigido collo & ceruice, & in humerum capite inclinato, vel in vnum latum retorto. Sic Plaut. dixit. *Obstipare verticem.* pro contorquere vt cogitabundi solent. Et Horat. i. Sermon.

Sat. 5.

———— *Dannus sic Comicus, atque*

*Stes capite obstipo & figas lumine terram.*

Et Cicero. Obstipum caput, & tereti ceruice reflexam. i. rocurum.

*Obstipare*] Contorquere, incuruare.

*Et figentes*] i. Oculorum lumine intente terrā inuidentes: Quod illi faciunt, qui attentius quid apud se meditantes, oculos à terra, quam intentissime inuidentur, vix abducunt, & auocant: Ne si oculos vagos huc & illuc conicerent, ad alias res etiam mentis acies renocaretur. Sic de Socrate legimus, quod intente aliquam rem considerant à mane summo ad vesperam terram intentissime intuitus steterit, vt Agellius ait *à subisipos vdo & pipum*, stipite immobilior. Nec oculos inde ante renocauerit, quam illud quod cogitando quæsierat, inuenisset.

Sic Virgil. i. Æneid.

*Obtutusq; haret defixus in vno.*

Et Ibid.

*Dina solo fixos oculos auersa tenebat.*

Est enim *figo* immitto & adherere facio. *Antheffret.*

Est autem Hypallage, hoc ipsi terræ lumen affigentes.

Dicimus enim:

*Figit humo plantam, &c.*

*Murmura cum secum*] id est, Cum tacite apud se nescio quæ canina murmura, & rabiosa silentia rodunt.

*Murmura*] Tacitas meditationes, quas verbis submissis apud se murmurando exprimunt.

*Secum*] Soli. Qui tanquam insani soli secum disputant.

*Rabiosa silentia*] Vel quod fere in rabiem agantur, cum non inueniunt quod quæsierunt, vel non satis apta verba, quibus animi sensa exprimant.

Sic Sat. i. dicit.

*Nec plautium cadit*

Vbi quis præ ira, cum non inuenit, quod cogitando intente quærit, librorum armarium pulsar. Vel vitiosa & insana, quod rabiosorum more secum nescio quid murmurent,

*Rodunt*] Vel quod illi seueri, & morosi & tetrici canum more rodant, & quidem inarticulato murmure per Metaph. vt canes rabientes larratum edere solent obscurum, vel potius quod murmur & silentia sua, id est, minutas cogitationes, meditationes, & inuentiones cum silentio seculi rodant, attente, expoliant, de illis rebus de quib. postea contentiose disputaturi sunt.

Est autem Allegoria in *rabiosa à canibus rabidis*, & in *rodunt* Metaph. à canibus. Et desumptum hic versus ex Virgil. Epigr. de *EF*, vel *Nov*.

Nana

——— *Multis quoque talia commeditantes  
Murmure conclusa rabiosa silentia rodunt.*

*Atque exporcello*] i. Protentis labris verba curiose ponderant.

*Exporcello*] Per Metaph. Exprimens Philosophorum gestum, qui dum secum meditantur, ita labia extendunt, ut illis verba adpendere videantur.

*Trutinantur*] Tanquam in libræ lance pensitant. Metaph. à trutina vel libra. *Auff die Schrauben setzen.*

*Egroti Veteris*] Brevis similitudo ad philosophicorum factorum illustrationem: Quod Philosophi talia animo agitent, & rimentur, qualia egroti somniant, id est, ridicula & nugæ.

*Egroti Veteris*] Forte Democritum intelligit, aut alium quandam vetustum Philosophum Physicum eiusque ineptias, & nugæ. Vel potius ad senum & agrotorum insomniæ respicit, quem ab Horatio pro deliriis ponuntur. Sic enim in Arte.

——— *Velut agri somnia vana*

*Fingentur species.*

Confirmat hoc Laetantius, qui ex veteri Poeta ait: *Quid enim agrotus quicquam somniat, quod Philosophorum aliquis non dixerit? Veteris dicit vel senis.* Senes enim perturbationibus, insomniis vexantur, & multo magis si agroti sint.

*Gigni de nihilo nihil*] Axioma Physicum. aliquoties à Lucretio iisdem fere verbis usurpatum: Et ex quo veritas hic desumtus. Porro hæc opinio aliquid ex nihilo fieri omnes Philosophos, ut ait Aristoteles, perterruit. Quod tamen omnes Christiani adfirmant: Ex omnia, ex nihilo constare ad oculum demonstrari potest. Est autem Polyptoton in nihilo nihil. oibulum & nil. i. quod nihil ex nihilo fiat, id est, quicquid sit ex præiacente materia fiat: Ex quod nihil in nihilum reuertatur, id est, Quidquid perit vel corrumpitur, in aliam materiam resolvitur. Vnde Aristoteles. *Corruptio quicquid est generatio alterius.* Porro de his Democritus, Epicurus & alii Philosophi mire disputarunt.

*Hoc est cur pallor*] Confirmat secundam argumentum à dissimilitudine, quod non ut Philosophi in huiusmodi ineptiis velit consensuere: Ex effectis Philosophiæ, quod sui studiosos pallidos reddat, & maceret, & ridiculos faciat, id est, Ob tantula commoda quanta incommoda sustinet, pallorem, irrisionem, contemtum.

*Hoc est*] Id est, hæc nœniz sunt, quas tamen scire nec iuvat, nec prodest. q. d. Ecce fructum palloris & icuunii, Philosophicas nugæ, ineptias, affanias Apinas.

*Cur pallor*] id est, Quas nugæ tantopere demeritis, tanto studio adfectas, ut inde pallorem tibi contrahas. Porro studiorum adfuitas, ad quæ abstinentia & frugalitate opus est, facile pallorem contrahit. Hinc nebulo ille Aristophanes in Νεφίλων Philosophos, Socratem, & alios ἀχρηστους & ἀνυπόδητους, id est, pallentes, & nudipedes contumeliose vocat.

*Cur qui non prudens*] Amara imo acerbissima irrisio. Ob hæc nugæcissimas nugæ impransæ & incoctæ tanquam ob rem ingentis præcii & macerant, minimoque cibo contentæ viuunt.

Sic apud Horat.

*Philosophus impransus dicitur* 1. Serm. 3.

*Postquam est impransus correptus voco magistrum.*

*Hoc est*] Epanalepsis.

Vt Virg.

*Multa super priamo, &c.*

*Hic populus ridet*] Significauit id Persius circa finem Satyr. 1.

*Nec qui abaco, &c.*

Legi autem potest *his*, vel *hos*, vel etiam *hoc*. Sunt autem hæc verba Persii, vel monitoris. Quod indicant sequentia, cum torosa iuuentus dicit: notans delicatos, & corpulentos iuuenes Romanos: Quod Centurio de seipso & sui similibus non diceret.

*Hic*] De talibus Philosophorum verbis, populus Romanus tanquam affaniis & ineptiis ridet. Ex consuetudine dixit: Nihil enim vilius quam ut docti, ab indoctis, sapientes à stultis irrideantur.

*Mabius*

*Multumq; torosa*] Iuvenes Romani delicati, corpulenti, & torosi: Illi ipsi de quo Horat.

*In cute curanda plus aquo operata iuventus.*

*Multum torosa*] Valde pingues & corpulenti, & torosi, id est, fortes & robusti iuvenes, per Meton. adiuncti pro subiecto. *Torus* enim pulpam carnis musculosam & iusculentam significat. Sic Ovid.

*Colla torosa bonus dixit.*

Et Hercules apud Sophoclem:

*O pectora! d' garga! d' Lucertorum tori!*

Hi illi ipsi qui in prima Satyra *Trossuli*, quasi torosuli, & delicatuli dicuntur.

*Multum*] Vel ad torosa, vel ad cachinnos ingeminas, pertinet.

*Ingeminas*] Egregia *nonnemo*, vel soluti risus descriptio, id est, frequenter & crebro repetit.

*Tremulus cachinnos*] Vel quod eiusmodi risu corpus concutitur, & tremat.

Sic Horat.

*Hic risu populum quatit.*

Vel ad habitum ipsius risus respexit, quo illud *ha ha* saepe tremula voce repetitur. Quid autem tremulum sit, & quam apertum epitheton vniquisque intelligit, ubi quicquam soluteudentem audierit.

*Naso crispante*] Ob effusum risum in rugas contracto.

Hinc *Sedestrius in maribus*:

Et proverbium: *adnato naso suspendere.*

*Inspice*: nescio quid trepidat mihi pectus, & agris

*Faucibus exsuperat gravis halitus: inspicere sedas,*

*Qui dicit medico, iussus requiescere, postquam*

*Tertia compositas vidit nox currere venas,*

*De maiore domo modice sitiente lagena*

*Lenia loturo sibi Surrentina rogant.*

*Heus bone, tu pallas. nihil est. Videas tamen istud*

*Quicquid id est: surgit tacite tibi lutea pelles.*

*At tu deverius pallas: ne sis mihi tutor:*

*Quampridem hunc sepeti: tu restas, perge, sacabo.*

*Turgidus hic epulis, atque albo ventre, lavatur,*

*Guttur sulphureas lente exhalante Mephites.*

*Sed tremor inter vina subit, calidamq; trientem*

*Excusis è manibus: dentes crepneret otiosi.*

*Unda cadunt laxis tunc pulmentaria labris.*

*Hinc tuba, candelæ, tandemq; beatus alto*

*Compositus lecto, crassiq; letatus amomis.*

*In portam rigidos calces extendit: ac illum*

*Elesterm capite induto subiere Quirites.*

## T A B V L A X I.

Naaa 2

Refutat ob- iectionem per simili- tudinem, hoc mo- do:	Vt quis in morbo corporis medicum contemnit, morcem sibi contrahit. Probat hoc Dialogismo in quo describitur periculis ægroti tum quidem Intemperantiam & intemperans, ex factis suis describitur & adiunctis	Æger periculis & intemperans, idque tum quidem ex eius	factis {	Morbi quasdam suspicio- nes ex adiunctis medi- co aperit, ut sunt	{ Tremor cordis. v. 88. Grauis pulmonum halitus. v. 89.	
				A medico iubetur post sumtum medicamentum in quat- tum diem morbi euentum expectare. ver. 90. Ante quartum diem, cum se melius habere putat, v. 91. Ad vinum Surientinum auidè bibendum redit. v. 92. Balnea ingreditur. v. 93.		
			Medicus rediens eum morbo adhuc de- tineri probat ex adiuncto tum	{	{	Pallore. vers. 94. Tumore. v. 95.
						Medicum obiurgat & eludit, tum quidem
			Adiunctis quod lauctur	{	{	Plenus cibus. v. 98. Pallidus. v. 98. Terrorum odorem exhalans. v. 99.
Intemperantia effecta ut sunt	{	{ Tremor. v. 100. Stridor dentiū. 101. Vomitūs pul- culorū. v. 102.				
			Fumus quod descri- bit adiunctis ut sunt cum	{	{ Tuba, candela. ver. 103. Altum feretrum, vnguenta co- piofa. v. 104. Serui manumissi iam ciues Ro- mani qui cum ad sepulta- ram portant. v. 105. & 106.	
Sic qui morbis ægrotat, si philosophiam contemnat, in animi mor- tem incidit. Hæc Apodosis prolepsi illustratur. Vide sequentem.						

*Inspice: nescio quid*] Respondet iam monitor obiectioni vanissimi centurionis, demonstrans Philosophiæ consilis parendum esse, nisi quis olim animi morbis miserrime velit perire: Idque ex similibus. Vt enim in morbis corporis, qui consilia medicorum respuit, & sequi recusat, in vitæ discrimina incidit: Ita qui animi morbis & vitii laborat, nisi sapientiæ obsequatur, in animi pericula, in infamiā, dedecus, & ipsam animæ mortē incidant, & misere pereant, necesse est.

*Inspice*] Protasis. Similitudinis Dialogismo ægroti cuiusdā, & medici illustrata: Vbi ægrotus morbi sui quædā *σημεία*, signa, vel indicia ostendit: Ex quib. medicus de morbo iudicat: id est, Vt cū quis ægrotus medicū accersens, ipsi dicit: O Medice! Quæso te inspicere pulsum, & explora quidnā sibi velit hæc cordis, et pectoris trepidatio. Sūt enim verba ægroti q̄ introduciunt.

*Inspice*] Explora, perpende, considera.

*Nescio quid*] Nescio ob quam causam pectus mihi horrore concutitur.

*Trepidat*

*Trepidat.*] Vel horrore concutitur ob frigus, vel ob vehementem cordis palpitacionem, ut in calidis febribus ob calorem.

*Et agris faucibus.*] Id est, ægre fauces spiritum ducunt, & summa in spiritu inest graueolentia. Quæ omnia grauissimi morbi symptomata.

*Ægris faucib.*] ægre spirantibus, vix spiritum ducentibus. die keine lufft haben mögen

*Exsuperat.*] Abundat, superest, grauis halitus, & graueolentia. Non autem legendum *exuberat*: verius enim lex contradicit: cum in *Über* prima syllaba producat. Alii legunt *exsudet* i. per sudorem q. emittitur è faucibus meis graueolentia. Sed illud prius potius.

*Graui.*] Vel quod grauius, difficultus, & ægre ducatur: vel quod halitus siue maleolens, & grauius spirat, ut in pulmonum putrefactionibus.

*Sades*] Blanditur medico, *sades* enim blandientis, Idem quoque *si audes* quo Plautus vsus.

*Dic mihi, si audes, quæ effea, quam ducere tui exorom?*

*Qui dicit medico.*] Qui talibus & consimilib. verbis medicum compellauit, à medico, qui morbi causa indagata febrem aliquam tertianam metuit, iussus est requiescere, & in quantum vsque diem à certis cibis, potu, vino, venere, balneis & aliis abstinere.

*Iussu requiescere*] Vbi prius certum medicamentum à medico sumsit: in qua: tum diem euentum expectare iussus est à medico.

*Requiescere.*] à luxu, nimio cibo, & potu cessare, vel etiam euentum, ut dictum expectare.

*Postquam tertio.*] i. Postquam intemperans ille ægrotus tertio nocte, qua Paroxysmum metuebarmelius aliquantulum se habere, & recuperatæ valetudinis quædam indicia, horrorem febrilem cessare, respiracionem faciliorem esse, & venas magis rite, compositæ, & æqualiter currere, & pulsare vident, tibi ægrotus se iam omnem morbum effugisse ratus, quartum diem non iussus erat, expectare, sed antiquos mores, luxum & crapulam quibus morbum & mortem sibi accelerat repetit, inque grauiorem morbum, & vitæ exitum incidit.

*Tertia non vidit*] Meton. i. biecti pro adiuncto, æger tertio nocte vidit.

*Compositus venas currere*] i. mitigatas, validas, vel rite compositæ, æqualiter iam palpitare, & moueri. sic Sat. 2. *Compositum iuu.* Recte se habens.

*De maiore domo.*] i. tibi tanquam iam omni morbo, profligato, medici eiusque consiliorum obliuisc, vinum surtentium tanquam mitius & lenius è domo maiore alicuius amici diuinit. lagena capaciore tibi exhibe: irogauit: iamque ad balneum properat.

*De maiore domo.*] iam describit intemperantiam ægri iuuenis ex factis, cuius intemperantiæ effectus mors, quam postea describit.

*De maiore domo.*] Apotheca præstantiori, vel potius opulenti cuiusdam amici.

*Modice sumente.*] Quæ quia modiciter sitit, plus etiam aliquanto capit & pro capaciore ponitur. sic Plautus de Lena dicit: *sitit quadrant al.* Id est, tantum vini capit, quantum quadrant al. Est autem Met. ab animalib. quæ proprie sitiunt, & describitur lagena mediocri capacitatis.

*Surrentina.*] Vina intelligit ex Campaniæ oppido Surrento, quod à Græcis conditum. Quæ vina hic lenia, mitia, salubria & optima vocat, quia (ut Plin. ait lib. 23. cap. 4.) illa veteres maxime probare, quia nullo modo caput tentant, & stomachi & intestinorum rheumatismos cohibent.

*Loturo.*] sibi ad balneum properanti. Nihil autem ægrotis periculosius quam balneum.

*Hæc bene.*] Verba medici, qui ex improviso interuenire fingitur, & ægrotum secus, ac iussus erat, agere, & balnea & vina adhibere, deprehendere q. d. Hæc bene vir, quid agis tu? Tu palles & ægrotus es: & interea tamen vina & balnea adhibes.

*Tu palles.*] Ægrotum adhuc esse denotat ex adiuncto pallore.

*Nihil est.*] Responder ægrotus, suum pallorem excusans: q. dicat nihil ex illo pallore periculi, vel etiam omnino se ægrotum & pallidum negantis. De eiusmodi ægrotis Hippocrates: *Qui in graui morbo dolorem non sentit, in illo spes sanitatis exigua, & prope nulla.*

*Videas tamen istud*] Responder illic peritus medicus ægrotum morbum suum dissimulanti, qui melius palloris causam intelligit, ex dissimilibus. Quamuis hic pallor nihili tibi esse videatur: tibi tamen prospicere debes, i. quæso videas & consideres quod tacite, sensim, & paulatim lutea illa & flaua pellis tibi surgat, & corpus tuum sensim intumescat, quæ signa hydropicos.

*Quicquid id est.*] Quod tu nihil esse dicis, illud tamen accuratius considera, quia non nihil sed multum & maximum est: & tibi forte lethale.

*Surgit tacite.*] Confirmat Antropodosis dissimilitudinis ex adumbratis cutis, quae in agroticalis morbi, & quidem Hydropis signa sunt, quod cutis laevi vel cerulei coloris ob aquam inter cutem intumescat.

*Tacite.*] Sensum enim & paulatim morbi inualescentia corpore.

*Surgit.*] Adurgit, intumescit, & turgescit.

*Lucea.*] Dixit, quia hydropicis color luteus est, & subcroceus *Wetichfarb*. Et *lucem* tum primam longam habet quando vero adiectum est à luto vel limo, primam eorripit.

*At tu deterius palles.*] Respondet Stomachans, & iratus agrotus, agre ferens sibi à medico veritatem esse dictam, quasi dicat, Apagessis medicorum molestissime cum verbis tuis adeo acerbis: Tu longe deterius palles, quam ego, quare te ipsum cura, mihi molestus ne sis, nec tutor vel patruus esse velis. Certe vere hoc dicunt. *A domo veri optimus quisque gaudet, & improbius quisque, ferè agerrime.* Eludere autem videtur hoc medici iudicium, huiusmodi collatione minus. Tu medice deterius palles quam ego, & sanctorum istuc tibi periculosum non est: Multo minus mihi.

*Deterius*] quam ego, Quare à domo mea potius abeas, & te ipsum cura.

*Ne sis mihi tutor*] Comminatur acerbius redarguenti medico ex argumento à fine: Noli mihi deinceps tutor esse, ne & tu forte, ut ille prior meus tutor, moriens à me sepeliaris. Respondit autem ad illud Horatii:

— Sine ego prae  
Sen recte hoc volui, ne sis patruus mihi

*Tutor.*] Qui datur ei, qui propter aetatem se solum tueri potest. Noli mihi esse curator, paedagogus, aut patruus censor, nec mihi tanquam pupillo praefixas quid facere, quid omittere debeam: Quod iam dudum sine tuo ductu atque auspicio per me novi.

*Iam pridem hunc sepeli.*] Verba Stomachantis agroti. Ergone duos tutores habui, nam ille vnus tutor, qui mihi relictus eras, iam dudum mortuus est, & à me sepultus:

*Sepeli.*] Mortuum. Non autem interfectum. Vani enim interpretes, qui existimant agrotum me dico suo necem intermiscari, quasi iam ante tutorem occiderit. *Sepeli* enim hoc loco emuli & naturalis morte sublatam sepeliri significat, quod se non existimavit amplius sub tutore esse, cum adhuc novum sibi introductum insuper videat, id est. Non amplius sub tutore esse existimavi quia, quem habui, sepelii. *Ich mein ich hette seinen Tutor mehr / Bistunod vorhanden.*

*Tu restas.*] Quae duo verba prae intellecta totum hunc versum tenebris involuerunt. Est autem interrogatio Ironica. Ignoravi, quod tu mihi adhuc tutor restares? Tunc adhuc secunda, vel alter tutor mihi restas, & superes, quo me defunctum arbitrabar. sic Horat:

*Omnes composui felices: Nunc ego resto.*

Vel sine interrogatione, q.d. Quantum video, tu, mihi adhuc tutor restas. Prae ergo haec haecenus explicata q.d. Tu restas, ut te quoque interimam, & sepeliam: Et locus, quidquid hoc est lucis, mihi debet: Ego olim in mea paraphrasi hunc versum tanquam medici verba explicavi. Quasi ille dicat: Superioribus diebus alius tibi similis agrotus, cum me medicum optime morientem audire nolle mortuus & à me sepultus est. Et quantum video, tu quia eandem viam insistis, ad eandem etiam metam peruenies, & restas ut eodem modo mortuus à me sepeliaris.

*Perge.*] Non verbum agroti, q. ille dicat: tu perge mihi molestus esse ut à me interemtus sepeliaris: sed medici, qui quia agroti pertinaciam videt, iamque deplorat sanitatis videt, ad viam & balnea pergere iubet, ut nimirum brevi moriatur, i. *Perge.* Animo tuo morem gère. Est ergo Ironica permissio.

*Tacebo.*] Verbum medici iam agrotum dimittentis, iamque agroti quidlibet prohibere peragendi potestatem facientis. Quasi dicat: Ego vero tacebo & abibo: Nam quid bene agas, ubi, si quid bene praecipias, nemo est qui obtemperet. Quia non vis curari, illico & discede.

*Turpiter*

*Turgidus hic epulis.*] Pergitiam poeta quasi à Dramate, ad exegesis & demonstrat, quomodo adolescens ægrotus ob intemperantiam perierit. Describitur autem iuuenilis intemperantia ex adiunctis, q. d. Quid vero hic interea facit ægrotus? Ille vero medici salutari consilio precepto & subterhabito, obstinate animo suo morem gerit, & variis epulis & ferculis distentus, & turgidus, & ex indigestione crudus ventre hydrope pallido, albo, & luteo balneum intrat, & lauat,ur,

*Turgidus epulis.*] Qui gula in continentia tot epulis se distendit, quas venter imbecillia digerere nequeat, ut inde cruditate laboret. sic Horat:

— *Crudi tumidique, lauantur*

Et Iuvenal. *Pena tamen praesens cum tu deponis amictus  
Turgidus, & crudum panem in balnea portas.  
Hinc subita mortes.*

*Albo ventre.*] i. Hydrope pallido & luteo. Sic Horat:

— *Albo corpore languet.*

Ex Sat. 2. lib. 2. — *pinguem suavis, albumq.*

Dixit ex ratione medica. Ex nimia enim ingestione, & indigestione sequitur *anæmia* et hydrope, ex hydrope inflatio & tumor corporis, & luteus pallidusq; color: ex cacochymia graueolens halitus. Est autem primum morbi adiunctum pallor.

*Gutturis sulphureas.*] hydropis adiunctum halitus graueolentia id est. Cum interea guttus eius lente & ægre exhalet & exspiret sulphureas Mephites, graues, & tetros odores, & anhelus.

*Gutturis.*] i. E gutture & faucibus, ingratum odorem spirantibus. Est autem *Mephitis* proprie terræ putor, ex aquis maxime corruptis & sulphuratis proveniens: unde heic sulphureas dicitur. Virg. 7. Æn. — *Savannæ, exhalat opaca Mephitis*

Ad quem locum notat Servius Mephitem Deam esse grauissimi odoris, id est, graueolentia.

Est ergo hic primum synecdoche speciei pro genere, ubi terræ putor, pro quois fœtore positus.

*Dem*] Metaph. pro fœtore Mephitis simili.

*Sulphureas.*] Ruidas, terribilissimas. Dicit eo, quod Mephites ex locis sulphureis exhalet.

*Lente.*] Scilicet, quia spirat *æxx* auris.

*Exhalante.*] Aspirante & emittente.

*Sed tremor inter vina subis.*] Haec tenus intemperantia & morbum iuuenis describit: sequitur deinceps utriusque effectus, nempe mors quæ ex adiunctis describitur. i. inter vino, inter potandum, dum genio indulget pavor & tremor iam instantis & imminantis mortis illum iuuenem intempe: autem subitet inuadit.

*Tremor.*] Imminentis mortis index ex nimia cibi potusque repletionem proveniens: sic Horat. ep. lib. 1. Sat. yr. 16.

— *Occultam se febrem sub tempus edendi*

*Disimules, donec manibus tremor incidit & nictus.*

*Tremor*] Non iniuria enim quia mortem trepidat, quia illa secundum Aristot. *malum quod est pavor quæsi* quæsi.

*Inter vina.*] Dum adhuc bibendo occupatur.

*Subit.*] Denique tremor & stridor ingruit, & eum corripit, & inuadit.

*Calidumq; trientem.*] Id est, manus trepidatio calidum triental vel calicem manibus ægri excurrit.

*Calidum.*] Dixit, vel vino, vel portione calida plenum. Per Meton. subiecti pro adiuncto.

*Triental.*] Alii trientem legunt, intellige poculum, quod assis tertia pars tres vacias vini ostineat, vel capiat. sic Mart.

*Cerebras ergo lices bibas trientes.*

Vel quod tertiam partem sextarii capit, aut tres heminas vel cyathos. 4. sic decimus quadrantal. Erat et nummi genus; qui mortuis in os imponi solebat, ut portorium Charonti exhiberetur. Iuvenal. Sat. 3.



*Non habet infelix quem porrigat ore tridentem.*

*Excutit emaniibus.* ] Languidis & morte futura trepidantibus.

*Dentes crepuerere tectis.* ] id est dentes nimio rigore reiecti & labiis retractis viui expost crepuere, & stridorem excitant. Habitum illorum describit, qui vehemens febribus corripuntur.

*Vulsa cadunt laxis.* ] Describitur vomitus ægroti id est, omnis generis lauta, vincta & delicata fercula paulo ante deuorata, nec dum digesta, & frusta esculenta per vomitum ex gutture, ore & laxis, pendulis, languidisque labris excidunt.

*Vulsa.* ] Pinguia, lauta, delicata. sic Horat.

*Si vero est vultum velle qui ponere possit.*

Et Sat. 6. Persius — *Et canare sine vultu.*

*Pulmentaria cibi.* ] Dicitur autem pulmentarium & pulmentum à pulre teste Varro. Intelligit cibum in modum pulvis factum: cuius formam crudus ille, & indigestus cibus, qui per vomitum eicitur refert:

*Laxis.* ] Pendulis, imbellibus, enervatis, languidis. Est descriptio vehementissimi morbi & mortis.

*Hinc tuba.* ] Descriptio funeris illo tempore. Hinc paulo post, & colore extincto, & remota gelida, & pallida mors eum inuadit, & hinc solennitates funebres instituantur, & præcursibus tibicinibus cum tubis, & candelis & facibus, rigidum funus ad rogum, & sepulturam effertur.

*Tuba.* ] Quæ in nobilium funeribus adhiberi solebat, vt in plebeiolorum tibia. Testatur Virg. 12. Æn. in funere Pallantis.

*Ita celo clamorq, virum, clangorq, tubarum*

Et Ouid. 5. Trist. *Tibia funerib. conuenit ista meis.*

Vnde in Euang. Christus puellam suscitaturus tibicines remoueri iubet.

*Candela.* ] Quæ in sepultura ante mortuos præcedebant.

Virg. 11. Æn. — *Et de more vetusto*

*Funereas rapuere faces.*

Putarunt hinc nonnulli funera dicta, quod funalia in funebri pompa adhiberentur. Solabant autem funera tubis & cereis noctu ad rogum efferr.

Porro nunc quoque receptum, vt funalia adhibeantur postquam placuit, vt interdum sepulturae instituantur.

*Tandemq, beatulus.* ] Scopitice & Satyrice, id est, tandem tam præclaro & inuidendo morti habitu felix scilicet, & beatulus, dum in alto superboque feretro, & lecto compositus, & crassi multis & preciosis amomis aliisq; odoratis herbis, & preciosis vnguentis largiter lutatus, vinctus, & imbutus, rigidos & gelidos pedum calces in ianuam versus vrbs portam extendit, dum extra urbem in pedes effertur.

*Beatulus.* ] i. bellus ille, & delicatulus. Irrisorie.

*Alto compositus lecto.* ] i. Feretro, quo apud veteres mortui efferebantur. Deridendum hoc loco ambitionem Romanorum, qui pretiosas vestes, & stragulam in funere adhibebant. Vnde mortuus sic beatulus dicitur.

*Alto.* ] Superbe, eminente.

*Crassisq, lutatus amomis.* ] Exprimitur heic ritus Romanorum curandi, condendi, & elidendi funus. Quod preciosis vnguentis, & aromatib. condebantur.

Sic Ouid. de Cello

*Iste tibi exsequias & magni funus honoris*

*Fecit, & in gelidos vertit artus sinus.*

*Crassus.* ] Multis, copiosis, largiter, & abunde adhibitis.

*Lutatus.* ] Vinctus, delibutus, vnguentatus. Legunt alii *unctus*. sed versus lex reclamationem. *Alutatus* i. curiose & exacte ritibus, illis q. Deus curatus. Solebant enim odoramenta in sacrificiis misceri. Hinc beatulus superius dicitur. Significat autem *lutare* non maculare solum, sed etiam inficere & obtinere, multis vnguentis oblitus.

(Ammon)

*Amomis.* ] Erat amomum frutex labruscæ similis in Syria, Armenia, Media & Ponto copiose proveniens, ex ligno in modum racemi se conuoluens flore paruo, cœu candidæ violæ foliis vitis albæ similibus. Vnde sit vnguentum preciosissimum, quod maxime nares ferit, quo viuorum & mortuorum corpora inungebantur, Testis Iuuen. Sat. 4.

*Et matutino sudans Crispinus amomo  
Quantum six redolent duo funera.*

Solebant & nardus, casia, cinnama, & alia aromata adhiberi. Propertius.

*Cur nardo flamma non oluere mea?*

Et Sat. 6. Persius. ——— *cœu sfirent cinnama sardum,  
Cœu ceraso peccent casia nescire paratis.*

*Amomis.* ] Meton. causæ pro effectu. Pro vnguento ex amomis.

*In portam rigidos.* ] id est extra portam vrbis prolatis pedib. ad rogum effertur. Non solum autem extra urbem in pedes efferebantur vt & apud nos vstratum: sed etiam cœdauit in feretro compositum versus dæmus ianuam pedes protendebat, & facie ianuam respiciebat. quo habitu extremam & vltimam abitionem denotabant. Aliam huius rei causam adfert Plutarchus in Problemat. Nempe quia occasus ortui, vel mors generationi sũr contrarius vt cum vt plurimum in caput nascamur, in vitam, in pedes rursus estera mur ad sepulturam.

*Rigidos.* ] Frigidos, gelidos, & præ frigore duros, das cristaret vnd exharret ist/das sticiff ist.

*Calces.* ]i. pedes, pars pro toto.

*Extendit.* ] Protendit & profert.

*At illum hæsterni.* ] id est, Hæsterni Quirites, admodum noui ciues Romani, id est serui, qui pridie ante mortem heri sui libertate (vt moris erat) donati, & manumissi erant, iamque in numerum ciuium adserti iam non amplius aperto capite, sed pileum, qui libertatis indicium, induto & recto incidentes, illum dominum suum subierant, & ad sepulturam extulerunt, combusserunt & sepelierunt.

*illum.* ] Qui paulo ante medicum suum obiurgabat, & se ægrotum ac pallidum negabat.

*Hæsterni Quirites.* ] Admodum noui ciues Romani. Heri vel pridie ciuitate donati serui, postea quæ Quirites vel ciues Romanos adscripti. Intelligi forte debet de Oreinis libertis, quos testamento manumissit pridie quam efferreretur. Dicti autem ciues Romani Quirites à Quirino vel Romulo. Hic ergo Quirites liberti, & heri ciues Romani facti. *Hæsterni* dicit. Nam cadauer saltem in vnum diem adseruabatur.

*Capite induto.* ] Vt quidam: tristitium & lugubrium more velato. sed ineptius hoc. Notat seruos, qui aperto capite incedebant, iam pileum adsumpsisse. Ante nudo capite erant, *serui* enim in ciuitate caput non habebant: quibus cum pileo libertas donabatur. Persius Satyr. 5.

*Hac mera libertas, quam nobis pilea donant.*

*Solebant Gradi.* ] Capillos enim ante alebant, forte ad arcendum frigus, cum pileum ipsis gerere nefas foret.

Plaut. Amph. ——— *Quod ille faciat Iuppiter*

*Vt ego hodie raso capite caluus capiam pileum.*

*Subiere.* ] Extulerunt cadauer ad rogum. Moris enim erat, vt libertate donati serui domini sui funus curarent, & ad sepulturam efferrent: *Subire* Significat inter alia onus dorso suscipere. & ferre: sic Horat.

——— *Cum grauius dorso subiit onus.*

Descripsit ergo iam quomodo ægrotus intemperantia sua dum Medici salutare consilium respuit: sibi interitum accelerauit: iam Antapodosis quæ desideratur, adiungenda erat, quod eodem modo illi, qui animo medicos, philosophos contemnerent, in animi vitia, morbos & interitum inciderent.

110

115

*Tange miser venas, & pone in pectore dextram.  
 Nil calet hic, summosq; pedes attinge, manusque  
 Non frigent. visa est si forte pecunia, siue  
 Candida vicini subrisit molle puella,  
 Cor tibi rite salis. Positum est algente catino,  
 Durum olus, & populi cribro decussa farina.  
 Tentemus fauces: tenero latet vlcus in ore  
 Puire. quod haud deceat plebeia radere beta.  
 Alges, cum excussit membris timor albus aristae:  
 Nunc face supposita feruescit sanguis, & ira  
 Scintillant oculi, dicisque, facisque quod ipse  
 Non sani esse hominis, non sanus iuret Orestes.*

## T A B V L A X I.

Propterea vel obiectio, intemperantis iuuenis, quam quædam quidem Refutatio diffinitionis morbi per diffinitionem, hoc modo:	Sed animi morbis. Probat id ex iuuenis libidinosi adiunctis, ut sunt.	Non morbo corporis detineris <i>Anaristia</i> , si pecuniam videat, vers. 109. <i>Libido</i> , in pulchra virgine conspecta, vers. 110. <i>Mollities</i> , probat id Allegorice adiuncto oris & faucium eius, quod putris morbi. mollitiei in ore eius tenero v. 113. non admittat viles cibos quos declarat.	Venæ recte saliant vers. 107. Pectus non nimis caleat vers. 107. & 108. Extremitates manuum & pedum non nimis frigeant, vers. 108. & 109. Ergo medicina non indigeo
		Timiditas, quæ ex effectis declaratur, ut ex	Ex subiecto, quod in algente & famelico catino apposti sunt vers. 111. Per species adiunctis explicatas.
		Ira furor qui describitur, tum quidem ex	Durum olus v. 111. Cibarius panis versu 112. Plebeia beta v. 114. Frigore præcordia obsidente vers. 115. Horripilatione, vers. 115. Pallore, ibid. Albus.
		Factis minorum collatione amplificatis, quod	Sanguinis feruor & ebullitio circa cor, vers. 116. Oculi scintillantes, vers. 117. Ea dicat & faciat vers. 117. Quæ vel insani homines dicerent furiosi esse, vers. 118. Multo magis sapientes.

Tempt

*Tange miser Venas.* ] Sequitur iam proleptis ad Anapodostin hanc similitudinis ex dissimili. Obicit enim monitori adolescens se ægrum non esse, nec illi, cui comparetur, similem. Notandum autem quod adolescens accipit monitoris verba de morbis corporis: sed poeta demum explicat se, animum eius esse morbosum, & vitiis implicitum. Cæterum posuit duo symptomata: calorem arteriarum & pectoris; & frigus partium extremarum.

*Tange.* ) Quasi dicat. Tu ò Monitor, odiosam hanc tuam cantilenam morbidis & ægrotis occine, non mihi, qui adhuc sum vegeto & valido corpore. Quod si miser id credere reculas, quæso, tange venas, & in pectus dextram tuam conice & pullum cordis explora: & num aliquo supernaturali calore adfectus sim, ex venarum contactu conice. Et hic verba sunt iuuenis. Et sequentia:

*Nil calet hic, Medici essent.*

Possunt etiam monitori attribui, quibus iuuenes admoneat, ut diligenter apud se explorent num aliquis morbus in se residat. ut sit: *Tange Venas.* An tibi rite & recte saliant. Et sequentia Nil calet, & non frigeat, iuuenis respondentis essent, & se ægrotum negantis.

*In pectore.* ] Sinistro scilicet, & cordis palpitacionem explora, an febrili calore detinear: vel cor iusto vehementius mihi saliat.

*Nil calet hic.* ] Si prior versus iuueni petulanti attribuatur, Medici verba hæc essent: vel ipsius etiam iuuenis. Sin monitori attribuatur, verba iuuenis sunt. Quæ & ipsa monitori attribui possent: Si per interrogationem legerentur. Varie enim hæc explicari possunt.

*Summusq; pedes.* ] Et periculum fac ecquid illa recte se habeant, & adhuc genuino colore & calore prædita sint.

*Summus.* ] Extremas partes manuum & pedum, quos omnium primo frigus inuadit.

*Non frigent.* ] Verba vel iuuenis vel medici vel monitoris, si per interrogationem legantur. Commodius tamen iuueni attribui possunt, ut sæpius dixi.

*Visa est.* ] Respondet iam monitor ad illud quod dixerat iuuenis, non calet hic, non frigent, per distinctionem quandam morborum quasi dicat. Nimirum tu hæc mea verba, ò ignaue, & ignare adolescens de morbis corporis intelligis, & verba mea velex malitia non vis, vel ex ignorantia non potes percipere. Et forte corpore non ægrotas, nec nimis tibi calor vel frigus ex febre adest. At nunquid etiam animo bene & recte vales: Nullo animi morbo detineris, auaritia, libidine, mollitie, timiditate & ira?

*Visa est.* ] Primus animi morbus auaritia, Quam merito primo loco ponit, quippe primam scelerum matrem secundum Claudianum, & quæ *μητρὶς κακότητος ἀνθρώπου*, ut Phocylides ait.

Id est. Si forte ingens pecunia, aut maxima auri & argenti copia à te conspicitur. Ecquid tunc etiam cor tibi rite & recte salit? Nam per interrogationem hæc commodissime leguntur. Ecquid tunc auaritia, & habendi desiderio cor tibi non trepidat?

*Sine candida.* ] Secundus morbus libido voluptatis. Id est, si vicini tui, virgo, puella, candida, formosa & amabilis te præsentem mollius & blandius tibi adriterit, neque blandis & furanimbus oculis intuita est: Ecquid tunc etiam cor, & venæ tuæ recte micant: Nonne tunc amoris febri correptus libidine & amoris impatientia inflammari, exardere, & exurere?

Docet ergo poeta vel monitor, non sanum esse eum, qui animi perturbationibus & vitiis sit obnoxius. Rogat ergo veluti medicus: num sit libidinosus, num auarus, num luxuriosus, num meticulosus, num iracundus, quod si fateatur, colligit eum non esse sanum.

*Rite.* ) Composite. Non ut infirmi, sed ut recte Sani.

*Positum est algente casino.* ] Tertius morbus mollities, quæ ex adiunctis iuuenis describitur, cuius os suauissimis cibis aduetsactum duro & male cocto olerè, & nigriore pane offundatur, id est, si tibi in catino vel patina algenti, vili, & sordida, & plebeia durum & tenuis olus, & vilis brassica apposita est in cibum, & ater, plebeius & secundarius panis, non ex molli aligine factus sed ex farina populi, tenuiorum & pauperum cribro decussa,

multo adhuc fursare immixto: tunc tuas fauces tentemus: an sanæ adhuc sint, & recte se habeant: Ibi vero in tenero tuo & delicato ore putre mollitiæ vlcus habens, turpis aliquis luxuriæ morbus vel vitium latet; quod nequaquam vulgari cibo, & plebeio pane, beta vel brassica radendum, tentandum & exasperandum sit.

*Algente.* Vili, misero, & egeno. Sic culina frigida. in qua nihil coquitur. Sic hic *Algente* pro minus culto, & ibi parum præsto est. sic superius:

— *Ne maiorum tibi forte, limina frigeant.*

*Catino*] *Catinus* vas immensum escarium, in quo pulstem, aut iurulenti quid ponebant.

*Durum olus.*] Tenuis herbe, aut viles brassicæ. Crassum hesternum, inunctum.

*Populi cribro*] Hac paraphrasi significat panem cibarium & pene fursureum. Nam cribum populare transmittit multos fursures, contra cribum excussorium vel culinarium. transmittit duntaxat farinæ primæ simillam, vel pollinem. Est autem Metonym. causæ pro effectu vel materia pro materiato.

*Tentemus fauces.*] i. Age tunc de te documentum capiamus si ne vere sanus an vero agrotus: fauces tuæ recte valeant, an in illis aliquod luxuriæ vlcus, aut mollitiæ morbus intideat. Hortantis est. Sumit per Allegoriam vlcus pro morbo luxuriæ, quod accurate notandum, eo enim hinc omnia spectant, vt demonstrat, ipsum animo ægrotare. Quo hulcere impeditus ad frugalitatem & temperantiam, id est, ad sanitatem, nunquam peruenire potest. Frigidius ergo hoc interpretes explicant, quasi luxuriosus ille ex mollitiæ vitio faucium aliquod naturale vitium & vlcus præterdat, ne viles illos cibos comedere cogatur: cum vlcus hic pro ipso animi vitio, pro luxuria, & mollitiæ delicata ponatur.

*Tentemus.*] Respicit per Allegoriam ad instrumentum illud quod Medici *μήλην* vocant, quo per fauces immisso internum hulus exploratur, à *μήλην*, quod significat eiusmodi instrumento fauces explorare, i. videamus, an sanæ sint.

*Tenero.*] Ibi in gula, & faucibus tuis adeo tenellis & delicatis putre aliquod, & insanabile delictum & mollitiæ hulus, Quod de hulcere oris dicit, per Allegoriam ad morbum animi mollitiem transiisse.

*Putre.*] Non vaquam sanabile, quod te totum corrumpit & infecit. Quod haud deceat. Quod viles cibos, & panem cibarium non admittit, & quod populari cibo, plebeia, beta, duro olere, tergere, atterere, radere, & exasperare minime decet. id est animi tui mollities nullam frugalitatem admittit.

*Radere.*] offendere, fatigare, sic superius:

*Sed quid opus teneras modaci radere Vera Auriculas.*

Sic hoc loco duro olere teneras fauces radere, & offendere dixit. Respicit ad faucium vlcera quibus si quis laborat ille tenerissimos cibos adhibet: cum crassiora deglutire nequeat, dum hulus offendunt.

*Beta.*] Synecdoche speciei pro genere, p. vilissimo cibo: Est enim *beta* herba nullius saporis, & precit: unde beta, pro vilissimis. & nauici hominibus sumitur à Diogene Cynico, dum ad iuvenes, qui inter se distabant, precedamus à cane, regefficit: *ὅς δ' οὐκ οὐκ πύλα μὴ δάκνῃ*. Hic canis beta non mordet. A Mutuale dicitur:

*Inducunt prædicia.*

*Alges.*] Quartus iuuenilis animi morbus, Timiditas, qua ex efficiente causa declaratur, frigore nimirum præcordia obflescent. i. ob leuissimum quodque & nullum periculum frigore concuteris, trepidus, inhorrescis, alges, & trepidis plantis vix insistis, cum timor albus, qui te pallidum & exanimem & exanguem reddis, tibi pilos capitis excussit, & stantes tanquam aristas inhorrescere fecit.

*Alges.*] Hoc dicit, quia superius se ægrotum negarat, & de membris suis dixerat: Non frīgēt. Iam probat ipsum tumoris frigore percussum inhorrescere, trepidare, & algere.

*Alges)*

*Alges*] Frigore trepidas, & inhorrescis. Interpretes hæc admodum frigide explicant, ignari Poetam ad illud superius, Non frigent, respicere.

*Excussit*] Concussit ferit, commouet, erexit. Timor enim pilos erigit & stantes inhorrescere facit, ut in echino. Virg. 2. Æn.

*Obstupui, steteruntq; coma.*

Et Ouid. 1. Fastor.

*Obstupui, sensiq; metu riguisse capillos.*

Cuius rei rationem quaerit Aristoteles Probl. sect. 3. quæst. 18. Quia frigus constipat poros, & pori iam constipati constringunt capillos.

*Membris*] Id est, membris tuis.

*Timor albus*] Meton. 2. generis effectus pro causa. Timor enim homines albos & pallidos facit, ob sanguinis abscissum. Cordi enim timore laboranti, & trepidanti sanguis quasi subuenturus, ad interiora penetrat, & ita extrema membra sua præsentia destituta pallore inficit. Sic pallidus mors, insana canicula.

*Aristas*] Metaph. à spicis: quod capilli aristarum more inhorrescant, quod appellant horripilationem. Et hæc quoq; ratio, cur timentes, algeant & trepident. Vt enim aristæ aculeos & spinas erigunt: ita etiam in timore capilli capitis eriguntur.

*Nunc face*] Quintus animi morbus, iracundia, quæ ex adiunctis describitur: Quo & ipso iuuenem non recte valere conuincit. Quia autem. Nil calet hic: & non frigent: dixit: hic cum falsi coarguit, & ut frigus timori tribuit: ita calorem iracundia: hoc loco. Id est, sanguis bile & ira suffusus, non secus ac signis suppositus esset tibi incenditur, feruescit, & inflammatur, & præ nimia ira oculi tibi scintillant: Egredia insipientis iræ descript. o. q. d. qua fronte ergo adfueras te non calere: & Nil calet heic.

*Face*] Tanquam igni subiecto, quo sanguis circa cor tanquam feruidissimus ebulliat.

*Feruescit*] Opponitur superiori illo, Nil calet heic. Porro iræ nulla alia causa est, quam ebullitio sanguinis circa cor.

*Et ira*] i. Præ furore, & rabie ex vniuerso corpore crudelitas emicat. Sic Cicer. 7. Verrinas: Ardebant oculi, & ex toto corpore crudelitas emicabat.

Et Ouid. 3. Artis.

*Oratument ira, nigrescunt sanguine Vena;*

*Lumina Gorgoneo sanius angue micant.*

Sic Virg.

———— *Totoq; ardentis ab ore.*

*Scintilla abstulit oculis micat acerbis ignis.*

*Dicisq;, facisq;]* Concludit Monitor iam adolescentem insanum & ægrum esse & sapientia: medicina opus habere. Demonstrat illud ex factis: Quia ea dicat, & faciat, quæ insani hominis sint. Quod testimonio Orestis insani confirmat. q. d. Et quod maximum ægritudinis & insanæ tuæ argumentum: illa dicis & facis: vnde vel stulti te nihil sapere, & vel insani te parum sanum, & furiosum etiam te de mente & sanitate rationis deturbatum æstimare possint. Est ergo amplificatio à comparatione imparium minorum. Si insani te insanum esse iudicare possunt, multo magis sapientes. Id est, ea dicis & facis, quæ ipsi etiam furiosis furiosa videantur.

*Non sani*] Animi ægroti, nec rationis compotis.

*Inrei*] Maximum enim insanæ argumentum, quod Orestes etiam & insani iuramento adfirmant.

Est autem elegans Polyptoton in *Non sani, non sanum*:

*Orestes*] Hic Agamemnonis & Clytemnestra: filius, matrem cum Ægystho adultero occidit, patrem suum ultus, qui dolo à matre, & Ægystho occisus erat. Quo nomine postea in furorem versus, & matris suæ furiarum ardentibus tædis exagitatus. De hoc vide Eurip. in Oreste.

## FINIS SATYRÆ III.

## IN SATYRAM IV.

*Rem populi tractas. barbatum hoc crede magistrum  
Dicere, sorbitio tollit quem dira cicuta.*

*Quo fretus? dic hoc magni pupille Pericli,  
Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox  
Ante pilos venit: dicenda tacendaque calles.  
Ergo ubi commota feruet plebecula bile,  
Fert animus calida fecisse silentia turba*

*Maiestate manus: quid deinde loquere, Quirites,  
Hoc puto, non iustum est, illud male, rectius istud,  
Scis etenim iustum gemina suspendere lance  
Ancipitis libra, rectum discernis, ubi inter  
Curua subit, vel cum fallit pede regula varo;  
Et potis es nigrum vitio praeferere iusta.*

*Quin tu igitur summa nequiquam pelle decorus  
Ante diem blando caudam iactare popello  
Definis, Anticyras melior sorbere meracas?  
Quae tibi summa boni est? vincta vixisse patella  
Semper, & assiduo curata cuticula sole.*

*Expecta, haud aliud respondeat hac anus? In nunc,  
Dinomaches ego sum. suffla, sum candidus. esto,  
Dum ne deterius sapiat pannucia Baucis,  
Cum bene discincto cantauerit ocyma verna.*



*Æ C Satyra maiori ex parte politica est: Agit enim potissimum  
de idoneo Reip. gubernatore: & desumpta est ex Alcibiade Platoni.  
Vituperat autem Persius sub persona Socratis, Neronem sub persona  
Alcibiadis. Ut enim ibi Socrates Alcibiadem incredibili ambitione  
flagrantem, & recondite cuiusdam doctrina opinione elatum repre-  
hendit, quod cum ignarus esset, & virtutis expertus: Reipub. tamen gubernaculis  
capessere, in populi concionem descendere, & de gravissimis Reipub. negotiis deci-  
nere non erubesceret: sic hac Satyra sub persona Socratis, Neronem sub persona Al-  
cibiadis, qui post Claudii mortem per matris Aegyptina scelus Romanum imperium  
iuuenis admodum & rudis inuaserat, reprehendit.*

*Princeps ergo Satyra questio est quod NERO non sit idoneus Imperii Ro-  
mani gubernator. probat id argumento hoc ex repugnantibus:*

*Omnes idonei Reip. gubernatores prudentia praeclari esse debent, Nero prudentia  
praeclarus non est. Ergo.*

*Vixit autem Persius persona Socratis, vel velandi sui in Neronem causa, vel, et  
maiores auctoritatem haberet oratio.*

*Ergo sub Alcibiadis persona Nero, sub Socratis, Persius intelligendus.*

ANALY.

## ANALYSIS SATYRÆ

## Q V A R T Æ.

- Prudentia præditi sunt omnes Reipubl. gubernatores
- Hæc maior hisce verbis includitur Remp. tractas Alcibiades, quæ prudentia fretus id facit? v. 1. et 3. Probat id auctoritate Senatoris, quæ describitur tribus adiunctis, quod
1. Barbarus, grauis, & seuerus, ver. 1.
  2. Magister virtutis ac honestatis, v. 12.
  3. Mortis genus efficiente causa declaratur, quod haustus cicutæ ipsum è medio sustulerit, ver. 2.

Quarta Satyra hoc fere syllogismo ex dissentaneis continetur

- Sed Nero quem sub persona Alcibiadis vexat, illa præditus non est. Probat hoc argumentis hisce
1. Ex ætate adiuncto, quod imberbis iuuenis nec ingenio, nec prudentia præditus esse possit, v. 4. et 5.
  2. Ex repugnantibus, quod quæ dicenda & tacenda sunt ignoret, quod bonum principem decet, v. 5.
  3. Ex partibus ciuilibus prudentiæ, quod illa auctoritate præditus non sit, vt tumultuanti populo silentium possit imponere, ver. 6, 7, 8, 9.
  4. Vide sequentem.

Ergo Alcibiades imperio indignus, ver. 20. Hanc conclusionem dissimili et paribus et ironica permissione amplificat

Frustra ergo & nobilis & pulcher, cum Imperio sis inutilis, & non plus sapias quam Baucis quædam delira anus, cum oleæ vernis vendit, ver. 20. 21. et 22.

## T A B U L A II.

- Quod Nero imperio indignus, probat argumentis
4. Quod illa ætate nulla eloquentia præditus sit. Probat id ex subiecto eloquentia, quæ digne quid sit
  5. Quod iuris & æquitatis cognitio in tanta ætate desideretur. Hæc per Ironiam vt præcedentia omnia dicuntur, v. 10. 11. et 12.
  6. Quod nesciat vere noxios condemnare, et innocentes defendere, v. 13.
  7. Ex adiunctis factis illustratis. Quod cum corpore tantum & superficie cutis pulcer sit, v. 14. Ante tempus populum largitionibus corrumpere ei; adulari, & ad Reipublicæ gubernacula aspirare non debeat, v. 15.
  8. Alio adiuncto per collationem minorum, quod potius Elleboro insaniam suam purgare, quam ad imperium aspirare debeat, v. 16.
  9. Ab adiuncta ignorantia, quod summum bonum in voluptate positum esse putet, v. 17. Et vt cutem apricatione assidue curet, v. 18.
  10. Ex paribus quod non plus sapiat, quam delira aliqua anus, v. 19. Hic conclusio reperitur, *Vide superius.*
  11. Ex repugnantibus. Quod seipsum non cognoscat, v. 23. Huius argumenti occasione per digressionem in illos insurgit, qui sua vitia in aliis reprehendunt. Hoc facit per talem, dissimilitudinem. *Vide sequentem.*
- Aperte argumentis

lustum, v. 9.  
Bonum, v. 9.  
Rectum, ib.



*Rempopuli tractas*] Principium abruptum, per Apostrophem ad Alcibiadem, cum interrogatione & increpatione, per admirationem legendum. Meru autem Neronem aperte nominare non ausus est. Quæso ô magni illius Pericli pupille Alcibiades, dic mihi hoc: Tunc Remp. administras? Tunc imperium Atheniensium regendum capefcis? Tunc ciuitatis & omnis populi gubernationem fufcipis. Quæso, quoniam fretus, cui vmquam rei confifus, qua fronte, quo pudore rem talem & tantam in te fufcipis?

*Barbatum*] Hæc parenthefi includi commodiffime poffunt, quæ Poëta statim fubiicit, ne fufpectus efferet Neroni, tanquam eum notaret. Sensus est: O Alcibiades, quæ hoc loco dicuntur tibi Socratem tuum magiftrum dicere exiftima, quem dirus cicuræ hauftus è medio fuffulit & peremit. Est enim defcriptio Socratis ex adiunctis & circumftantiis.

*Barbatum*] Primum Socratis adiunctum. Dixit autem barbatum: vel quod vere barbam, vt reliqui Philofophi aluerit: Fuit autem non ita formoso corporis habitu, vnde & illum phifognomicus, qui ingenium non norat, obfcœnum & libidinosum effe coniecit. Duas vxores Xantippen & Myrtonem vno tempore habuiffe fertur, quæ cum crebro inter fe iurgarent, & Socrates illas folitus efferet deridere, quod propter fe fœdiffimum hominem fmis naribus; hifpida barba, recalua fronte, pilofis humeris, repandis cruribus difceptarent; Nouiffime in eum impetum verterunt, & male mulctatum fugientemque diu perfecutæ funt. Vel per *barbatum* feuerum vehementemque Philofophum Ethicum intelligit:

Sic Iuuenalis:

*Barbatos licet admoneas mille inde magiftros.*

*Magiftrum*] Secundum adiunctum. Fuit enim Alcibiadis prædagogus, à quo humaniores antea tanto studio perdidicic vt ab eius latere nūquā difcederet, nec ab eo oculos dimoueret. Quem & Alcibiades fummo opere dilexit, ita vt cum illo pernoctaret, & à quo (vt Alcibiades in Symposio) non aliter surgebat, quam filius à parente debuit.

*Sorbio*] Tertium adiunctum mortis generis efficiente caufa declaratum. Fuit autem Socrates Sophronifci & Phanaetæ obftetricis filius, Philofophorū, vel Apollinis oraculo, fipientiffimus, qui, vt Cic. ait, *Primus Philofophiam è calo in terram vocauit*: & coëgit homines, qui ante rebus cœleftibus, & phyfcis tantum operam impendebant, de vita & moribus, rebusque bonis, & malis inquirere, vnde dixit: *Qua fupra nos, nihil ad nos*. Ille cum Athenienfes paffim ad virtutem, & honeftatem animaret, & multorum vitia acerrime reprehenderet, vt fit (veritas enim odium parit) multorum potentium inuidiam, & imprimis Anytis, locupletiffimi & factiofi hominis inimicitiam fibi contraxit, & in fe conflauit. Qui cum Socrates mortis ferre nequiret Aristophanem comicum dectum quidem, fed parum probum grandi pecunia oblata ad Comœdiam in Socratem quæ *uφάνα* interibitur, ferendam impulit. Cuius ipfe Socrates fpectator fuit, illamque contumeliam alto animo rife, & contemfit: qua finxit Socratem nebula colere (reliquis enim Atheuientibus ftatuas colentibus & inuocantibus, ille nubes & cœlum inuebatur) & Athenienfium religioni obrectare (aliis enim per Deos iurantibus, ille in Deorum contentum peruenire, hinc cum & quercum iurabat, quibus illos Deos nihilo meliores cenfebant) & inuentum corrumperere, quorum mentes impietate imbuit, quafi ipfis etiam parentibus inanus efficiole & pie inferre poffint. Hinc poft ridie Socrates in iudicium vocatur, auribus populi adhuc ab ipfa recitatione calentibus. Accufatores erant Anytus diues; (vltima eius verba *οὐκ ἔστιν ἄλλος φιλὸς καὶ καὶ πατρίῳ*, Anitus & Melitus me occidere poffunt, lædere non poffunt) Melitus Poeta; Iycen Orator, Polycrates Sophifta accufationem fcripfit, quam ad iudices Polycæftus habuit. Capita accufationis erant, quod iura violaret, qui Deos Athenienfium fpernere, nouos Deos induceret, iuuentutem corrumperet, pœnam effe mortem: Surrexerat ad Socratis defenfionem Plato: Et cum hæc verba exorfus efferet: Omnium ego illorum qui hic fedent, Athenienfes, natu minimus fum: statim reclamatione populi & iudicam circumfufus, cōticiuit: Vnde poftea per 30. dies in carcere detentus hic fapientiz pater venenum cicuræ bibere iuffus eft. Paulo poft mortem, eum quem populus condemnauerat, lugere incipit & quem vinum oderant, mortuum tanquam Deum colunt, fit publicus luctus, clauduntur officinae, deferantur gymnafia, deficiuntur theatra, fit in vrbe publicū iuftitium, fit in accufatores impetus, qui fibi turpis exiliū fuga falutē quærūt. Melitus deprehensus vltimo fupplicio adhiatur, Anytus ab Heracleenſibus ad quos cōfugerat, turpiter pulſus in exilio miſerrime periit, cuiusque bona fiſco ad iudicata ſunt: Socrati zrea ſtatua Lyſippi opere, erecta eſt.

Vide.

Vide Cicer. 1. Tusc. & Platon. Apolog.

Juvenal. Satyr. 13.

——— *Dulcis, senex Sicinus Himetto*  
*Qui partem accepta sana inter vincla cicuta*  
*Accusatoris molles daret.*

*Dura*] Decorum ira immixta, illos enim contemnerat.

*Cicuta*] Quæ herba noxiæ femine, & frigore extinguit, unde vinum suo calore vires eius facile rerundit: Nam ut Astroclides ad Alexandrum scripsit: *Ut cicuta homini venenum, ita cicuta vinum.* Cicuta enim publice servabatur Athenis ad puniendos fontes. Erat autem *Cicuta* (ut ait Plin. lib. 25. cap. ult.) publica Atheniensium poena inuisa, quod & notavit Iuvenalis, cum ait de Atheis:

*Nil prater gelidas ausa conferre cicutas.*

*Quo fretus*] Protopopœia Socratis mortui: Hac enim figura mortuæ postliminio in vitam reducere, & ab inferis excitare, licet. Sic Cie. pro Cælio Appium Claudium cæcum ab inferis ad obviandam Clodii libidinem, excitat. id est, Quare, qua virtute, qua prudentia, eloquentia, & auctoritate, tantam imperii molem tu resuscipis.

*Dic hoc*] Ut superius Socratem *utroque* descripsit: Ita heic Alcibiadem, *quo*, ut Probus Æmilias ait, *nihil excellentius fuit in Græcia vel Barbaribus*, qui Atheniensium imperator summus, forma corporis in comparabilis, summis ingenii dotibus egregie ornatus, insuper adeo disertus, ut nemo ei dicendo resistere posset. Rursus tanto vitiis auctiorum agmine deformatus, ut si vitia virtutibus pœses, merito addubites, laudene an vituperio dignior fuerit. Erat enim Clinix & Dinomaches filius, cuius mater Megdalis filia ab Alcmaone, pater ab Aiace oriundus; pater autem mortuus illi Ariphonem & Periclem viros ea tempestate in Repub. Atheniensium maximos, & Clinix, ac Dinomachi propinquitate coniunctos, tutores reliquit, ut scribit Plutarch. Unde hic Pericles pupillus dicitur.

*Magni Perich*] Fuit Pericles, ut Trogius ait, patrus, ut Æmilius vitricus, ut alii, avunculus Alcibiadis. *Magni* dicit. Nomies enim hostes superavit, & inter alia Samios Ionum potentissimos devicit illorum quæ urbem deiecit, unde Pythagoras ortus: Nempe qui Atheniensium dux & orator tanta auctoritate & eloquentia fuit, ut tonare, fulminare, permiscere Græciam suis conclusionibus diceretur. De quo vide Iustinum & Plutarchum in vita eius. Floruit anno M. 336, ante Christum natum 426. Potest autem legi *Perich* & *Perichis*.

*Pupille*] Emphaticæ. Quia enim pupillus adhuc, administrandæ Reip. inhabilem notat. Alibi autem forte ad Neronem, quem Poppæa, ut ait Tacitus, cum sibi matrimonium & dissidium Octaviae incoliui Agrippina, haud speraret, sæpe per facetias, pupillum vocabat, quod iussu alienis obnoxius, non imperii modo, sed libertatis etiam indigeret.

*Scilicet*] Sequentes decem versus Ironice legendi. Aggreditur autem disputationem, demonstraturus, Alcibiadem (per quem Neronem intelligit) nulla sapientia præditum, & Reip. administrandæ inutilem esse. id est, Argumentum ex adiunctis ætatis, quod illa iuvenili ætate imperatoria prudentia, præditus non sit, quæ demum ætate profectioni comparatur. Conveniunt hæc etiam in Nerone, qui iuvenis admodum imperium Romanum per scelus adeptus erat, nam teste Tacito vix 12. annos imperium occupavit. q. d. Scilicet tu accurato illi tuo ingenio, & multarum insignium rerum multiplici experientia & prudentia, quæ tibi velox, & præcox ante barbam venit, frenas es.

*Scilicet*] Ironice ut sæpe. *Scilicet hæc populo*, ut Persius Satyr. 1.

Et Terent.

——— *Hæc populus curas scilicet.*

*Mirifice* autem Persius decorum observat, qui Ironicam orationem Socrati initio attribuit, vians enim ille *opus* vel dissimulatur & irriser dicebatur, teste Cic. 1. offic.

*Ingenium*] Intelligit naturam arte & doctrina perfectam, & animi solertiam.

*Rerum prudentia*] Multarum rerum usus & experientia.

*Velox*] Dicit, quasi solio vitæ, & celerius, quam aliis, illi contigerit, quia ante legitimum tempus imperium occupavit.

*Velox*] Præcox, ante ætatem, præmaturo. Est autem Metaph. à rebus corporis.

PPPP

Sic Iuvenal. Sat. 6.

*Ingenium sceleris, audacia perditur.*

*Ante pilos*] Ante barbam. Quasi barbato etiam & sapientissimo Socrate plus sapit, quam prudentia, celeritate sua pubertatem præuenerit: quæ aliis non nisi longo usu, longa uia comparatur.

Nam ut Ouid. ait 6. Metamorph.

*serui venie & serui ab amiti.*

Et Nestor apud eundem 15. Metamorph.

*Et tempus mihi multa cotustat.*

*Scire dedit.*

Certe rarissimum Homeri & fellit dicentis: *ἰσχυρότερος μνησθῆναι θνητῶν*. Iuniorum esse leuia consilia uiuorum; & præcoci sapientia ingenia raro esse vitalia, rarius frugi. Nec male dictum ab Apuleio: *Odi pueros præcoci sapientia*. Videtur autem ad proverbium respicere: *Ante barbam doces senes*.

*Dicens tacendaq;*] Secundum argumentum, quod Alcibiades imperio inutilis sit, ex repugnantibus, quia quod maxime prudentem principem deceat quæ dicenda & quæ tacenda sit ignoret. Summa etiam in Oratore virtus ut dicat quæ proficiant, taceat, quæ obstant.

Nam ut Ouid. 1. de Arte ait:

*Eximia est virtus præstare silentia robore.*

*At contra gravis est culpa tacenda loqui.*

Et Horat. lib. 1. Satyr. 4.

*Empere qui non visa potest, commissa tacere.*

*Qui nequit, hic noster est, hunc tu Roma ne caues.*

Et certe Aufonius.

*Loqui ignouabit, qui tacere neficit.*

Hinc Pythagoras discipulis quinq; annorum *ἡσυχίῃ* indicabat, ut prius tacere, quam loqui dicerent. Et Philolophus quidam, cum ei discipulus in Eloquentia institutus adduceretur, quem pater commendabat, quod iam egregie loqui possit, duplex ab illo præmium reposit: quod ipsum demirante patre, ut respondit Philolophus, cum prius tacere, dein loqui docet.

*Ergo & bis commota*] 3. Argumentum. Ex partibus ciuilibus prudentiæ, quod illa ætate, non tam illa auctoritate sit ut tumultuanti, & feditioso populo silentium possit indicare, ac proinde imperio inutilis, q. d. Quare? quia scilicet nulla imperatoria virtus, quæ in summo, perfecto, & omnib. numeris absolutissimo imperatore ad amissum requiritur, in te desideratur. Age ubi forte coorta seditione, ubi vis plebecula commotabile, ira, & furore feruet, æstuat, ardet, & inflammatur: & animus tuus taeti imperatoris cupit, & desiderat, sua auctoritate, & manus maiestate, ira inflammata turbæ silentiū imperare, & dictis regere, animos mulcere, placare, & mitigare? Age nunquid non ibi dixi *ἀνδρῶν δὲ βίη*? Quid tunc facies, quæ manus maiestare, & auctoritate illos compescet? Hoc modo argumentatur Socrates cō: ira Alcibiadem apud Platōem.

*Commota*] Incitata, turgescens, intumescens, ira enim bilis commotio.

*Feruet*] Seditione & ira æstuat, sœuit, agitur, *Ἰν Ζορὶ ἐρβίη* ist] verbum aptum iræ, & bili, quæ commota, homines feruent, incalcescant, & incandescent. hñt autem Metaph. ab aqua bullientibus, quib. homines irati similes. *Ira enim bilis commotio, & bullitio sanguinis intra cor*. Vnde sequenti versu irata plebs *calida turba* dicitur.

*Plebecula*] Vulgus ignobile, Dimin. a plebe.

*Bile*] Ira. Nam bilis commotio, ira est. Vnde iracundi biliosi dicuntur.

*Fert animus*] Desiderat, sic Ouid.

*In noua fert animus*

*Calida turba*] Feruido, & ira inflammato populo:

*Focisse silentia*] i. Rabiolam & tumultuantem populam auctoritate tua sedare, & mitigare.

*Mansuete manus*] Granitate, auctoritate, vultu reuerentia, quæ tu namiram imberbis crimie præditus,

Manu enim annuimus dum populo significamus ut sileat, & osare volens audiam.

Sic Lucanus de Cæsare silentium castris indicente:

*Composuit vultum, manibusq; silentia fecit.*

Et Ouid.



Sic Hor.

*Scilicet ut possim curvo discernere rectum.*

Nostrum rectum ab intorto discernere. etiam cum id, quod rectum, curvum &amp; pravam videtur.

*Discernis*] Distinguis, inter noscis, dignoscis.*Inter curva subis*] i. Vbi rectum curvis se inserit, & abscondit, quæ species eius obscurat, & paritum pravitatemque deformat. Tamen tu tanta solertia es, ut virtutes ipsius vitiis immixtas, à vitiis tamen inter noscas. Porro sunt quædam vitia virtutibus finitima, & quasi adiuncta, ut procul liberalitatis: Hæc vitia distinguere prudentis duntaxat, & sagacis. Nam quæ toto genere pugnant cum virtute, facilius distinguantur. A fabris vel Architectis ducta Metaph.*Subis*] Latet, & se abscondit.*Nec cum fallis*] Ironia vehemens. & amara. i. Si regula curva tibi in manum detur, quæ aliorum iudicia fallit, & quod rectum est, curvum mentitur: tu solus illam coarguere potes: Nec regula aut norma varo pede, i. inflexo & intorto hastili vel scapo tibi imposita.*Regula*] Hasta libræ intelligi potest, cuius per vel lingua, vel examea si intortum sit, scire fit, ut in rerum pensatione decipiamur. Vnde ostendit Persius magui eam iugem & prudentem esse, qui vera & recta falsis, & curvis admixta possit discernere.*Pede varo*] Intorto, curvo, pravo. *Vari* dicuntur, quorum pedes introflectum, vel crura obverta sunt.*Et peris* & *Vitis*] 6. Argumentum. Quod nesciat vere noxios condemnare, innocentes defendere. i. tantæ prudentiæ scilicet, & cōsiliis es, ut malos, et vitiosos homines dānare possis, & bonos defendere. Recte id in illo requirit. Responsum enim teste Solone duobus rebus cōsistit, præmio, & pena.

Horat.

*Adis regule peccatis, quæ peram interrogas aquas, &c.*

Quidam hæc de crudelitate Neronis intellexerunt.

*Vitis*] i. Vitiis hominibus. Adiectum pro subiecto. Meton. quarti modi.*Nigram prafigere*] i. damnationis literam, mortiferum illud & infelix signum & præponere. Iudices illo tempore de alicuius capite sententiæ laturi, notas suas in vnam coniciebant, vel condemnatorias litera & notatas, quæ *laturæ*, i. mori præcipiebant, vel absolutorias, quæ, ut quidam censent, notatæ erant, vel x. ut Asconius notat, per quod *malum*, vel bonum notabant. A. amplificationis erat, & hæc à Græcis mutuatur. Apud Latinos enim C. condemnationis erat, A. abolitionis. NL, quasi non dum liquet, amplificationis, quoties significabant sibi pagam adhuc liquere, & causam rursus agi oportere.*Nigram*] Vt alba & candida fausta ita nigra infelicia & infortunata credebantur. Vnde in ingentibus pullæ vel nigræ vestes, quod infelices, & infortunati sint.

Infaustum mortiferum, Cic. pro Milone vocat literam tristem damnationis.

*Theta*] Damnationis nota. Vt & etiam infausta nota erat, & alicui præfixa laqueum mandabat; quia laqueum refert.

Vnde Mart.

*Nostrum mortiferum prætoris Castris signum**Est opera precum discere ibera nomen.*

Virg. II. Æn.

*O multum ante aliam infelix litera Theta.*Et Auson. in magistrum Euum hominem turpissimum, cui laqueum & mortem optat, ait  
*Miselle doctor u tibi sit obsecro.**Tuumque nomen theta scilicet signetur.**Scilicet*] Eo quod habeat telum suum, quo vel ipsum intercat, vel allos trucidat.*Præfigere*] Apponere in tabulis tuis suffragatoriis, vel notam damnatoriam annotare.*Quam tu igitur summa*] Hic Ironiæ finis, quæ sex argumentis Socrates Alcibiadem, vel potius Persius Neronem imperio Romano administrando ineptum demonstrat. Iam apertum quæ Marte summa indignatione, & fremitu in Alcibiadem vel Neronem inuehitur, & concludit ipsum imperio ineptum esse: quod rursum in ipsa conclusionis alio septimo argumento ex adiunctis confirmat, quod corpore duntaxat pulcher sit. Sensus est: Quia tu igitur iuvenum stolidissime, qui per ætatem nulla adhuc prudentia imperatoria, nulla auctoritate, nulla eloquentia, nulla iuris & æqui scientia præditus es, nec quid dicendum, quid tacendum, nec quæ potæ quæ præmia bonis vel malis debeantur, scis, adeoque qui totus intrinsecus turpis & malus es, extrinsecus tantum comtus & decorus, Imperium Romanum adfectare desistis.

Quin]

**Quis** Vex increpantis semper indicatio iungenda. Virg. 3. Eccllog.

*Quintus aliquid saltem porius.*

*Ignor.*] Concludit enim ex precedentibus.

*Summa pelle.*] De veste triumphali vel alio externo ornatu, quibus cãdidati illi ambitiosi incedebant, hæc olim cum multis aliis interpretibus explicaui. Verum hæc de pulchritudine Alcibiadis, & forma corporis, & superficie corporis externa intelligenda sunt, Frustra autem imperator pulcher & formosus, nisi in animo virtus adsit.

*Summa pella.*] Externa & extrema cute. sic Horat.ep. 16.lib. 1.

*Sed videt hunc omnis domus & Vicinia tota*

*Introrsum turpem, speciosum pelle decorat.*

**Sic detrahere pellem. Horat. dixit.**

*Nequidquam*] *Frustra*, Virg.

*Sed quid ego hac autem ne quidquam ingrata resolvor?*

*Circumdat nequidquam humeris.*

**Et -**  
**Et Perfins**

*Nequidquam fundo suspirat numas in ime.*

**Q. d. Frustra corpore pulcher ni animo bonus sis. sic enim Eurip. in Oedip.**

Νῦν χρὴ θεάσασθαι ὅδ' ἐν πτῆς εὐμορφίας

ὄφελος, ὅταν πὲς μὴ φρένας ἔχη.

**Idem in Chrysippo:** Δύσμορφος εἶναι μᾶλλον, ἢ καλὸς κακὸς

*Decorus.*] Fuit Alcibiades sua ætate iuuentutis Athenienſis facile formoſiſſimus, teſte Pla-  
tone in Protagora vel Sophiſta: ubi dicitur de illo: Nec enim formoſior ullus è ciuibus noſtris  
adeſſe poterat. Conueniunt hæc etiam quodammodo in *Neronem*, qui teſte Suet. cap. 51. ait  
omniſſe fuſſe ſuffragio capillo, & ſultu pulcro magis, quam ſenſuſo.

*Ante diem.*] *Ante tempus.* & *etatem* maturam. sic Superius dixit: *Ante pilas.*

*Blando popello.*] i. define populi fauorem captare, & Elleborum potius bibe vt infans, ad fanitatem redeas. Infans enim es, dum cupis, quæ non capis.

- *Blando.* Vel quod ille ditionibus & potentioribus ad blanditur, vel quod ambitus reus, cum largitionibus corruerit, & sibi blandum reddiderit.

*Caudam iactare.* Met. à pauonibus qui cum superbiunt, & gloriantur, explicant & rotantes agitant caudam. Et sic iactare ostentare foret. vel potius à canibus, qui ad blandientes dominus caudam mouent & agitant: Et iactare est more canum populo adulari. Deriuant enim *adulari* *ἀδούλω* *ἰσχυρῶς* à cauda, quam adulando canes mouent. Quamuis alii *ἀδούλω* *ἀδύλω* deriuent, quod uilia mœcipia, & seruilia ingenia tantum adulentur.

*Popello.*] Qui nimirum blanditiis & adfirationibus, vel illa externa specie maxime ducitur.

**Vnde Sat 3.**      *Ad populum phaleras dixit.*

*Antiquas melior sorbero meracas?*] Qui longe digniores, vt mentis insaniam Elleboro purges, & puris veritati potionibus insanam illam regnandi libidinem ciicias. Est autem 2. argumeturum collatione minorum illustratum, quod Alcibiades Elleboro sumendo aptior sit, vt insanas suas cupiditates regat, & refrenet, quam imperio Athenæ.

*Antirrhynas*.] Meton subi: pro adi. Infulam enim Antirrhynam ad finem Maleacum (vt ait Strabon. 9.) in quo crecit maxima copia, pro Elleboro ponit: quo ad purgandam mentis infamiam veteres utebantur Sat. 1.

**Ebrius Geratro dixit.**

### Hinc prouerbium

*Elleboro dignus Naniqat Anticyram: Et Horat. 2. epist.*

*Sitribus Anticyris caput insanabile nunquam.*

*Tonsori Licino commiserit.*

Secunda insula erat iuxta Cressam. Erat & tertia. Tres enim erant. Est autem Emphatica Meton: ex magnitudine enim medicamenti intelligitur magnitudo furoris.

**Melior sorbere** Longe dignior qui sorbeat vel bibat. Gracismus sorbere. sic superius sorbitio.

*Meracae.*] I. meras, puras, solas, non aliis mixtas, Ellebori potiones. *Meracae* dicit, vbi-  
usque vehementiam notet. Imitatus est Horatium ep. 2. lib. 2.,

*Expulit Elleboro morbum, bilemque, meraco.*

*Meracae. Anagorae* vniuersumque vnde meracum vinum, quod nihil aquae admixtum haber  
*Qua tibi summa boni?*] 9. Argumentum, ex adianctis ignorariis, quod summum bonum  
in voluptate positum existimet: quod proinde à vera virtutis cognitione & recta imperii admi-  
nistratone longissime ablit. Quærit autem Socrates ex Alcibiade, vel potius Perſius ex Nerone  
quidam summum hominis bonum putet. Desumpta & hæc ex Platone videntur, vbi Socrates  
ait Alcibiadi: *ὁ μὲν πάντων τῶν ἀγαθῶν ἀρχὴ καὶ τέλος.*

Malus profecto princeps qui alios ad virtutem & summum bonum animare debet, si ipse  
in finibus Bonorum, & malorum erret.

*Quæ tibi.*] Alii legunt quo i. Quo summum bonum apud te tendit? vel in quo sine vitiis  
beatam reponis.

*Summa.*] Bonorum finis, vel summum hominis bonum, quo omnia referuntur, ipsum coe-  
stra nusquam. Quod alii in virtute, alii in voluptate, alii in Idæis, alii in honoribus alii in vici-  
tudinē & robore corporis, alii in aliis posuerunt. Hæc philosophorum celsa erat, qua scæta dy-  
molecebantur. Et de summo Bono Varro. 2. 80. sententias fuisse, id est, tot philosophorum scdum  
tradidit.

*Summa.*] Metaph. à ratiocinatoribus. Vbi multa accumulata certam summam constituent.  
sic Philosophis in summo bono omnia bona accumulata videbantur. sic dicimus *Summa boni*:  
summam orationis. Hic pro re principalis & præcipua ponitur.

*Vincta* *visisse patella* *semper.*] Respōdo Alcibiadis, vel Neronis per Protopopœiam ipsi aui-  
bata. Nempe voluptas summum bonum mihi videtur, luxuriose & voluptuarie viuere, & vi-  
tere vincta patella, id est, lautis & delicatis cibus, quæ patella continetur. Est enim Meton. 3. gen-  
eris subiecti pro adiuncto.

*Vincta.*] Epulis opimis, lautis, delicatis. De hoc dictum Sary præced.

*Vincta cadunt laxis.*

*Et: curare sine vincto.*

Sary. 6. Et Horatius poet.

*Si vero est vinctum.*

*Et assiduo.*] id est toto die in sole se apricari, & cuticulam probe curare, quasi dicat, summum  
bonum est cuticula assidua inſolatione & delicatissimis lautiis probe curata. Ex antiquo mo-  
re dixit: Quo *ἡλιονόμος* gaudebant, & sole cutem curabant, quod *ἡλιον* vel inſolationem vo-  
cabant, & inter remedia numerabant. Quod & Græcis vſitatum fuisse Aristophanes indicat,  
eum dicit: *ἡλιονόμος ὁ σὺ μὲν, ὃ ἐγὼ σὺν τῷ ἡλίῳ.* Solebant enim, ut ait Celsus, stomachi in-  
firmioris oleo inuncti concoctionem adiuvare, ad Solem æstatis, ad ignem hyemis tempore  
Et Plin. lib. 3. ep. paulo post.

*At si vinctum ceſſet.*

Et Iuuenal. Sary. 12.

*Vestra bibas vernum contraxit cuticula Salem.*

Ad Helio caminum ergo hæc referenda, cuius meminist Plinius, & Iulius Cæſar, quod erit  
solare vaporarium, in quo antiqui apricabantur, & sæpenumero vagebantur. Locum autem  
vadique solem excipiebat.

*Curata cuticula.*] De illis, qui vnum corpus curant, & ut summa cutis niteat, & bene habita  
sit laurionibus epulis, balneis, vagentur, somno, conuiuio, & omnis generis deliciis vtuntur.  
Sic Horatius.

*Ire domum, atq;*

*Cuticulam curare, iube.*

Et alibi:

Et in ep.

*In cute curanda plus a quo operata iumentum.*

*Me pinguem & molidum bene curata cute viſos.*

*Expulit*

*Enopsea.*) 10. Argumentum. His paribus quod non plusquam delira anus sapiat. Fingit autem Poeta satis tepide iuvenem Alcibiadem indignatum dulcedere velle, quem remoratur & expectare iubet; fingit præterea anum aliquam pertransire, quam ad se vocatam sententiam roget. Sc. sus est: Certe si volueris tam diu iram deponere & expectare, & anum hanc prætuleris audire, iuvenies eam interrogatam nihil aliud responsuram: & te non minus delirare, & insanum esse, quam anus decrepita. Annum enim delirare est.

*Etiam aliud.*] Quam summum bonum in voluptate corporis esse situm. Illud enim vulgo imperiti & anus imperitis sentiunt.

*Respondent.*] De summo bono interrogata.

*Hac anus.*] *Amulxus.* Fingit enim eam transire.

*I nunc.*] Postquam abeuntem Alcibiadem quasi remoratus est, & ostendit, non plus sapere quam decrepitam vetulam: iam potestatem abeundi facit q. d. Perge iam quo voles, quid de te sentiendum sit, nosti: nempe decrepita vetula nihilo sapientior es.

*I nunc.*] Potest etiam potius esse vehementer obiurgantis & insultantis.

*I nunc.*] Argentum & marmor vetus araque & arces, suspice.

*Dinomaches ego sum.*] Egregius hic locus, in quo mirum poetæ acumen à paucis notatur interpretibus. Poterat autem hæc in se dicta existimare Nero. Nam (vt Sueton. de eo cap. 27.) modulus eius viæ, cum Epicuro, culina, volupeas & libido fuit. Nam epulas è medio die ad mediam noctem protraherat, inter Scortorum totius vrbis, & Ambubaiarum ministeria. Ergo statim reprobam suam ad Alcibiadem convertit, ac in Nerocem inuehi videatur. Fingit autem Alcibiadem iratum; quod aniculæ deliræ comparatus sit, indignandum hæc tria verba pronunciare: Tunc me delira vetula potiorum negas? Atqui scito tamen, me esse Dinomaches filium generosi summi, quæ ab Alcynone matricida; nobilitatem iactat (quod recte forte respicit, cum & Nero matricida factus sit) vt pater Chymias ab Aiace genus suum deducit. Quare cum vilissima anicula comparandus non eram. Sic Nero à Iulii, & Ænea genus deducebat.

*Saffia.*] Verbum Socratis vel Poetæ, ad hanc iactantiam respondentis, per amaram Ironiam vel sarcasum. Tu vero hac generosa tua nobilitate intumesce, & superbi, teque insolens iacta, & ostenta, Buccas infla, altos spiritus gere.

*Sum candidus.*] Subdit Alcibiades, & formam suam, & corporis pulcritudinem opponit, & se à formiditate commendat: sum vultu elegans, corpore candidus & formosus. Respicit ad illud superius: *summa pelle decoram*, fuit enim formosissimus Alcibiades, vt superius dictum.

*Esse.*] Verbum Socratis, vel poetæ. Concessio est. Esto hoc, facile concedo nobilitate generis, & pulcritudine neminem te superiorem, neminem tibi parem esse: Nihil horum tibi invidetur: nihil horum in te demitor, dum tu sis interea homo nihili, aureum mancipium, & nihil ipse sit prudentiæ, & muliercula olæ atia, pannosa, & vetula, quæ vilissimis servis maledicta ingeris, vel potius olera vendit, te nihil deterius sapiat. Alii hæc interpretantur: I nunc Alcibiades, & tu iacta, quod Dinomaches sis filius generosissimus & formosissimus. Quæ & ipsa interpretatio absurda non est. Sed illa longe omnino potior.

*Dum no.*] Dum vilissima anus de summo bono interrogata nihil peius vel vilius, quam te respondeat: Nempe voluptatem illud esse corporis. Notat bene cenare, summum bonum hominis: sc. quamlibet anum dicturam.

*Deterius sapiat.*] Te sapientia æquet.

*Pannucia Baucis.*] i. Vilis anus, vilibus, & deritis pannis induta.

*Pannucia.*] Pannosa, pannis & annis obfita. Est enim pannucius idem quod pannosus, *Pannucia.*

*Baucis.*] Synecdochic specie pro genere. Ponitur enim Baucis (quæ vt est apud Ouid. 3. Metam. Philomenis vxor Iovem cum Mercurio hospitio excepit.) pro quavis anu vilissima.



*Cum bene discimur*, ji. Cum interea dum ocyma ferit, dissoluto seruo conuicia ingerit, ut ocyma eo felicitius proueniant. Alii hæc ita explicant; cum vilis illa anus seruolo nequam in viis conuicia ingerit. Quasi eo respiciat, quod ocyma cum conuiciis, teste Plinio, serere consueverint, quod ita melius crescere & magis abunde prouenire crediderint. Sed non placet. Referendum autem ad mulierem olerum venditricem, quæ olera, ocyma & alias herbas odoratas & hortenses alta & clara voce eumentibus quasi occiunt, & cum clamore ad olera emendam seruos inuitant. Solebant autē vetulæ pauperculæ ad res viles vendendas se conferre, & eo quæstu viuere, Quæ utique in delitiis, quib. carent, summum bonum ponebant. Inducitur ergo Baucis pro omni vetula in foro olitorio herbas odoratas vendente.

*Bene canit aueris*] Elata voce, tanquam canens suas merces commendaret, & vendiderit. Nam ut Horat. ait.

*Laudas venales qui vult extrudere merces.*

*Ocyma.*] Herbam vel olus intelligit, quæ recentioribus Græcis *βασίλιν* dicitur, quæ ita celeritate nascendi discit: siquidem tertio à sato die emicat. Est etiam ocymum genus pabuli & farraginis herbarum & leguminum fabæ, vicæ, erulæ. De quo etiam intelligi potest.

*Discimur.*] Intemperanti, dissoluto, libidinoso nequam.

*Verna*] Seruo per synecd. speciei pro genere. *Verna* enim proprie seruus ex ancilla domi tempore veris natus (illud enim tempus, ut ait Festus, sceturæ accommodatissimum) quales plerique dissoluti & perdit.

- Vt nemo in sese tentat descendere, nemo:  
Sed præcedenti spectatur mantica tergo?  
25 Quæsieris, nostin Vectidi prædia? cuius?  
Diues aras Curibus, quantum non miluius oberret.  
Hunc ais? hunc Diis iratis, Genioq. sinistro:  
Qui, quandoq. ingum permissa ad compita figit,  
Seriola veteris metuens deradere limum,  
30 Ingemit, hoc bene sit: tunicatum cum sale mordens  
Cepe, & farrata pueris plaudentibus olla,  
Pannosam fecem morientis sorbet acetii?  
At, si vnctus cesses, & frigas in cute Solem,  
Est prope te ignatus, cubito qui tangat, & acre  
35 Despuat in mores, penemq. arcanæ, lumbi  
Runcantem, populo marcentis pandere vulvas.  
Tu cum maxillis balanatum gausape pectus,  
Inguinibus quare detonsus curculio exstet?  
Quinque palefritæ licet hæc plantaria vellant,  
40 Elixæque nates labefactent forcipe adunca,  
Non tamen ista filix ullo, mansuescit aratro.*

T A B V L A III.

Nam

Nemo seipsum cognoscere vult. Procellis hæc præcedit v. 23.

Interrogat alterum: Ecquid noscat præditi Vectidi v. 25.

Proponit  
per Dialogum, in  
quo unus  
quidem

Adiū-  
ctis

Diuitiis adiunctis  
minorum collati-  
one illustratis,  
quod tantum pos-  
sudet agros, quæ-  
quantum milues  
non circumuola-  
re possit. v. 26.  
Infelicitate pro-  
pter auaritiā v.  
27.

Respondet  
alteri non  
ad interro-  
gata, sed Ve-  
ctidi descri-  
bit auaritiā.

Factis quæ per Protopopce-  
iā adiunctis temporis decla-  
rantur.

Quod cum esset ditissimus  
cape & farratam pulcrit  
comederet cum sale v. 30.  
& 31.  
& facem aceti biberet, ver.  
32.  
& tanquam lautitias ederet  
solemnē illud diceret: Hoc  
felix & faustum sit, v. 30. o-  
primo vine particeps v. 29.  
Idque faceret in compita-  
lib. festis. v. 28.

Dis-  
simili-  
tudo  
est

Sed æsum  
potius. Hanc  
Apodossin  
declarat Æ-  
sopi fabula,  
quod non  
quæ à tergo  
in mantica  
reponuntur  
nostravit. Sed  
quæ in præ-  
cedenti tergo  
& petore posita  
sunt, aliena  
vitia specta-  
mus. v. 24.  
Vnde unus  
alterum cri-  
minando  
vilescitur.

Hanc Apo-  
dossin Persi-  
us tum qui-  
dem

Recriminando  
refutat, Vecti-  
dii reprehen-  
sorem, qui  
quendam aliū,  
per protopo-  
pceiam v. 34.  
idque ex Vecti-  
dii reprehensio-  
nis tum quidē

Adiūctis, quod  
vinctus cutem  
insolatione  
curet, v. 33.  
Factis impuris  
quod se popu-  
lo impura vel  
agendo vel pa-  
tendo prosti-  
tuit. v. 35. &  
36.

Quæ dineris decla-  
rat, quod in fronte  
barbam alat, in inte-  
rioribus abditis ob-  
scenis membris se  
mulierem fecerit v.  
37. & pilos inde de-  
condat v. 38.

Quæ ab impossibili  
per dissimilitudinem  
illustrat.

Quod licet illa loca  
vel à s. robustissimis  
condantur: tamen ibi  
pili recrecant verfi-  
bus 39. 40. & 41.

Repetit, vide  
sequentem.

2999

*Præmone in seipſo*) Vndecimum & vltimum argumentum: ex repugnantiis, quod Alcibiades se non cognoscit; Hæc enim cum superioribus coherere, ex Platonis 2. Alcibiade videre est: ubi Socrates principi imprimis illud *Nosce teipſum* tenendum monet. In hoc enim argumento ad finem vsque Saturæ versatur, & hac occasione generalem aliquam reprehensionem subterit in illos, qui aliena vitia notant, non autem sua, sed in fama hominum de se semetipsos metuantur. Est autem talis:

Idoneus Imperator se noscere debet,

Nero se non nouit, Ergo.

Propositiō deest, cuius loco digressio quædam proponitur in eos, qui in aliorum vitiis oculatissimi sunt, in suis vero cæcutiunt: Vnde monet non esse credendum adplaudenti populo, sed vnumquemque sui iudicem & cognitorem esse debere.

*Præmone*) Irascētis est, & admirantis. Est autem talis hic dissimilitudo, nemo semetipsum, sed vniūſquisque alium potius scire & nosse desiderat. Præcisus præcedit: Est autem particula *Et*, hoc loco admirantis, idem valens quod quomodo, vel quantopere. Sic Virg.

*Prævidi, Et perii. Et me malus abstulit error?*

i. Quomodo vel quantopere? q. d. Quoniam huius seculi fato fieri dicam, quod nemo seipsum potius, quam alium nosse desideret? & quod facilius sit, aliena vitia notare, quam sua?

*Tentat*) Cupit, vult, studet, desiderat.

*In se descendere*) Seipsum cognoscere, se & suam vitam intueri, & introspicere. Est autem allegoria à fodinis vel cellis, in quas qui descendunt, quid illuc reconditum sit, nosse possunt: & qui seipſos examinant, & à seipſis vitæ suæ rationes repossunt, quibus vitiis abundant, intelligunt.

Nemo] Epanalepsis. Qua vitetur ad maiorem admirationem exprimendam.

*In se*] In pectus, & cordis intima, abdita, adyta & secreta.

*Descendere*] Tanquam ad ima illa adyta & profunda.

*Sed præcedenti*) Antapodosis dissimilitudinis. i. aliena vitia nobis longè notissima, & manifesta in quam nostra vitia conticimus, vnicuique præcedenti tergo, quod oculis caret, spectatur: Alludit autem Socrates ad Æsopi fabulam, qui vnumquemque scribit duos sacculos vitiis plenos secum gerere, in anteriori aliena, in posteriore nostra vitia reponi. Vnde sit vt nostra ipsæ non videamus, quæ sequens alius conspiciat, aliena vero semper ob oculos habeamus.

Sic Horat. Saty. 3. lib. 1.

*Meum absentem Nenum cum roderet.*

Et Catull.

*Sed non videmus mantica quod in tergo est.*

Et Horat. ad hanc fabulam respexit.

*Dixerit insanum, qui me totidem audiet, atq;*

*Respicere ignoto discet, pendente tergo.*

*Præcedenti*] Sic dicit vel quod vnicuique sua mantica, sua vitia in posteriori sæculo reposita à præcedenti tergo videantur: tergum autem non videt, quia oculis caret: Quod ita nostra vitia à nobis non videantur. Vel potius quod à nobis mantica in præcedenti tergo, id est, pectore, in quo aliena condimus, assidue spectatur.

*Mantica.*] Proprie perula viatoria, qua iter facientes viaticum & alia necessaria circumferunt.

Possent etiam forte legi *præcedenti*: Quod nos sequentes in tergo præcedenti in mantica vitia, in quæ præcedens sua posuit, tanquam aliena spectemus.

*Quasi seris quæstus.*) Confirmat Antapodosis dissimilitudinis exemplo (quod nimirum homines non in suis, sed in aliorum vitiis oculatissimi sint, ) Exemplo inquam, quo imperium quendam nebulonem inducit, Vectidii auariciam perstringentem, cuius postea nefanda scelera aliis pari improbitate & procacitate notat.

*Quasi seris.*] Instimur Dialogismus, i. Si tu aliquem Romanum verbis compelles, & ex ipso

quærit: Hæc tu nostine prædia Vectidii. Est autem persona secunda pro tertia. i. aliquis forte quæreret.

*Vectidi.*) Sic enim legendum censeo: non Ventidii: versus enim lex contradicit. In Ventidio autem medix syllabæ corripuntur.

Lucret. Sat. 7.

*Ventidius quid enim, quid Tullius.*

Et alibi Sat. 11.

——— *In Rutilianam*

*Luxuria est, in Vectidio laudabile nomen.*

Nec de horum vno Vectidio hæc intelligi possunt, prior enim optimus fuit, & potentissimus, alter luxuriosissimus. Contraria autem in sequentibus notantur. Fuit autem Vectidius Sabinus, agrorum diuissimus, sed extreme avarus.

*Prædia*] Emphatica. Non enim ipsum Vectidium, sed prædia nominat, interrogator. forte aliquid volens de illorum fertilitate, vel vicinitate subdere. De quibus nebulo ille, qui interrogatur tamen non respondet.

*Cuius*] Respondet iam & interrogat nebulo ille interrogatus. Cuius tu Vectidi prædia, ô amice sciscitans? Quasi plures hoc nomine sint. q. d. Poeta: ibi vero ille non illud, quod rogas de prædiis responderet, quæ illa, vel ubi sint, sed statim subdit de diuitiis eius & extrema avaritia, & sordibus: Cuius tu Vectidi prædia quæris? Illiuscæ diuitijs, qui in Curibus vel Sabinis tantum agrorum possideret, & quotannis arat, quantum vix miluus. vaga illa, & errabunda avis ingenti circumiit & circumgyratione integro die circumuolare & oberrare possit.

*Diues, ji.* Qui diues & locuples est. Possunt hæc verba esse illius primi quærentis. Est autem prima descriptio Vectidii ex adiunctis collatione minorum amplificatis: quod tantum agri diues Vectidius possideat, quantum miluus non circumuolare possit.

*Arat.*] Tantum agrorum scilicet.

*Curibus*] In, vel circa Sabinorum oppidum, quod non procul à Roma, Cures dictum: Huius etiam oppidi ciues, Cures dicebantur. Hinc Romulus *Quirinus* dictus. Quia, ut Ouid. ait, 2. Fast.

——— *Romanis iunxerat ille Cures.*

Et Romani ciues Quirites dicti. Erant autem Cures Tatij, & Numæ Pompilij patria.

*Quantum non miluus*] Prouerbialis hyperbole, de homine supra modum locuplete. Dictum autem hoc ex natura illius alitis, vago volatu ingentes gyros in caelo secando, aberratantis. Hinc Proverbium.

*Quantum milui volans.*

Imitatus est hoc Lucret. Satyr. 9.

——— *Cui res montes, res prædia ferunt*

*Apula, res miluos intra sua pascua lassos.*

*Miluus*] Ex genere accipitrum, raptu viuens. Ein Weiher.

*Oberrat.*] Volando circumerrat. Ob enim sæpe circum significat, vt obfideri, obvallari, obsequare.

*Hunc ait.*] i. de hocine Vectidio quæris? qui natus est diis aduersis, vel viuit infelicissime, quamuis ditissimus, & quidem diis iratis, & genio malo & sinistro,

*Hunc ait.*] 2. Vectidii descriptio ex adiunctis. quod miserrime ex avaritia viuat.

*Hunc*] Hoc secundum, hunc, prioris interrogationis verbum esse potest: vt sit Ecce. Hic dico scilicet & de huius prædiis quæro.

*Diis iratis*] Qui malo fato in pœnam genitus, diis aduersis, & infortunatus.

Sic Terent.

*Deos iratos fuisse mihi satis scio.*

Et in Phormione.

*Memini relinqui me Deo irato meo.*

Et Horat. 2. Sermon.

*Irati nam tu peries Diis.*

*Genius, sinistro.*) Adverso & infelici Genius enim voluptatis Deus quem ille defraudabat, dum diues misere vivebat, & esuriebat, & sale ac cepe vescabatur. *Genio* ergo *sinistro* vivere dicitur, qui naturam suam duriter viuendo defraudat: Et contra Genio indulgere, qui voluptati operam dat.

*Sinistro*] Infelici vt omnia laeva, Dextra contra auspiciata, candida & felicia.

*Qui quandoq.*] 3. Vestidii descriptio ex effectis, quæ adiunctis temporis declaratur, eiusdemq; Prosoportia illustratur. i. Qui quotiescunq; finita agricultura vt reliquæ agricolæ compitalia celebraturus est, & iuga vel aratra sua ad compita addigit, licet ditissimus adco sordidus tamen est, vt metuat ex seriola veteri vinum depromere, & aliquid opiparum vel lautum ad vitum adhibere. Sed Diis vota faciens, cum gemitu dicat: Hoc bene sit: Hoc mihi meæque familiariz Diis bene verrant, Ego hodie compitalia celebros: & dein cepe cum sale, & pulcem deuorat, & faeces mortui aceti, omnibus pueris & seruis adplaudentibus pleno ore exorbet.

*Quandoque*] Quædocunq; vel quotiescunq; vel quoties. Quod & Horatio frequens.

*Iugum.*] Quidam ita hæc intelligunt, quasi auarus arando partem aliquam auritæ viæ, vel compitorum ad suum agrum coniungeret, & ita publicum araret, & sæpe in compitis iuncta pasceret, timens nimirum pabuli dispendium. sed meo iudicio ad compitalia referendum, vt compitaliorum periphrasis sit: vbi rustici finita agricultura ad compita aratris suspensis, magna animi relaxatione laribus, quæ in compitis celebrabantur, sacrificabant, & genialiter vivebant. De quibus Horat.

———— Vacas ociofo cum bonæ pagus.

*Iugum*] ligneum instrumentum quo iunguntur & coarctantur boues. Das Joch. solebant autem nisi fallor, iuga & aratra fracta q. elaborati & emeriti operis Diis laribus dedicare, & ad compita adfigere, vnde non defuit, qui hic *pertusum* legendum contenderet, pro fractum & inutile, iugum vt ad iugum referatur.

*Pertusa*] vel vetusta, protrita, conculcata, vel per omnes quatuor partes patentia, & in multas vias secta. sic Ouid. 1. Fast.

Serues si in multas compita secta vias.

Sic pertusa dolia ab ytraque parte patentia.

*Compita*] Ita dicta teste Varr. vbi multæ viæ vel plura itinera competunt; erant enim loca in quadriuiis quasi turres, quæ competuntur, vel adducuntur, per diuersas vias, vt sunt, *compita* trinia & quadriuia in quæ plures coeunt viæ.

*Figit*] Suspendit.

*Seriola*] Vasis fictilis, oreæ vel dolii, est enim diminutiuum à *seria*, quod est terreum vinarium: De qua Terent.

Seria omnes relem.

De hac Sat. 2. dictum. Diminutiuo vitur ad vasis paruitatem, & Vestidii sordes exprimenda.

*Vetern*] Et hoc Emphatice quod non solum paruum vini cadum sed ne veterem quidem, & in multos annos ob auaritiam seruatum relinere audeat. Est autem egregia auari descriptio *Metuens*.] Qui eo geniali die misere suum genium defraudat, & Vappa contentus, seriola vini vetusti parcat.

*Metuens*] sic Horat.

Qui cupit & metuit inuas illum sic domus aut res,  
Vt lippum pizæ tabula, fumentum podagram

*Deradere limum.*] Id est limum vel feces vini in seriola reliquas abraderet, vel infumere metuens. vel potens, ex consuetudine antiqua dixit: nam dolia gypso, limo, lato, argilla, vel picce, obturari, obduci & oblini florum ora solebant: vnde cum aperiebantur, dicebantur *relem*. Quod ita vasculum vini aperire, & relinere metuat.

*Ingemit*] Vbi diu cunctatus tandem aliquid facis & vappæ exstillare ausus est, demum ob auaritiam, quod aliquanto plus solito impendere, & infumere cogatur, ingemit, & timide in hæc verba incipit: Hoc bene & faustum sit. Est autem graphica alicuius Euclionis descriptio.

*Ingemit*] Ob auaritiam, tanquam rem magni sumtus faciat, tristi voce illud solenne pronunciat.

*Hoc beneficit.*] Prosopeia Vectidii avari, sibi suisque servis ob appositam pulcem & cæpe granulantis, ut intelligatur quotidiana eiusdem victus tenuitas, & sordes. Sic Horat. in Opimianum quendam ditiss. 2. Serm. Sat. 3.

*Qui Veientanum festis potare diebus.  
Campana solitum trulla, & vappam, profectus  
Tandem lethargo grandi est oppressus.*

Sunt autem Ironice de re leui pronuacianda, quæ in rebus arduis, & gravibus solent usurpari. Nam veluti rem magnam, & inusitatam aggressurus avarus hoc dicit. De his solemnibus formulis vide Barnabam Briss. Hoc bene fit, indulgebimus hodie genio, & cutem nostram probe curabimus.

*Tunicatum.*] Cæpe quod multa in involucra, tanquam tunicas habeat.

*Mordens.*] Auide comedens, tanquam lautitias.

*Farratam illam.*] Pro pulce è crasso farre in olla cocta. Metonym. Subiecti pro adiuncto, vel continentis pro contento.

*Pueri plaudentibus.*] Filiis & servis his, cæpis, sale, & farre tanquam eximiiis lautitiis lætis, & gaudentibus, & quasi egregie tractentur ob hæc cupedias insolitas cum voluptate exultantibus. Amplificat extremas Vectidii sordes.

*Apludam edet.*] Flores bibit, id est, frumenti surfures. Gell.

*Pannosam facem.*] Egregia extreme avari descriptio. i. mucidam & spissitudine quasi coherentem faciem. *Pannosam* dicit, quod in facie, quam & *Flores* prisce dixerunt quidam flocci ut albi anni inveniuntur, vel quod facies eiusmodi sibi floccis tanquam panno obducantur.

*Moriens in aceto.*] Mira autem, & extremissime sordidi delineatio. Nam cum alii sordidi (ut apud Horat. Audientis cognomento Canis, quem locum hic imitatus videtur Persius.)

*Nisi mutatum parcat diffundere vinum.*

Et vinum tandem reseruet donec vappescere incipiat, & tunc magna parsimonia vappam vel acetum bibunt. Hic vino non solum parcat, donec in vappam vel acetum degenerat. Verum etiam ipsi vappæ vel aceto, donec mori incipiat, & nescio, in quam substantiam transeat & tunc demum bibat.

*Sorbet.*] Auide, q. Deorum potum, & nectar. Sic superius mordet dixit.

*At si vinctus cessas.*] *Aut tangam, & elu,* & recriminatio. Demonstravit enim quomodo Criminator qui introducit, Vectidium reprehenderit, & sua crimina & peiora vitia non animadvertit. Iam introducit alium, qui Vectidii reprehensorem vicissim reprehendit, & longe graviora vitia ipsi obiicit. Ex adiunctis, quod sit homo extreme sceleratus, & Pathicus, per Prosopeiam adversarii illustratis. Locum autem hunc admodum obsecro & castis sine dubio auribus indignum inuitis explico, nec tamen intactum præterire possum, ne hunc Poetam tanquam fragmentum aliquod explicarem, & hanc horam do sceleribus illis Romanorum prisce explicandis cum bonorum venia. Illud certo mihi persuadens, Germanis huius infandæ & nefandæ libidinis ignaris, hæc scandalo non futura.

*At si vinctus.*] Q. dicat. At heus tu nebulonum extremissime, non ego te de Vectidii sordibus sed prædiis percunctatus sum. At quoniam Vectidi avaritiam tam graphice depinxisti, non ægre feras si alius eadem acrimonia in vitia tua inquirat, & te eadem rationis pœna perulante puniat. Nam si tu voluptate dissuas, & precioso oleo & vnguento vinctus & delibutus cesses, & securus otium agas, & cutē addidua insolatione ignavus & mollis curas. Est alius rursus prope te quamvis tibi ignotus qui te cubito tangat, & in vitam tuam & mores turpissimos & detestandos acriter & vehementer ut rem detestandam despuiat, & expuens te detestetur ut Cinædum, & Pathicum hominem extreme detestandum & nefarium.

*Vinctus.*] Precioso vnguento, & oleo perfusus.

*Cesses.*] Ignavus otium agis, & feriaris. Hic enim Vectidio opponitur.

*Et figas in cute solem.*] Antiqui enim, ut superius dictum vagebant se, & postea in sole vel adiungem stabant, ut oleum corpus imbiberet.

*In cute.*] Ut illam iucundam & nitidam, muliercularum more reddas.

*Figur.*] Opponitur illi superiori de Vestidio, qui iugum ad compita figebat: Ostendit enim hunc ut ignaum, & obscenum, illo Vestidio laborioso & avaro longe deteriorem esse. Quid illi laboriosus finita agricultura aratra figit ad compita Tu vero deles & ignavus solemis cuncta tua figis: Quæ inter se opponuntur.

*Solem.*] Meton. subit pro adi. pro calorem Solis, vel radios.

*Est prope.*] i. alius tibi proxime adstat, quamvis tibi ignotus. Hic rursus ostendit homines ad solida vitia cognoscenda valde promptos esse.

*Ignorant.*] Qui tibi ignotus est, sed cui tu satis notus.

*Te subito qui tangat.*] Qui te lateenter acerbissime increpet. Est autem imitatio Horat.

*Nonne vides aliquis cubito stantem prope tangis?*

*Tangat.*] Vel te, vel alium, cui tua vitia latenter nota & palam faciat. Hoc enim est cubito tangere.

*Es acre despuat.*] Qui vehementer in mores tuos impuros, & nefandos & turpissimos despuat.

*Acre.*] Pro acriter: nomen pro adverbio.

*Despuat.*] Metaph. ab illis, qui ex olfactu rei foetidae & male olentis expuunt. i. expuenda morum tuorum turpitudinem exsecretur, & detestetur; & acerrime in mores tuos deestandos aueharur.

*Pernemq.*] Hæc obsceniora: Explicanda tamen, non ut Romanorum infanda scelera vel discamus, vel doceamus: sed ut Poetam intelligamus. Est autem descriptio hominis Cinzdi, & Pathici, viri abominandi. i. Qui in mores tuos & te despuat: te, inquam, hominem Cinzdi, & Pathicum execrabilem, qui, (ut amatoribus tuis glaber lævis, & imberbis pufio videaris) penem, & virile tuum membrum depiles, & reliqua lûbi & natium arcana & pudendas partes, testes cû ano, runces, & pilos inde radicitus extirpes; & te vniuerso populo Romano horrêdo & nefario concubitu contra naturam prostituas: eique anum & podicem marcentes; tanquam vulvas pandis, & exhibes, & muliebria pueris. Hæc foeda sunt, & turpissima in hominem fundam, quæ non nisi curiosi legant.

*Arcanaq. lumbi.*] Virile membrum, & obscenos locos depilationem, & vellicantem. Notat autem suorum temporum mores. Hæc intelligit membra Sat. i. cum dicit:

—— cum carmina lumbisq.

*Entrant.*

*Runcantem.*] Pilos inde stirpitus euellentem Metaph. à runcatione & garricione rusticorum. *Runcare* enim significat proprie herbas inutiles, & frutices noxios euellere ex agro, & extirpare.

*Marcentem.*] Horrêdo illo concubitu putridas & contabescentes. Anum intelligit illa nefaria venere attritam. Inde enim putrida viscera nascebantur, *marisca* dicta, quæ medici abscindebant, & in Italia adhuc hoc scelere inquinata argenteis laminis ignitis per extremum dolorem amburentur. Iuven. Sat. 1. de huiusmodi.

*Frontis nullas fides.*

*Pandere.*] Abutendas exhibere multitudini, patefacere, aperire, q. vnicuique patentes

*Vulvas.*] i. Podicem & anum tanquam vulvas, & membra muliebria. Describit enim Cinzdi, & mollem, qui muliebria patitur. Est autem *qulus* proprie verus, teste Celso & Plinio.

*Tu cum maxillis.*] Reprehendit ipsum, vltius demonstrans eum hominem esse turpissimū, argumento à repugantib. q. d. cum natura virum te fecit, quare te ipsum effemasisti. Nam cū tu exterioris quantius precii vir appareas, & in genis, mento, & maxillis tuis, barbam tuam infar gausapio vel villosi stramenti balanino vnguento perfusam pectas; quare in verendis corporis partibus glaber & lævis tanquam puer appareas; dum ibi quidquid natura absconditum voluit per extremum scelus detegis, & ut mollis, & imberbis pumilio & delicatus puer amatoribus suis videre verecundas corporis partes pilothro denudas, & pilos inde abradis: & quare denique mentula vel priapus tuus tanquam curtulio depilatus & detonsus in inguinibus tuis extat & eminet; q. d. Quid tibi hæc volunt, nisi te horrendæ & efferae libidinis Pathicam esse & Cinzdi sceleratissimam.

*Maxillis*

*Mucillo*] In mento & genis tuis. Huic opponit inguinibus, cum barbam tuam nutrias, cum inguic tua pilothro denudas.

*Balanatus gauſape*. i. barbam tanquam gauſape. Est autem Metaph. Gauſape enim vestiſ militaris, & ſtraguli villoſi geous eſt, quo in caſtris utebantur. Teſte Plinio in vna ſuperficie vel parte villos emiuentes habens, hac loco, pro barba hiſuta & villoſa ac proliza ponitur. à villoſum pilorum quæ ſimilitudine in gauſape. Sic Iuven. Sat. 1.

*Hiſpida barba quidem & dura per brachia ſeta*

*Promittunt atrocem animum ſed podice laui*

*Scinduntur tumida medico ridente marſica.*

*Gauſape*] Pro barba. Sic Virg. veſtem pro barba poſuit.

*Aurea Caſaricis illis, atq; aurea veſtis.*

Sic inueſtes imberbes dicimus. Sic Virg.

*Tunc mihi prima genas veſtibas flore iuvenis tui.*

*Balanatus*] Oleo, ex balano factò, vel oleo balanino inunctum. Sic Florat. lib. 3. od. 19.

*Preſſa tuis balano capillis.*

Est autem *balanus*. Glans vnguentaria, fructus arbutulæ quæ *pupaſſum* dicitur, quæ ſimilis æuallanæ nuci, vnde præſtantiſſimum oleum balaninum appellatur, ſicbat.

*Inguinibus*] Inguina proprie pro pudendis virorum & ſcæminarum ponuntur: hic autem ſignificant concavas illas partes vtriuſque publi vicinas, cum ipſa pube, in quarum medio membrum virile, vel muliebreminet. i. Quare inter illas cavitates, & in pube menſtrula æpinet?

*Curculio*] Pro virili membro: Sic autem dicitur caruncula illa vel columella, quæ in ſine panti inter conſillas dependet. Inde per Metaph. ob ſimilitudinem pro membro virili poſitum putant interpretes. Meo autem iudicio reſpicit ad curculionem vermem frumentis inimicum, qui ſe contrahens & extendens membri virilis formam repræſentat. Scribendum vero vtriuſque per C. vt ex argumento Curculionis fabulæ in Plauto videre eſt.

*Detraſum*] Vt amatoribus tuis mollis appareas, vel potius ob alienam libidinem, ſed hæc omnia explicari non debent.

*Estat*] Proccinet, vel potius reliquus eſt, & reſtat, cum te omnino mulierem, vel omnibus modis amatoribus tuis probatum puſſionem reddere nequeas. Hoc malum cum vellet euiſare Nero ſporo ſuo & hanc partem abſcidit, & omnino in mulierem, quantum poſuit, trãſformauit.

*Quing, palæſtrita*.] Iſtiſſimo amaritudinis plena, qua & turpitudinem & ſtulticiam huius ſceleſtati facti nota. Argumento ab impoſſibili. Quod fruſtra contra naturam ſe puſſioni ſimilem reddere, & obſcœnas corporis partes glabras tenet facere, cum à natura datum ſit, vt euuliſ pili renaſcantur. Senſus eſt. Sed fruſtra operam impendis. Quamuis n. vel quinque robuſti palæſtritz, & Athletæ, hæc peſtinis, & pubis tuæ plantaria, & pilorum ſeminaria purgent, & ibi pilos & ſetas, (quæ nimirum altiffimas ibi à natura radices egerunt) euellant, & runcent, tanquã inutiles herbas euellant & runcent, & lumbos nateſque tuas aſſiduis balneis pãneelixas & oœtas, adunca, & incurua forcipe, qua pilos eruant, labefactent, & adſiduo dolore adſciant, & pilis ſpolient: tamen illa pilorum plantaria, & clunium filix, & pili rãquam filix in agro & herbæ inutiles multo aratro manſueſcunt, nunquam penitus extirpantur, & eradicantur.

*Palæſtrita*] Qui ob aſſiduam exercitationem corpore validiori ſunt, teſte in aliquot locis Plinio.

*Plantaria*.] Metaph. Illa enim loca in quibus tenerrimæ plantæ ſeruntur, quæ poſtea tranſferuntur in alium locum. Hic ſignificat loca circa pubem & nates, & pudendis vicina. Perſtat a. in Met. ducta à ruſticis. Sic ſup. dixit *Runcantem*. *Plantaria* alias teſte Seruio ipſæ plantæ, quæ à ſemine ortæ cum radicib. & terra propria tranſferuntur ex vno loco in alium. q. d. Licet hunc agrum adſidue arcent, & inuictant ad extirpandas filices iſtas pilorum.

*Vellant*] Runcent, purgent.

*Elizafz*.] Alii legunt *eliza*. i. pilothro vel vnguento depilatorio quo molliores mulieres utebantur, vt corpus glabrum & leue redderent, depolitas, perpolitas, depilatas. Sed legendum *eliza*. i. balneo, quo illi molliores aſſidue utebantur, tanquam *coctas*. Sic apud Mart. lib. 3. Epy.

7. *Balmeator eliza* dicitur, *ſed in nudo*.



*ψιλλοποι*, Vaguentum, quo pili excidebant.

*Labefactens*] Volotis impatientia languidas reddant, dum pilos è viua cute euellant. Metaph. ab arboribus, quæ multis iñdibus succis tandem ad terram prosternuntur.

*Forcipe*] Quasi aratro adfidue inuertant, arent, & pilis tanquam noxia filice expoliant & ruicinent.

*Forcipe*] Dicitur, quod forna, id est, calida vel candentia capiat. *Formam* enim (alii *formam* legunt) antiquis calidum significat.

*Non*] Cato. Æstate frigidus, hyeme sereno.

*Ista filix.*] Perstat in Metaph. Superius nates, & pubem, plantaria vocauit, tanquam loci in quibus pili tanquam herbarum crescant, iam pilos inutilem herbam, & ex agro euellendam filicem vocat. Porro filix in terra penitus altissimas radices agit, & non facile radicitus extirpatur, & eradicatur. Herba agris maxime inimica.

*Ille mansuescit aratro*] Perseuerat in eadem allegoria. Nulla forcipe tanquam aratro penitus & radicitus euellitur. \*

*Mansuescit*] Suam feram naturam deponit, mitescit, & domatur. Et sic obscenum hunc locum tanquam infamem in hoc Poemate scopulum tandem præterueximus: Quem, ut ego explicauimus, sic etiam alii legant, non ut Italorum scelera discant, sed ut Poetam intelligant.

*Cedimus inque vicem præbemus crura sagittis*

*Viuatur hoc pacto: sic nouimus ilia subter*

*Cacum vulnus habes, sed lato baltens auro*

41

*Protegit, ut manes, da verba, & decipe nernus*

*Si potes egregium cum me vicina dicat,*

*Non credam? viso si pallas, improbe, nummo,*

*Si facis, in penem quicquid tibi venit amarum,*

*Si pateat multa cautus vibice flagellat,*

50

*Ne quicquam populo bibulas donaueris aureis.*

*Respice, quod non est, tallas sua munera cerdo.*

*Tecum habita, ut noris, quam sis tibi curia*

*supellex,*

T A B V.

## TABULA IV.

Omnes aliorum vitam & mores inquirunt. Cædimus v. 42.

Vt gladiatores accepta vulnera aureo baltheo tegunt, & occultant. v. 43. & 44. sed non possunt. Nam sibi conficii sunt, & acrios suos non decipiunt. v. 45.

Et in suos mores  
rursus aliis in-  
quendi ansam præ-  
bent. v. 42. & 43.

Hic post 20. versus  
vndecimum argu-  
mentum repetit,  
& probat illud,  
quod scilicet Nero  
se non cognoscat,  
idque probat ex  
adiunctis Neronis  
Allegorica tali si-  
militudine decla-  
ratis.

Repetit illa  
Apodosis, &  
quæ in Dia-  
logo propo-  
sita.

Sic Alcib. vel Ne-  
ro vitia sua gene-  
ris nobilitate &  
diuitiis occultat.  
sed sibi ipsi men-  
tiri & imponere  
non potest. Hæc  
Apodosis illustra-  
tur tum quidem

Prolepsi Alcib. vel Neronis à testimo-  
nio populi. Quod populo credat, qui eum  
egregium principem censent. v. 46.

Refutatione  
ex adiunctis  
Alcib. vel  
Neronis col-  
latione dif-  
similium  
amplificatis  
hoc modo.

Nero in sua conscientia  
est:

Auarus v. 47.

Libidinosus v. 48.

Dirus scelerator obzra-  
tos flagellans ad Libonis  
puteal. v. 49.

Frustra ergo populo id  
neganti credit. v. 50.

Et vanas populi laudes re-  
spuit. v. 51.

Et se ex propria potius  
conscientia meretur. v. 52.  
& ultimo.

*Cædimus*] Concludit digressionem illam, quam propositionis loco posuit: & rursus idem ar-  
gumentum breuiter repetitur ex factis hominum efficiende causa illustratis. q. d. Omnes in al-  
iorum vitam & mores inquirimus, & in nostram rursus aliis inquirendi ansam præbemus: &  
ita hostes cædimus, & inuicem ab illis vulneramur, & sagittis crura præbemus. Simile est illud  
Horat. Epistola 2. lib. 2. quem locum Persius imitatus.

*Cædimur, & totidem plagis consumimur hostem.*

Est a. prouerbialis paræmia à militib. vel gladiatorib. qui cum magno impetu aduersarium in-  
vadunt, ipsi interim rursus corpus vulneribus patefaciunt, i. Calumniis aliis incessimus, & in-  
sectamur.

*Inq. Vicem.*] Et inuicem rursus vel contra.

*Præbemus crura.*] i. Nostra membra & crura nostram vitam & mores aliorum sagittis, ca-  
lumniis & maledictis feriend. & proscindenda præbemus, & exponimus Sic Horat.

*At tibi contra.*

*Euenit inquirant vitia si tua rursus & illi.*

*Viuitur hoc pacto.*] Confirmat hanc conclusionem causa efficiente, consuetudine, & institu-  
tione. Hoc pacto, modo, vel ratione viuitur vt dum nos alios reprehendimus, & culpamus, ipsi  
ab aliis reprehenduntur & culpantur.

*Sic nonemus.*] Sic didicimus viuere, vt alter alterius vitam & mores carpat, ille rursus idem ab  
altero experiat.

*Alia subier*) Reuertitur iam, q. postliminio ad vltimi argumenti adsumtionem, Quod Alcibiades vel Nero se non cognoscat, Quod allegorica similitudine declarat, desumpta à gladiatoribus. Quod Alcibiades vel Nero se non noscat, suamque turpitudinem, cum illam nobilitas & diuitiæ velaret, et abscondant, non secus ac gladiator in pugna acceptum vulnus aureo baltheo tegit, et dissimulat. tu Alcibiades vel Nero vt stultus gladiator, subterilia, in imis corporis recessibus, cæcum & occultum vulnus tibi insidiosum habes, sed baltheus & militare cingulum lato & multo auro inductum illud protegit, & occultat, & splendore suo spectantium oculos perstringens, conspici non sinit. In intimis, inquam, cordis, & animi penetralibus, & adfectibus multa scelera & flagitia, quorum tibi conscius es, recondita habes, sed illa sancto & splendido habitu, diuitiis & generis nobilitate, velas, & abscondis.

*Alia.*] Partes sunt imi ventris inter coxam & pubem positæ. hoc loco intimos illos & abditos cordis & animi recessus, sinus, adyta, & penetralia intelliguntur, per alleg. metaph. à gladiatoribus.

*Cæcum vulnus habes.*] Intelligit scelera, & flagitia, tanquam animi morsus, & vulnera, qualia tyranni dolent infelicitissimi, qui tamen in splendido illo aureo habitu aliis subditis & tyrannidis ignaris felicissimi videntur. Per cæcum vulnus autem forte respicit ad Satyræ iudicium & Alcibiadem, quod ille in animo virtutis expertus sit, nullaque prudentia Imperatoria præditus, quæ latentia vitia, & ignorantiam ille splendore generis & opibus velet et abscondat: cum interea vulgo quantius precii videatur.

*Cæcum*] Alias actiue significat hic passiuè pro eo quod videri non potest. Sic *cæci morbi*, quorum causæ ignorantur. Et Cic. Res cæcæ, & ab adspetus indicio remotæ. Sic Virg. 6. *Æneid.*

*Cæca regens filo vestigia.* —

*Idem 9.* — *Nec equi cæca condemur in alio.*

*Cæcum*] Latens, obscurum, occultum incognitum.

*Vulnus*] Proprie in corpore. Hic in Allegoria animi vulnus notatur.

*Sed lato*] militare cingulum ex corio bubulo bullis aureis late inductum, et exornatum.

*Lato auro.*] Autiptosis casus pro casu. Sic dicimus: Iuuenis summo ingenio. Per *aureum* hoc loco diuitias, nobilitates, fumosas maiorum imagines, et alia quibus potentes scelera sua occultant, intellige.

*Protegit.*] Tegit, occultat, abscondit, celat.

*Vt manus de verba*] Responderet iam illi hominum stultitiæ dicam, an malitiæ: per ironicam concessionem, q. dicat: Tu vero perge tuo auro, nobilitate et diuitiis non aliis soluta, sed tibi ipsi etiam imponere, et te integrum et sanum, cum sis ægrotus, te optimum, cum sis pessimus, venditare.

*Vt manus.*] Concessio. Vt tibi libitum & complacitum est, *Wie es dir gefest.*

*De verba.*] Non aliis solum, quod facillimum, cum te non noceant, sed tibi ipsi etiam: quod nobilib. illis & diuitibus facillimum, & se cum sint ne nauci quidem, quantius precii persuadeant. Verissimum enim illud Horat.

*Stultissimi patiuntur opes.*

*Decipe nemo*] Perstat in superiori allegoria. i. Corporis tui membra graui vulnere impedita decipe, & falle, si potes. i. cum sis flagitiosissimus te optimum & quantius precii sanctissimum vendita, si potes. Non autem potes, quia licet aliis integer & sanus appareas, tibi tamen, ob vulnus, grauissimos & acerbissimos dolores & cruciatus sentis, sic licet aliis optimus & sanctus videare, tua tamen scelera & flagitia conscientiam tuam celare non potes.

*Egregium cum me.*] Responso adolescentis Alcibiadis vel Neronis ad hæc argumenta omnia. Tu me ô Socrates vel Persi, imperio inutilem & ineptum dicis. At contra vauersas Atheniensis vel Romanus populus me egregium & eximium Imperatorem esse adfirmat. An nos iustus tot hominibus adfirmantibus, quam tibi vni & soli neganti credant.

*Egregium.*] Eximium Imp. Metaph. à tauris ad sacrificium delectis, qui è toto grege delecti vel exempti, egregii vel eximii dicebantur. Virg. 4. *Georg.*

*Quattuor eximios præstanti corpore tantes*

*Mactas.*

*Picini*

*Vicina.] Metaph. Adi. Subi. pro omnibus vicinis. i. vniuersus populus & ciues.*

*Non credam.]* Famæ scilicet hominum de me. Quis adeo stupidus, qui tot hominum testimonio non acquiescat: Quis vero adeo stolidus, qui vni potius, quam tot hominibus credere malit? Notat iuuenem Alcibiadem vel Neronem totum ab aura populari dependentem. Nec iuuenes id solum faciunt, sed etiam seniores. Omnes enim famam, pauci conscientiam curant. Et quæ tamen omni testimonio certior, omni iudicio rigidior, omni tormento crudelior, immittior, immanior. Hæc enim sibi ipsi si rea sit, & testis, & accusator, & iudex est. Salutare ergo illud, & omnium pectori inscribendum Ausoni.

*Turpe quid ausonum te sine teste timo.*

*Vise si palles improbe, nummo.]* Respondet iam Socrates vel Persius, & refutat hanc obiectionem, vel hanc hominum famam, & multitudinis testimonium. Et docet conscientiam suam, quam alienæ famæ potius credendum esse: Refutat autem ex adiunctis Neronis vel Alcibiadis, vel cuiusvis alius (nam hæc vltima non ad Neronem solum, sed in genere ad quosvis dicta censeri possunt) collatione dissimilium amplificatis: Si Alcibiades in sua sibi conscientia est auarus, libidinosus, inhumans fornicator, frustra populo hæc neganti credit. Sed verum prius. Ergo.

*Vise.]* Sic in superioris Satyræ calce itidem dixit:

*Visa est si forte pecunia.*

*Si palles.]* Nimio autem amore & desiderio homines pallefcere superius aliquoties dictum.

*Palles.]* Numi desiderio. Si homo fordidus sis & auarus,

*Auarus.]* Ab auido derivatur.

*Improbe.]* Hæc illius vulgi testimonio, quod eum egregium adseuebat, opponitur. Contra-ria enim sapientum & multitudinis vox.

*Et egregie Socrates τὸ πρὸς τοῖς θεοῖς ἐστὶν ἄκατον, τοῖς ὀφείσιν ἀμπισκεῖται, ἰσθί.*

*Si fucus.]* Id est, Si Cinædus, & draucus es turpissimus & libidinosissimus, & libidini tuæ morem generis, & diffusissime frenâ laxas, & quicquid tandem libido tibi imperat, illud facis, & exsequeris.

*In penem.]* Quicquid tibi in illam partem, quæ honeste nominari non potest, amaræ, & moleste titillationis incidit.

*Amarum.]* Tentigine, pruriginetantum vrtica, & scabie vrentes, prurientem & submoleste titillantem. Dicit Aristoteles multas voluptates à molestiæ impulsu oriri, ut delicias veneris, ad quas dolor ille, qui libidinosos sua tentigine, titillatione, & pruritu tantquam vrtica vrit, præcipites pellit. Sic Sat. vlt. dicit:

*Cum morosis vago.*

*Si puteal.]* Si perditus es fornicator, & obzatos debitoresque ad puteal, ad quem locum tu & tui similes scelerati & infames fornicatores conueniunt multi vibice concutis & inhumana ac immani usura premis.

*Cautus.]* Acutus, & callidus, cui debitor non facile imponat.

*Puteal.]* Meton. 3. generis subiecti pro adiuncto, pro debitoribus qui ad fornicatores ad puteal, vel fornicatoribus, qui ad puteal conueniebant, quod locus erat Romæ, ut ait Varro, in porta Basilica, iuncta curiæ hostiliæ, non procul ab arcu Fabiano, in quo prætorius dicebat. In hoc loco fornicatores conueniebant. Erat & puteal putei umbella vel operculum. Horat.

*Forum putealg, Libonis. Mandabo sicca.*

*Eralibi:]*

*Rosim orabat sibi adesse ad puteal cras.*

*Et Ouid.*

*Si puteal, Ianumq, times, celere seq, Calendar.*

*Multa Gibice.]* i. in debitorum obzatorum bonis & fortunis eiusmodi cicatrices, & vulnorum vestigia relinquis, quæ non facile postea integritati queant restitui. Est enim proprie vibex cicatrix & vestigium, quod relinquit scutica.

*Flagellat.]* Metaph. sic Mart.

*Et enim multas arca flagellat opes*

*Nequidquam.*] Protasis fuit, Antapodosis sequitur. i. Si auarus, libidinosus & feceratos, & frustra populo id neganti fidem adhibueris, eiusque de te sermones, & laudes libens audieris.

*Populo*] Falsas tuas laudes prædicanti.

*Bubulus*] Auidas, sibi uidas. Metaph. quæ ut spongia laudes sitiant & auide imbibant.

*Donaueris*] Exhibueris, porrexeris.

*Respice quod non est*] Clauditi iam Satyram Epiphonemate prouerbiali. i. quicquid fama hominum & populus de te loquitur & sentit, & quicquid tu nō es, nec in te habes, nec agnoscis: illud respice, & repndia, nec pro tuo agnosce.

*Respice*] Metaph. ab ingratis tibi, quos ore respicimus, i. reice, aspernare. Monet ad sententiæ non credendum esse. Alii legunt *respice*, sed minus bene.

*Tollas sua munera cerdo.*] Egregia searcentia. i. Sordidi illi, & viles de plebe opifices, vel populus sua munera, suas vanas virtutum tuarum laudes, & quicquid tibi attribuit, & tu non habes, tollat, auferat, & quod dedit recipiat.

*Sua munera*] Falsa iudicia, elogia, encomia, quibus te immerentem donauit.

Nempe. — *qui stultus honorem*

*Sapo dat indignus & fama seruit ineptus.*

*Cerdo*] Proprie artifex sordidus, qui omnibus rationibus lucrum quærit, *δὲν τὸν κέρδης*. Hic pro vili plebecula ponitur.

*Tecum habita*] Egregia & Persio digna sententia, & quam integris voluminibus vix aliquis satis vel explicarit, vel laudarit, quia illud pro foribus templi Delphici aureis literis scriptum, *ΓΝΟΘΙ* CEAYTON commendatur. Sic Sat. 1.

*Nec te quasi fueris extra.*

Et superius:

*Vt nemo in sese tentat descendere.*

Et Sat. 6.

*Messe tempe propria viue.*

Et Horat.

*Metiri se quemq, suo modulo ac pede.*

Et Cic. 3. Tusc.

*Tuo tibi iudicio est vitandum.* Atqui magna pars mortalium pendet ex alienis iudiciis.

alienis iudiciis.

Est autem prouerbiū translātum ab illis qui in familiis & aulis principum degunt, qui ut vulgo sit ex alienis opibus perinde ut suis intumescant: quibus si domi viuendum sit vix salinum habeant, quod apponant: iubet ergo illos, ut secum habitent, & suam paupertatem discant & cristas ex aliena opulencia erectas deprimant. Sensus est: Tuam propriam domunculam tuum animi domicilium ingredi, & tecum in tua anima & conscientia (non autem in aliena domo, in fama & opinione hominum: quæ est extra te, & in vulgo) habita. Et tunc demum cognosceris, & deprehenderis quanta in domo conscientie tue virtutum tuarum tenuis, & curta & supellex, quanta sapientie & prudentie inopia, quanta recte factorum paupertas, quanta vere laudis penuria. q. d. Quæ si Alcibiades vel Nero dexte tecum confideres, & te ipsum didiceris, & cognosceris, humeros tuos nimirum illis rebus longissime impares deprehendes, quibus iam tanta animi concitatione temere manus admoliris,

*Curta*] Metaph. ab angusta re familiari, ad inopiam virtutum.

*Finis Satyræ quarta*

## IN SATYRAM V.

## Argumentum.



*Hinc* Vitis Saturæ duæ sunt partes: Prior Encomiastica, qua Cornuti præceptoris Persi Encomia continentur, & beneficia recensentur: Altera Satyrica, & Philosophica, qua captata ex elogio Cornuti occasione de vera seruitute, & libertate ex sententia Stoicorum egregie disputat, & demonstrat omnes stultos seruos esse, omnes sapientes liberos.

## ANALYSIS SATYRÆ V.

Vt Poetæ ceterum ora & linguas sibi exoptant, Tragœdiam siue Epicum carmen & bellum scripturi, versib. 1. 2. 3. & 4.

Exordium  
quo ceterum  
linguas sibi  
dari postu-  
lat, vt præ-  
ceptoris sui  
laudes que-  
at exprime-  
re. Argumē-  
tum est à  
loco simili-  
um tale.

Prior Enco-  
miastica  
qua Cornu-  
tū præcepto-  
rem suum  
laudat, Cu-  
ius duæ iti-  
dem sunt  
partes, nēpe

Saturæ  
quintæ  
duæ  
sunt  
partes.

Posterior  
philosophi-  
ca. Vide ta-  
bulam se-  
quentem.

Narratio  
vide tabu-  
lam 3.

Sicetiam e-  
go tot lin-  
guas & ora  
mihī expe-  
to, vers. 16. &  
seq. Hæc A-  
podosis con-  
stat duabus  
partibus.

Obiectione  
Cornuti ex  
dissimilibus  
tali.

Qui turgidas Tragœdias  
scribunt, de Procne & Thy-  
estæ à Glycone Tragœdo  
recitandas, illi fumo illa  
figmentarum & verbo-  
rum ex Helicone sibi colli-  
gant, & centum voces expo-  
scent v. 7. 8. & 9.

Tu au-  
tē Persi  
talia  
nō scri-  
bis. Pro-  
bat id  
alio dis-  
simili  
hoc  
modo:  
Tu enim nō scri-  
bis ad ostentatio-  
nē quæ plenis buc-  
cis tanquā folli-  
bis exprimas. v. 10. 11.  
Nec murmurādo  
magna & subli-  
mia tecum rumi-  
naris. v. 12. 13.  
sed verbis togatis  
& vulgari-  
bus scribis  
ingenuosam &  
mores prauos de-  
center reprehēdis  
v. 14. 15. 16.

Ergo turgidi carminis ma-  
teriam non debes tractare  
cui centum linguis opus sit  
v. 5. 6. Repetitur hæc con-  
clusio v. 17. per dissimilitu-  
dinem. Togatas tātum sa-  
tyras scribe & regū pran-  
dia Tragica Mycenis relin-  
que v. 17. & 18.

Solutione  
ex diuers. vi-  
de sequentē.

Rrrr 3

*Vatibus hic mos est, centum sibi poscere voces,  
 Centum ora, & linguas optare in carmina centum,  
 Fabula seu mœsto ponatur hianda tragædo,  
 Vulnera seu Parthi ducentis ab inguine ferrum,  
 Quorsum hæc aut quantas robusti carminis offas  
 Ingeris, ut par sit centeno gutture niti.  
 Grande locuturi nebulas Helicone legunt.  
 Si quibus aut Procnæ, aut si quibus oua Thyestæ  
 Fernebit, sæpe insulso cenanda Glyconi.  
 Tu neq. anhelanti, coquitur dum massa camino,  
 Folle premis ventos: nec clauso murmure rancus  
 Nescio quid tecum graue cornicaris inepte:  
 Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas,  
 Verba toge sequeris, inuictura callidus acri  
 Ore teris, modico pallenteis radere mores  
 Doctus, & ingenio culpam defigere ludo,  
 Hinc trahere, qua dicas, mensamq. relinque Mycenis  
 Cum capite, & pedibus plebeiaq. prandia noris.*

*Vatibus hic mos est*] Exorditur ab obliquo aliquo voto per similitudinem, quæ hæc est. Vt Poetæ res grandes scripturi centum ora, linguas & voces sibi dari postulant, & ego mihi ut præceptoris mei elogia digne describam, & amorem meum declarero.

*Vatibus*] Sensus est. Vt Poetis Tragicis vel Epicis vîrara consuetudine receptum est, ut centum linguas, ora & voces grandi & sublimi carmini suffe&uras sibi exposcant, vel exoptent, ut Tragicus lamenabilem aliquem regis vel herois casum, Epicus cruentum aliquod bellum, vel eladem Parthicam, aliosq. formidabiles bellorum exitus digne describant: Idem mihi iam vîu venit.

*Vatibus*] Poetis Epicis & Tragicis.

*Centum voces*] Sic Ouid. 2. Fast.

*Nunc mihi mille sonos, quaq. est memorandus Achilles  
 Vellem Mæonide pectus inesse tuum.*

*Centum linguas*] Sic Virg. Æn. 6.

*Non mihi si lingua centum sint, oraq. centum.*

*In carmina*] Grandia & sublimia condenda, quibus sublimis materia digne exprimitur.

*Centum*] Epanodos. Fecit autem hoc Orpheus Homerus, Ennius, Virg. in Georg. & alii cōplures,

*Fabula*.] i. Tragædia. Comœdia enim cum Tragædia vno nomine fabula appellatur. Sensus est. Siue carmen Tragicum siue Heroicam condituri sint, centum ora, linguas, & voces sibi exposcant, vel siue Tragædiam, siue bellum descripturi sint. Ponatur. Scribatur. Sic Sat. 1.

— Nec ponere lucrum

*Artifices.*

Et Horat.

— Solers nunc hominem ponere nunc Deum.

Et idem.

*Scriptor honoratur si forte reponis Achillem.*

*Hianda.*] Magno spiritu & grandi hiatu pronuncianda. Metaph. à vocis magnitudine, & oris diductione. Ita dicit propter magni & grandiloquentiam, quia Tragedia constat alioquo stylo, ut comœdia humili. Sic Iuv. Sat. 6. in fine.

*Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu.*

*Hianda.*] Grandia, tumida & sublimia & sesquipedalia verba maioribus lateribus, maiore vocis contentione pronunciare.

*Hia*] Os diduco, & spiritum emitto. Quæ pulmo animæ & prælargus anhelat.

*Mæstu*] Ad naturam Tragediæ respicit, cuius cum luctuosus sit exitus, Tragedus, quoque mœstus ac tristis, pro ratione ac conditione personæ inducitur. Quia nimirum mœstum aliquem & miserabilem euentum, ut materia, quam tractat requirit, exprimit.

*Tragedo*] Qui alicuius mœsti personam repræsentat.

*Tragedo.*] Tragedi actores sunt, Tragicæ scriptores Tragediarum, i. siue Tragicæ auctori Tragedia aliqua scribatur, quam postea mœstus Tragedus actor agat & repræsentet.

*Vulnera*] Quæ aut ipse accepit, aut aliis intulit.

*Vulnera (sive Parthi)*] i. seu ponantur vel describantur vulnera Parthorum, vel cruenta bella cū Parthis, qui etiam letifera tela, ab inguine educunt, & fugientes in hostem retorquent. Intelligit de Epicis & Heroicis, qui bella & res gestas regum describunt.

*Vulnera.*] Meton. quarti modi, pro bello, in quo vulnera infliguntur.

*Parthi*] Ferocissimi in Oriente populi à Scythiis oriundi, qui Crassos patrem cum filio, & vniuerso exercitu trucidarunt. Ab Augusto demum deuicti. In quo bello describendo multi procul dubio intenti fuisse, & musarum auxilia, & centum ora & linguas ad virtutem Cæsaris explicandam sibi optarunt. Est autem æmulatio Horat.

*Aut labentis equo describis Vulnera Parthi.*

Et alibi.

— *Et fracta perennitè cuspide Galli.*

*Ducentis.*] i. Extrahentis ab inguine percusso.

*Ferrum*] Pro sagittis ferreis Synecdoche. Quibus excellunt Parthi, & non minorem mactantes, quam fugientes hosti vim inferunt. Virg. 3. Georg.

*Fidenterq; fuga Parthum. Versisq; sagittis.*

Iam *non videtur* subintellige. Idem (quod grandibus illis Tragicis & Epicis) mihi Persio iam vsu venit.

*Quorsum hæc*] Prolepsis per Prosopopœiam Cornuti. Occupat enim illa, quæ Cornutus contra hoc votum obiecturus erat, ex dissimilib. Sensus. Quid tibi vult hoc Tragicum, & grande carminis initium? Et quorsum hæc tua vota, quibus tot ora, linguas, & voces, & tantas offas, globos, tumores, & ampullas robusti & grandis carminis tibi expetis; cum tu non fabulas & turgida poemata, sed placida ac Philosophica tractes. Miratur enim Cornutus, cum humilem tantum Saturam Persius conscribat, quod tanquam Epica & Tragica tractaturus tot ora & linguas sibi exoptet.

*Quorsum hæc.*] Subaudi: dicis, aut vota tua.

*Quantas offas.*] i. tumores, globos, ampullas. Dicitur in viruperationem operis, quod nimium turgescat, & tumeat. Quidquid enim intumescit, offa dicitur. Respicit autem ad illud superius. Centum ora, quæ tantis offis quasi impleantur. Alii offas explicant alimenta, & auxilia ad sublime carmen condendum.

*Robusti carminis.*] Metaph. Epicæ nimirum & Heroicæ. Sic Horat. *Forte epos dixit.*

*Ingers*] infers, paras, aggregas.

*Vi par sit*] Vi æquum, & necessarium sit te centum linguis, oribus, vocibus niti, & adiuuari.

*Grande locuturi*] Protasis dissimilitudinis Ironica promissione illustrato. Sensus est. Quicquid grande, tumidum, & inflatum poema Tragicum, ut Proenes & Phœstæ cœnam, aut Epicum locuturi aut scripturi sunt poetæ, illi demum in monte Helicone, sacris sacro, vanos spiritus, nebulas, fumos, augas, & inania poetarum signæta fumis & nebulis similia, legunt, & captant.

*Grande.*] Sic Horat. — *Osi magna somaturum.* dixit.



Et Sat. 1.

*Scribimus inclusi—Grande aliquid.*

*Nebulae*] Non Musas intelligit, sed inania & ungacia Poetarum figmenta fumis & nebulae similia intelligit, quae postea fumum vocat, cum dicit: *Dare pondus idonea fumo.*

*Helicone*] De hoc Boeotiae monte dictum in Prologo.

*Legunt*] Caprent, quaerant, colligant, aucupentur.

*Si quibus*] Sensus est: Si cui Tragedia Procnes aut Thyestes describenda sit, quam Glycon Tragedus in theatro agat.

*Procnes*] Nota fabula ex 6. Metam. Illa ut vim Philomelae sorori a Tereo marito turpiter illatam vindicaret, filium suum Ityum vel Itylum coctum patri in cibum apposuit. Quam Procne maritus Tereus cum scelere cognito districto ense persequeretur Tereus in Vpupam. Procne in hirundinem, Philomela in luleciam, Ity in Phasianum transmutati.

*Thyestes*] Nota & haec fabula. Thyestes Pelopis ex Hippodamia filius, Europam fratris Atrei uxorem adulterio polluit, in cuius sceleris vindictam Atreus fratrem non solum regno expulit, sed etiam ficta reconciliatione revocato Tantalum filium coctum patri apposuit, & cruorem vino mixtum in potum, quo scelere Sol expuluit, & a Mycenis fugit. Vide Senecae Tragediam.

*Olla*] Cibus in olla coctus, & appositus. Meton. subiect. pro adiuncto. i. Filii Thyestes, Tantalus, Phisthenes, in olla decocti, vel nefandum illud prandium animi concitatione, & feruore velit describere.]

*Fervebit*] Intumescet, ebulliet. Perfigit in Allegoria, quia illa dixit, illa feruebit. Fabula de Ity, & de Phisthene decoctis maxima animi concitatione describenda est.

*Saepe insulso*] Perseuerat in Allegoria. Qualis feruens, intumescens & ebulliens olla insulso illi Tragedo Glyconi saepe coenanda est: Id est, qualis fabula Tragica turgidis, & tumidis verbis explicata Glyconi saepe agenda & representanda est.

*Glycon*] Pantomimus vel Tragedus Neronis tempore, qui sine iocis, & moribus insulsus fuit. *Insulso*] Et hoc Epitheto ad ollam respicit. Insulsus enim proprie cibus, qui falsus vel salius non est. Per Metaph. pro insipido & fatuo. Obiter Glyconem notat, quod Satyricis vitiosissimum.

*Tu neq. anhelanti*] Antapodosis dissimilitudinis, quae alio dissimili explicatur. i. Tu materis mediocres tantum conscribis, nec cum scribis inflas te ut tollem. Sensus est: Tu autem, o Pers. Tragico illo turgido & vegrandi scriptio genere non vteris, nec ore, & buccis tuis tanquam anhelanti, & saepe respiranti folle (dum inter fabricandum massa ferri in camino coquitur, ut rotos premis, & magis laterum viribus attrahis, & reunitis.

*Anhelanti*] Respiranti, & saepe laboranti. Quod pulmo anima prae se agit anhelans. Imitatur hic Horat. lib. 1. Ser. 4.

*At tu conclusas hircinis folibus aurae  
Ut manusq. laborantes, dum ferrum mollescit ignis,  
Ut manus imitare.*

Et alibi

Tumidus infla sermonibus streps

*Anhele*] Ab αἶα & ἄλσ,  
re spiro.

Porro anhelanti ad folle referendum, quod illa crebris singulibus ventum spiret.

*Cogitur*] Allegoria a ferrarii fabri officina, in qua ferri massa agitatione folium ignescit, & emollitur. Non scribis Tragediam, cuius pronuntiatio multum spiritus requirit.

*Ventos premis*] Ventosum, inflatum & turgidum carmen tumido ore pronunciat.

*Nec clauso*] i. non more illorum, qui grandia, & sublimia scribere moliantur, dum attente illa tecum facile meditaris, clauso & confuso murmure, & absorta voce tacitas; nescio quid graue, sublime, & magnificentum tecum cornicaris, & inepto stridore submurmuras. Graphice illes depingit, qui Poemata grandia moliantur. Interim enim dum cogitant non cogitantes, & imprudentes raucum sonum & strepitum inepta voce edunt, quod hoc loco inepte cornicari vocat. (Morem aliorum meditantium exprimit.)

*Clausum murmure*] Rauco, confuso & absorto sono. Sic Sat. 3.

Mantua.

*Murmura cum secum. Et rabiosa silentia rodunt.*

*Murmura.*] Voce enim submissiore, & depresso utuntur. Obtrusa, compressa, & impedita voce.  
*Grave.*] Sublime, vegrande, tumidum, magnificum, ingentis molis & ponderis, ut Tragicorum meditata.

*Cornicularis.*] Garris, & cornicum more voce sine mente q. obstrepis, & obmurmuras. Metaph. à cornicibus, quæ quasi strangulatam vocem emittunt.

*Incepto.*] Adverbialiter, non vocandi casu. Tunc enim contumelia Persium adficeret, quem postea laudat.

*Nec scloppo.*] Nec inter recitandum inflatas, turgidas, & tumidas buccas quasi scloppo violentiore spiritus cum sonitu elisione, rumpe re studes, & intendis. Est autem *scloppus* sonitus ex buccarum inflatione erumpens. Metaph. à pueris, qui buccas inflatas subito apernunt, & totum simul flammam cum sonitu fundunt.

*Tumidas.*] Ventosis & inanibus verbis.

*Incedis.*] Proponis. Tractū à sagittariis, qui arcum alicubi intendunt. Non talia scribis, quæ ventosis & inanibus verbis inflata sunt.

*Verba toga sequeris.*] Antapodosis secundæ dissimilitudinis. Tu non sublimia & grandia Tragicorum tractas, sed materias humiles, urbanas & populares. Sensus est: Sed tu, ô Persi, vegrandia illa & tumida, vanorum Poetarum adspernaris & auersaris, & verba togæ, quibus in communi, populari, & quotidiano vivitur, iunctura & compositione versuum acri, accurata, & venusta sequeris & imitaris.

*Verba toga.*] Est descriptio Satyræ, & styli Persiani. *Verba toga.* Paci convenientia, non bellicorum formidabiles euentus. Sed populari & togato sermone humilem Satyræ. *Verba toga* dicit, vel quia toga bello, paludamento, & sago militari opponitur. Cic.

*Cedant arma toga.*

*Mart.* *Clarum militia Fronto togæ, decus.*

Veita tollat descriptionem bellorum, vel, quod plebeiorem toga sit, & prætextæ quæ magistratum est, opponitur. ut ita intelligat verba popularia, & exilia. Est autem *toga* pallium purum, forma rotunda, fusiore & ioundante sinu: cuius iusta mensura 6. vlnas habebat. Quæ sub dextro veniens, super sinistrum humerum imponebatur.

*Callidus.*] Acutus, ingeniosus. Epitheton Persi ex merito debitum.

*Iunctura acri.*] Allegoria à marmorariis qualis fuit Satyra 1.

— *Es per laus severus*

*Effundat iunctura Engues.*

*Oreteris modico.*] Verba togæ scilicet quæ acri iunctura sequeris, & modico ore teris. i. nō plenis & nimis inflatis buccis, sed ore modesto, non nimis conceitato, & turgido sermone.

*Teris.*] Expolis. Sumtum à fabris, qui lima aliquid atterunt.

*Pallenses radere mores doctum.*] Descriptio Satyrici. Mire aptavit stilum, nam superiora tanquam de Tragicis & Epicis grandia tangebant: hæc iam humiliora, ut in Satyris dicit. Sensus est, Tu Persi didicisti Satyræ scribere, & doctus es, virtutem & sapientiam, eiusque maiestatem commendare, & mores hominum pranos & viciosos ob culpam, & malam conscientiam pallescentes & trepidantes radere, mordere & infectari.

*Pallentes.*] Viciosos, & ægros, & parum candidos. Vel per meton. effecti posuit. Quod vitium hominem cogant pallescere. Sic Horat.

*Nil conficere sibi, nulla pallescere culpa.*

Et Iuvenal. Satyr. 1.

*Ense Gelus stricto quoties Lucilius ardens  
 Infrennis rubet auditor cui frigida mens est.  
 Criminibus tacita sudant præcordia culpa.*

Quod homines vitiis conscientia expallescant.

*Radere.*] Perfringere, notare. Sic Sat. 1.

*Sed quid opus teneras mordaci radere ferro.*

*Doctum.*] Vaser, ingeniosus.

*Et ingenuus.*] Sensus est, aliorum culpam, crimina, & peccata, non petulantur & rustice, sed ingenuo, liberali & urbano ioco & salibus Satyricis decore desigere, & notare. Docet autē quod Satyræ suæ aliquid habeant amaritudinis, & aliquid etiam ingenui ioci.

*Ingenuus.*] Liberali carmine, & Satyra non nimis petulanti, non rustice & procaciter.

*Desigere.*] Notare, vel potius ferire, & transfodere.

*Hinc trabe qua dicas.*] Illustratio eiusdē antapodoseos ex dissimili. Hinc ex corruptis & deprauatis hominum moribus tuæ Satyræ conuenientia deproinet: & illas tragicas materias, conuuiam, conuiuia & mensas Thyestæas & Procnes, cum capite & pedibus aliis grandibus & tumidis Poetis relinque.

*Hinc.*] Ex verbis tenuibus & humilibus, vel vitiosis hominum moribus, vel hinc ex ludiberali, & Satyra.

*Trabe qua dicas.*] Desume tibi, quibus ingenii vires Satyræ scribendo exerceas.

*Mensamq; relinque Mycenæ.*] Thyestæam nempe. i. Tragediam quæ describit mensam in qua caput & pedes, & reliqua membra filiorum, patri Thyestæ in cibum apposita fuerunt. Est meton. subiect. pro adiuncto, pro conuiuio cruentis & sanguinolentis.

*Mycenæ.*] in ciuitate Laconiz, ubi Atreus Thyestæ fratri, filium epulandum patri apposuit. Vt Athenis. Mycenæ Agamemnonis patria, vnde Virg. 6. *Æneid.*

— *Agamemnoniamq; Mycenæ.*

*Cum capite.*] Plüthænis & aliorum filiorum, quæ Atreus reseruata fratri Thyestæ perstendit, vt disceret, quid comedisset.

*Plebeiaq; prandia.*] Materias humiles non altoquas & regales. Perfitit in allegoria, q. d. Tu prandia plebeia appara, & tragica illa conuiuia Mycenæ regibus & principibus relinque & rehumiliores & plebeias appara.

*Plebeia.*] Quidquid ad vitam communem, & populum emendandum spectat.

*Plebeia.*] Non regalia, in quibus carnes humanæ apponuntur, scoptice & Satyrico.

*Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis*

*Pagina turgescat, dare pondus idonea fumo.*

*Secreti laquimur: tibi nunc hortante Camænâ,*

*Excutienda damni præcordia, quantaq; nostræ*

*Parstua sit Cornute anima, tibi dulcis amice,*

*Ostendisse inuat: pulsa, dignoscere cautus,*

*Quid solidum crepet, & pictæ testoria lingua.*

*Hic ego centenas ausim deposcere voces,*

*Vt, quantum mihi te sinuoso in pectore fixi,*

*Voce traham pura, totumq; hoc verba resignent,*

*Quod latet arcana non enarrabile fibrâ.*

T A B I.

## TABULA II.

Non ego turgidum aliquod Poema de rebus vanis scribere  
mibi propono, vers. 19. 20.

Solutio est, quæ con- stat tum quidem	Argu- men- to ex di- versis hoc modo;	Sed volo amo- rem meum er- ga te declara- re, v. 22. 23. 24. Hanc a- podosis tum quidem	Illustrat causa efficiens Musa scilicet, quæ ad hoc ipsum Persium exhortetur, v. 21.
			Declarat testimonio Cornuti, quem aspe- rari hoc ipsum iubet, v. 24. Confirmat idem adiunctis Cornuti, qui in- ter simulata & vera facile possit distin- guere, v. 24. 25.
			Repetitione apodosis contrariis illustrata, v. 26. quod ob id centum voces sibi exoptet, ut amorem suum erga præceptorem ex opere in apertum possit producere, v. 27. 28. 29.

*Non equidem hoc studeo.*] Responder Persius iam ad Cornuti sui præceptoris obiectionem, ubi sui voti consilium & finem aperit, argumento à dissimilibus protasis præcedit. Non hoc ago, ut centum ora, linguas, & voces nactus, grandia, & sublimia deliramenta Poetarum describam. Quod non sibi centum voces, & ora dari postulet, ut vana Tragica poemata conscribat, sed ut animum suum erga præceptorem oratione explicet, & declaret.

*Bullat ut mihi nugæ.*] Inflat, turgidis, & leuissimo ventoplenis. Tractum à bullis aquarum, quæ quidem speciolæ, sed quibus nihil vanius.

*Bullat*] in modum bullæ inflatis, & turgidis.

*Bullat* igitur *nugæ* proverbi, pro inani perstreptentium vocum congerie, ubi nihil solidioris sententiae sibi best.

*Pagina turgescat.*] Carmen vel versus, meton. ab subiecto pro adiuncto.

*Dare pondus idonca fumo.*] i. Qui versus vel carmina dignitatem aliquam & pondus addant nugacibus illis Poetarum figmentis, nebulis & fumo. Quæ pagina fumum & res leues & vanas extollat, & vilissimas pro ponderosissimis commendat. Qualia Sat. 1.

## Terna Mimalloneis.

Alii explicant, quæ digna sit incendio, vel Vulcano. Sed hoc longius petitur & vanius.

*Pagina.*] Apprendo, quod in illa versus, vel alia pagantur. Ut de re vana & inani grave carmen conscribam.

*Secreti loquimur.*] Sequitur iam ratio Protaseos ex dissimili. Hæc non omnibus, sed tibi dico. Ne scilicet quis existimet me aliquid auribus tuis datum, & te coram aliis laudaturum, quod adulacionis speciem haberet.

*Secreti.*] Sine arbitris.

*Tibi nunc hortante Camena.*] Antapodosis dissimilitudinis efficiente causa illustrata. Sensus est: Intima pectoris mei penetralia tibi, ô Cornute, idque Musa exhortante & instigante, nunc excutienda & exploranda exhibeo, moque tibi totum pando & aperio.

*Camena.*] Musa, quasi castæ mentis præfides. Festus.

*Excutienda.*] Examinanda, inspicienda, metaph. à rebus corporis.

*Excute.*] Curtiose inquirere, & scrutari. *Præcordia* met. tertii generis pro animo.

*Quantas, nostra.*] Quantum ego tuus sim, ut demonstrem, huc mihi tot ora, tot voces & linguas exopto. Secundum Pythagoram dixit, qui dixit dimidiam animæ suæ partem amicum esse. Horat.

*Et servet anima diquidum mea.*

Et Ovidius de Oreste & Pilade.

*Qui duo corporibus, mentibus unum erant.*

*Cornuæ.]* Fuit Philosophus Stoicus, Persi præceptor, quarto post Persi mortem anno 1. Neroe in exilium pulsus. Auctor Euseb.

*Ostendisse iunior.]* Quam vere amice erga te adfectus sim.

*Pulsæ, dignoscere cautus.]* Declarat vterius singulare suum in Cornutum præceptorem studium & amorem, idque testimonio Cornuti confirmat, quem experiri iubet. q. d. Si minus hæc credis, tantum fac modo periculum, & explora, qui satis doctus es, fictum amicam à vero discernere, & possis dignoscere inter illud quod solidum crepat, & inter pictæ, simulatæ, falsæ & adulatriciæ lingue, rectoria, & figmenta.

*Pulsæ.]* Allegoria ab illis, qui uanitu & pulsæ fictitium integritatem explorant. Sic Sat. 3.

— Sonat vitium, percussa maligna.

*Respondet Viridis non coctæ fidelis limo.*

*Dignoscere cautus.]* Satis doctus, & peritus dignoscere, & discernere.

*Solidum.]* Quid candidum, integrum & sincerum sonet. Fictitium enim sonus si rimosa finis sardus & raucus: fin sincera acutus.

*Expicta.]* Altera allegoria ab expolitionibus parietum, quibus opus rectorium ad ornamentum illinitur.

*Rectoria.* Incrustationes, cum veteres rectorio iniectione, & adhibita noua incrustatione noui videntur. Sic Iuuenal. de mulierum furo, Sat. 6.

*Tandem aperis Gulsum, & rectoria prima reponis.*

*Rectoria.]* Tegumenta, & fucati colores.

*Hic ego contemni.]* Finis & consilium voti hic exprimitur. Ut nimirum, quanto amore inimico præceptorem suum prosequatur, pura & non fucata oratione, eloqui & proferre possit. Est autem mira amoris explicatio ex hyperbolica petitione.

*Hic.]* Ob hoc, vel in hoc, vel ob hanc causam, non ut ventosas nugæ conscribam.

*Ut quantum mihi te.]* Sinuoso, multiplicibus uerdis anfractibus, & penitissimis flexibus, & latebris.

*Fixi.]* recondidi.

*Fixi.]* Firmiter nunquam inde extirpandum inferui.

*Voce traham pura.]* Candida, sincera. Respicit ad illud superius pictæ rectoria linguae.

*Totumq; hoc Verba.]* i. Vniuersum hoc quantum est. Verba quæ animi mei characterem esse volo, ut cum animo consentiant.

*Resignans.]* Aperiant, exopto in apertum proferant. *Resignare,* proprie est signum aperire.

*Quod.]* in arcanis cordis mei penetralibus, & iecoris fibris, latet, & absconditum est: quoniam id nulla orationis vis, nulla dicendi copia possit exprimere, & enarrare. Quocirca non enarrabile dicit, magnitudinem amoris exprimens.

*Arcana fibra.]* Nam in iecore, vnde fibræ hominum, sensus collocatos crediderunt, ut superioris dictum aliquoties. Hucusque præfatio & quasi præfatio.

30 Cum primum panido custos mihi purpura cessis,

Bullæq; succinctis laribus donata pependis:

Cum blandi comites, totaq; impune Subura

Permisisse sparsisse oculos iam candidus umbo:

Cumq; iter ambiguum est, & vite nescius error

35 Deducit trepidas ramosa in compita menteis,

Me tibi suppositus teneros tu suscipis annos

Socratico, Cornute, sinu. tunc fallere sollers:

Apposita inortos ostendit regula mores;

Et premittitur ratione animus, vinciq; laboras,  
 Artificemq; tuo ducis sub pollice vultum.  
 Tecum etenim longos memini consumere soles,  
 Et tecum primas epulis decerpere noctes.  
 Vnum opus, & requiem pariter disponimus ambo,  
 Atque verocunda laxamus seria mensa.  
 Non equidem hoc dubites, amborum federe certo  
 Consentire dies, & ab uno fidere duci:  
 Nostra vel equalis suspendit tempora libra:  
 Parca tenax veri, seu nata fidelibus hora,  
 Diuidis in geminos concordia fata duorum,  
 Saturnumq; grauem nostro Ioue frangimus una,  
 Nescio, quod certe est, quod me tibi temperat astrum.

## TABULA III.

Narratio laudes  
 Cornuti continet,  
 & causas amoris Persii et  
 qd præceptorē à  
 factis Cornuti,  
 tum quod

Persium instituerit, & in  
 formauerit, ubi de-  
 scribitur tum qui-  
 dem

Persius variis  
 adiunctis  
 pubertatis  
 vt sunt

Doctrina qua Persius à Cornuto paterno animo  
 imbutus sit, Socratica v. 36. 37.

Disciplina  
 quæ con-  
 stat, tum  
 quidem

Paudus sub præceptore, v. 30.  
 Prætextam deposuit, v. 30.  
 Bullam laribus suspendit, v. 31.  
 Laxior disciplina, v. 32.  
 Liberior deambulatio, v. 33.  
 Cum dubius & incertus in bi-  
 uio vitæ humanæ positus es-  
 set, v. 34. 35.

Regulis vitæ humanæ monstrantib.  
 quæ rectæ, quæ curuæ sint, & fal-  
 lant, v. 37. 38.

Ratione & sapientia, quæ affectus a-  
 nimi domat & vincit, v. 39.

Eosq; artificiose ad rectum confor-  
 mat, v. 40.

Conuictu, quod die & nocte ipsi ad-  
 fuerit, v. 41. 42.

Concordia & similitudine volunta-  
 tum vtriusque, v. 43.

Familiaritate in iocis & seriis, v. 44.

Similitudine ani-  
 morum, cuius effi-  
 cientē causam ait

cōstellationē esse, v. 45. 46. 51. per  
 distr. bntionē spe-  
 cietum, siue

In vel sub libra  
 vterque na-  
 tus sit, v. 47.

In geminis, v. 48. 49.

Saturni incle-  
 mentia Iouis  
 benignitate  
 mitigata, v. 49. 50.

Philosophiæ studio delectatur: ex  
 sententia Stoicorum, vide sequen-  
 tem.

*Primum pauido*] Haec enas quasi praefatio & praebatio, qua amore lumen ega Cornu-  
tam praepceptorem declarauit, iam huius amoris causas expliat, & beneficia Cornuti in se col-  
lata enumerat, ubi primo loco institutio, & informatio puerilis recensetur, ex adiunctis Persi.  
Describit autem primo tempus quo se praepceptori Cornuto instituendum tradidit. Sensus est  
Cum primum aunum ætatis sex. um decimum mihi ex Ephebis egresso, ante sub prædagi  
imperio pauido & meticoloso, prætexta purpurea puerilis vestis custos ingeonitatis & pudici-  
tiae mihi iam maturiori ætate cessit & deposita est. Et bulla aurea puerorum ingeniuorum insig-  
ne & ornamentum ex more diis domesticis donata, & suspensa pependit, & deposita est mi-  
tibi instituendum tradidi.

*Pauido*] Ob ætatem, metum, & magistrum. Nam ad annum ætatis 14. vsque sub disciplina  
praepceptoris erant.

*Cusos purpurea*] Prætexta puerilis vestis, porpurea. Prætextæ enim (qua pueri nobilium ad  
annum 16. utebantur) purpurea prætextæ erat, quo tempore prætextam exuebant, & togam in-  
ducebant, & bullam libertatis indicium laribus donatam suspendebant. Prætextæ autem erat  
genus vestimenti oblongum, & talare, quo super tunicam honoratissimi quique non solum  
magistratus, sed & nobiliores pueri cum bulla gerebant, ad annum ætatis 16.

*Cessit*] Abiit, deposita est, locum dans virili togæ. Ist vott mir gewichen; *Cessit* id est, mihi  
iam maturiori ætate locum dedit.

*Bullaque*] Erat bulla aurea in signe puerorum prætextatorum cordis figuram referens, ia-  
que pectore dependens. Cum autem prætextam deponerent anno 16. ætatis, hanc bullam  
diis domesticis consecratam solebant adfigere, ut virgines nupturæ pupas suas Veneri. Sat.  
2. Persi. Nempe hoc quod Veneri.

Teniores in signum libertatis loro utebantur. Ius. Aut signum aliquod de paupere loro.

*Succinctus*] Canina pelle velatis & succinctis, & Sabino habitu cinctus; supra humerum fini-  
strum obuolutis, dextro humero nudo.

*Cum bladi comites*] Sensus est, Cum illa maturiori ætate præceptores vel comites, non ut ac-  
amplius austeri, & morosi, sed blandi & iuendi mihi essent, laxato aliquâto disciplinæ capistro.

*Comites*] Prædagi. Sic Sat. 3. Vnus ait comitum.

*Toga*] Sensus est, Cum tyro vestem puram & virilem sumi, & ætatem militarem attingi, & im-  
bo & clypeus sine omni insigni candidus qui primis militiæ stipendiis mihi donabatur, mihi  
permitteret, quocumque, vagari, & oculos in vniuersa Saburra, regione vrbis nobilissima, scortor-  
um & omnis generis deliciarum plena impune spargere, & nihil amplius ætas, metus & magi-  
ster prohiberet, sed liberior viuendi potestas esset.

*Impune*] Antequam impune non licuisset, cum metu pœnarum prohiberentur.

*Saburra*] Vicus Romæ in antiqua vrbe nobilissimus, ubi meretricum diuersæ sortis erant, quæ  
hinc Saburræ dicuntur. Mart. lib. 6.

*Fama non nimium bona puellam*

*Quales in media sedent Saburra.*

Idem:

*Ergo Saburrana tyronem trade magistra*

*Ille virum faciet, non bene Virgo docet.*

*Candidus Symbo*] Clypeus albus, quem gerebant viri illi nouelli: Nam ab antiquis regibus  
que gestæ in clypeo depingebantur, & egregia facinora: Vnde tyrones primis militiæ stipendiis  
clypeum album gerebant. Virg. respicit 9. Æneid. Ex se lenis nudæ parma, inglorius alba.  
(Male hoc interpretes pro toga virili explicant.)

*Sparsisse oculos*] Omnia impune perlostrare, & peruagari.

*Cumq; iter ambiguum*] Amplificatio primæ causæ amoris in Cornutum, ex adiunctis. Sen-  
sus est: Cum illa ætate ambiguum iter ingrediendū mihi proponebatur, à dextra virtutis à la-  
qua vitiorum iter, & iuuenilis error vitæ humanæ recte administrandæ nescius & ignarus trepi-  
dus, & incertus iuuenum mentes, in ramosa, compita & biuia deducit, & incertus reddat ar-  
duamne virtutis, an proliuam vitiorum viam insistant. Respicit ad fabulam Prodicī, qui refert  
Herculem cum primum pubesceret in solitudinem exiisse, ibique in duas virgines incidisse  
virtutem & vitium. Videt Cic. 1. offic. Et Xenoph. 2. Apomnium.

*Ambiguum*

*Ambiguum.*] Eiusmodi vitæ huius iter esse sacre etiam literæ attestantur.

*Ambiguum.*] Vbi nimirum ambigitur, quæ via insistenda sit. *Ambiguum.* Quod animos distrahit & ambiguos reddit.

*Errata.*] quasi vitæ nefcius error. Descriptio iuuenilis ætatis, in qua maximè consilii imbecillitas. Error iuuenilis imprimis:

*Deducit.*] illa enim ætate certum vitæ genus eligendum, & via virtutis aut vitii grassanda proponitur.

*Trepidat.*] Alternantes, modo hoc, modo illud capessentes, dubias, incertas, & ambiguas.

*Ramosa in compita.*] in biuium duorum ramorum virtutis, & vitii in litera Y Pythagoræ expellendorum. Ramosa respicit ad Y, quæ duos quasi ramos arbor habet. Sat. 3.

*Et tibi quæ Samios deduxit littera ramos.*

*Compita.*] Sunt biuia, de quibus dictum Sat. præcedenti.

*Me tibi suppositus.*] Antapod. Illa ætate me tibi suppositus, neque tibi insitendum exhibui, me ruz disciplinæ subieci.

*Teneros tu suscipis.*] Sensus est: Tu autem, ô Cornute, me non repellis, sed me iuuenem, & teneros meos annos instar fidelissimæ nutricis materno quodam & vehementi amoris adfœctus, Socratico sinu, & sanctissima educatione suscipis.

*Teneros annos.*] Meton. adiuncti pro subiecti. Pro Persio in teneris annis, & ætate tenera constituto.

*Socratico sinu.*] Alleg. à matribus, quæ vt suos liberos in sinum recipit, ita Philosophia sui studiosos in disciplinam. Respicit ad teneros, vel pueros, quos sinu recipimus & fouemus.

*Socratico.*] Intelligit rigidiorē illam Stoicorum doctrinam, quæ honesta potius facere, quam dicere iubet. Huius doctrinæ primus auctor Socrates. i. in morali Sapientia me erudit.

*Tunc fallere solers.*] i. Honestæ & salutariæ virtutum, & honestatis præcepta, velut solers, limata & accurata vitæ humanæ regula, rebus humanis & vitæ apposita demonstrauit intortos prauos, & malos mores fallere, decipere, & in errorem, peccatum, & exitium inducere. Interpretes mire se hic inuoluerunt, dum *fallere solers* coniungunt, q-uo respiciat, quod solertis magistri sit pueros blanditiis fallendo ad studia allicere. Sed hoc reuera puerile.

*Apposita.*] Metaph. à fabricorum norma vel regula, i. recta tua regula adposita demonstrauit quos mores non esse rectos, & fallere, & recto aberrare.

*Solers.*] Acuta, dextra, ingeniola, limata, cui soli ars adfixa.

*Intortos.*] Sic superius Sat. 3.

*Haud tibi inexpertum curuos deprandere mores.*

*Et premitur ratione animus.*] Profectum suum sub Cornuto præceptore describit. Certissimum enim profectus documentum, vbi quis sibi ipsi imperare incipit, & appetitus vel animus rationi subiicitur. Sensus est: Tua institutione paulatim priora studia damnare occipio, & tunc voluptas, dolor, libido, ira & reliquus adfectus & animus rationis imperio premitur, & subiugatur, & tandem à salubrioribus præceptis vinci, superari, & rationi imperium concedere studet, & laborat.

*Premitur.*] Appetitus à recta ratione premitur & subiugatur.

*Animus.*] Hoc loco pro ira & aliis affectibus ponitur; idq; imitatione Græca. Illis enim frequenter *typos* pro ira usurpatur. Sic & Latini. Virg.

*Vinct animos, iramq; tuam, &c.*

Et Horat.

— *Animus in roge.*

*Vinctus, laborat.*] i. animus, ira, adfectus, appetitus, iam correctus, & mansuetus, studet & laborat, vt à ratione vincatur, subiugatur & corrigatur.

*Vinctus.*] A ratione & salubrioribus præceptis.

*Laborat.*] Nunquam enim virtutis molle documentum. Nam

*Non leuis ascensus si quis petis ardua.*

*Artificemq; tuo.*] Vt artifices vultu & imaginē aliquam in informem ceram vel aliam materiam imprimunt, ita animus meus rudis & informis sub tua disciplina & institutione, tanquam sub pollice, & manu, artificis, artificiosum vultu ducit, & suscipit. Sensus est: Animus meus tanquam rase tabula rudis, & cereus, vultu artificiosum, sub tua artificis instituentis, & informans,



pollice ducit, & adsumit, & tanquam imago è cera artificis manu conformatur. Est translatio à *plastis*, qui fingunt imagines. Sic Iuuen. Sat. 6.

*Exigite vos mores teneros cœu pollice ducat,  
P' si quis cera Vultum facit.*

*Artificem.*] Arte factum, vel artificiosum. Mallet legi *artificis*.

*Sub pollice.*] Sub institutione & informatione tua.

*Tecum etenim.*] Prima amoris causa in institutione Cornuti fuit, sequitur secunda ex consuetudine, familiaritate, & similitudine studiorum. Sensus est, Quis etiam, ô Cornute, quotè diana consuetudine & familiaritate adeo coniunctissime tecum vixisse memini, ut etiam longos dies colloquiis familiaribus tecum contriuerim.

*Solos.*] Meton. causæ pro effect. Sic Virg.

*Tres adeo incertos cœca caligine soles.*

Et alibi. *Cantando longos memini me condere soles.*

*Et tecum primas.*] Nec diurno solum tempore tibi adesse memini, sed & sepe tecum cenare, & inter epulandum primas noctis partes & horas decerpere, &

*Epulas.*] Epulando, cenando.

*Decerpere.*] Carpere, metaph. à fructibus, quorum primitiæ decerpuntur.

*Primas noctes.*] Primas horas noctis, subiect. pro adiunct.

*Vnum opus & requiem.*] i. iisdem studiis exercemur, eodem ocio fruimur. Eadem studia terque appetimus, & auersamur. Vnum opus studiorum, & exercitationum, vnam requiem & laborum relaxationem disponimus, eodem studio, & quiete, ocio & negotio perfruimur. Sic Virg. 4. Georg.

*Omnibus Vna quies operum, labor omnibus idem.*

*Disponimus.*] Ordinamus.

*Atque verecunda.*] i. honestis & modestis ad mensam sermonibus, iocis, & salibus seriis, la, & leuera grauiorum studiorum laxamus & temperamus.

*Verecunda mensa.*] Meton. subiect. pro adiunct. pro honestis, verecundis, & grauib. sermonibus qui in mensa tractantur.

*Laxamus seria.*] Seuera & graui, quæ mentem q. intendunt, laxamus, & à gravitate aliquid interdum remittentes iucunda, & ioca illis inferimus, & immiscemus.

*Non equidem.*] Tertia amoris in Cornutum causâ fatalis animorum coniunctio, quod Cornuti testimonio comprobatur. Sensus est: Non dubito quin arctissima, arque adeo naturalis & fatalis hæc sit animorum coniunctio, & occulto aliquo, & certo stellarum fœdere, & legem-borum natales dies consentire, & convenire, & ab vno eodemque fidere, & stellarum coniunctione, inclinatione, similitudine, dispositione, provenire, & deduci.

*Amborum.*] Tui & mei. Ab effectis colligit vtrumque sub eodem sidere natum esse, cum vtriusque sit eadem fortuna, idem studium, ac proinde idem quoque nascentis horoscopus. Dicitur sententia ἀδελφῶν ἀφελόγων, qui etiam animos hominum ex mente diuinâ depromptos tali necessitati Astrorum infinita multarum rerum confusione, & absurditate temere subiungunt, Manil.

*Facta quoque & Vitis hominum suspendit ab astris.*

Et Iuuenal,

—*Distat enim quæ*

*Sidus te excipiant modo primas incipientem*

*Edere Vagritum.*

*Vno sidere.*] Vna stellarum dispositione, quæ vtrique communis sit.

*Vno sidere.*] Siue sub libra siue sub geminis, vel quocunque alio Sydere nati sumus, hoc vel constar, nos cuiusdam sideris beneficio cetera morum qualitate coniungi.

*Nostra vel aequalis.*] Sensus est: Siue Deus, diuina providentia, facti, vel Parca non mendaces fallax, sed veri tenax & immutabilis nostra natiuitatis tempora libra ac lance æquali suspendit, trutinavit, & æquavit: siue hora natiuitatis nobis tam fidelib. amicis nascentis nata & attributa duorum nostrorum adeo concordia fata animos, studia & voluntates, in geminos, Castorem & Pollucem diuidit, & quamvis diuersis temporibus matos coniungit.

*Idem*

*Mastra vel aequalis*] Tempora nost aut dixeris libris lanceis imposita ad æqualitatem animorum demonstrandam eligit sidera æqualia, ut libra & gemini. Metaph. à utroque in libris trutinatur.

*Libra.*] Æqua lance, & libratione. Imitatus Horatium

*Seu libra seu me Scorpius a spiculis  
Fermidulosus.*

*Tempora*] N. civitatis, vel conceptus potius.

*Parca*] pro fato ponitur.

*Temas veni*] Sic Horat.

*Parca non mendax.* id est, Severa & immutabilis. Fatum

enim non mutabile.

*Scemata fidelibus hora.*] Ita dicit ex opinione Astrologorum, qui censent, horam illam quæ gemini oriuntur fidelissimis amicis nascendis maxime esse accommodatam. Quæq; fidelibus nascens nata sit. F. delibus vel vobis, qui inter nos fidelissimi sumus, vel quibusque.

*Dividit in geminos.*] i. Vitas & studia nostra, quæ ex factis dependunt, inter se æqualis, & maxime concordia in geminos dividit, ut quamvis diversis temporibus, sub eodem tamen sidere nascimur.

*Dispartitur*] & ad geminos consulto derivat, vel dividendo coniungit.

*In geminos*] Ambiguit, & hoc ingeniose. Potest enim non solum ad sidus cæleste transferri, sed etiam ad Petitionem, & Conventum: Sic Horat.

— *Hoc felices vno*

*Multum distantes ad cætera parte gemelli.*

*Concordia fata*] Dicit ob geminos illud enim sidus amicitiam mutuat, caritatem, & concordiam parere creditur.

*Concordia.*] inter se convenientia.

*Sædramus, gravem*] Scelus est: Sive denique Saturni gravitatem, & inclementiam Iovis benignitate & clementia vna frangimus, & pariter mitigamus. Scribunt Astrologi Vencrem & Iovem astra blandissima esse, Saturnum & Martem malefica. Ergo ait irradiatione Iovis in genitura & Horoscopo mitigatam fore esse malignitatem Saturni, vno & eodem fato debilitamus.

*Gravem.*] Maleficum, & amicitis inimicum.

*Nostro Iove.*] Quem uterque in horoscopo positum habemus.

*Nescio quod certe est.*] Sensus est. Sine quo unque alio sidere nascimur, illud ignoro hoc certe scio aliquid astrum esse, quod me tibi contuleret. Ordo est. Nescio, quod astrum me tibi contuleret, sed tamen hoc scio, quod astrum illud certe est. Scio quidem proprio quodam astro me tibi contuleret: Etiam esse, quod tamen istud sit, ignoro.

*Temperat.*] Coniungit, æqualem facit, sibi sem reddidit. Sic Horat.

*Virumque nostrum incredibile modo*

*Consentit astrum.*

*Astrum.*] Sydas proprie ex plaribus stellis. Interdum tamen & pro vna stella ponitur.

*MILLE HOMINUM SPECIES, & rerum discolor usus.*

*Velle sumi cuique est, nec voto viniri vno.*

*Mercibus hic stalis mutat sub sole pecunie.*

*Rugosum piper, & pallens grana cumini.*

*Hic sumit virgino manantem gressere semina:*

*Hic campo indulget, hinc alea decoquit: ille*

*In Vencrem putris, sed cum lapidosa chiragra*

*Fregit articulos veteris ramalia fagi,*

*Tum crassos transisse dies, lucemq; palustrem,*

*Et sibi iam feri vitam ingemere reliquam.*

69

70

*At te nocturnis iuvas impalescere chartis:  
 Cultor enim iuuenum purgas inscribis aureas  
 Fruge Cleanthea petit hinc iuuenesq; senesq;  
 Finem animo certum, miserisq; viasica casus.  
 Cras hoc fiet, idem cras fiet, quid, quasi magnum,  
 Nempe diem, donas? sed cum lux altera venit,  
 Iam cras hesternum consumsimus, ecce aliud cras.  
 Egerit hos annos, & semper paulum erit ultra.  
 Nam, quamuis propere, quamuis temone sub uno,  
 Vertentem sese frustra sectabere cantum,  
 Cum rota posterior curras, & in axe secundo.*

## T A B U L A I I I.

<p>Cornutus Philo- sophi- studo de- lectetur: ubi tū qui- dem</p>	<p>Laudat Cornutū per dissimilitudi- nē talem,</p>	<p>Alii aliis studiis detinētur, v. 52. Protasis hęc illu- stratur, distribu- tione, ex subie- ctis, circa quā occupatur tum</p>	<p>Alius mercatur &amp; Italicas merces pro pipe- re, cumino permutat, v. 54. 55. Alius gula, crapula, somno delectatur, v. 56. Alius campestribus turmis, v. 57. Alius aleator est, v. 57. Alius libidinosus, v. 58. Hanc distributionem illustrat collatione a- lia dissimili, quod hi, cum in senectute morbi tentantur, studia sua damnent, &amp; vitam ingloriam egisse doleant, v. 58. 59. 60. 61. Cornutum autē sui studii pœnitere nequeat, subintelligitur.</p>
	<p>Ad sapiētiā ex- hortatur, v. 64. ex adiunctis eius, qd fit finis hominis, v. 65. &amp; certum in senio viaticū, cer- ta &amp; vera libertas, qua occasione tra- ctat de libertate, v. 65. &amp; quod id studium differri non debeat. Illu- stratur hoc dialo- go, vbitum</p>	<p>Cornutus a Phi- losophiæ studio nocturno etiam tenetur, v. 62. Confirmat hoc ipsum Cornuti</p>	<p>Adiunctis, quod sit cultor &amp; informator iu- uenum, v. 63. Effectis. Quod iuuenes disciplinis Stoici imbuat, v. 64. Obiectio ignavi iuuenis, qui dicit cras se studere velle: Exem- poris adiuncto, quod breue sit, utpote dies vnus, v. 66. 67. Responso ex causa dissimili, quod procrastinatio illa non diem v- num, sed totam vitam consu- mat, v. 67. 68. 69. Rationem addit ex similibus Vt posterior priorem rotam semper sequitur nunquam allequitur, v. 70. 71. 72. Ita posterius tempus prius ne- glectum nunquam rursus af- sequi &amp; comprehendere po- test, subintelligitur.</p>

*Nulle hominum species.]* Quarta amoris in Cornutum causa, ex effectis, quia philosophis incombant, & iuocritatem præceptis institutisq; Philosophiæ informet. Idque per dissimilitudinem, cuius protulit ex distributione hominum ex subiectis, circa quæ versantur, illustratur. Sensus est: Tu nullum aliud studium, sed Philosophiæ tantum sequeris. Cum enim alii aliis studiis decimeantur. Tibi vnum sapientiæ studium arridet. Paullatim ergo ad hominum vicis notanda descendit, dum ex comparatione Cornutum laudat.

*Nulle hominum species.]* Sensus. Ut vultus dissimiles sunt, ita actus hominum diversi. Sane admodum variaz & diuerzæ hominum figuræ, & formæ, & vius, & actiones rerum humanarum, admodum variaz & multiplices. Sic Terent.

*Quos capias, eos sententia sum cuique mos est.*

Et Horat.,  
*Caster gaudet equum, uno procreatus eodem  
Pugum, quos capitum sumus totidem studiorum  
Miles.*

Horat.  
*Tres mihi conuiua prope dissentire videntur  
Poscentes quædam multum diuersa palata.*

Hom. od. 7. *Ἄλλοι δὲ ἄλλοισιν ἄνδρ' ἰντιπτιται ἔργοις.*

Et Virg. — *Trahit sua quemque voluptas.*

Et Græcillus: *Ἡμῶν ὅροι τοι οὐ γὰρ τῶν ἀνδρῶν  
Τορῆς ἰσὶ καὶ τοῦτος ἰδὼν.* id est,

*Nostrum quos numero sunt corpora, tot etiam mores & studia videre est.*

*Es rerum discolor.]* Varius & diuersus. Cum variis variis rebus in vna exerceantur.

*Nolle saepe.]* i. Vnâqueque sua voluntate ac studio ducitur. Verbum pro nomine positum, sic Sæpius Sat. 1.

— *Nostrum illud viuere triste.*

*Nec Voto.]* Non omnes vnum & idem voto optant, & desiderant.

*Mercibus hic Italis.]* Sequitur iam distributio hominum ex subiectis i. Hic mercaturam exerceat, & in Oriente suas merces Italas aliis mercibus permutat. *Æmulatus Horat.*

*Hic mutat merces surgente à Sole ad eum, quo  
Vesperina tepet regio.*

i. Pro Italicis mercibus in India Orientali permutat.

*Mutat.]* Antiquæ rati inuicem respicit, ubi mercimonia permutatione mercium constabat: ubi vicarius mercaturæ numerus nondum in vfu. Merces suas aliis mercibus commutat.

*Sub Sole recenti.]* Sub Sole surgente & oriente. Cum enim oritur Sol recens adhuc, & quasi nouus est. In India Orientali. Ex vulgi & Poetarum opinione, qui quotidie nouum Solem oriri censent. In illa regione quæ est sub Sole recenti vel oriente.

*Rufosum piper.]* Solis enim calore rostum, & arefactum rugas contrahit.

*Ex pallentis.]* Vel quia id pallidum est: vel quia, qui id bibunt pallefcere faciat, sanguis enim eo hebescit, & nascitur pallor: unde ex sanguine dicitur. Horat.

*Quod si*

*Pallorem casu biberent ex sanguine cuminum.*

*Pallentis.]* Metonymia effect. pro causa.

*Cuminum.]* Synecdoche, pro omnibus aromatibus, quæ in oriente oriuntur.

*Hic satur.]* Alius delectatur luxu & volupate, & genio indulgere, & plenus ac satur liquor, humectante, & irriguo somno turgescere, & pinguis fieri, & cutem potius curare, quam opes congerere mauult.

*Irriguo.]* Alias passine (quod facile irrigatur) hic actiue, quod exhalationibus & crassis spiritibus humore potus & vini adiuvetur somnus, dum cerebrum quasi irrigatur.

*Mauult.]* Ad priora refert, Mauult genio indulgere, quam facultates congerere.

*Turgescere.]* Desidia pinguescere. Naturaliter enim pinguescunt, qui cibo ac somno vacant.

*Hic campo indulget.]* Ludis & certaminibus campestribus, quibus in campo Martio trans Tybriam exercebantur.

*Alia decoquit*] Alium infamie illa alia inuas, & una cum omnibus suis facultatibus decoquit, atterit, & consumit.

*Decoquit.*] Dum alia se ac sua decoquit. Vnde illi prodigi *decoctores* dici consueverunt.

*Ile in Venerem patri.*] Alius voluptati Venerem indulget.

*Patri.*] Solutus & promtus. Vel quod libidine resoluatur, oneratus, & q. putrescat.

*Sed cum lapidosa*] Damnatiam hæc studia omnia, illorum omnium, qui ea fecerunt, testimonio: Quia illos olim huius studii poeniteat. Sensus. Sed hos omnes olim suorum studiorum ac vitæ poenitet. Nam ubi in senectute ob luxuriam, & alia vitia in morbos incidunt, & chiragra enervati corporis articulos tanquam veteris fagi ramos infregerit, ubi demum serio, sed sero illos poenitet dies vitæ iam præteritæ tam stulte perditos esse, & claflos, & meliora studia ipsis in vita tractata non fuisse.

*Lapidosa.*] i. Tartarea. Tartarum enim articulos, & ossa inuadit, & est materia calculi & gypsum, qualem dentibus interdum abradimus: qui tartarus difficillime remouetur: Hæm autem in calculum & lapides conuertitur.

*Chiragra*] Morbus ille in articulis manuum chiragra, pedum podagra dicitur, à χιρῶν manus & πόδες dolor vel asperitas.

*Fregit.*] Emulatio. Horat.

—Postquam ipsi iussa chiragra—

Contudit articulos.

*Contuderit.*] Dissoluerit.

*Articulos.*] iuncturas, & membrorum nodos. Illos enim inuadit.

*Potius ramulus fagi.*] Brevis similitudo. i. Enervati, & imbecillis corporis membra. A ventis arboribus, cuius rami iam arcescere, frangi & decidere incipiunt. Brachia & pedes resti corporis. i. in senectute calamitosa.

*Tum crassos.*] Antapodosis. Tunc sero ingemiscunt dies vitæ suæ crassos, nubilos obscuros, caliginosos & torpentes iam præterisse, & præterita sua studia ac vota damnant.

*Crassos.*] Vocat clara & liquida luce carentes, & crassum ac caliginosum habentes coelum. Intelligit autem obscuram & ingloriam vitam, quam nocti & morti similem egerunt.

*Lucemq, palustrem.*] Vitam veluti núbilo inuolutam, qualis eorum est, qui viui mortui sunt. Nam in paludibus & humidis locis lux & aer nebulis, vaporibus & exhalationibus crassus est. Nebulis & caligine, vt paludes, offusam, obscuram propter acbulam, quæ è paludibus nascitur. Potest hoc ad animi cœcitatem transferri.

*Essebi*] i. vitam tam perditæ se esse relictam, & peractam, sero ingemiscunt.

*Sero.*] Nomen pro aduerbio. Sero dicitur, nam elapsa reuocari nequit.

*Iam seri.*] i. iam non amplius quasi tempestiui.

*Vitam relictam.*] Quod vita eos reliquerit & in vitiis constitutos (illorum enim *hic* *apud* vita vitalis non est, sed mors) & in senectute.

*Ingemere.*] Ad senes respicit querulos, & serio seroque dolentes.

*At te nocturnus.*] Antapodosis dissimilitudinis, effectus & adiunctis Cornuti confirmata: quod sapientiam sceleretur, & iuuentutem præcepis Philosophiæ informet, & bonis moribus imbuat. Sensus est. At tu, ô Cornute, vitæ ac studiorum tuorum longe aliam subiectam rationem tenes: qui longe à vulgaribus illis imperitæ plebeculæ curis & studiis alienas, & remotas es, quem inuas humanioribus disciplinis, dies & noctes immori & immotari.

*Te.*] Emphatice. qui longe alia quam vulgus tractes.

*Nocturnus charis.*] Libris Stoicorum, quos nocturno etiam tempore vix valetudinis habitatione tam diligenter perlegis, vt tibi etiam pallorem contrahas. Sic Horat:

—Vos exemplaria Græcæ

Nocturna versate manu, versate diurna.

Ex Virg. de lupo:

—Nocturnus obambulat.—

*Impallidescere.*] Nocturnis vigiliis & studiis pallorem contrahere. Nimis studio pallorem contrahi, superius aliquoties dictum.

Romen.

— *Tunc Scito multis**Paffere.*

*Cultor animi.*] Ratio antapodofeos. Sensus. Tu enim iuuenem præceptor, cultor & informator, illorum aures ab omnibus sordibus & opinionibus purgatas, fruge Cleanthea, & Stoica disciplina inſeris & implantas. Eſt autem metaph. ab hortulanis deducta.

*Auricula enim collecta torde dolentes, vt ait Horat. nihil audiat, niſi purgentur.*

*Purgatas.*] A vitiis emundatas, vel potius acutas, ingenioſas, quæ facile animaduertere quid in rebus conſonet, aut diſſonet, vnde poſtea dicitur.

*Stoicum hic autem mordaci lotum aceto.*

*Inſerit.*] Allegoria. Vt ſylueſtribus arboribus generoſarum arborum ſurcuali inſeruntur: ita minus purgata, & vitioſa aures fruge Cleanthea, & honeſta diſciplina informantur, & honeſtas ipſis implantatur.

Virgil.

— *Inſere nunc Melibee pyros.*

*Frugo Cleanthea.*] Fructu Philoſophiæ, & Stoicorum diſciplina. Manet in allegoria, q. d. ſurculo, aut fructu.

*Cleanthea.*] Stoica diſciplina. Fuit enim Cleanthes Phanis filius, Zenonia, cui ſuccceſſit, auditor pauperriſſimus, qui nocte hortos aquis irrigabat, vt victum ſibi pararet, diurno tempore ſtudebat, vnde *περὶ ἡλίου*. i. patetorum exhauctor per antonomafiaſ dictus. Tradunt eum quæ à Zenone audierat, cum pecunia ad emendas chartas non ſuppeteret oſſibus bonam, aut ceſſis ſiſtillium inſcripſiſſe. Huius diligentia abiit in proverbium. Nam ubi quid ſumma cura & induſtria elaboratum ſignificamus, ad *Cleanthis lucernam* elaboratum dicimus.

*Petite hunc.*] Apoprophe ad homines omnes, quos exhortatur ad Sapientiaſ ſtudium. Dependens autem hæc ex ſuperiori diſtributione, qua demonſtravit, alios aliis ſtudiis deſinere, ſed quos olim ſtudioſiſſorum poenitere. Corautum autem longe optimum optimum ſtudium elegiſſe, cuius nunquam quenquā poenitere poſſit. Quare omnes homines huc hortatur. Hanc coherentiam nulli adhuc interpretum peruiderunt. Eſt autem egregia exhortatio. Sensus eſt: Vos omnes, quibus vita & ſalus curæ eſt, quicunq; etiam eſtis, hinc ex ſapientia, & quidem diſciplina Stoica certum ſinem ad quem veſtra dicta & facta ſpectat, deligite, & nobis ſenio conſolis, veſtri ſque canis, alias miſeris futuris, viatico hoc proſpiciſſe.

*Inueniet, ſenectus.*] Omnium enim & ſingulorum intereſt, vt ſapiant. Nam & Horat. de ſtudio ſapientia:

*Æque pauperibus prodeſt, locupletibus aque,*

*Æque neglectum puerum, ſenibusq; nocetis.*

*Finis.*] Hoc enim cum primis Philoſophia docet, ne iactemus, ſed aliquid certi voto experiamur. Horat.

*Certum voto petiſſimum.*

*Miferia.*] Senibus canelcentibus, adiunct. pro ſubiect. *Miferi* dicit, vel quia ſenectus multis adfert miſerias, & ipſa morbus: vel quia ſenex niſi ſapientiaſ viatico manari ſiat, miſeri ſunt futuri.

*Viatica.*] Alludit ad apophthegma B'antis. Suaeſt enim Bias filio ſuo, vt viaticū ſibi compararet ſenectuti vile, Virtutem & Sapientiam. *Certe optimam certum viaticum*, quæ quis ubique in patria degit, & omnia habet, & omnia ſecum portat.

*Corui.*] Reſpicit ad ſuperiora. Illi priores ob ſua ſtudia in ſenectute poenitentia tenebantur. At quod ſapientiam Corauti exemplo ſectatur: cuius ſtudio eum non ſolū in ſenectute non poenitebit: ſed viaticum per illa habebit certiffimum.

*Cras hoc fiet.*] Inſeritur iam deſidis cuiuſdam iuuenis dialogiſmus, ſapientiaſ ſtudium, & hanc certi in vita h. ſinis inquiſitionem ſe ſequentem cratiſſimum diem reiſcientis. Sensus eſt: Quod iubes, cras exſequar, & cras virtutis & ſapientiaſ ſtudium ſerio, & ſedulo capeſſam.

*Idem.*] Sensus. Cum cras illud iam veniſſet, ibi rursus idem quod ſe hodie facturum pollicebatur, cras fiet.

*Quid? quaſi magnum.*] Subintelligitur. Quod ſi illum vrgeas, alquanto acius irascuntur, & oburgare non verentur. *Quid? nimirum adco me vrges? Quafi magnum & immenſum*

Tert. p.

aliquid temporis spacium, aut annum aliquem Platonicum te petam? Nempe vnicuique tantum diem rebus meis componendis mihi concedis, & ocio ac voluptati indulgendum donas. Cuius quidem iactura tenuissima est.

*Sed cum lux altera.*] Respondit Persius ad obiectionem ignavi iuuenis ex dissimili. Quod non vnam atque alteram diem, qui ipsi bene indulgere poterat, huiusmodi procrastinatione traducat, sed vniuersam vitam. Sensus est: cum iam ex illo cras hodie factum, & lux illa altera, qua te interpretari promittebas, veniat, tu pondus incipis, & aliud cras tibi dari postulas: & ita iam hesternum cras consumimus, & aliud atq; aliud cras, quod tu continuo tibi dari expectas integros annos, atq; adeo totam vitam consumseris. Verissima hæc esse omnes & singulacoperimus. *Omnes cras incipimus, hodie vni incipimus.* Salutare ergo illud florat:

— Sapere aude,

*Incipe, simul de recte qui prorogat horam.*

Et ibid.

*Dimidium qui cor vitæ habet.*

*Cras hesternum*] lucunde ab impossibili: Cras enim cum transiit, iam heri esse incipit.

*Ecce aliud cras*] Epianodos in *Cras*. Aliud atque aliud, & rursus aliud cras. Vt cras illud nunquam tibi hodie fiat.

*Egeris.*] Emittit, deperdit, consumit, ab *Egero*, non ab *Ago*, metaph. à sentina.

*Et semper paululum ultra.*] Sensus est: Et sic per hoc cras, paulum tæx vitæ, ac ætatis vitæ, præter lapsum & præteritum erit, quod nunquam rursus adsequi possis. *Ultra* hienit ubi, ubi. Vel illud cras paululum præteritum & præteritum erit, ut paulum non nomen, sed aduerbium sit, vel potius: Cras illud semper ante vertitur, semper præcurrit, & semper paulum ultra erit, ubi ultra sign. ficit prius esse intelligi. Vt prior rota posteriorem paulo interstitio præcedit. *Ultra hoc*, nulli interpretum recte explicarunt.

*Nam quamuis prope te.*] Ratio antapodoseos dissimilitudinis ex similibus, quæ rursus dissimili amplificatur. Sensus est: Cras illud paulo ante prius vel ultra erit, & tibi nunquam apprehendi potest. Non magis quam rota in curribus posterior, priorem quamuis assidue sequitur nunquam tamen asequitur. Est autem constructio talis: Quamuis è rota currus posterior, prior rota prope te sit, ut iam tamen te illam attingere posse existimes; quamuis etiam sub mone illa prior rota sit: tamen tu illam rotam priorem eiusque caothum sese vertentem & currentem frustra insectaberis, & allequi conaberis: eum tu posterior in curru rota curtas, & cit, cum uoluas, & in secundo & posteriori axe, & priorem, licet minimo interstitio, & loci intervallo te antecedit, nunquam adsequi possis. Quanto enim posterior magis progreditur, hoc prior magis præcedit. Est autem allegoria à rheda. Vult indicare cras nunquam præsens venire, sed semper interuallo aliquo præcedere. Quare non cras, sed hodie omnia incipienda esse.

*Temone*] Lignum est currus inter equos intermedium, iugum continens.

*Caethum.*] Ferrum quo rotæ extremitates vinciuntur, & apices muniuntur.

*Libertate opus est, non hac, quæ, ut quisque Velina*

*Publius emeruit scabrosum tessera far*

75 *Possidet heu, steriles veri, quibus una Quirison*

*Vertigo facit hic Dama, est non tressia agaso,*

*Kappa & lippus, & in tenui farragine mendax.*

*Vertit hunc dominus, momento turbinis exit*

*Marcus Dama papa, Marco spondente, recusus*

80 *Credore tu nummos? Marco sub indico pallas?*

*Marcus dixit: ita est, assigna Marce tabellas.*

*Hac mera libertas, hanc nobis pilea donant.*

*An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam*

85 *Cui licet, ut voluit? licet, ut volo, vivere: non sum.*  
*Liberior Bruto? mendose colligis, inquit*  
*Stoicus hic, aurem mordaci lotus aceto:*  
*Hæc reliqua accipio: licet, ut volo, vivere, tolle.*  
*Vindicta postquam mens à Pratore recessi,*  
 90 *Cur mihi non liceat, iussit quodcumq; voluntas,*  
*Excepto, si quid Masur I rubrica vetavit?*  
*Disce: sed ira cadat naso, rugosaq; fanna,*  
*Dum veteres anas tibi de pulmone renello.*

## TABULA IV.

Describit adiunctis suis  
quod tales Liberi

Rome in Velina restetam frumentariam accipiant, v. 73. & 74.

Externa illa  
corporis,  
quæ qui-  
dem tum

Refutat ex adversis q  
ita etiam homines  
nihil liberi esse pos-  
sint. v. 75. 76. 77. 78.  
Illustrat hoc tum

adversis, hoc modo

Quamquam tales liberi sponsores  
esse possent v. 79. 80. Ironia hic  
in verbis apud auctorem.  
Iudices v. 80.  
Testatores v. 81.  
Testamenti obsignatores v. 81.  
Tamen veram libertatem nō ha-  
bent, quam pileus libertatis ci-  
vilis index donare nequit, v. 82.

Agit de ve-  
ra liberta-  
te, per diffi-  
militudinē,  
quæ non est

\* Prolepsi cu-  
ius tū qui-  
dem poni-  
tur.

Obiectio alicuius liber-  
ti ex adiunctis hoc  
modo:

Qui ut vult vivit, liber est, v. 83. 84.

Licet mihi vivere ut volo v. 84.

Ergo vel Bruto sum liberior. v. 84. 85.

Refutatio Stoici, quem de-  
scribit ex adiuncto à cri-  
mine & subtilitate vers.  
85. 86. qui assumptionē  
negat v. 87. Hæc assump-  
tionem rursus

Libertus confirmat, quod vindicta à  
pratore percussus liber & sui iuris  
sit, & omnia facere sibi liceat, v. 88.  
& 89.

Corrigit tamen ex specie singulari  
ne quid tamen contra leges faciat  
v. 90.

Stoicus refutat veniam sibi petens  
ab indocto homine v. 91. & 92. cui  
antès opiniones non velat exime-  
re. Vide sequentem.

Sed interea  
illa interna  
libertas ve-  
ra vid. tab. 6.

*Libertate op. est.* Hoc vsq; pars prima huius Satyræ in laudib. Cornuti potissimè  
occupata. Sequitur iam Satyræ, in qua de Libertate Philosophica disputat. idq; hac occasione.



Superius Cornutum laudauit. quod cum alii aliam scopum sibi habeant propositū, ille solum in studio sapientiae versetur: cuius illum sui studiū nunquam (ut alius euenit) praeterire possit: quo circa omnes homines superius hūc hortatus est, & simul reprehendit, quod illud sapientiae studiū in dies procrasti narent. Iam indicat, quidnam Philosophorū vortum & illud adeo sit, quod Sapientiae studio affectetur: Nimirum vera libertas, & de quo sic Seneca: Philosophiae inferius oportet, ut tibi contingat vera libertas. Demonstrat ergo omnes stultos & cupidos seruos, omnes sapientes, & cupiditazibus solutos liberos esse. Idq; ex dissimilibus: Quod non illa libertas sit, quam serui a dominis & praetoribus accipiunt. Sed quam quis Sapientiae ductu & auspicio adipiscitur, ut omnibus affectibus & cupiditatibus vacet, & omnis sceleris potus sit. In Protasii autem reliquum Satyræ fere occupatur.

*Libertate* ] Animi scilicet non corporis. i. Ad libertatē homo, si verus homo es, adspices oportet.

*Non hac.* ] Protasii dissimilitudinis. Sensus est: Non hac corporis libertate, quam per manumissionē etiam vilissimā quæq; mancipia consequuntur: Et quæ ut vel maxime vauquiliq; Publius Quintus, Caius, Coeus, Lucius Marcus, aut cōsimilis, qui ante seruus fuit, emeruit, & manumissus libertatē adeptus fuit, statim in Velina tribu, in quam postea ciuis Romanus censetur, tessera frequentaria, & sigo, quod solis nimirum ciuibus, & L. beris datur, far & frumentum publicum scabrosū, putridum, & corruptum possidet.

*Et.* ] Hæc partícula omnino inferenda est, alias verus sibi non constat, id est, ubi, vel cum, vel simul.

*Quisque Publiam.* ] iam factus Publius, qui iam prænomen, utpote liber adeptus est. Non soli liberi prænominib; utebantur. Serui autem cum liberabantur, solebant familiæ prænomen accipere, & consequēbantur tria nomina, ut reliqui Romani liberi. Prænomen enim familiæ & patroni capiebant, & suum retinebant, & à sine trib. nomen solebat adiungi, ut P. L. cinias, Velina. Iuuenal.

— *Tamquam habeas tria nomina.* —

*Velina.* ] Solebant manumissi in tribus distribui, v. i. Tarentinam, Stethartiam, Fabiam, Velinam, & alias. Erat autem hæc tribus, vel circa Velinum lacū, aut Velinum collē hinc (ut ait Varro) dicta, quæ ad numerum aliarum tribuum accessit. Est autem auferendi casus in tribu Velina. Horat.

*Hic multum Fabia, Soter, ille Velina.*

*Emeruit.* ] Simul ac seruitutem exiit, & seruus esse desuit. metaph. à bello, in quo emeriti dicebantur milites, qui honesta aliqua causā à belli munere domum remittuntur.

*Scabrosū* ] Vile, asperum, vel etiam putre, & corruptū, qualia illa frumenta publica. Solebat autem ciuibus Rom. frumentum publice per telleram dari, & quidem gratis in singulos modios Publii Clodii beneficio. Ad faris asperitatem respicit, & contentum non caret.

*Tessera.* ] Signo frumentario, quo exhibitio frumentum à principe dabatur, pro cuiusmodi sigo vel simbolo hodie sunt nummi plumbei vel ærei.

*Hec steriles Vers.* ] Repetitio Protaseos. i. Hec ciues Romanos, veritatis steriles, & inanes & igneati, qui quidem veram libertatem per manumissionem adquirent cōsecrat. Est autem metaphora à terra & agris infecundis. Græcismus.

*Quibus Vna.* ] Ratio, cum veritatis ignari sint. i. Quibus vel vna vertigine pessimus quisque circumactus, & in gyrum ductus. Quirites, & ciuis Romanus, ac liber reddatur, & eundem.

*Quiritem* ] Singulariter abusus dixit licentia, ut pater conscriptus, non dicimus.

*Istego.* ] Domini, (ut ait Appian.) seruos, quos liberos vocabant ad praetores ducebant, illisq; apprehēdis, & (ut alii addūt, alapa perussis) in gyrum vertigine aliqua circūagebant, dicebantque volo hunc liberū esse. Praetor autē illū vindicta, i. virga percutiebat, dicens: Es tu liber. Et sic manumittebatur. Deinde ibat in *Feronia* templū, quæ dea libertatis, ubi radēbantur, & accipiebant pileum. Alapa autem percussos circumagebant, significantes illos iam in quancūq; partem migrare licitum esse. Est ergo *Istego* in gyrum circumactio, & ad hunc morē respicit.

*Hic Dama est* ] Prima ratio protaseos. Quod tunc etiā vilissima & pessima mancipia libera esse possint ex repugnātib; Probat a illud exēplo cuiusdā ylli summi serui Damae. Sensus est: Hæc libertas Vera est, quid obstat, quo minus etiā vilissima quæq; mancipia libera fiant: Etenim hæc Dama vilissimus est minimi pretii, agasolus, stultus, cupidus, & vel in te leuissima incedas, & perfidus: simul dominus eum in gyrum circumuerterit, & circumduxerit, & vestigio in ipsius temporis articulo liber erit, & cūdit. Dama, pro quouis vilissimo seruo. Sic Horat.

Tam

*Tunc Syri aut Dama, aut Dionysii filius audes  
Deicere saxo ciues.*

*Non tressis.*] Ne tritum quidem assium æstimandus, vilis, nihili, non nauci.

*Agaso.*] Pro vilissimo. Est autem equorum vel asinorum agitator, quasi Agasionis.

*Vappa.*] Humilis & abiecti animi per Metaph. Proprie quod neque vinum, neque acetum est. Hoc loco pro insulso & insipido nebulone ponitur. he & bloraz.

— *non ego auarum  
Cum vero te fieri Vappam inbeo, & nebulonem.*

*Es lippus.*] Coniungit vitia corporis vitiis animi vt ipsum minoris, & denique nihili ostendat. Est autem *lippus* cui oculi fluunt, hic pro inprobo, bardo, obtuso & cæco nebulone ponitur, vt & Sat. 2.

— *magni Messala lippa propago.*

*Lippus*] animo & corpore cæcus.

*In tenui farragine.*] In re vilissima, ac nullius precii, vt ocyma, vitia, fœnum, quæ iumentis suis detrahit synecdo. he *Ein gemischte futter.*

*Mendax.*] Fraudulentus, peridus, qui iumentorum cibariis se non temperet. Est descriptio hominis extreme ferui.

*Verteris hunc Dominus.*] Subintellige simul, vel vbi, vel cum, vel vt verteris, vel concessio est.

*Verteris hunc Dominus.*] vel vbi in gyrum verteris, & circumegeris, vel vbi commutaueris, & feruum in liberum conuerteris.

*Hunc*] Damam mancipium nequissimum. Dominus, herus.

*Momento turbinis.*] i. puncto illo temporis, quo turbo ille, vel gyros, & circumactio fit, liber euadit, quod pæne in oculi ictu, & nictu fit. Metaph. circumgyrationem vel modum illum liberandi turbinem vocat.

*M. Dama*] i. liber cum pæne sui prænomen adsumserit. Manumissis enim prænomina dabantur vt Marci Publi. Quintil.

*Papa*] Acres & amaræ Ironiæ, vel sarcasmi potius. Est enim interiectio admirantis per Ironiam. Quasi hæc demiretur, & dicat. Egregium vero ciuem Romanum, qui antea sine capite nullis contractibus & ludicibus adhiberi poterat: iam manumissus & liber, potest esse sponsor, index, testis signator. (*feruum hominem leges stare non sinunt.*) fit quidam ille sit quantivis precii vir egregius vnde iam infert. *Papa?* quid ex te audio? Tunc fidem & candorem Marci Damæ in dubium vocare audes?

*Marco spondente.*] Quasi indignum hoc sit eiusmodi egregio viro credere non velle. Ironia vehementer.

*Spondente.*] Fidem suam pro alio interponente.

*Marco sub iudice.*] Tunc palles, & trepidas, & iniustam sententiam expectas à iudice tam sapiente, & accurato?

*Marcus dixit.*] Est etiam testis Marcus noster, quem nemo vnquam reiecerit.

*Assigna.*] Potest etiam Marcus tabellas obsignare, & testamentum condere.

*Hæc mera libertas.*] Ironia hæc sine omni dubio est sola genuina, mera & vera libertas, quæ nobis donatur cum pilea accipimus. Illud porro pileum in Feroniæ templo raso capite induebatur, vt superius dictum. *Pileus* autem libertatis indicium vnde Brutorum statuas pileolo ornari solitas legimus, & Iunius Brutus primus consul excudit monetam in qua duob. pugionibus pileus erat impositus, indicans libertatem ferro esse retinendam.

*An quisquam est alius liber.*] Quia hæc Ironice contra libertatem dixit: iam pileatum quoddam mancipium inducitur, quod nil præter id quod in oculos incurrit, & superficiem animo concipit dum se liberum esse vult comprobare, ex definitione libertatis, quam definit, licentiam esse faciendi, quicquid liber vel potestatem viuendi vt velis, & à Stoicis definita est, sed alio sensu. Sensus est. An quisquam alius liber est, vel liber etiam cenferi potest, nisi ille qui sub nullius imperio & dominio suo arbitratu viuuit, cui vt voluit vitam ducere, & transigere integrum est & licet.

Est autem hoc loco integer Syllogismus, cuius hæc maior, ex definitione libertatis.

Vuuu

*Licet tibi Gelo, vivere.*] Assumptio syllogismi est, quam postea negat Stoicus, ipsum adhibere sensuissimis dominis subiectum ita non vivere ut velit.

*Non sum liberior Bruto.*] Complexio vel conclusio syllogismi minorum collatione amplificata. Est autem interrogatio affirmans. Nonne ergo sum vel Marco Iunio Bruto liberior, qui & ipse liberissimus fuit, & populo Romano exactis Regibus libertatis auctor exstitit. Vide Lium lib. 2. Primæ decadis.

*Mendo se colligit.*] Respondet ad hunc syllogismum Persius scholastico more & quidem itaquam Philosophus & Stoicus Propositionem admittit, adsumptionem negat. Sensus est: Male adsumis & concludis, ô Marco Dama.

*Stoicus.*] Definitio quædam Stoici ex adiunctis, quibus Stoicorum acumen & subtilitatem in disputando significat, quorum fuit, ut ait Cic. 3. fin. *Subtile, & spinosum dicendi genus.* Sensus est: Stoicus qui huiusmodi ratorum sophistarum captiunculis non facile fallitur, & cuius aures mordaci aceto, acri sale, prudentia & acumine singulari lotæ, purgatæ & eruditæ sunt, rati onissimum illud rium sophisma audiet, inquit & respondet male adsumis ô crasse argumentator.

*Aurum lotum.*] Grammatica syædoche. sic Virg.

————— *oculos suffusa nitentis.*

Hoc superius appellavit, *purgatæ aures.*

*Mordaci aceto.*] Accurata, & acuta disciplina, & ingenii scientia & sagacitate, & iudicii acumine. Allegoria ab aceto, cuius natura vehemens & acris. De cuius natura inter alia Plin lib. 23. cap. 2. Tarditatem aurium purgat, & transcurum auditus aperit. Ponitur autem pro acuminis & Sale. vide Erast.

*Acetum habes in pectore.*

*Hæc reliqua accipio.*] Verba Stoici, vel Persi. Maiorem propositionem accipio, & concedo: sed quod inde adsumis & colligis, quod tibi vivere liceat ut velis illud pernego, & cum tuum non sit, tu illud tolle, & ex argumento, si vere voles concludere aufer & exime 1. Assumptionem nego.

*Vindicta postquam meus.*] Assumptionem liberti negat Persius Stoicus: quare ipsum probare Dama libertus adnititur ex adiunctis, quod vindicta prætoris liber pronunciatas iam ut velit, & libeat sibi liceat etiam vivere. Vbi notandum Persium loqui de animi libertate quam Libertus Dama animo concipere non potest. Sensus est. Tu negas mihi ut liber, vivere non licere. Ego vero hoc adfirmo. Nam postquam meus, mei iuris & arbitrii vindicta Prætoris liber pronunciatas à Prætoris recessu & abii: cur mihi non liceat, quidquid voluntati & animo meo collibitum est, illo solummodo excepto, quod Masuri Sabini & aliorum Iurisconsultorum rubricæ & leges prohibuerunt. id est, modo ne quid contra leges peccet, omnia mihi facere licet.

*Vindicta.*] Pro genere illo manumittendi. Erat enim *Virgula lignea*, qua caput manumittendi percutiebatur, cum his verbis: *LIBER ESTO.* Cic. in Topicis. *si neque veni, neque Vindicta meo, testamentum liber factus est, non est liber.* Dicitur autem *Vindicta à vindicare* 1. in libertatem adducere. Vnde Brutus publicæ libertatis vindex appellatur. Alii à *Vindicio* servo, apud Lium.

*Meus.*] Liber mei iuris & arbitrii, eum ante non meus sed alterius forem. sic Poeta:

*Alteri non sit qui meus esse potest.*

*Cum mihi non liceat.*] Hæc, ut dictum de libertate civili intelligenda, quæ est potestas vivendi ut velis, dummodo nihil contra leges desigas.

*Excepto.*] Correctio proximæ conclusionis ex specie singulari. Omnia facere mihi licet, video exemplo, ne in leges peccem. Vidi qui vellent legere *occipio*. Est autem hic excepto non nomen auferendi casu, sed verbum *excepto as oro*.

*Masuri.*] Masurium Sabinum Ictum intelligit, qui Tyberl tempore doctissimus & equus Romanus: eius in Digestis apud Athenæum & Agellium crebra mentio.

*Rubrica.*] Pro legibus, cuius initia minio, aut rubrica notabantur. Iuven.

————— *Per lege rubras.*  
*Maiorum leges* —————

Fortē ut maiestas legibus accederet Sinopidi vel cinabari aut rubrica notitis tanquam non parentibus, sanguineum quid & craentum mimitarentur. Prudent. contra Symmachum lib. 2.

— Dicant cur condita sit lex  
Bis sex in tabulis, & cur rubrica minuetur.

*Disce, sed ira cadat: naso.* } Resistit iam Persius proximæ assumptionis confirmationi, quam paullo post refutaturus orationi suæ veniam precatur, quasi dicat. Quando, quid vera libertas sit, ignoras, disce, sed ut discere possas, anilia deliramenta adfectus, iram, & dolorem, qui veritati officiant, tam diu depone: & exue. Nam veteres, & diu conceptas animo opiniones nobis eximi grauitur, & iniquo animo ferimus.

*Naso.* ) Alludit ad tantum naturam qui corrugatis naribus iram indicant. Sic dici solet. *Fauor & mora bilem in naribus conciuunt*, Solet autem iracundia nasus crispari.

*Ringo, seq. Sanna.* ) Sanna, ut Sat. 1. dictum, est nasi corrugatio: & de irrisione & ira usurpatur. i. in naribus per iram crispata.

*Dum veteres auias.* ) Tam diu illa depone, dum te meliora & vetiora edoceo, & veteres auias, inueteratas, & diu conceptas animo opiniones, aniles ineptias, & deliras fabulas, quas tanto tempore animo concepisti, & fouisti, tibi de pulmone, pectore & præcordiis, in quo illæ altas radices egerunt extraho & euello.

*Veteres auias.* ) Ioculariter, feruē & Satyricæ facis, inueteratas illas opiniones appellat, quæ tanto tempore in animo eius habitauit, ut iam auix censerī possint, et alias atque alias opiniones ē se p̄o luxisse, vel quas puer ex *auia* didicerit. Intelligit opinionem illam qua liberi celesbantur illi solum, qui libertate ciuium gaudebat. Aniles ineptias, et inueteratam stulticiam, quam quidam adeo mordicus retinēt, ut ipsa veritas, ipsa suadela comitata adsit, illis alia per sua scire minime possit.

*De pulmone.* ) Præcordia et pectus intelligit, in quibus hæ opiniones altissimas radices egerunt, vade dicit reuello, quod sit cum ægritudine quadam et violentia.

*Non pratoris erat stultis dare tenuia rerum*

*Officia, atq; usum rapide permittere vita.*

*Sambucam citius caloni aptaueris alto.*

*Stat contra ratio, & secretam gannit in aurem,*

*Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.*

*Publica lex hominum, naturaq; continet hoc fas,*

*Vt teneat vetites inscitia debilis ætus.*

*Diluis elleborum, certo compescere puncto*

*Nescius ex amen: vetat hoc natura modendi.*

*Nauim si poscat sibi peronatus arator*

*Luciferi rudis exclamet Melicerta perisse,*

*Frontem de rebus ———*

## T A B V L A V.

1. Ex repugnantibus, quia sit stultus, cui Prætor sapientiam vel potestatem recte viuendi ut voluit, dare non potuit. vers. 93. 94.

Refert obidionem

Probat id ex minoribus, quod facilius sit bardum militis seruum instrumentum musæo cancre docere, quam stultum sapientiam, vers. 95.

2. Ex *Vido seq. pag.*

Vuuu

2. Ex impossibili, quod ratio prohibeat, ne prator sapientiam, quam ipse forte non habeat, alteri impartias: vel ne quis sapientiam profiteatur, & illam exerceat, quod recte agere non possit, & quam non didicerit v. 96. 97.
3. Ab auctoritate legis naturalis, qua prohibetur, ne quis illud molitur, cui impar sit, neque qui ignarus sit sapientiam profiteatur ver. 98. 99.
4. A simili. Vt medicina non admittat quempiam medicinam agere, qui non didicerit v. 100. & 101.
5. Idem simili. Vt si rusticus, qui nunquam mare intravit, neque stellas novit, si navim sibi regendam poscat impudentissimus merito à Deo maris Portumno indicetur v. 102. 103.

Ita stultitia & impudentia est libertatem sapientiam quempiam alii velle dare quam non habeat, vel regere sapientem, actionem vere liberis hominibus dignam, à stultis subintrare.

*Non pratoris erat.* ] Refutat iam Damæ objectionem (qua ille se potestatem vivendi ut vellet habere dicebat) ex repugnantibus, quod non pratoris sit hominibus stultis sapientiam, & hominibus animo servis libertatem animi concedere, sed sapientum & philosophorum. sensus est. Officium pratoris libertatem corporis, stultis & servis, non sapientiam, & tenuia, subtilia, & acuta rerum gerendarum officia, & *νεφεληγερέα* in tota vita humana, secundum virtutem præagenda præscribere & dare potest, quod solum sapientis est, & philosophi.

*Tenuia verum officia.* ] i. Rerum humanarum subtiles, exactæ, & accuratæ administrationes secundum virtutem & decorum, & *νεφεληγερέα* præcepta.

*Tenuia.* ] Trisyllabum, sic Lucret.

*Tenuia cum natura Dei.*

*Tenuia.* ] Quæ subtiliter, & acute iustum ab iniusto, decorum ab inhonesto discernere possint.

*Atque sum.* ] i. Artem & scientiam rapidi, brevis & velocis, cui permittere, concedere, & exhibere.

*sum.* ] i. Rationem qua aliquis sciat hac veloci vita recte uti.

*Sambucam citius.* ] Ratio propositionis ex repugnantibus superioris, & ex minoribus. Quod quis agresti potius & *ἀμύμον* musicum instrumentum optaverit, quam ut vel stultus habeat sapientiam, vel potius ut prator sapientiam quam ipse non habet, alius stultis tribuat, sensus est. Longe citius & facilius sambucam, aut aliud quodvis instrumentum musicum alto prægradi, & vasto alicui militum seruo, & caloni (qui tamen musicam nunquam didicit) aptaveris, & vel asinum lyrae & fidibus canendis aptum reddideris.

*Sambucam.* ] Potest intelligi de instrumento musicum, quod instrumentum triangulum est, quod ex inæqualibus longitudine & crassitudine nervis efficitur. Nos naabium vel harpam vocamus: Potest etiam intelligi de Machina bellica, quæ cytharæ in morem funibus intenditur, qua utebantur in expugnatione oppidorum.

*Caloni.* ] Calones militum servi, qui vallum, aquam, & ligna ferobant. *καλὸν* enim lignum significat.

*Alto.* ] i. procero, longo, & bardo. Illi enim magni plerumque stupidiore.

*Stat contra ratio*] Altera eiusdem propositionis ratio, ex ipsa ratione, & lege naturali depromta. Sensus est. Quin ipsa etiam humana ratio contra stat, & repugnat, & vnicuique in secretam aurem tacite gannit, & insusurrat, ne illud facere cuiquam liceat, & ne quis illud teneat, quod ignorat, & nunquam didicit, & quod si quis teneat agere, illud agendo vitiaabit, & male ac vitiose contra quam fieri æquum erat, persequitur.

*Stat contra*] Contradicit, repugnat, reclamat.

*Secretam*] Tacitam, ita dicit, quasi tacite & secreta alicui in aurem ganniat, & insusurret. Est enim *gannio*, vulpius proprium, teste Donato. Inde per Metaph. pro submissis vocalis sumitur, quo dolorem aut gaudium attestamus. Hinc gannitus vocalis illæ amantium inter amplexandum. Sic Menand. in *aischymus*.

*Inter gannitus, & substantis Voculas.*

Et Lucret.

—— Gannitu Vocu adulant.

Et Iuvenal. Satyr. 6.

—— Appula gannit sicut in amplexu.

Hic ergo gannit, secreto admonet, & in aurem immurmurat & insusurrat. Sic superius dixit:

*Est aliquis prope te digito, qui tangat. —*

id est, qui latenter admonet.

*Quod quis vitiaabit agendo*] Egrege dixit. Quod quis agendo contaminat, & fecit, quod sit cum quis illa in vita officia exerceat, quæ ob inscitiam recte, & rite gerere non potest. Vt cum mercator, qui toto vitæ tempore illud egit, ut mercimonia exerceat, ad iudicis subsellia vocatur, ibi ille præclarus iudex, & illustre illud sibi demandatum officium, & quicquid agit vitiat, & contaminat. Ita etiam Prætor, si ipse forte stultus stultis sapientiam conetur impartiri.

*Publicæ lex*] Sensus est. Atque adeo non rubrica aut lex Masurii scripta, sed publica hominum lex non scripta, sed nobiscum nata, & ipsa natura hoc fas, id est, hanc iustitiam & æquitatem continet & vnicuique dictat, ut vniuscuique artem quam didicit, exerceat, & ut contra inscitia, & ignorantia debilis, & imbecilla actus vitiosos, magnos, & laboriosos & quæ supra se sunt teneat, apud se inhibeat, & contineat.

*Continet*] In se complectitur.

*Hoc fas*] Hoc ius, hanc iustitiam. Iustum enim & æquum est, ut

Τὴν σφίλαι σφδρῶ ἰδίαι τιχῶν δὲ ὁμοτιχῶ

Et ut

ἰπιδίαις, ἢ ἰπιδίαις αἰδεῖν τιχῶν.

*Quam quisque novis artem, in hac se exerceat.*

*Teneat*] id est, contineat, abstinere, inhibeat, & quasi remoretur.

Sic Virg.

*Hunc Phænissa tenei Dido. —*

Vt sic teneat idem sit quod inhibeat, contineat, relinquat, ut nos Germani *Einhalten*. Sed ut quid sentiam fatetur hæc lectio mihi suspectior, & malim pro: Vt teneat, substituere aut simile quid.

*Vetitos ætius*] Sublimes, difficiles, tuis humeris & viribus maiores, & ob ignorantiam & imbecillitatem tibi prohibitos, & vitiosos. Vetuit enim naturalis lex & ratio, ne rudis mercator ius dicat, ne stultus sapientiam profiteatur. Dicuntur enim hæc omnia ob prætorem, quem servus stultus veram sapientiam, & libertatem, quam ipse non habet dare posse negat.

*Insistia debilis*] Ignorantia imbecilla, & infirma, cuius humeri arduis & grauibz negotiis sustinendis impares, & nimis infirmi.

*Dilus elleborum*] Confirmat superiorem propositionem adhuc similibus ab arte medica, & nauem agendi. Sensus est. Vt natura, & ratio medendi vetat, & prohibet, ne artem medicam, quam non didicisti tractes, nec Elleborum alicui ægroto in remedium commisceas, & diluas, qui Ellebori, & pharmacorum examen, quæ omnia sua natura mortifera sunt, & venenata viciarum puncto ne sua copia noceant, compescere nescis, & temperare: Et ut si rusticus peronatus & ocreatus, qui nunquam mare intrauit, nunquam stellas inspexit, sed luciferi & Cynosuræ, & omnium rudis est & ignarus, nauem sibi regendam, & gubernandam exposcat, non immetto Melicerta, & Palæmon aut Portumnus Deus illa rustici impudentia commotus præ indi-

gnatione exclamet, omnem frontem et pudorem de rebus humanis potuisse, et verecundiam  
 è mundo & rebus humanis exulare. Ita etiam si pector sapientiam stultus stultis velis con-  
 ferre, ipsa ratio et natura magnopere repugnat et reclamant.

*Est autem hoc loco imitatus Horat. Ep. 1. lib. 2.*

*Navem agere ignarus nauiis timet, Abroz. annu agro  
 Non audei, nisi qui didicisti dare, quod melicorum est,  
 Promittunt medici, trahebant fabrilis fabri.*

*Diluui*] Cum aliis pharmacis commisceas et tempeas.

*Elleborum*] Quo infans vel ægrotus purgetur. Hic pro quouis medicamento ponitur, per  
 Synecdochen. De Elleboro superius dictum.

*Certo puncto*] Metaph. à statera, quæ est libra sine lancibus, Ein Wag ohn Schalen/  
 quæ certis viciis, & punctis signatur. id est, Debito pondere, mensura, & proportionem, ad ra-  
 teram examinata, ne plus minusve medicamenti, quam par est, ægrotis propines.

*Examen*] Vt Satyr. 1. dictum, stylus est in statera, vel lingula, quæ eo exit, vel inclinatur, quo  
 pondus vergit. id est, Qui examen, quod è medio ad latera vel ad pondus, vel rem pondera-  
 dam inclinat, & ita debito minus, vel plus medicamenti exhibiturum erat, ad certum, & debi-  
 tum punctum tanquam ad medium & iustam mensuram nescit reuocare.

*Compescere*] Coercere, temperare, corrigere, emendare: Id quod magna cura in medica-  
 mentis à Medicis fieri debet, ne defectu aut excessu peccetur. Medicamentorum enim virtus  
 in iusta ac debita proportionem consistit, à quo si vel tantillum deficiant, ægrotis periculosi sunt.

*Vetat*] Ad superius respicit, quasi dicat. Hoc non lata lex Naturæ, sed nata lex naturæ  
 vetuit.

*Natura*] Medendi. Ars & ratio medicinæ.

*Peronatus*] Perone calciautus. Est autem pero genus calciamenti rustici ex corio crude co-  
 cta imbres, et nives; loris autem & funiculis ad pedes alligabantur.

*Luciferi rudis*] Astrorum, stellæ polaris, & Cynosuræ ignarus et imperitus, quorum me-  
 diocris cognitio in gubernatore nauiis requiritur, et qualis gubernator Palinurus apud Virg.  
 describitur 3. Æn. Est autem hic Synecdoche partis pro toto.

Lucifer enim, qui idem quod *Venus*, mane ante Solis exortum Lucifer, post occasum oc-  
 specta *Hesperus* dicitur. hic pro omnium stellarum cognitione ponitur.

*Exclamet*] Præ ira et indignatione.

Et hic æmulatur Horat. Ep. apud Aug.

———— *Clament perisse pudorem  
 Cum tibi pater patres* ———

*Melicerta*] Fuit Inus et Athamantis regis Thebarum filius, qui cum pater Athamas ferio-  
 sus matrem persequeretur, una cum matre se in mare præcipitem dedit, et miseratione Deum  
 in marina numina transmutati, Ino in Leucotheam, quæ et Matuta dicitur: Melicerta in Pa-  
 læmonem, vel Portunum, et portuum Deum. Quasi ille ægre ferat suam ditionem mari,  
 ab rudibus adeo, et imperitis navigari.

*Perisse*] Remotum et ablatum esse.

*Frontem*] id est, Pudorem subiectum pro adiuncto per Meton.

*Templum enim pudoris frons.*

*Iuuenalis.* *Eiectum semel attrita de fronte pudorem.*

Hinc perficere frontem. id est, pudorem et verecundiam removere.

———— *Tibi recto vivere tale*

105

*Ars dedit, & veri speciem dignoscere callos,  
 Ne qua subarato mendosum tinniat auro:  
 Quæq; sequenda forent, & qua vitanda vicissim,*

71

Illa prius creta, mox hac Carbone notasti.  
 Es modicus voti, presso Lare; dulcis amicis.  
 Iam nunc adstringas, iam nunc granaria laxes,  
 Inque luto fixum possis transcendere nummum,  
 Nec gluto sorbere salinam Mercurialem.  
 Hæc mea sunt, teneo, cum vere dixeris: esto  
 Liberque, ac sapiens pratoribus, ac Ione dextro:  
 Sin tu cum fueris nostra paullo ante farina,  
 Pelliculum veterem retines, & fronte potius  
 Astutam vapido servas sub pectore vulpem:  
 Qua dederam supra, repeto, funemq; reduco,  
 Nil tibi concessis ratio: digitum exere, peccas.  
 Et quid tam paruum est? sed nullo thure litabis,  
 Hæreat in stultis brevis ut semuncia recti:  
 Hac miscere nefas, nec, cum sis cetera fossor,  
 Treis tantum ad numeros Satyri mœnare Bathyli.

## T A B U L A V I.

Iuxta artem vitæ recte vivere.  
verf. 104.

Vera cum falsis, bona cū malis  
confusa posse discernere, ut  
vinitu boni et mali num-  
mi explorantur, verf. 105.  
et 106.

Bona et mala accurate nosse.  
verf. 107. et 108.

Sua sorte contentum, amicis  
facilem et benignum esse.  
verf. 109.

Liberalitatem exercere, opes  
suas erogando iisque par-  
cendo ubi opus sit, v. 110.

A sordibus et inhonesto lucro  
alicuium esse, v. 111.

Ne lucri nimis esse cupidum.  
verf. 112.

Si Dama recte vivit.

Indicat hoc per distribu-  
tionem partium ho-  
nestæ vitæ, ut est

In honesta vita, v-  
bi syllogismus  
ex repugnant-  
ibus talis est.

Æterna illa a-  
mini vera li-  
bertas, quæ  
ponitur  
cum

Liberum esse concedo, eorum D 10 et hominibus.  
verf. 113. et 114.

Sed vide sequens pag.



Sed Dama talis non est.  
Demonstrat id ex ad-  
versis, quia ille

1. Idem post... ver. 116.
2. In fronte... ver. 114. et 117.

Stultus est sine ratione  
ver. 119.

Ne minimam quidem  
corporis partem recte  
possit excutere. v. 119.

Ergo Dama non est liber, sed liberta-  
tis vinculis adhuc tenetur, ver. 118.  
Probat id adiunctis Damæ, quia

Adversis, impossibili ex-  
plicatis, quod ne-  
quidem sapientia  
tis permiscere possit  
ver. 120. 121. & 122.

Et simit: Vt nec rustici  
fores & rustici vel  
animam falsam  
Satyricam Bathys in  
bus mensuris constan-  
tem recte obire. ver.  
122. 123.

In fuga vitiorum, *Vide sequentem.*

*Tibi recto vincere talo*] Primum argumentum quo probabatur Damam non esse liberam; quod stultus esset, qui prætor forte & ipse stultus sapientiam conferre non potuerit. Secun-  
dum sequitur ex repugnantibus. Quod Dama non sit liber, quia non recte vitæ  
rum à falso, bonum à malo sciat discernere, nec sit virtutis amator sed fraudulenter  
mulator. Sensus est: si ars vitæ humanæ tibi recto talo vincere, id est, certo, excelsis & erectis  
du in virtutis & honestatis via incedere, dedit, & concessit, libera es.

*Recto talo*] Metaph. ab illis qui non sunt Scauri, nec obortis pedibus incedunt. Ad rectum  
Est autem rectus talus eorum, qui stant: scaurorum autem & illorum etiam, qui non stant  
rus & non rectus, id est, animo recto, & secundum virtutem vivere.  
Imitatus iterum Horatium:

*Securus cadat, an recto sis fabula talo.*

Est enim talus hic ima pars pedis, siue os quod iuxta calcaneum extubant. *Proinde*  
interpretes, qui hæc directe ad Cornutum dicta intellexerint.

*Recto talo*] Recto animo secundum virtutem & honestatem composui.

*Ars*] Ratio & Sapientia ars vitæ humanæ.

*Et veri speciem*] id est, Ita verum à falso, bonum à malo discernis & dignoscis, ut falsitas  
tis & vitia virtutis specie nulla ratione te possint decipere tibi que imponere: vel in  
& mendosa, inter pura & fucata potes discernere, ne quis adulterino aut obaurato auro, im-  
urato auro pro solido auro tibi possit imponere. Est autem Allegoria ab illis qui timore  
mos explorant.

Sic ante dixit Satyr: 3.

*— dignoscere cantus.  
Quid solidum creper, & picta testoria lingua.*

*Suberato*] Significanter. Quod extrinsecus aureum videatur, sed intrus æs habeat, ut aurum æs sub se habeat, unde *suberatum* dicitur aurum, aut *obantatum* æs. Quod sabsus vel interi-  
us a loco auri habeat.

*Adendofum-timide*] Id est, non solidum crepat, ut superius dixi, sed maligne respondet per-  
cussum, ut Satyr. 3. dixi, & raucum, obtusum, & absurdum sonum edat. Antapodosis est, ut  
ita quid verum aut fictum, quid solidum aut vanum, quid genuinum & adulterinum, possis  
discernere, & accurate iudicio internoscere.

*Quaque, sequenda forent*] id est, Si in omnibus rebus quid bonum, quid malum, quid faci-  
endum, quid omittendum & probandum & sequendum, quid damnum & fugiendum, ex-  
acte adeo discernere, & discernere nquisti, ut virtutes creta, vitia carbone notaris. Solebant  
enim bona tanquam candida albo lapillo, mala tanquam atra, & aduersa nigro signare.

Ex Horat. & hæc desumpta lib. 2. cap. 3.

*Quorsum abeant sani? Creta, an carbone notanda.*

*Vicissim*] id est, Et contra, vel rursus.

*Illa*] Quæ sequenda nimirum, colore albo, & benigno.

*Mala hæc*] Mala nimirum, & fugienda, nigro.

*Es modicus voti*] id est, Si moderata à Diis exoptas, & tua sorte contentus vivis, nec nimis  
sublimis & excelsa expetis, ut amplissimas diuitias summos honores, &c. Qualem Plautus ex-  
priuit, cum dicit: *Est animus modicus, continens, expertus ambitionis.* i. Qui mediocria voueat,  
& exoptet.

*Prose laze*] Re domestica non nimis, magnifica, & luxuriosa, sed frugali, mediocri, & pro-  
se & humili. Nam illi longe aliis liberiores.

Verissime enim Seneca;

*Pectora pauper securagenit, &c.*

*Cespes Tyrio mollior ostro*

*Solis impaudet ducere somnos, &c.*

*Dulcis amicitia*] Facilis, benignus, humanus, & liberalis.

*Iam nunc adstringas*] Desinitio liberalis hominis ex effectis: qui sciat, quid quoque loco,  
persona, tempore dignum sit, & ubi frugalitate, & parsimonia, ubi contra magnificentia &  
liberalitate utendum sit: Vt iam grana & horrea, quibus frumenta condis, astingas, nec ni-  
mis patefacias: iam nunc eadem laxes, & liberalius inde largiaris.

*Iam nunc*] id est, Modo.

*Adstringas*] Contrahas, Zusammenziehen/einhalten.

*Gregaria*] Loca in quibus grana & frumcata reconduantur, quæ sublimia esse, & aquilonem  
spargere debere monet. Cato lib. 4. de re Rust.

*Laxes*] Dilates, q. claustra, & frena portarum eorum aperias, & remittas.

*Inque luto fixum*] id est, Si nullum avaritiæ, & sordium signum in te appareat, & adeo cre-  
di es, & excelsi animi, ita vitia triuiv nummum fixum in luto a pueris, ut sordidos cognoscant,  
& irrideant, possis transcendere & præterire. Tracta Metaph. à luto puerili, qui funiculo an-  
nexos nummulos, & asses viles in via spargebant, ut sordidos cognoscerent, & illuderent. Quia  
omnes illi sese dimitterent, ut nummulum tollerent funem reducebant.

Horat. eodem respexit lib. 1. Ep. 16. ad Quintium:

*Quo melior seruis, quo liberior sit auarus*

*In trivio fixum cum se dimittit ob assem*

*Non video.*

Sunt qui hæc de lucro ex sordido quæstu, parte intelligant: Sed Horatii loco citato refel-  
luntur.

*Nec glute*] id est, Si non immensa & incredibili opum cupiditate & lucri desiderio teneris:  
neque glute: gulofus, & inæxplebilis (non setus ac helluones, & famelici, ubi edulentiæ aliquid  
lanius viderent saluam deglutiant, quasi illud iam spe deorent) si tibi spes lucri oblata sit,  
spumanti ore ob desiderium, saluam appetitu lucri defluentem, & lucri cupidam ac Marzuri-  
alem forbes.

*Gluco*] *λῆξ*, gulofus, heluo, lurco. De auiditate opum, & auaritia intellige.  
*Sorbere*] id est, Non gluto poffis sorbere, quod famelici helluones faciunt, qui faliam vi-  
 ſa laucioribus epulis ſorbent, & deglutunt, quaſi iam epulas illas ſpe ligeriant.  
*Saluam Mercurialem*] Periphrasi lucrum notat, cui Mercurius præeſt, vade & cum ſaculo  
 pingebatur, & à negotiatoribus plurimum colebatur.

*Hæc mea ſunt*] Antapodoſis præcedentium per Proſopopeiam Damæ. Senſus eſt: Si hæc om-  
 nes virtutes enumeratas tibi vendicare potes, & de his omnibus vere dixeris & pronunciaris  
 Hæc mea bona ſunt, hæc ego teneo & poſſideo: Tum demum eſto vere liber, vere ſapiens, idq;  
 omnium prætorum vindicta, & ipſo adeo ſoue dextro fauente, & propitio.

*Teneo*] Diſtincte legendum, & ſubintelligendum *Hæc*.

*Cum vere dixeris*] Eſt integer Syllogiſmus Hypotheticus, & vere hoc dicere potes, liber es.  
 Sed vere non potes, quia pelliculam veterem retines.

Ergo non es liber, & libertatem conceſſam tibi rurfus eripio, funemque reduco.

*Eſſo*] Conceſſio.

*Liberque & ſapiens*] Recte hæc coniungit, quia vera animi libertas eſt ſapientia.

*Prætoribus*] Scilicet, fauentibus, qui te non corpore ſolum, ſed animo etiam liberum pro-  
 muncient, quaſi dicat: Diis & hominibus fauentibus, liber eſto animo & corpore.

*Dextro ſoue*] Fortunato, fauente & propitio. De hoc ſuperius dictum. Porro cum Iouis me-  
 minit animi, cum Prætoris corpori libertatem innuit.

*Sin tu cum fueris*] Aſſumptio Syllogiſmi hypothetici, qua Antithetiſi quadam probat ex ad-  
 uerſis, Damam eiſdem adhuc animi eſſe, quo ante quam liberaretur, fuit, & animo nihil mi-  
 nus eſſe quam liberum. Senſus eſt: Sin vero tu harum virtutum quæ liberum deum abſol-  
 uunt, nullam habes, ſed quæ antea noſtræ ſariaz, eiſdem prauitatis & malitiæ nobiſcum faci-  
 & quamuis colorem mutas veterem tamen ſeruitutis & prauitatis pelliculam retines, quam-  
 visque fronte & externo habitu politus, candidus & honeſtus videaris, tamen ſub vapo-  
 re, ſub caliginolo & corrupto corde, altutam vel antiquam vulpem, doloſa, verſutia, fra-  
 des & fallacia, ſeruas & retines: Tum ego quod ante de te adſerui ruriſus nego.

*Noſtra ſarima*] Metaph. à panibus, qui cum eiſdem ſariaz ſunt, eiſdem etiam ſapientiar  
 Hæc proverbium:

*Eiſdem ſarima*, per omnia ſimilis eiſdem ſaporis, nota, gregis, & conditionis. i. amara-  
 nus nobiſcum fuiſti.

*Pelliculam veterem retines*] Summa allegoria ab illis, qui corporis vitia egreſſis veſtimentis  
 ſegunt: vel quialios colores induunt, veteri tamen pelle reſecta: Tranſferendum ad in-  
 tæm. Sic dicitur: *ὁ δὲ καὶ τοῖς ὁμοῖς ὡς τοῖς παλαιῇ* id eſt, Si tu cum ſeruitute corporis, ſer-  
 uitutem animi veterem non exuiſti: Sed antiquam adhuc obtines, & veteres perditos & de-  
 prauos animi mores, & mentis vitia retines.

*Fronte*] Externo corporis habitu.

Sic ſuperius dixit Satyr. 5.

———— *Suprema pelle decorum.*

Id eſt, Si quis faciem tuam videat quantiſ precii, politus, candidus, ſyncerus, decorus, heu-  
 ſiſſimus, & optimus. i. externo habitu liber & ingenuus.

*Aſtutam vulpem*] id eſt, Vulpis calliditatem & aſtutiam. Illi enim natura aſtutus inſci, vt  
 leonibus audacia. Vnde Pindarus virum fortem ob robur leonæ, ob prudentiam vulpi com-  
 parat. Nam cum duobus modis aliquid ſuperetur vi vel fraude, virleonis eſt, fraus vulpi.

Horat. Arte.

———— *Nunquam te fallant animi ſub Vulpæ lateſces.*

Aſtutia vero (vt ait Lyſander) vulpina pollis, ſi leonina non ſufficit. Hic per vulpem in-  
 ligit doloſa, fraudes, verſutias, impoſturas, inſidelitatem ſeruatorum, vt apud Terent. & Plautum  
 de pinguiſſimo. Poterat etiam hic legi antiquam Vulpem, &c.

*Vapido*] Nebuloso, turbido, minus bono, candido, & sincero, veterum vitiis plena, & fraudibus redolente. Metaph. ab aere turbido, & vapido, non sudo & sereno, hoc enim illi superiori *politus* opponitur. Quod enim quidam legendum contendis *panido*, quod est utia vulpi à timiditate nascatur, quæ & ipsa seruilis est, non placet.

*Sub pectore*] Opponitur illi superiori fronte: quod frons cum pectore non consentiat.

*Qua supra dederam*] Conclusio syllogismi Hypothetici. id est, Ergo liberum te esse nego, & quod superius tibi attribueram veram libertatem & sapientiam, illud iam repeto, & repesco, tibi que adimo, & funem vel habenas seruitutis ante tibi laxatas, & remissas reduco retraho, & inhæreo.

*Supra*] Dixit enim supra:

*Esse liberum, & sapientem* ———

*Repeto*] Sic Horat.

*Qua ——— dedisti cum te resigno.*

Id est, libertatem quam tibi supra concesseram, si à vitiis recessisses, illa iam à te repesco, cum tua non sint, teque adhuc seruum pronuncio. Certis enim conditionibus te liberum pronuntiam.

*Funemque reduco*] Relaxatum frenum, vel remissas habenas seruitutis retraho. Allegoria ab equis, quibus mansuetis frenis imperiti interdum relaxantur, sed lasciuiuentibus, & ferocientibus rursus contrahuntur. Vel à bestiaris, qui interdum alligatas longo fune lasciuire permittunt, sed postea retrahunt & inhihent. id est, Habentis seruitutis iterum te coarcteo.

*Nihil tibi concessit ratio*] Assumptionis confirmatio, quod nihil secundum rationem agat, sed in omnibus peccet, i. ratio & sapientia, vnde vera libertas, tibi nihil omnino sustinere concessit. i. stultissimus es, ac proinde mancipium pessimum, & nihil minus, quam liber ac proinde nihilum quidem libertatis habes.

*Digitum exserere, peccare*] Varie, hoc interpretes, etiam vetus ille Cornutius: qui ita explicat. Digito sublato ostende te victum esse à vitiis, & peccare: Quod gladiatores, ubi in arena visui essent, digitum exsererent, & ostensione digiti veniam à populo petebant, ne verso à populo pollice occiderentur. Sed male hoc sine dubio. Loquitur autem ex sententia Stoicorum, qui ne digitum quidem recte à stultis exseri posse demonstrabant. A solo autem sapiente recte aliquid geri: Idque ut probaret, rem fuisse perfacilem, & in qua tamen stultus Dama peccet, id est, ne minimum quidem corporis membrum mouere potes, quin in culpam & reprehensionem incurras.

*Es quid tam paruum esset*] Subintellige, vel in quo tu non pecces: vel in quam digitum exserere, & tamen tu istuc rite sine peccato, nequis.

*Sed nullo thure litabis*] Altera conclusionis ratio, quod Dama ratione prædictus non sit, ex aduersis: Quod rectum & veræ libertatis proprium, cum stulticia coniungi nequeat. Ab impossibili, quod Dæo etiam impossibile sit hæc contraria coniungere, cum illa precibus impetrare nefas sit. Sensus est. Sed tu etiam nullo thure litabis, nullis sacrificiis, nullis victimis à Dæo impetrabis, ut vel minima semuncia rectæ rationis, exigua mica Salis, & sapientia, in stultis, & animo seruis hæreat.

*Thure*] Pro quouis sacrificio, per synecdochea. Quicquid autem à Dæo precibus impetrari nequit, impossibile est.

*Litabis*] Litare, ut superius dictum, significat sacrificando impetrare.

*Semuncia recti*] Dimidiata particula sapientia. Est autem semuncia dimidia uncia, positusque hoc loco pro re admodum exigua: Metaph. à rebus, quæ libra expenduntur. Per semunciam vero recti intelligitur quod superius dixit digitum exserere & non peccare.

*Hæc miscere nefas*] i. non miscensur contraria, ut ait Seneca. Nullum enim Deorum aut hominum tam iniuste unquam erit, vel tam absurde cogitauit, ut bonum cum malo, Seruum cum libero, sapientiam cum stultitia, libertatem cum seruitute coniungi & confundi possit unquam cogites.

*Nec non sis cætera passor*] Illustrat propositionem simili. Ut quicumque flos tantum est, & rusticus, tantum abest, ut pantomimum, & artificiosum saltatorem imitetur, ut

XXX

ne quidem ad tres tantum numeros, tenos, & rythmos saltationis Bathylli Pantomimi Satyri, vaquam apte, & congruenter saltauerit, & saltationem motu corporis conueniente expresserit: ita neque tu, cum malus, & stultus sis, vel in minimis secundum rationem vixeris.

*Cetera* id est, In rebus ceteris omnibus, vel per omnia reliqua.

Sic Poëta.

*Cetera Grauis.*

Et Cicero. Non solum enim Poëta suauis, sed etiam cetera doctus sapiensque traditur.

Mart.

*Visceribus bonus est cetera Vile sapit.*

Locutio Græca: Nam Græci *ἄλλα* subintelligunt, i. Quo ad cetera.

*Cetera* Ad supremum.

*Fessor*] Homo agrestis villissimus seruus. Solebant enim & fessores compedibus vinciri, & vix ire poterant, ne dum ut artificiose saltarent.

*Tres tantum*] Ita dicit, ut exiguam rei exprimat: Hæc enim omnia referuntur ad illud superius: *Digitum exferre peccat.*

*Numeros*] Ita dicit, quod in huiusmodi saltationibus sint certæ pedum dimensiones, quas efficiant nunc dactylos, nunc proceleusmaticos, nunc alios pedes.

*Satyræ Bathylli*] Fuit Bathyllus Chironomus Pantomimus, & saltator gesticatione vtens, & fuit Mæcenatis libertus. quem à Satyrica saltatione, et pedum agilitate, cum eximius saltator esset Satyrum vocat, meminit eius.

Horat. lib. 1. Ep. 1.

*Nunc Satyrum nunc agrestem Cyclops mouetur.*

Et lauepalis Satyr. 6.

*Molli saltante Bathyllo. Es.*

125  
Liber ego. unde datum hoc sumis, tot subdite rebus?  
An dominum ignoras, nisi quem vindicta relaxas?  
I puer: & strigiles Crispini ad balnea defer,  
Si increpuit, cessas mugator? seruitum acre  
Te nihil impellit? nec quidquam extrinsecus intrat,  
Quod nervos agitet? sed finitus & in icore agro  
130  
Nascuntur domini qui tu impunitior exis,  
Atq; hic, quem ad strigiles scutica, & metus egit heriliæ.  
Mane piger stertis? surge, inquit, anaxisia eia,  
Surge. negas. instat: surge inquit, non queo surge.  
En quid agam? rogitas? en, saperdam aduibe Ponto,  
135  
Castoreum, stupas, ebum, thus, lubrica choa:  
Tollere cens primus piper è sitiente camelo:  
Verte aliquid: iura, sed Jupiter audiet, eheu  
Baro, restitutum digito terebrare Salinum.  
Contentus perages, si viuere cum foue tendis.  
140  
Iam pueri pellem succinctus, & ænophorum aptas:  
Quæquid mouere, nihil obstat, quin trabe vastas  
Epæm aptas, nisi solters luxuria ante  
Seductum moueat.

T A B U L A VII.

Obiectio vani liberti quod tamen liber sit. vers. 124.

Vera liber-  
tas in vi-  
tiorum  
fuga; vbi  
sum qui-  
dem

Responsio Persii per re-  
pugnantia, quod ille  
non liber sit, qui mul-  
tis dominis subiectus  
sit vers. 124. Confir-  
mat hoc per, distin-  
ctionem dominorum  
per collationem simi-  
lium hoc modo.

A servitio corporis vin-  
dicta quidem Præto-  
ris te liberauit, vers.  
125. probat hoc duo-  
bus dominorum fa-  
ctis, quia

Sed animi  
servitio re-  
neris vers.  
129. et 130.  
Et ob id 2.  
que servus  
es ac illi, q  
corpore  
serviunt,  
vers. 130. et  
131. Pro-  
bat id per  
species sin-  
gulares,  
quia ser-  
vit.

Pignitum. vers. 132.

Anaritia  
per Dia-  
logum  
ponun-  
tur, quæ  
ipsum  
iubet.

Dominus aliquis exter-  
nus ipsi non imperet.  
vers. 126 & 127.

Eumq; contumeliose non  
tractet, et gravissime  
increpet, vers. 127. et  
128.

Illamque externis verbe-  
ribus non adficiat. vers.  
128. et 129.

Surgere, vers. 132. et 133.

Mercaturam exercere et  
Pōto merces super dāta,  
castoreum, stupras, Ebe-  
num, viantur Courts; pi-  
per, aduchere, vers. 134.  
135. et 136.

Pecierare  
ver. 137.  
vbi pro-  
leptis est  
es qui-  
dem.

Damæ obie-  
ctio, quod  
lupiar pecc-  
rantem sit  
puniturus,  
vers. 137.

Anaritia re-  
spōsio quod  
si Deos ex-  
rare velit,  
pauperri-  
mus sit fu-  
turus, vers.  
138. 139.

Damæ qui persuasus ab anaritia præ-  
parat se ad mercaturam et naviga-  
tionem vers. 140. 141. et 142.

Luxurie vide sequentem.

XIII 3

*Liber ego.*] Altera Damæ proleptis, eiusdē prosopopœia illustrata, qui nullis Persii argumentis edomitus liberum tamen se esse contendit. Q. dicat: At tu Dama tamen antiquam tuam cantilenam semper retines & occinis, & inquis: Quicquid etiam mihi dices vel obicis, Petſi, ego tamen liber, & mei iuris sum, nullius dominio subiectus. &c. Horat. de consimili:

———— *Eripe turpi*

*Colla ingo, liber, liber sum dic age.*

*Vnde datum hoc.*] Refellit obiectionem Damæ Poeta ex repugnantibus: Dama multis dominis subiectus est. Non ergo liber est. Simile illud Horat. Sat. 2. lib. 2.

*Tunc mihi dominas rerum imperiū hominumq;  
Tot tantūque minor, quem ter vindicta, quaterque  
Imposita haud Enquam misera formidine priuet.*

Sensus est. Quæso vnde hoc tibi sumis & usurpas, quod te liberum dicas, & qua fronte hoc adfirmas, cum tot rebus, tot imperiosissimis dominis subditus & subiectus sis.

*An dominum ignores.*] Confirmat proximum argumentum distinctione seruitutis & dominorum, quod licet seruitute corporis non detineatur, quem vindicta prætoris sibi laxarit, sed quod animi dominis imperiosissimis adfectibus detineatur. Sensus est. An tu adeo bardas & stupidus es, vt existimes nullum alium esse dominum, nisi à quo vindicta prætoris te liberat.

*Dominum.*] Alium scilicet, quam corporis.

*Vindicta relaxas.*] Cuius dominatum virga serui caput tangens dissoluit.

*Relaxat.*] Mitiores reddit: sic in contrarium superius dixit: *Funem reduco.*

*ſ puer.*] Amplificatio dictorum ex dissimili, qua indicat, illum corporis seruitio non amplius teneri, sed seruitio animi miseramam seruitutem ipsis adfectibus seruire. Sensus est. Vbi ego vel alius quisquam Dominus imperiosa voce pronuncio, & pueros seruosque meos increpo: I puer, & strigiles defer ad balnea Crispini. Cessas adhuc nugator, & mastigia: Tale quidem meum puer cuiusvis domini acre seruitium, & mandata minantia, & imperiosa te non amplius quidem terriant, vrgent, & impellunt. Est concessio, quod corpore seruus amplius non sit. Comparatione autem probat æque seruos esse; qui animo quam qui corpore seruiunt.

*Strigiles.*] Nlis in balneis utebantur. Erant autem vesimenta, quibus sudor abstergebatur. *ἀσπίς στρυγίλων.* Alii ferrum instrumentum, quo sudantes ad abstergendum sudorem utebantur.

*Crispini.*] Hic Crispinus ordinis Senatorii fuit, & Claudio imperante præfectus prætorii factus, consularibus insignibus donatus. Postea Neroni inuisus quod Poppeam antea matrimonio conuerat, à quo sub crimine coniurationis in Sardiniam Insulam exul coniectus iussu mortis nuncio accepto semetipsum interfecit.

*ſi increpauit.*] Dominus nimirum aliquis, vbi hæc imperiosa voce dixerit.

*Cessat nugator.*] Cum interrogatione & stomacho pronunciandum perspicuo sensu. Nos autem placet, quod Turnebus hic commentatur, cuius verba: *Ōstendit magis esse seruum, qui libidinis parces & perturbationis, quam qui dominum habet, & seruitutem seruit.* Nam si dominum tibi imperarit aliquid, si tamen cessator, & nugator es, te imperium herile nihil impeller, & si finem domina sunt perturbationes, aque nos plebunt, ac serui cessatores à Domino verberantur. sed illa prior sententia longe concinnior.

*Seruitium acre.*] Corporis sc. & ciuile.

*Nec quidquam.*] i. nulla extrinseca, aut externa violentia, vt verbera aut flagra, te innadit, & nervos ac membra corporis tui externq; dolore adficit. Est autem duarum dictionum.

*Extrinsecus.*] *ſi puer* dixit. Opponitur enim ei mox sequens intus.

*Intrae.*] Innadit te, & irrat q. in te.

*Nervos agiles.*] Dolore, & molestia adficiat.

*Sed si intus.*] Antapodosis dissimilicudinis. Sensus est. Sed quamuis nullo corporis seruitio externo detinearis, tamen spiritus & in iecore, pectore, corde, & animo tuo alii imperiosissimi Domini tibi nascuntur, & contrarii adfectus te in quævis flagitia agitant, auaritia, luxuria, ira, libido, quæso qua fronte liberum te appellas, & quomodo vel ratione tu impunitior vel libe-

rior

rior et seruo vilissimo, & mancipio, quod heril & metus, scutica & flagra ad strigiles ad balnea portandos agit, & impellit?

*In iecore.* ] Ut superius aliquoties dictum, in iecore sedem adfectum arbitrabantur.

*Aegro.* ] aegrotio, multis vitiis & animi morbis adfecto, laborante, aegrotante.

*Nascuntur domini.* ] Adfectus omnium grauissimi, imperiosissimi, & feruissimi, quibus multi tanquam *μαρτυροι* & *λαοι* & *ορτοι* & qui multos quocumque volunt, ducunt, & abducunt.

*Qui tu impunitior.* ] id est, quomodo tu non pari seruitio premens, & eandem seruiti potans subis?

*Ego.* ] Jabis vel euadis, sic dicimus impune abire, euadere imitatus autem est Horatium.

———— *Quid tu impunitior illa  
Qua paruo summi nequeunt obsonia captae?*

*Atque hic.* ] Seruus scilicet, qui corpora seruitium feruit.

*Ad strigiles.* ] Ad balnea deferendos, & alia herilia imperia exsequenda.

*Scutica.* ] Flagellum *δοτι* & *ενοτος*, quod pellem significat, ex pelle enim sebat.

*Mane piger seruis.* ] Probat adsumptionem, quod Dama dominis animi miserrimam feruitutem seruat quod per species singulares explicat, quia Dama sit piger, avarus, luxuriosus. Inducit autem Damam tanquam pigrum ab avaritia excitari, & obiurgari. Est enim Dialogismus avaritiz, cum Dama.

*Piger.* ] *ἡσυχαιος*. Ut notet cum etiam pigriz inferre.

*Surgere.* ] Verba avaritiz per Prosopopoeiam Damam ad mercaturam exercendam, & quibus faciendum excitant. Est autem Epanodos in surge.

*Ego.* ] Hortantis. Horat. i. serm.

———— *Ego, quid stans?*

*Rogas.* ] Poetæ verba, i. si tu te surrecturum neges, illa viterius instat, & acius urget, & fargit iterum inquit.

*Non queo.* ] Verba Dama, si tu dicas non queo surgere.

*Surgere.* ] Verbum avaritiz, impotune Damam lecto excurrentis.

*En quid agam.* ] Verba ignaui Dama, si surgat, quid agendum sit dubitantis. *Quid agam,* quid negotii tractabo, quid iterum geram.

*Rogat.* ] Verbum avaritiz, cum indignatione, & vultuose pronuntiandum.

*En saperdam aduche ponto.* ] Verba avaritiz. Sensus est. rogas adhuc quid agas, cum habes, omnia aduche ponto peregrinas mereas, *saperdam*. Erat Pontici piscis genus, qui in Mzotide, teste Atheno, optimus capiebatur. Solet, ut ait Nonius, per translationem pro venusto, & sapiente poni. Varro Modio. *Omnes videmur nobis esse belli, festini, saperda cum sinu nescimus.*

*Ponto.* ] Mare Scythiaz, ad quod Ovidius relegatus.

*Castoreum.* ] Castoris testes, teste Plinio, quos sibi amputat, dum à venatoribus urgetur. Lucanalis.

———— *Imitatio Castore, qui se  
Eunuchum ipse facit cupiens euadere damno  
Testiculi* ———

Virg. Georg. ——— *Virro sag, Pontus.*

*Castoreum.* Germanis dicitur *Wibergell*.

Intelligit vnguentum ex castoris genitalibus confectum. Est enim pharmaci genus.

*Stuppas.* ] Linum vile, quod lini cortici proximum è Græco *στυπας*. Alias unico p scribitur.

*Ebenum.* ] Lignum guaiacum, nascitur in India & Æthiopia, adeo solidum & ponderosum, ut aqua substat cuius color fœcis buxus, interius niger. sine aspiratione rectius scribitur *et* *græcis ἰβου*.



*Eubria Gog*] Vinea ex Insula Co, quæ una cycladum in mari Egeo, *Lubrica* dicitur, nam alium laxant, & emolliunt.

*Tollerare*.] i. piper recens mari tibi aduehendum & tollendum è camelis adhuc sitientibus.

*Recens*.] Nouum, & optimum piper.

*Primum*.] Alios mercatores preoccupa, & anteuerit, & prius illas merces aduehe, ut eo citius distrahas.

*E. iussitq; camelo*.] Vel è pelle, vel membrana cameli, qua piper involutum, arida, & sitient vel camelo, qui è naui domum, vel in forum piper deportet.

*Sitient*.] Vel ad sitientiam referendum, dum primus esse iubetur, & camelus defaigitur, & sitiat: vel quod camelus per integrum triduum sitim tolerare possit. Postea vero ubi aquam inuenit, tantum bibit, ut præterit, & futuræ siti satisfaciatur.

*Vorte aliquid*.] Negotiare, & speciem pro specie commutare.

*Iura*] Peiera. Pulcre hæc, talia enim suadet auaritia omnium malorum radix.

*Sed Iupiter audiet*.] Respondet Dama, Iupiter me peierantem audiet, & punit. Respicit autem eo, quod homines populi metu, non honestatis amore plerumque peccatis abstineant.

*Heu heu*.] Respondet auaritia, Dama simplicitatem ex adiunctis illudens per exclamationem. Alii legunt *Eheu*. Est autem indignationis & querelæ, quasi dicat. Heu tibi misero, Heu homo harde & stolide, si cum Ioue viuere, eiusque mandata, & imperia exsequi contendas, nunquam rem facies, & vitam inopem ac miseram perages, contentus salinum propter salis inopiam, ut micæ saltem, & reliquias quasdam salinis conchæ tenaciter adhærentes reuellas, digitus præterebrare & atro pane, & aqua viuere.

*Baro*] Maius vocabuli quater metiminit Cic. ep. vii. lib. 9.

*Ille Baro* reputabat quæ siturum, vnum cælum esset, aut innumerabilia Lib. 2. de diuin. Baro victum te esse non vides, lib. 2. de finibus: *Nos Barones* stupemus; tu videlicet tecum ipserides. Et lib. 5. ep. ad Attic. Apud patronum, & reliquos *barones* te in maxima gratia posui. Erant autem *barones* vel *barones*, serui militum stultissimi, quippe stultorum serui. Idem hoc loco, quod bardus stupidus, ineptus, stolidus, ut in omnibus citatis exemplis Ciceronis liquet. Quidam legunt *Baro*, ut metaph. sit à corpore ad animam. sed illa prior lectio melior. Baro. Barde stulte ac stolide.

*Regustatum*] Sordidi & pauperis notatio quod aliquoties cum eodem sale appositum sit.

*Digitis terebrare contentum*] Inopiam summam notat, cuiusmodi pauca reliqua salino tenaciter adherentes reuellat, vel qui deficiente sale ipsum salinum, ut pote salis acquiram vel sal sapiens perterebrandum sit. Est autem vitæ iste Hellenisticus.

*Perages*.] Vitam viues.

*Terebrare*.] Metaph. hyperbolica, summam pauperiam denotans, à fabricis lignariis desumpta.

*De Sumere cura. Iam*.] Id est, si sancte & pie velis viuere, & iustitiam colere, in hac sententiam dicitur istuc Terentianum.

*Ne sit me scire bonitas, utinam rem faciat*.

*Iam pueris*.] Assumptionis confirmatio vel expositio ex effectis, quod auaritia persuasuræ mercaturam accingatur, sensus est, iam ab auaritia persuasus ad iter succinctus & paratus, pueri & serui tuis sarcinas, pellem & cenophorum accommodas, & aptas.

*Pellem*.] Mantica intelligit, vel involucrum & vidulum scortum cui vestes & alia ad iter necessaria includebant. *Ein modisact*.

*Succinctus*.] Expeditus, apparatus, Horat. 2. *Servus Bæti*.

*Velut succinctus cursum hostes*.

Qui enim diligenter & sedulo aliquid faciunt, vestem cincta colligunt.

*Cenophorum*.] Mas viarium, q. viarum foras.

*Ocyus ad nauem*.] Duplici intellectu: vel ut sint verba Damae seruos suos compellantis. Ocyus hæc ad nauem mihi deferre. Vel sunt Poetæ: Ocyus tu ad nauem festina, & propera.

*Nihil obstat.*) Verba Poetæ: Nihil te remoratut quin è vestigio mare Ægeum vasta trabe, & magnis nauib. rapias, & trailicias.

*Nihil obstat.*) Nisi sola luxuria, vt sequitur.

*Trabe vasta.*) y. ecdoche partis pro toto, & Meton. causæ pro effectus pro vasta, & ingenti naue. sic Ouid. 2. de pontu:

*Quo duce trabs Colcha sacra cœntrris aqua.*

*Ægeum.*) Synecdoche pro omni mari. Est enim Ægeum pars maris mediterranei prope Græciam, Europam, ab Asia diuidens.

*Rapias.*) Velociter petas. Hyperbole.

*Nisi solers luxuria.*) Fingit Poeta Damam ab auaritia persuasum iam per prosopopœiam luxuriam contrarium adfectum loquentem inducit, & ne nauiget persuadentem, vnde fit, vt quid agendum sit nesciat, & ambiguus hæreat. i. nihil te nauigaturum remoratur nisi sola luxuria.

*Solers.*) Blanda, & ingeniosa contra auaritiæ persuasiones. Illa enim prædulce malum.

*Ante.*) Antequam nauiges.

*Seductum.*) Nisi illa te antequam nauem conscendas suis illecebris seductum & à proposito & priori sententia deturbatum moueat, & moneat.

*Quo deinde, insane, ruis? quo?*

*Quid tibi vis? calido sub pectore mascula bilis  
Intumuit, quam non exstinxerit vrna cicuta.*

*Tun' mare transilas? tibi torta cannabe fulto  
Cœna sit in transtro, Veientanumq; rubellum  
Exhaleat vapida latum pice sessilis obba:*

*Quid petis, vt nummi, quos hic quincuncce modesto  
Nutrieras, peragant auidos sudore deinceps?*

*Indulge Genio, carpamus dulcia nostrum est,*

*Quod vinis, cinis, & Manis, & fabula fies,  
Vive, memor lethi, fugit hora, hoc, quod loquor, inde est.*

## T A B V L A . V I I I .

Ex adiunctis Damæ quod  
insanus sit, vers. 143.  
& 144. probat hanc  
insaniam,

Efficiente causa bile, eamque amplificat  
pereolationem minorum, quod rapta  
ex bile insania in ipso ferueat, quâ tam  
veluticuz vrna restinguere nequeat, v.  
144. & 145.

Luxuria, quæ describi-  
tur tū ex factis, quan-  
do Damam reuocat  
à navigatione & ad  
se exhortatur.

Ex adiunctis navigationis,  
quod

Horridum sit mare transiliendo v.  
146.  
In nauis transtris cornandum vers.  
146. & 147.

Vile vinum vapescent obba priua-  
ta sit potandum in nauis vers. 147.  
& 148.

Ex aliis vide seq. pag.

Yyyy

Ex aliis adiunctis collatione minorum amplificationis.

Quod satius sit Romæ sine periculis parum letum facere, quam in mari cum periculo magnam vel. 149. 150.

Ex adiunctis, quod voluptati & genio indulgere debeat, vel. 151.

Ex suis effectis, (luxuriæ videlicet) contrariis illustratis, quæ auctor sit vitæ, & quod in voluptate vivere debeat, breui moriturus, vel. 151. 152. quod recordari debeat 153.

Ab adiuncto vitæ humanæ, quod sit brevis, vel. 153.

*Quo deinde, in sano. rui.*) Quo? Luxuriæ prosopopœia Damam à labore ad voluptatem reuocans ex adiunctis. Initium orationis ab oburgatione: adduntur & conuicia. Nam insanum cum vocat. Quasi dicat. Nam quid hoc rei est? Quod facinus tu inceptas? Quoniam tu insanus & stolidus tanta animi concitatione ruis, quo tanto impetu ferris & impelleris, quid tibi vis, & quid quæris:

*Calido sub pectore.*] Duplici intellectu. vel enim ipsum, ut supra insanum, ita & furiosum vocat, ex ipsa efficiente, nam bilis flaua, quæ sæpe numero adusta & calida furorcm generat. Ut sit: tibi furioso & insano, sub calido & incenso pectore mæcula, & atra bilis ita intus ruit, quæ percitus insanis & furis, vel, ut ipsi adfectui luxuriæ, adfectum iræ addat, ut luxuria cognito uis consilio irascitur & furit, vel tu qui nauigare parabas, iam aliter animatus, ira concitatus, vehementer furis prior explicatio est referenda.

*Mæcula bilis.*] Fortis, virilis, copiosa & valida, quam bilem vel iram Stoici fortitudinis cotem esse dixerunt, sed utendum ea, ut milite, non ut duce.

*Intus ruit.*] In summam magnitudinem, & feruorem exoritur, ita dicit ut vehementiam iræ aut furoris noceat.

*Quam non.*] Addit amplificationem furoris ex magnitudine remedii. Quam bilem vel insaniam integra cicutæ vna suo frigore non extinxerit, nec integra Ellebori libra hunc insanis furorem sanauerit. Est autem bilis calida, cicutæ autem frigidissima: Ideoque est desiderium, id est, remedium necesse. Solebant etiam sacerdotes Cereris Eleusiniæ liquore cicutæ perungi, ut concubina abstinerent, sic Horatius:

*Qua poterunt inquam satius expurgare cicuta.*

*Vina.*] Hyperboë, non obulus, drachma, cyathus, aut acetabulum, sed ne integra quidem vina. Cum vel obulus cicutæ hominem extinguat.

*Tui mare transilias.*] Verba luxuriæ ad seruum suum Damam indignationis plenissima. Tunc vir talis, & tantus, in talibus digressibus, talibus honoribus constitutus nauigabis?

*Tibi tota, canabæ fulso.*] Recenset incommoda nauigationis. Est autem Periphrasis rudentis ex materia quæ cannabis, id est, Adeone insanis, ut tibi tanto viro cannabinis rudentibus sedem fulciri velis sedenti in transtris vice mensæ, ut velis sedentem te sustineri funibus nauticis & deras rudentes tibi sedilia esse, qui in elegantibus & mollibus lectulis discumbere anxia solitus sis. Ergo fulso ad hominem, non ad transtrum referendum.

*Fulso tibi.*] Tibi imposto ut tu fulciaris.

*Cena sit.*] Sordida & famelica, inter sordidos & male olentes nautas.

*Transtro.*] Transtra remigum sedilia sunt in nauibus.

*Veientanum, rubellum.*] Ergone vero fœcilis & vilissima obba tibi vinum Veientanum rubrum, inspidum, & fœtida pice corruptum exhalet & corrumpat, quod in nauibibus. Erat autem Vinum Veientanum, saporis admodum ingrati, & nascebatur Veis in opido Hetruriz. Horatius de avaro.

*Qui Scientiam fefis potare dicitur  
Campum solent trulla, & pappum, profectis*

Et Martialis:

*Et Vicentiani bibitur fex crassa rubelli.*

*Rubellum.*] Vinum dicitur à colore rubro, Diminutivum vñs, ut de magis rem extenuet.

*Exhalet.*] Evaporet corruptat, & in vappam mutet.

*Fapida pice la sum.*] Fætida & male olenti pice corruptum: pice enim vasa, & omnia per se in manibus oblita.

*Obba fessilis.*] Poculum latioris fundi, ita ut sedere videatur. Est autem obba poculi ligui genus, vel ex spatio Græcis *ὀββα*.

*Quid petis.*] Navigare propositum iam aliis admoctis *oludis*, vbi quædam comparatio minorum est: q. dicat: Satius est Romæ sine labore, & periculis parvum lucrum facere, quam in mari non sine vitæ discrimine magnum. sensus est: Quid cupis & desideras, ut nummi, & divitiarum, quas tu hic ante hac quincunce modesto, incremento & fœnore dimidium capitalis summa ex æquitate moderato & honesto antieras sudore, molestia, & periculosa ac laboriosa navigatione audios denoces, nimium & immoderatum lucrum, & fœnus, quod fere capitalem summa exæquet, peragant, & acquirant.

*Hic*] Romæ nimirum.

*Quincunce modesto.*] Suadet iam ab honesto, vñram mediocrem esse appetendam, sic vitia etiam virtutis pallio utuntur. Est autem quincunx pars assis, quinque vñcias habens, quem *modestum* appellat, quod olim legibus probaretur. Opponuntur autem inter se quincunx modestus, & autidi denuces. Est enim *denus* integer assis decima vna vñcia, vel undecim vñciar.

*Modesto.*] Mediocri & moderato. Huiusmodi enim lucrum tolerari potest. Notandum autem quod luxuria mediocritatem commendat. Nimirum nullum vitium tam enorme, quod non aliqua honestatis specie utatur. Est autem Metaph. ab hominibus, qui proprie modesti.

*Nutrieras.*] Paulatim auxeras. *Pulere* dixit, pro fœnore. Idem Metaph. ab hominibus.

*Peragant*] Præstent, exhi. beant.

*Auidos.*] Inæxplebiles & anaros, quos avaritia nimirum cumulari & augeri cupit. Opponitur modesto. Idem Metaph. ab hominibus.

*Sudore.*] Emphatice. Periculo ac labore, dum peregrinus navigas.

*Indulge genio.*] Adhortatur iam luxuria Damam ad voluptatem ex adiunctis. Quid sit genio indulgere, dictum Sat. 2. in fronte.

*Carpeamus dulcia.*] Cibi & potus, rerumq; venerearum. Hæc enim fere luxuriæ subiecta 1. Delitiis fruamur. Est autem Metaph. à fructibus.

*Nostrum est quod vivis.*] Ex Epicureorum sententia dicit, qui illud tantum tempus te vixisse putabant, quod genio indulgissent. Longe aliter Seneca: *Vivere militare est.* Sensus est. Mei beneficii est, & meum adeo, quod beatus es, & vivis. Nisi quis malit hoc *Nostrum* intelligere de vitæ tempore, quod considerare et voluptate conterere iubeat, quo elapso pulvis, et umbra futurus sit Seneca. *Omnia aliena sunt, tempus solummodo nostrum est.*

*Vivis.*] Mortuorum enim corpora cremabantur, et in cinerem resoluebantur, quæ cinerecta dicantur inde.

*Et manes.*] sic Horat. Od. 4. l. 6.

*Iam te premet nox fabulaq; manes.*

Ponit autem manes pro exequiis, et corpore funerato ymbra, ducta Metaph. à Lemnibus et larvis, de quibus poetæ fabulantur.

*Fabula*] id est, sermo tantum de te supererit, præterea nihil et paulo post ne sermo quidem,

*Vine memet lesbi.*] sic Horat:

*Dum licet in rebus incundis vine beatum,  
Vine memet, quam sis brevis aui.*

Yyyy 2

*Letbi.*] Mortis, ab oblivione quæ græcis λήθη. Quamquam quidam sine h scribendam contendant, & deriuent ab antiquo verbo λω, unde deleo deletum, quæ omnia delect.

*Fugit hora.*] i. tempus vitæ celeriter elabitur. sic Virg:

*Interea fugit irreuocabile tempus.*

*Hoc quod loquor inde est.*] Turnebus illud inde est sic explicat: *Inde proficiscitur mea oratio, ut ostendam tibi breuem esse vitam, nec gaudia esse differenda, sed primo quoque tempore occupanda, sed commodius mihi visum, si illud inde est, explicemus, iam præterit, & elapsum est.* sic Horat.

*Dum loquimur fugit inuida ætas.*

Nam verba quæ celeriter fluunt & fugiunt, significant, tempus velociter fugere. i. Hæc verba quæ iam locutus sum elapsa, nonquam ad præsens tempus remocari possunt.

*En quid agis? duplici in diuersum scinderis hamo.*

155 *Hucine, an hunc sequeris? subeas alternus oportet  
Ancipiti obsequio dominos, alternus oberres.*

*Nec tu, cum obstitieris semel, instanti, negaris  
Parere imperio, rumpi iam vincula, dicas.*

160 *Nam & luctata canis nodum arripit, ast tamen illi.  
Cum fugit, a collo trahitur pars longa catenæ.*

*Dane, cito, hoc credas iubeo finire dolores  
Præteritos meditor, crudum Chærestæ assus, unguem*

*Abrodens ait hæc, an ficcis dedecus obstem  
Cognatis? an rem patriam rumore sinistram*

165 *Limen ad obscenum frangam, dum Chrysidis vdas  
Ebrius ante fores exstincta cum face canto?*

*Euge, puer sapias: Diis depellentibus agnam  
Percute, sed censen plorabit, Dane, relicta?*

170 *Nugaris: solea, puer, obiurgabere rubra.  
Ne trepidare velis, atque arctos rodere casside*

*Nunc ferus & violens: at si vocet, haud mora dicas.*

*Quidnam igitur faciam? nec nunc, cum arcessar, & ultro.  
Supplices, accedam?*

## T A B V L A I X.

Adiunctis Damæ, qui ob contraria vitia dubius in diuersas partes scindatur, vers. 155. et alternatim modo vni, modo alteri inferuire cogatur, v. 156.

Non ille qui semel accepit imperium dominarum suarum auaritiæ et luxuriæ detrectare, ver. 157. statim liber est, v. 158. Probat hoc similitudine dissimili explicata hoc modo

Vt canis cum arroso vinculo eluctata aufugit tamen libera nondum est, quia longa vinculi portio ipsi de collo trahitur, v. 159. et 160. qua rursus comprehendi et in antiquum locum reduci potest.

Sic etiam Dama, licet semel restiterit his vitiis, tamen nondum liber est, etc.

Dama seruit contrariis dominis, vitiis, v. 154. vbi repetitur conclusio, quod liber non sit, probaturum ex

Dissimilibus, quod nimirum

Sed ille qui omnibus semper valedicit, et nunquam reuertitur ver. 174. Illustrat id alio simili

Qui totus et integer vitiis valedixit, liber est v. 174.

Non qui à lictore manumittitur, v. 175.

Desideratur Apodosis. Probat Apodosis singulari specie, per similitudinem

à sine variis adiunctis amplificato.

Ne cognatis viris optimis probum sit. v. 163.

Ne patrimonium suum turpiter dilapidet ebrietas et illecebris.

Cum meretrice. v. 164. 165. 166.

Vt se liberet et ob id diis auerruncis hostiam debeat, à meretrice tanquam maximo malo diis depellentibus. 167.

Vt Chærestatus apud Mēnandrum cū Dama seruo suo sollicitè deliberat de Chryside meretrice relinquenda, ver. 161. v. 162. et 163.

Postea tamen facile labascit rursus, et amor meretricio succumbit, v. 168. et 169.

Illustrat id Dauus illi consequens alio dissimili, licet iam magno animo proponas te meretrici valedicturum, et vinculum meretricium eiusque casses arrosurum, v. 170, 171.

Breui tamen te illi rursus dedes in seruitutem tuam pessimam, et ad eam redibis, vt adolescens ille apud Terent. in Eunuch. v. 171. 172. et 173.

*En quid agis*] Verba auaritiæ & luxuriæ inter se contraria habentur. Iam Poetæ verba sequuntur, ubi superiorem affectionem probat, quod dominis avariis seruisissimis & quidem contrariis subiectus sit. Sensus est. Ea egregie & liberrime libere M. Dama? quid iam agis, quid ad hæc dicis, & respondes? Nimirum omnium vilissimum emancipium, & ab his duobus imperiosissimis & superbissimis dominis in diuersum ceu hamo piscis distraheris.

*Duplici hamo*] Dum illa auaritia te domo ad labores & maris pericula expellit, hæc luxuria te domi detinet, & molliciter vivere iubet. Verius harum imperio & dominio tibi obsequendum & parendum existimas? auaritiæne an luxuriæ? Est autem Metaphora à piscibus qui hamo inescantur; sic homines ab auaritia, & luxuria, voluptateque, quæ quidem omnium malorum causa.

*Duplici hamo*] Diuersis blanditiis & illecebris auaritiæ, & luxuriæ.

*In diuersum scinderis*] In contrarias partes traheris.

*Incine an hunc*] Subintellige hamum vel dominum potius: nam domini superius meminit, vt & paullo post.

*Subeas alternam*] i. Necessè est, vt alternatim vel alternis vicibus modo auaritiæ, modo luxuriæ dominium subeas. Concinnius foret, si post *alternam* commate distingueres, quasi consilium Poetæ sit per Ironiam, vt alternis vicibus auaritiæ, & luxuriæ seruiat.

*Opporlet*] Ancipiti obsequio, i. opus est, vt alternatim ancipiti, ambiguo, duplici & dubio obsequio Dominos tuos diuersos, modo circa auaritiam, modo circa luxuriam vesceris, & circumcas, & famulando dubius & incertus oberres.

*Alternam*] Egregium vocabulum, per vices *Ens vmbis ander*.

*Oberres*] Ita dicit, quia dubii & incerti errant.

*Nec tu cum obstitit semel*] Tertium incommodum quod ab his dominis nulla manu misse speranda sit.

Probat conclusionem ex dissimili. Quamuis semel adfectui reluctatus sit, liber tamen nondum est. Sensus est. Nec tu cum uni illorum dominorum siue auaritiæ, siue luxuriæ obstitit, eiusque seruitutis iugum semel excusseris, & imperio instanti, urgente, & impellenti parere negaris. Itatim vincula seruitutis te omnino rupisse, & iam liberum esse dicas.

*Semel*] Non enim semel aliquid rectè fecisse satis est, sed requiritur virtutis usus.

*Instanti imperio*] Violento, urgente dominio auaritiæ, & luxuriæ.

*Rupi iam vincula*] id est, iam liber sum. & omne seruitutis iugum excussi, omnia seruitutis vincula incidi & rupi.

*Nam luctata canis*] Probat quod dixit similitudine proverbiali. Sensus est. Vt canis ad fauem vel vinculum alligata, ubi diu multumque modo trahendo. modo mordendo cum fure & vinculo luctata est, tandem eluctatur, & nodum vinculi abripit & abruptit, & arripit. Et tamen illa canis cum fugit, nodum tamen omnino dominum suum effagit, nam longa vinculi & catenæ pars, qua rursus facile comprehendi, & ad antiquum dominum reduci potest, illi à collo trahitur: Ita natura semper ad mores damnatos recurrit, imo dum tu fugis, te non effugis, sed semper præteritorum vitiorum semina tecum geris, quæ elapsam ad pristinos dominos, adfectus, & vitia reducant, atque rursus seruitutis vincula collo iniiciant: Est autem sola Protasis. Est etiam egregia comparatio.

Seneca: *Lices & astrum transferis mare, lices terraque vrbesque recedant, sequentur te, quocumque peruenieris, vitia.*

*Nodum arripit*] Lego *abripit*.

Sic Horat. de cane. i. Serui.

— *Qua bellua raptis*

*Cum semel effugit reddis se prona castenis.*

*Daue, cito, hoc credas iubeo*] Confirmatur iam proximæ similitudinis Antapodosis, quod qui semel cupiditatibus restitit, non statim liber sit, ex specie singulari: Inducit enim ex Menandri Eunuchō Chærestratum iuuenem, cum Dauo seruo, de amica Chryseide relinquenda, de liberantem: cum quo tamen Chryseis vna falsa lacrumula in gratiam redit, & statim reconciliatur. Hæc Menandri locum Terentii in Eunuchō sua imitatus est, cuius verba etiam inferuntur.

ruatur. Est igitur Dialogifinus Chærestaticum Dauo seruo, qui Chærestatus ex adiunctis hominis solliciti & cogitabundi describitur. Sensus est. Chærestatus, ut est apud Menandrum, sollicite cogitans, caput scabens, & viuum crudumque vnguem inter medicandum abrodens, hæc ait, se tuumque suum Dauum compellat: O Dauë, iubeo & impero, ut hæc, quæ dicturus sum, cito credas, & certo futura statuas: Ego iam denum aliquando præteritos dolores, ærummas & molestias ex meretricio amore, & consuetudine perceptas, finire, & Chrysidæ valledicere, mediator, & certo apud animum constitui.

*Dolores*] Quos amor, & præsertim meretricius secum adfert. Vide Plautum in Mercatore, & Terent. in Eunuchis.

*Finire dolores*] Imitatur Horatium:

— *Anne prius mediter finire dolores*

*Præteritos*] Quos antehac percellus sum.

*Crudum vnguem abrodens*] I. Viuum vnguem demordens, & rodens, quod intente aliqui meditantes faciunt.

Sic Horat.

— *Vinos & videres vngues.*

Et Pers. Sat. 1.

*Nec pluteum cadis, nec demorfos sapis vngues.*

*An fœcia*] Subiicit Chærestatus deliberationis suæ argumentum à fine, Ne patrimonium cum magna nominis infamia, suorumque dedecore deperdat, se meretrici vale dicturum. Sensus est. An ego cognatis meis siccis, sobriis, frugalibus, honestis & prudentibus tanquam probum & dedecus obitem & obsum? Verba indignationis plena.

Plautus Aſinaria.

— *Ege præter alios virum mentem fui rat a sicca*

*Frugè, continentem, amantem uxoris maxime.*

Opponitur ei ebrius, id est, madidus, paullo post,

*An rem patriam*] i. Vniuersa patrimonii mei bona.

*Rumore finistre*] i. Fama minus bona.

*Exem ad obſcuram*] Synecdoche, ad obſcuram domum meretriciam: ad quam sæpe adoleſcentes patrimonii sui naufragium faciunt.

Quid.

— *Iuuenis artem.*

*Penina, qua cupido corpora amanti operi.*

*Sed nihil attuleris ibi, Homere, furas.*

Et.

*Frangam*] Asteram, perdam, dilapidem.

*Dum Chryſidos vides*] i. Dum vino & vnguento madidas, & ebrius ante fores Chryſidos meretricis vides, humidus, & vnguento à me perſuſus, nocturno tempore cum extincta face, ne à tranſeuntibus agnoscat, canto.

*Chryſidis*] Nomen meretricis, quo vsus in Andria Terentius.

*Vides fores*] Dixit, quas amatorum solent vnguento perſuadere, & ante ianuam earum nocturni vigilis, & cantu tranſigere.

*Extincta cum face*] Ne cognoscatur.

Horat.

*Ebrius, & magnum quod dederis, ambulat ante*

*Noctem cum facibus.*

*Euge puer sapias*] Euge puer. Verba Dauī serui, herum suum & eius interitum, quod à meretricæ tandem liberari velit, laudantis. Sensus est. Euge præclare puer Chærestate: nunc vir es, laude te: Sic tandem sapias, & quid te dignum sit, consideres, & Diis depellentibus & auerruntibus agnam macta, & sacrificia, quod te à meretricæ, tanquam à mala bestia liberariat.

*Euge*] Lætantis, & gratulantis.

*Dii depellentibus*] Dii depellentes, & auerrunt dicuntur Castor & Pollux, Græcis ἀλλοτρίωνος ἀπερροποι: qui prodigia et portenta auerruncabant.

*Percussu*] Macta, sacrificia.

*Sed cense*] Verba iuuenis Chærestati, iam rursus nondum omnino depositi amoris fauilla incalſcentis, & labascentis: Et quo ille tanquam carena semper de collo dependente ad pristina meretricis seruitutem retrahitur. Sensus. Sed tu, ô Dauë, cense ne illam ubi à me deserta fueris.



ploraturam & dolituram, misereque adhiſtendam: Quod ſaxeus ego & truncus ſim, & peti queam. Morem amantium reſpicit, qui ab indignatione ad commiſerationem momento temporis impelluntur, & inuerruntur.

*Nugaris?*] Verba Daut. Ergo tu nugaris & vacillas, nec firmus in propoſito tuo perſeueras? Chreſtrati incontinentiam acerbe reprehendentis à diſſimili.

*Solea*] O puer ſtulte & impotens, nimirum tu vltro dominæ tuæ Chryſidi, ſupplex accedis, quæ ſuperba & petulans ſandalio nates tibi pulſabit: atque ipſa cum rubra ſolea & muliebri calciamento obuiarguere, punieris & vapulabis. Alludit ad petulantem meretricum morem, quæ iuuenes amatores ſolea & crepida caſtigabant, eorumque nates pulſabant.

*Rubra*] Ita dixit, nam eius coloris calceatum mulieres amabant.

*Ne trepidare velis*] Demonſtrat vltcrius iuuenem nullo modo à ſeruitute meretricæ liberari poſſe. Sunt autem Dauti verba acri ironia plena. At heus tu, qui nunc es ſeruus, violentus, & indomitus, teque omnibus modis meretricem relicturum polliceris, quæſo, ne tanta animi concitatione moueri, & trepidare velis, & inſtar indomitæ feræ retibus implicite ſæuire, & vt te expedias arctos caſſes, pedicas, & laqueos violentos, rodere velis, & erumpere. Nempe quam animi magnitudinem & feritatem illa vna falſa lacrumula, quam oculos terendo, per vim vix miſere expreſſerit, reſtinguer.

*Ne trepidare velis*] Verſus pæne nulli interpretum recte ante hac explicatus. Sunt autem verba Dauti dominum ſuum falſe irridentis, & illudentis. q. d. Mi domino here, ne feſtines & trepides vſque adeo, vt à ſeruitute meretricæ libereris, ne indigne vſque adeo illud iugum meretricium tibi videatur, vt more feræ retibus vel caſſibus à meretrice irretitus, vt te liberares & exſoluas caſſes mordendo rodas & incidas. Fruſtra enim illud facies, nam breuite vltro rurfus illi in ſeruitutem dedes. Eſt autem Allegoria, à feris, quæ pedicas, & laqueos, quibus irretitæ tenentur ſolent rodere.

Significat autem, *Trepidare interdum feſtinare.*

In Poeta. *Dum trepidant, ſaltusq; indagine cingunt.*

Eſt autem *Ne velis*, hoc loco, *Ne non cauſale ſed imperandi vim habet*, quod interpretes omnes falſos habuit.

*Arctos caſſes*] Vincula firma & valida.

Vide proverbium: *Caſſes rodere.*

*Nunc quidem ſeruus violentus, indomitus*] id eſt, Tibi iam quidem fortis, impeterritus, impeturbatus videris: à ſi illa te vocet. continuo aliter animatus eris, & victus labalces vno verbo quam citiſſime.

*At ſi vocet*] Si vel leuiſſima ancilla miſſa Chryſis tua te vocet.

*Quidnam igitur faciam*] Locus ex Terentii Eunuchō, vbi Phœdria apud ſe deliberat ad Thaidem meretricem redeat nec ne.

*Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem  
Cum accerſar vltro? An potius me ita comparem  
Non perpeti meretricium conſumelias?  
Excluſis, reuocat, redeam? non ſi me obſecret.*

Quem eundem locum etiam imitatus

Horat. lib. 2. ſerm. Satyr. 3.

*Nec nunc cum me volet vltro  
Accedam, an potius mediter finire dolores  
Excluſis, reuocat redeam? non ſi obſecret.*

ſenſus eſt. Nonne nunc eam accedam, cum etiam vltro ab ipſa accerſar, & illa vltro mihi ſupplex accedat.

*Si totus & integer illinc  
Exieris, nunc nunc, hic hic, quem quarimus, hic eſt.  
Non in feſtuca, liſtor quam iactas ineptus,*

180 *Im habes ille sui palpe, quem ducis hiantem*  
*Cretata ambitio? vorula, & cicer ingere large,*  
*Rizanti populo nostra ut Floralia possint,*  
*Aprici meminisse senes. quid pulchrius? at cum*  
*Herodis venere dies, unctaq; fenestra*  
*Disposita pinguem nebulam vomere lucerna*  
*Portantes violas, rubrumq; amplexa catinum,*  
 185 *Cauda natat thynni, tuncet alba fidelia vino:*  
*Labra monos tacitus, recutitq; sabbata pallos.*  
*Tunc nigri Lemures, unoq; pericula rupto.*  
*Tunc grandes Galli, & cum sistro lusca sacerdos;*  
*Incussere Deos instanteis corpora: si non*  
*Prædictum ter mane caput gustaueris all.*  
 190 *Dixeris hac inter varicosos Centuriones.*  
*Continuo crassum ridet Vulpenius ingens,*  
*Et centum grecos curtos centusse licetur.*

## T A B V L A X.

	Ambitione quod pro- bat tum quidem	<p>Diffimili, quod ille sui iuris non sit, quem ambitio captivum ducat, v. 176. &amp; 177.</p> <p>Facto ambitionis, quæ ipsam inbet in Floraliis populo legumina spargere, eique congiarium dare captandi magistratus causa, vers. 177. 178. &amp; 179.</p>
Argumenti ex diffimilibus Antapodosis: Nempe	Datis gentiliis tenetur, scilicet	<p>Indorum quod superstitiose oret, &amp; cum pallare &amp; tremore colat reliquiem Iudaicam vers. 180. et 184.</p> <p>Et dies festos Indorum colat, quæ describit ad iunctis suis</p> <p>1. Luxuriis in fenestris accendit, vers. 180. &amp; 181.</p> <p>Violis ornata, v. 182.</p> <p>Pisces &amp; alia deliciaiora in cibum præparata, v. 183.</p> <p>Vina &amp; alia deliciaiora poculentis præstita sunt, vers. 184.</p>
	Superstitione demonstrat species singulares, quod tenetur superstitione	<p>Alicorum gentiliis, quæ &amp; ipsa per species singulares explicat, ut superstitiosos ritos.</p> <p>Ergo <i>Vide sequent. pag.</i></p>

Ergo Dama non est liber. Hæc conclusio Prolepti per dissimilitudinem ponitur

Quamvis homines stupidi hanc de libertate sententiam meam irrifuri sunt, ver. 189. et 190. tamē vera est. Protasis declaratur effectualium hominum, quia Philosophos assis non æstimant. *Per se vltima.*

Nigrosum leonum, ver. 185.

Periculorum ex rupto ouo indicata, v. 185.

De periculis si quis negligat alium macter nominare & comedere, ver. 188.

Hæc superstitio explicatur causis efficientibus adiunctis suis illustratis, ut grandes galli lusca sacerdos cum astro et effecis, qui Serapin ad pecnas seu à superstitionis Sumendas impellatur, illorum corpora incensando, ver. 186. & 187.

*Sitotus & integer*] Hactenus Protasis, sequitur iam Antapodosis dissimilitudinis. Quod vera libertas non illa corporis sit, quam prætor, & piles donant, sed animi, qua quis totus & integer adfectibus, & cupiditatibus, pigritie, avaritiæ, luxuriæ, amoris valeat, et nunquam illorum rebus rursus implicatur. Sensus est. Si ex domo meretricia totus et integer, ne dum corpore exis, animo remaneas, exieris, nunc nunc de te pronuciare ausim, quod vere liber es. Atque adeo hic ille est quem querimus vere liben & sui iuris: Non autem ut dixi, ille qui manumittitur, quem ineptus & stultus prætor, vel licitor in festuca, et virga, quacius caput tangit liberum faciat, et sui iuris pronunciat.

*Hic hic*] Qui ammiram adfectibus valedixit, nunquam rursus collum suum illorum iugo subditurus.

*Festuca*] Vindictam vel virgam intelligit, quæ in manumittendi caput à licitore vel prætore spargebatur, ut ait Plutarchus. Erat autem *festuca* parvus bacillus. Licitor autem dicit, non quod licitor cum manumiserit, sed quod cum liberum & beatum iacit et vbi à prætore manumissus est. Apparebant enim Prætori 6 licitores.

*In festuca iactas*] In eo beatum prædicit, quod festuca vel virga prætoris ipsius caput tangat.

*Iactas*] Ostendit populo in manumissione iniecta virga ita rubente Prætore.

*Ius habet ille sui*] Probat vitezias Damam non esse liberam ex alio adfectu adiuncto, ambitione: Quod illa ducatur, ac proia liber esse nequeat. Est autem interrogari negans, & hic scias. An ille sui ius habet liber, et solutus est, quem cretacea illa, & cand data ambitio, illa sollicita et inquieta bonorum sitis hiantem et avidum et ad summos magistratus & honores acrius adspirantem & anhiantem suo palpo, suis blanditiis & illecebris ducit, et abducit, quasi dicat, minime.

*Palpo*] Auferendi casus, non nominandi. Est autem palpus à palpando, blandientes enim leuiter alios palpare solent. Hic pro blanditiis et illecebris ponitur, quibus homines ad honores alliciuntur.

*Hiantem*] Quasi honoris avidum, et quasi aperto ore vaneos illos honorum ventos captantem. Metaph.

*Oratio*]

*Creata*] Vel candidata. Nam qui ad honores aspirabant, candidati & albis candidisque vestibus incedebant: vel quasi pulchra formosa, & in superficie illita, interius turpis & deformis. Vel denique servilis ambitio, quæ vilissimis et servilibus ad plebem adulationibus ad honores contendit. Solebant autem servorum in catasta venalium pedes creta illini, unde Iuvenalis:

*Nuper in hanc Urbem pedibus qui Generat albis.*

*Vigila*] Protopopoeia ambitionis ad servum suum. Heus tu ad honores adspira, vigila, & vulgi suffragia largitionibus capta: & in Floralibus frumenta, cicer, fabam, lupinos, & alia legumina populo rixanti, & in legendis leguminibus contendenti, large, & copioseingere, ut apriçi senes nostra Floralia meminisse possint, & nostram magnificentiam collaudare.

*Vigila*] ita dicit. Ambitio enim hominem non facile sinit quiescere.

*Et cicer*] Solebant ambitiosi ludis, viscerationibus, congiariis, & largitionibus populi gratiam capere: Et ludis Floralibus 4. Calend. Mai, cicer, fabam & missilia in vulgus spargere, lepores, & capras, & alia animalia populo exhibere, non sine ingenti dimiciorum profusione:

*Horat.*

*In cicere atq; faba bona perdas, atq; lupinus.*

*Latus ut in circo spatieris, & arena æstas. Nudus agris.*

*Rixanti populo*] In legendis leguminibus inter se rixanti, contendenti, & litiganti & iurganti.

*Floralia*] Festa in honorem Floræ meretricis instituta obscena, & nefanda. Erat autem *Flora* Dea, quæ floribus præest, & leguminibus colitur. De cuius obscenis sacris vide Laëtant. lib. 1. cap. 20.

*Aprici senes*] Vel quod senes iam ævo frigidiore apricatione delectentur: vel pauperes, quod cum non habcant unde focum calefaciant, apriceantur. Alii putant ioculariter meretrices hoc loco à Persio notari, quæ in Floralibus nudæ sedebant. Fuit autem hæc Romæ insignis scortum, quæ cum maximum quæstum fecisset moriens populum Romanum hæredem reliquit cum magna pecunia, ex cuius fœnore eius scorti natalis Romæ celebrari solebat editio ludorum, quæ *Floralia* dicebantur. Quam postea ad vitandam rei turpitudinem Deam Floram fuisse Pontifices sinxerunt, quæ Florib. præset, & leguminib. placanda esset, ut omnia vberius florent.

*Quid pulcrus*] Quam populo placere, & in admiratione et gratia esse (Pulere exprimit ambitionis adfectum) et largitionib. sibi æternum nomē conderet. Vel Ironice à Poëta prolatum.

*At cum Herodis*] Probat vterius Damsam liberum non esse, quia mancipio illi alium dominum superstitionem introducit, & quidem ortam ex religione & observatione aliarum gentium, ut ludæorum, etc. Scisus est. At cum Romæ Herodis Aſcalonitæ (quem Pompeius sacerdotio ludæorum præfecit) regis ludæorū dies veneret, et ludæorum Festa & Pascha celebranda sunt, & lucernæ in fenestra vinctæ, et sale oleoq; ex more ludæorum imbuta dispositæ, violas, & coronas è florib. portantes, incensæ iam, ardere incepere, et nebulam pinguem inter ardens vomuere, iamq; ieiunas, et vilioribus esculentis vteris, et cauda thynni vilissimæ piscis rubrum catinum fictile vas impleta natat, et alba fidelia, vino plena est, & tumet: Tunc servus miser, et superstitiosus tacitus labra movet, et ludæorum preces murmurans emittit, et recitata Sabbata à ludæis Apellis, & pellicula vel cuticula præputii carentib. celebranda, palles, et summa cum veneratione, timore, & tremore colit.

*Herodis*] Aſcalonita hic apud ludæos regnavit, cuius diem natalem *Herodianis* colebant, ut et Sabbata: quo die lucernas accensas et violis coronatas in fenestris ponebant, et fores frondibus et lucernis ornabant.

*Vinctæq; fenestra*] Nam in illis sitæ erant lucernæ oleo plenæ. *Vinctæ* ergo dicit ob olæ quod ex lucernis exudabat. Solebant autem ludæi pridie Sabbati Enneamixron i. lucernam novam lychnorum in fenestra ponere. Huiusmodi superstitionis ritus Romanæ etiam irreperant.

*Disposita*] In fenestra ordine positæ, et ordinatæ.

*Pinguem*] Lucem cum pingui nebula aut fumo emisseriat.

*Vomere*] Pro emittere. Audax Metaphora.

*Violas*] Ornamenta lucernarum indicat.

*Rubrum*] *Catinum* rubro colore tinctum intelligit, quod forte argillæ genus rubrum fuerit, unde illa fictilia conficiebantur, quod cauda thynni complectebatur. Est autem Hypalage, pro vas amplexum caudam thynni.

*Cauda thynni*] Dicit in contentum dapum: Nam *cauda thynni*, ut ait Plinius, res vilissima est, quia pingui caret. Quamuis quidam iusticiam ludæorum diebus festis hinc intelligebant, dicuntantes thynnium in delictis fuisse. Nec reclamant verba sequentia, cum ait albam, fideliam vino tumescere & plenam esse. Ut ita sit Synecdoche, & cauda piscis, pro toto pisce ponatur.

*Natas*] Respicit forte ad præceptum Horati pisces in magna patina poni debere.

*Tumet*] Plena est.

*Labra moues taciturnus*] id est, Tacito murmure preces tuas superstitionosas emittis. Sic Horat.

*Labra moues metuens audiri* ———

*Recutita sabbata*] Festa, quæ ludæis recutitis & apellis celebrantur. Recutita dicit ob Iudæos apellas, circumcisos, recutitos & præputiatos. id est, Recutitorum & circumcisorum ludæorum. Sic Mart.

*Nec recutitorum fugi ingenua Iudæorum.*

Idem ab Horatio curti, & Apellæ appellatur.

*Tunc nigri Lemures*] Explicat alia superstitionis genera, quibus qui laborent liberi esse, nulla ratione possint. sensus est. Mox una, mox alia superstitio seruum te sollicitat: Tunc enim nigri Lemures, & spiritus nocturni mortalibus aduersi & noxii, & pericula ouo in sacrificiis vel inter sacrificandum rupto: Tunc grandes illi venerandi, & longæui Cybeles matris magæ Deum sacerdotis & Lusca Iſidis sacerdos alia superstitione te anxium habent, & si non semper mane caput alii ter a te nominatum & prædictum gustaueris, Deos Iſidem & Serapidem corpora instantes, illque morbos immittentes ad pœnas sumendas commouerunt, inculcere, & pœnam à non parentibus repetituros interminati sunt.

*Nigri*] Noxii, nocentes, ut omnia atra & nigra veteribus credita. Ita autem dicuntur Lemures, quos manes vel mortuorum animas veteres crediderunt, quod nocturnis inourfionibus domos infestare existimarentur. Quos qui lectis suis arcebat digitis complicatis, cum pollice signa dabat.

*Omnique pericula rupto*] Sacerdotes, qui explorandis periculis sacra faciebant observare extrema aliqua superstitione solebant ouum igni impositum, ytrum in capite, an in latere desideraret. Si autem ruptum effluerat, periculum ei portendebat pro quo factum fuerat, vel familiaris eius.

*Quid.*

*Es Genies qua lustrat annis lectumq, locumq,*

*Proferat, & tremula sulphur & ona manu.*

*Tunc grandes Galli*] Galli sacerdotes Cybeles erant a Gallo Phrygiæ flumine, cuius aquam qui bibissent, reddebantur insani.

*Ouid. 4. Pastor.*

——— *Qui bibit inde furit.*

Et in illo furore genital a ſibi amputabat.

*Grandes*] Pingues sacrificiis, vel grandæui, castrati enim cito senescebant. Vel quod olim in summa veneratione haberentur.

Sic Iuuenalis.

*Seminur, obſcuro facies reuerenda minori.*

*Es cum ſistro*] Crepitaculum æneum erat Iſidis sacerdotum, *ἀνὰ τὴν αἰών* à quatiendo.

*Lusca*] dicit, nam nobiles deformes vel aliquo corporis defectu viriatae, quæ maritos non inuenirent, ad ministeria Iſidis se conferebant.

*Inculſere Deos*] Ad pœnas à non parentibus vel ab illis qui superstitioni non parebant, inculſere, commouere, & instigare: Hæc enim meticolosa illa superstitione credebantur. Vel *inculſere*, i. miro horrore hominib. persuadere Deos esse, qui corpora instant. Vel inculcauerunt & denunciarunt unicuique iram & pœnam Deorum, vel pericula à diis, qui huiusmodi superstitionis remediis se non præmunissent.

*Deos inflantes corpora.*] Erant Harpocrates, Osyris, Iſis, qui sacris suis & superstitioni non parentibus credebatur corpora inflare & Hydropſin vel alios morbos intercentes illis immittere.

*Si non.*] Vel ter a te ante, quam gustes nominatum. *Alis* enim caput a ieiunio gustatum contra artem magicam valere credebatur.

*Ter,*] Ita ut aliium ter nominarent, vel tibi a sacerdotibus demandatum & præscriptum caput alii mane ter gustaveris.

*Dixeris hac inter.*] Nunc ad extremum prolepsis additur, quæ dissimilibus refellitur. Poterat autem ex dictis concludere, non omnes esse liberos, quicunque vindicta Prætoris manumissi sunt, quasi dicat. Sed homines ignari & stupidi, hanc meam de vera libertate sententiam irrisuri sunt. Resp. Quamvis illud faciant: tamen vera est. Protasis ex effectis huiusmodi agrestium declaratur, quod illi Philosophos assis non æstiment. Sententia est. Si hæc inter stultos milites, & varicosos & corruptos centuriones dixeris, continuo Vulpenius bardus ille Centurio illa cachinno excipit, & crassum & immane ridet, & rudis: & omnem philosophiam vix vno obulo emerit: & centum Græcos philosophos centum viros doctos, & sapientes vix cum vno milite contulerit, imo curto centusse, centum curtatis, & imminutis assibus singulos philosophos singulis assibus licetur, & æstimat.

*Varicosos.*] Proprie illi, qui venas tumidiores habent: sic superius.

*Non aliquis de gente hircosa centurionum.*

*Centuriones.* i. milites, de centurionibus dictum Sat. 3.

*Crassum.*] pro crasse. Nomen pro adverbio sic Sutorum risum exprimit.

————— *Horrendum (lamas)* —————

*Vulpenius.*] Nomen proprium bardæ militis, fortasse fictum.

*Centum Græcos.*] Philosophos Stoicos intelligit Meton. 4 generis. Fuere enim omnes philosophi pæne Græci.

*Curto centusse.*] Centum assibus curtatis imminutis, dimiditas, ita ut singuli philosophi, vix singulis assibus æstimentur. Sic Æsopus 3. obulis venditus perhibetur. Est enim *Centussis* 100. asses, qui idem valent quod 40. sestertii H S.

*Licetur.*] Liceri vel licitari est precium povere, vel vitro in auctione deferre, dum in rebus emendis alius alio maius precium pollicetur. Hic idem est, quod æstimat, tanti facit, emit, pretio soluit.

# A. FLACCI PERSII

## SATYRA VI.

Admouit iam bruma focose, Basse, Sabino?  
Iamne lyra, & tetrico vivunt tibi pectine chorde,  
Mire opifex numeris veterum primordia vocum,  
Atq; marem strepitum fidis intendisse Latine,  
Mox iuvenes agitare iocos, & pollice honesto  
Egregios luisse senes? mihi nunc ligus ora  
Intepet, hybernatque meum mare, qua latius ingens  
Dant scopuli, & multa litus se valle receptat.

10

*Lunai portum est opera cognoscere, cinea.  
Cor iubet hoc Enni, postquam destituit esse  
Maonides Quintus paupere ex Pythagoreo.  
Hic ego securus vulgi, & quid pararet Auster  
Infelix pecori: securus, & angulus ille  
Vicini, nostro quia pinguior: etsi adeo omnes  
Ditefcant orti peioribus: usq; recensent  
Curru ob id minus senio aut cenare sine vincto.  
Es signum in vapida naso tetigisse lagena.*

15

## Argumentum.

**I**N hac ultima Satyra in incredibilem Romanorum auaritiam inue-  
hitur, ad quam notandam occasionem capiat à dissimilitudine studio-  
rum Persii & Cæsi Bassi poetarum, & imperite multitudinis Roma-  
na: quod illi ruri se honestis studiis oblectent, Populi vero Romani vul-  
gu ditiis inhiat, seque inedia & labore conficiant, ut ingratis heredi-  
tibus amplas diuitias relinquunt, quas illi male auaritia partas, male luxuria perdant.

# IN SATYRAM VL- TIMAM ANALYSIS.

## T A B V L A I.

Satyra fe-  
cta auari-  
tiam no-  
tat per dis-  
similitudi-  
nem hoc  
modo:

Bassus & Persius ab vrbe  
& auaritia alieni, hone-  
stis studiis se oblectât.  
Demonstrat hanc Pro-  
tasia per distributio-  
nem ex adiunctis effe-  
ctis locis, tum quidem  
ipsius.

Romani Vide seq. pag.

Bassi quem  
notat tum  
quidem.

Loco subie-  
cto tū qui  
dem in

Adiuncto lyrae & cantus vers. 2. cuius  
partes pecten & chorda, ibidem.

Genere, quod sit in Sabinis, v. 1.

Specie, ad focum ob frigus hyemis v. 1.

Heroum priscorum laudes priscis verbis compositae vers. 3.

Effectis Lyrico carmine cuius materia est.

Er animoso Latino carmine celebrata. v. 4.  
Iuuenum amores, libidines ioca, sales, vers. 5.  
Senum item iocos & sales ut Anacreontis vers. 5. & 6.

Aeris clementia in  
terra, v. 7. & 8.  
Maris sauitia hye-  
me, v. 8.  
Portu Lunæ amœ-  
nissimo & magno  
vers. 8. & 9.

Confirmat portus  
Lunæ amœnita-  
tem testimonio  
Eanii, cuius ver-  
sum citat, vers. 9.  
& quem descri-  
bit ex adiunctis  
quoque effectis  
cordatus & sapi-  
entiam iussit, v.  
10.  
Scamplius Home-  
rum non somni-  
aret, vers. 10. &  
11.

Demonstrat ex adiunctis duobus.

Loco subiecto Liguria  
scilicet, vers. 6. quod  
in hyeme ibi sit in sua  
patria cuius amœni-  
tatem tum.

Persii cuius  
notatio est  
eiusdem ex

Romani à nobis discre-  
pant, & aliter viuunt, v.  
12. Vide sequentem.

Suis animi  
adiunctis  
& studiis  
quod sit  
ibi.

Secu-  
rus

Vulgo, vers. 12.  
Pecorum prouentus. Et an-  
nonæ caritates, vers. 12.  
13. vers. 13. 14.

Non  
inui-  
dens.

Vicinis ditioribus, v. 13. & 14.  
Et si omnes ignobi-  
les discederent  
v. 14. & 15.  
Non tamen ob id  
vellē ego tristitia  
absumi vers.  
15. & 16.  
Minus delicate, vi-  
uere v. 16.  
Lagenas sordide  
obsignare v. 17.

*Admonit.* ] Initio Bassum rogat, ubi locorum degat, concesserit ne ad Sabinos, et quid re-  
rum gerat. Est autem Protasis dissimilitudinis, in qua Bassi et Persii poetarum studia vulgi stu-  
diis dissimilia ex adiunctis et effectis comparantur. Sensus est. Vbi iam demum, d. Cæsi Bassi, te  
hyemare credam, admouit ne te hyems tuo frigore, et aeris inclementia foco Sabino in agro  
tuo, in quem te secessisse mihi relatum est: vel. vtrum agis in Sabinis?

*Bruma.* ] seu frigoris inclementia te ad focum compulsi.

*Basse.* ] Cæcium Bassum poetam Lyricum intelligit. Non Saleium Bassum, qui vixit tempo-  
re Vespasiani et Epicus fuit. Hunc Cæcium fama est in prædis suis ardere Vesulio monte Cam-  
pania, et late igne abundante, cum villa sua vsum esse. Fabius de illo ait: solum cum esse, qui  
cum Horatio ex Lyricis legi debeat. Secesserat autem ad Sabinos (qui populi inter Vmbros et  
Latinos, dicti q. d. *Sabinos* à cultu Deorum, vt Plin. ait.) vt ibi hyemaret.



*Iamne lyra.* ]i. Ecquid in hoc secessu tuo hyemali egregia & aeterna opuscula meditaris? Ecquid iam lyra tibi vixit & viger? Ecquid iam seculo, graui, & tetrico pectine chordas lyrae percutis, & pulsas? Porro effecta, & studia Bassi in agro suo Sabino degentis explicat. sic Horat.

*Albi nostrorum sermonum candido iudex.*

Dicuntur autem haec de Lyrico.

*Lyra.* ] *Id est vox,* quod canere significat.

*Chorda.* ] Fides, lyrae.

*Tetrico pectine.* ] Vel ob ipsum pectinem vel plectrum eiusque usum ita dicit, quo chordas pulsantur. *Virg.*

*Et pectine pulsas eburno.*

Vel granem & seuerum stylum, vel carmen denotat. Vani vero qui tetricum hic intelligunt de Sabino monte Tetrico.

*Vivunt.* ] Metaph. personantur vel pulsantur.

*Mire opifex.* ] Laudat iam Bassum ex adiunctis. Sensus est. Admirandus es artifex & opifex, qui mira ingenii dexteritate veterum vocum primordia, numeris & versibus excitare, & marem strepitum, masculum & virilem sonitum fides & lyrae à Graecis ad Romanos translatae, & Latinae intendisse. Quidam haec de Epico intelligunt, sed illi falsi. Non enim Caesius Epicus fuit, teste Quintiliano.

*Numeris.* ] Carmine, de hoc fat. 1.

*Veterum vocum primordia.* ] Vel quod antiquarius fuerit hic Caesius, & antiquis distinctionibus vsus sit vel quod poemata scribat. Nam ante profanam orationem (cuius apud Graecos Theoclydes omnium primus auctor) poemata condebantur.

*Primordia.* ] Id est, Carmina quae omnium prima apud mortales credita. Horat.

*Fuit hac sapientia quondam.*

*Atque marem strepitum.* ] Denotat Lyricorum Poetarum subiectum. Horat. in *epig.*

*Musa dedit fidibus Diis, puerisque, Deorum*

*Et pugilem & iocum, & equum certamine primum*

*Et iuuenum curas, & libera vinatreferre.*

*De Virg.*

*— cui carmina semper,*

*Es cythara cordis, numerosque intondere veris*

*Semper equas, atque arma, virum pugnasque comas.*

*Mare strepitum.* ] Fortem & animosum sonitum, ut Pindari & aliorum. Canebant enim masculos & heroes.

*Intendisse.* ] Perstat in Metaph. Intensione nervorum, eorumque pulsus expressisse, & acci-  
nxisse.

*Latina.* ] Emph. à Graecis, per te & Horat. ad Latinos translatae.

*Mox iuuenes.* ] Mitiores Lyricas materias notat. Quales in arte de pingit Flaccus.

*Et iuuenum curas.*

Id est, qui mirus es artifex ad iuueniles iocos, & amores versibus aggrandes. Et hoc ipso polle-  
decoro, & docto Poemate egregios senes eorum sales, & iocis describendo.

*Iuuenes.* ] locos: Meton. 4 generis 1. iuueniles.

*Luxisse.* ] Iacunde versibus descripsisse.

*Mibi nunc Ligus ora.* ] Verba Persii de se. Sensus est. Quod ad me attinet, ego iam in fin-  
Liguriae secessi, & ora Ligus vel Liguria mihi tepet, & eius ora mare atque iocus meus mihi  
hibernat.

Est autem altera protaseos dissimilitudinis pars, qua diuersa Bassi & Persii ac populi Romani  
studia demonstrantur. Et primo quidem ex subiecto loco, Latæ opido Pisanæ cuius loca  
mœnitas ex adiuncta aeris benignitate describitur.

*Mibi.* ] Emphaticæ. De Basio enim superius quæsiuit.

*Nunc.* ] Alias etiam Romæ dego.

[*Ligus.*] Periphrasis Liguria: Est autem Ligus hoc loco fœmininum, & ad ora refertur. Est enim generis communis *Ligus*, vel, vt Probus vult, generis omnis. Regio *Ligus* vel Liguria.

[*Intepet.*] Temperatiorem, & mitiorem aerem præbet, vt pote regio inter montes & meridici propinquior. Indicat Liguriam magis tepidam hyemis tempore esse, quam in aliis regionibus.

[*Meum mare.*] Hetruscum vel Liguisticum intelligit, in cuius vicinia Volaterris, in opido Hetruriae patria erat Persii, ideo meum dicit.

[*Hybernus.*] Sæuit, & à nauigiis vacat.

[*Qua latus ingens.*] Luna opidi amœnitas declaratur ex adiuncto portu, id est, vbi summa loci amœnitas, qua nimirum altissimi scopuli ingens ab vtraque parte latus dant & efficiunt, & ponto obiciunt, & inclusit in se aquis naturalem portum efficiunt.

[*Qua*] id est, vbi.

[*Latus ingens.*] Lingentes sui partes, vel ingentia brachia ab vtraque parte protendunt, & porrigunt.

[*Et litus.*] i. vbi litus in se recipit multam vallem, & planiciem & tutum à ventis & frigore quiescens, & gremium.

[*Multa valle.*] Multa maris planicie se incuruat, vel insinuat. A curuatura enim illa portus ille Selines vel Luna dictus, quod Luna formam referret.

[*Lunai portum.*] Inferit versum Ennii, qui & ipse hunc portum collaudauit, & commendauit: & ciues ad mercaturam inuitauit. Confirmat amœnitatem huius portus Luna Ennii testimonio.

[*Est opera.*] Precium scilicet.

[*Cor iubet hoc Enni.*] Meton. 3. generis pro Ennio cordato, & ingenioso, id est, prudens & ille cordatus Ennius hoc iubet, postquam ad se reuersus nō amplius poetico furore delirat, & Maonides vel Homerus esse desertuit. *hat ausgetrewnmet.*, & ex pauone Pythagoræ rursus quod Ennius factus est.

[*Desertuit.*] id est, somnandi finem fecit. Obiter Ennii vanitatem perstringit, i. postquam expergefactus non amplius delirat, sed iam cor habet, id est cordatus & sapiens est. Quamuis stat qui cordis mentione respiciant ad illud Ennii, quo dixit sibi tria corda esse, quia tres linguas calleat, Latinam, Græcam & Oscam.

[*Esse Maonides.*] Figura græca, sic Lucan. lib. 1.

——— Tutumq; putauit,  
Iam bonus esse solet.

[*Maonides.*] i. Homerus, fuit enim Mæon Homeri parens, vnde patronymicum hoc. somniarat autem Ennius se Homerum esse factum. Teste Cic. in somn. Scip. & Horat:

*Ennius es sapiens, es fortis, es alter Homerus.*

[*Quintus.*] Non numeri, sed Ennii prænomen est. i. Iam rursus Quintus Ennius ex pauone Pythagoreo.

[*Pauone Pythagoreo.*] Sic enim ipse Ennius de se, vt testatur Charisius Grammat. lib. 1.

*Memini me fieri pauum.*

Ita vero dicit, vel quia Pythagoras eiusmodi Metempsychosin introduxit: vel quod Pythagoras crediderit, suam animam primo pauonis fuisse, dein Euphorbi, inde Homeri, postea Pythagoræ & quæ tandem etiam Ennii fuerit, vt de se Ennius credi voluit.

[*Heicego securus.*] Locum secessus sui descripsit, iam declarat sua studia ab adiunctis, quod ibi degat ab omni cupiditate, inuidia, ambitione securus, vel alienus. Sensus est. Hic, in hoc loco, ego dego in tranquilla pace, & ocio, vulgi, & quid populus de me sentiat, securus.

[*Securus vulgi.*] i. sine cura vel non curans, quid vulgus agat, vel de me sentiat. à moribus & adfectibus vulgi alienissimus.

AAAA

*Es quid pararet auster infelix pecori.* ]i. non sum auarus & sollicitus de annorum caritate, & re familiari, de pecudum, & legetum prouentu: nec curo quid Auster ventus ille meridionalis suo calore pecudi infelix, noxius & pestilens, praeperet, & portendat, indicat autem se vicia Sui-cum esse, & nullis adfectibus perturbari.

*Securus es angulus ille.* ]i. non curo, non inuideo, quod vicinus meus me diuor, & quod eius angeli angulus, nostro vel meo longe pinguior & fertilior est.

*Es si ades omnes homines.* ] Illustratur protaleos dissimilitudinis pars posterior alio simili: Est omnes homines mali & ignobiles diducunt, ego tamen miser esse, iisque inuidere nolim.

*Es si ades omnes homines.* ] id est, si omnes malis parentibus orti, ipsi mali diducunt, nolim ego propterea miseria, inedia & inuidia contabescere, sed semper ob id, vel propterea recusem, & nolim curus & in terram cernuus humilis & tristis esse, & senio, ac tædio confici & minui, & sine vincto, sine pingui, & lautiore cibo liberaliter cenare, aut auarorum more lagenas, ut putidi & corrupti annulo, ne quis seruorum furtim inde aliquid ebibat, obfig-nare, & signum in vapidâ lagena annulo factum naso inter bibendum tangere, & sordide ac misere vivere.

*Diducant orti.* ] Horat. imitatus qui ep. 16.

*Ne plus frumenti dotalebus emicat agris*

*Mucius, indignum quod sit petaribus ortus.*

*Vsq; recusem.* ] id est, semper ego nolim. Non enim tamen mihi aliorum felicitas, ut inde ego infelicitatem mihi parare velim.

*Curus.* ] In terram pronus more tristium & dolentium. Ita inuidia pingi solet.

*Ob id.* ] Eo nomine, quo alii fortunati sunt, & diducunt.

*Minus senio.* ] i. ex dio, & dolore ex aliorum in rebus sicundis consumi, & contabescere. Nomen senium pro tædio ponit.

*Sine vincto.* ] Meton. adiuncti pro subiecto, vincto & delicato cibo: Vinctum enim absolute positum id significat, ut superius aliquoties demonstratum. Horat.

*Si vero est vinctum velle qui ponere possit.*

*Es signum.* ] Solebant auari esculenta & poculenta annulo obfig-nare, ne furtim aliquid auferretur. Mart.

*Nec signat annulum meum lagenam.*

Cic. Sicut olim matrem meam facere memini, quæ lagenas etiam inanes obfig-nabat. En Plaut. in Persa.

*Qui autem seruo obfig-net cum sale,*

Hoc autem signo. referato utique habentur heri.

Horat. lib. 2. ep. 2.

*Possit qui ignoscere seruo.*

*Es signo lafo non insauire lagena.*

*Es signum.* ] i. Nunquam velim auarus & sordidus tenuiter vivere.

*Vapida lagena.* ] Subiectum pro adiuncto vincto, quod in illa lagena iam vappa sit & corruptum. Notat extreme auarum.

*Naso tetigisse.* ] Vel inter potandum, vasa huc signum in lagena iam referata relictum sit: vel potius signum maxima diligentia apponere, ut dum accuratius illud inspicit, & oculos propius admo-uet, naso tangere. Et sic Hyperbolice dixit.

*Discrepet his abis: geminas horoscope, vapo-*

*Producis Genio. solis natalibus est qui*

*Tingat olus siccum muria vasser in calice emta.*

*Ipse, sacrum irrorans patina piper hic bona dente*

*Grandia magnanimus peragit puer, utar ego, utar,*

*Nec Rhombos ideo libertis ponere laetus,  
Ne tennem solers turdorum nosse sativam.  
Messe tenus propria vine, & granaria, fas est,  
Emole, quid metuum? occa, en seges altera in herba est.*

## T A B V L A II.

Rationem demonstrat ex collatione maiorum, quod etiam gemini diceris studiis trahantur, multo magis alii, vers. 18. & 19.

Alius Romanorum est extreme avarus, Describit hunc cum quidem ex

Effectis & variis circumstantiis quod videlicet

Die natali parce admodum olas muria inungat, vers. 19. 20.

Piper tanquam sacrum parce tangat, & ipsi olei minutatim parce admodum inspergat, vers. 21.

Alius extreme prodigus, quem effectis suis describit, & adiunctis, quod immensas opes dilapidet, magno animo, vers. 21. 22.

Contrarie suo affirmat velit ut opibus suis, sed non esse

quem ex effecto & adiuncto describit

Qui pretiosos pisces suis servis & libertis in cibum apponat, vers. 22.

Qui turdos sapore internorescere possit, vers. 24.

Adiuncto, per distributionem partium, liberalitatis demonstrat, quod fas & æquum sit aliquam rationem habere suarum facultatum, vers. 25. & suis interea etiam famularibus honeste & recte uti, vers. 25. 26.

Proponit, si mea consumam futuram est, ut egeam, subintelligitur.

Illustrat id & in illa objectione aduersarii avari duplici, quâ tum quidem.

primam tacitam

Refutat ex adiunctis, quod sanus studio & labore agriculturæ potes reparare vers. 26.

Secundam objectionem avari per spicuis verbis positam, quam auctor noster tum quidem

Proponit vide sequentem.

Refutat, vide quartam tabulam.

Ab adiuncto avaritiæ quod sit malum infinitum.

Vide tabulam 9<sup>tesimam</sup>.

Romani aliter videntur. Hanc Apodofa cum per Apodofa tum quidem.

*Discrepet his alius.* ] Hucusque Protasis dissimilitudinis, quod Bassus in Sabinis, Perseus in Liguria, honestis studiis se oblectent ab omni ambitione, inuidia, & avaritia scinncti; sequitur Antapodosis. Quod Romani longe aliter vivant; quorum alius avaritia, alius luxuria laboret. Sensus est. Ego quidem ita vivo, nec contradico, quin alii aliter vivant, & illi quidem discrepent, & dissideant ab hisce meis moribus. Est autem concessio.

*Gemini Horoscope.* ] Ratio Antapodoseos ex collatione Maiorum. Non mirum est, si alius ab his meis moribus discrepet: nam enim gemini eodem patre, matre, tempore, & sub eodem horoscopo dissimilibus plerumque sunt moribus, quanto magis ego & alii qui forte diversis constellationibus, & parentibus orti sumus, scias est, & ordo. O Horoscope, qui vnus & idem es tamen producis in lucem geminos eisdem parentibus, eodem tempore factos, & natos, vario ingenio, vario ingenio, dissimilibus studiis, diversis moribus.

*Horoscope.* ] Apostrophie ad Horoscopum, qui illud temporis momentum intra quod quique nascitur, quodque tempore inspectio.

*Vario.* ] Vario dissimili, dissidententi, inaequali, ingenio.

*Producis.* ] In lucem ex tetro materno profera, sic Horat. 1. serm. Sat. 21.

*Cassor gaudet equis.*

Contra aliosque illos astrologos, qui putant eodem tempore, & sub eadem constellatione nasci similiter esse affectos, sic & Possidonius Stoicus sensit, & Cic. de Fato.

*Solis natalibus.* ] Confirmat protasin collatione minorum per distributionem, quod geminorum etiam alius sit avarus, alius prodigus. Prior distributionis pars, ex effectis & variis circumstantiis avarorum illustratur, sensus est. Inde fit, ut inter geminos etiam aliter sit, & imminuat, qui adeo vafre & callide suas opes adseruet, ut alius extreme sordidus & avarus, misere & tenuiter victitet, alius siccum sine vilo liquamine olus comedat, solis autem diebus natalibus lautius aliquanto vivere suffragat, olus alias siccum tingat, & vagat, idque muria genere liquaminis vilissimo, illaque in calice emta. Descriptio hominis extreme sordidi, qualis illa Sary. 4. de Vendicio.

*Qui quandoque ingens.*

Sic Horat.

— Natalis, alioque dierum.

*Festis albatns celebret, cornu ipse bilibri.*

*Caulibus instillat. Veteris non parcam aceti.*

*Tingat.* ] Leniter tingat, & imbuat. Nam extremam parsimoniam vel sordem potius denotat.

*Siccum.* ] Alias, & nullò vnquē vel liquamine imbutum.

*Muria.* ] Liquaminis genus vilissimum, quod ex thinnorum tabe conficiebatur ut garum ex scombrorum.

*Vafre.* ] Ad parsimoniam vel avaritiam potius callidus & industrius.

*In calice emta.* ] i. in exiguo vasculo, parce, ne diebus profestis aliquid superfit. Nimirum sordes trorat, dum sibi in calice modicum liquaminis comparasse ait.

*Ipse sacrum.* ] i. adeo avarus, & sordidus, ut piper tanquam rem sacram & religiosam minimeque tangendam parce admodum, & minutatim patina in Rillet, & q. irroret.

*Ipse.* ] i. in potu, ipse illud facit. Aliis enim hæc non concedit.

Sic Horat. de Nasidieno.

— Cornu ipse bilibri. Caulibus instillat.

*Sacrum.* ] Quasi sacrum, & quo tanquam sacro parcebat, & quam profundere nefas. Horatius

— Et tanquam parere sacris

*Cegeris* —

*Irrorans.* ] In modum rotis parce, et minutim spargens.

*Altera bona dante*] Altera pars distributionis de prodigijs & nepotibus, quos item ex effectibus describit. Sensus est. At hic alius, vel alter puer ex geminis tanquam magnanimus bonorum suorum possessor, grandia bona, magnam pecuniam, ingentes opes, dente, gula, pene peragit, dilapidat, profundit & absumit.

*Dente*] Gula, luxu, dum vorat & potat.

*Magnanimus*] Avari enim pusillanimes, ut qui habeantur, non habeant diuitias.

*Peragit*] Sic nos Germani *Ausmachern/herdurch bringen*.

*Puer*] Empharice. Puer illud facit.

*Vitar ego, Vitar*] Repetita Proctasia primæ dissimilitudinis: id est, ego autem cōtra utar meis facultatibus, utar inquam illis, sed ita tamen, ne illis abutar, & in luxuriæ vicium incidam, nec nimis lautus & delicatus libertis meis & seruis rhombos, & preciosos pisces per extremam luxuriam apponam.

*Lautus*] Liberalis nimis, delicatus, luxuriosus, prodigus.

*Rhombus*] Piscis plani genus, qui à figura Rhombi, quam refert, ita dictus, Romæ olim in deliciis habitus.

*Ponere*] In cibum apponere.

*Lautus ponere*] Gracismus.

*Nec tenuem solers*] id est, Nec more extreme delicatorem & luxuriosorum nimium solers: sim, & subtilis meo palato, ut saluam tenuem, & saporem minimo discrimine distantem turdorum iuniperis pastorum, & aliorum possim dignoscere, & discernere. Fuere Romæ adeo gulæ dediti, & tantam palati acrimoniam & subtilitatem habentes, ut turdos sapore potuerint dignoscere, sint ne cellarii an terrarii, mares an feminæ, iuniperis, an aliis rebus pastis. Dixit autem turdarum abusu pro turdorum, quibus à Martiale (si modo ita scripsit auctor, ut vult Corautus) gloria prima datur. Inter aues turdus.

Et Horatius.

*Cum sis obeso, Nil melius turdo, Gula, &c.*

*Tenuem saluam*] Subtilem & minimo discrimine distantem saporem. Meton. adiuncti pro sub. Saluam enim qua rerum sapores percipiuntur, pro ipso sapore ponit.

*Solers nasse*] Ut maxima solertia internoscam & discernam, Gracismus.

*Messe tenuis propria*] Rationem addit huius suæ mediocritatis, quia fas sit ita viuere. id est, Faciendus est sumtus pro ratione facultatum, et sumtus messis propria vel annuis propriorum agrotorum prouentibus metiendi sunt.

*Messe tenuis propria*] Vique ad messem propriam: Non ultra qualitatem, & conditionem prouentus tui victita: Et quantum agricultura & mellis tua annuatim tibi confert, infume. Describit ipsam mediocritatem, tum ne quis ultra suas facultates sua prodigat: tum, ut sequitur, nequis, more sordidorum, suis parcat, sed ut pars utatur. Alleg. ab agricolis.

Vide Erasmum. Sic Horat.

*Metiri se quæq, &c.*

*Tenuem*] Germanice *bisß an/ so wicß*.

*Et granaria fas est*] Contra parsimoniam nimiam: Fas est quod terra nascitur, granaria, & frumenta tua emolare, & molendo, et ad honestos vsus adhibendo consumere, cum agricultura reparari possit.

*Granaria*] Meton. subi. pro adiuncto. *Granaria* enim pro frumento in granario recondito ponuntur.

*Emole*] Panes inde confice, vel ad alios vsus adhibe, ne frumenta accumulæ ipsas muribus, et gliribus, et tibi illa aliisq; inuideas.

*Quid metuas*] Occurrit obiectioni avari. At metuo, ne consumto illo frumento paupertate premar. Responder Persius? Nam qui tu illud metuis, ea tantum officia tua ac munia fideliter exsequere, & quibilibi defuturus es: ut tantum agrum tuum stercora, ara, sere, occa, & rustica opera diligenter obi, & altera messis, altera seges, aliud frumentum tibi in herba est, tibi in agro resurget, & crescet. Recte metuas dixit: avari enim cupiunt & metuant, ut ait Horat. vnde pusillanimes. ut contra prodigus magnanimus superius dicitur.

☉ccc] Synecdoche partis agriculturæ pro tota, Eggen/ grandes glebas cadere, & ligni-  
bus frangere.

In herba est] Vide Prouerbia:

Adhuc tua messis in herba est.

Id est, propeuit, & creuit.

30 *Asi vocat officium: trabe rupta, Brutia saxa  
Prendit amicus inops, remq; omnem surdaq; vota  
Condidit. Ionio iacet, ipse in littore, & una  
Ingentes de puppe DEI, iamq; obuia mergis  
Costa ratis lacera. nunc & de cuspide viuo  
Frangit aliquid: largire inopi, ne pictus oberret  
Cerulea in tabula. Sed cenam funeris, heres  
Negliget iratus, quod rem curtaueris: urna  
35 Ossa inodora dabit, sed spirent cinnama surdum,  
Sen ceraso peccent casia, nescire paratus.  
Tunc bona incolumis minuas? sed Bestius urget  
Doctores Graios: ita sit, postquam sapere urbi  
Cum pipere, & palmis venit nostrum hoc, maris experti,  
40 Fœuiseca crasso vitiarunt unguine pulres.*

### T A B V L A III.

		Nauem fregerit, ver. 27.
	1. Adiunctis quod in miseros & naufragos liberalitas exercenda sit (NB. quomodo a- uaritia liberalitatem perterat) quod homi- nis officium id postu- let. v. 27.	Ad scopulos Brutii maris adnatauerit, v. 27. & 28.
		Opes & vota in mari Ionio amiserit, ver. 28. 29.
		Cum Diis nauium in littore manus iace- at, ver. 29. & 30.
		Nauis fractæ partes ab auiibus marinis incurantur. v. 30. & 31.
Secunda obiectio avari, quod opibus liberius utendum non sit de- monstrat ex	Amplificat id circumstan- tiis & adiunctis variis naufragii tum quidē	Quod ipsi naufrago agris datis subueniendum & & aliquid largiendum, v. 31. et 33.
	Tum à fine	Ne cogatur tabula sui naufragii circumire & mœdi- care, v. 32. & 33.
	2. A fine Vide sequent. pag.	

2. A sine quod heres ob opes absum-  
tas iratus mortuum minus ho-  
norifice sit sepulchurus, vers. 34.  
Explicat id per specialia facta.

Cenam feralem mortuo mihi negligi-  
ver. 33. et 34.

Ossa mea odoribus & aromatibus non  
perfundet, v. 34. & 35.

Non curabit si aromata adhibeat, sicut  
illa recentia et fragrantia, an vero vi-  
lia et corrupta & Cinnama cortice ce-  
rasi adulterata sint, v. 35. et 36.

3. Ex adiunctis per Prosopopœiam heredis, quod viuis & incolumis bona sua  
diminuere non debeat, ver. 37.
4. Testimonia Bestii liberalitatē condemnantis et Philosophi increpantis, ver.  
37. et 38. Ex effectis. collatione maiorum illustratis, quod Philoso-  
phia libertatem suadens cum peregrinis mercibus aduecta Romam,  
non solum ditiores, sed etiam vilissimos fornificas luxu & delitiis corru-  
perit, ut crasso vnguento pulces suas inungerent. v. 39. & 40.

*At vocat officium*] Hæc sequentia interpretes Persii verba, & ad beneficentiam quandam  
exhortationem esse cen. ent. Verum quamvis verisimiliter ego ipse illud quondam cum reli-  
quis fecerim, fallimur tamen. Suae autem verba avari parsimoniam suam defendentis, eique  
honestissimam rationem prætexentis, qui simulat se accumulare opes, ut olim amicis egenti-  
bus possit beneficere. Quo ipso mire avarorum naturam exprimit, qui semper virtutem suo  
vitio præterit, idque illa palliare conatur. Sic dicit Iudas in Evangelio: Nonne satis fuerat  
hoc preciosum vnguentum vendi, & pauperibus precium dari? Sensus est. Ego quidem li-  
benter liberalius mea bona infunderem. At ipsa humana ratio, & hominis officium mihi con-  
tradicit, & me impedit, & vocat, exigit & requirit, ut egentibus & naufragis amicis opitu-  
ler, &c. Est autem argumentum ex adiunctis, quia id officii ratio postulet, quod aliis circum-  
stantiis calamitatis amplifcat.

*Traberupta*] Descriptio naufragi. Amicus meus inops, calamitosus, & naufragus, tra-  
berupta, nauifraga, & submersa vix enatando euadens saxa Brutia, & scopulos Lucani, &  
Brutii maris, ad quos vento allisus, prendit, & ne submergatur, amplectitur. Ex sic rem suam  
omnem & spem suam, vniuersam substantiam, & vota sua ad quæ naufragi rebus deploratis-  
simam confugiunt, surda, & diis tanto naufragio non audita Ionio mari condidit, & naufra-  
gio amisit, & perdidit.

*Trabe*] Pronuntiata. Synecdoche. Sic Sat. I.

—— *Cantacum fralla, &c.*

*Brutia saxa*] Scopulos Brutii & Lucani maris.

*Prendit*] Sic Virg. 6. Æneid. de Palinuro.

*Pressantemque vocis manibus capita aspera montis.*

*Surdaque vota*] Non audita à Diis, ad quem impii nautæ deploratis rebus demum con-  
fugiunt. Quid.

*Diis maris, & cæli, quid enim nisi vota supersunt.*

*Condidit*] Metaph. à penu, & arca, in quam res conduntur.

*Ionio*] Pars maris mediterranei, quæ supra fauces Adriatici inter Siciliam & Cretam em-  
panditur. Dictum à Ionio Dirrachii filio, quem interfectum Hercules in illud mare præ-  
cipitavit.



*Lacet ipse in littore*] Naufragus amicus. Hypotyposis. Ponit enim eum quasi ob oculos.  
*Et vna ingentes*] Potentissimi dii in quorum tutela navis fuit, qui iram & vim Neptuni non effugerunt, nec sibi nec aliis profuerunt. Quorum statuas & simulacra de puppe ablata, secum è naufragio eripuit, & ad litus detulit.

*Ingentes*] Saryrice. Qui vna naufragium fecerunt, Der grosse Gott von Schaffhausen.

*De puppe*] Ex consuetudine veterum, qui in puppi sacrarium velut lararium quoddam habebant. Heiychinus. Πάντα θεία φέροντες, ἃς ἴμεν εἰς τὴν σφύρα καὶ τὴν νῆα.

*Iamq; obuia mergis*] i. Ratis lacetz, navis ruptæ, & fractæ pars, fragmentum, & costa ipsi mergis, & amibus marinis, dum se aquis immergunt, & eiusmodi auium fragmentis sepe incurritur, obuia est.

*Mergis*] Synecdoche speciei pro genere. Pro omni aue aquatica.

*Costa*] Pro sanguine vel parte navis. Metaph. ab animalibus, quorum latera costis cinguntur. Sic Sat. i.

*Costam longe subd.* Sc.

*Nunc & de cespite*] Verba avari iara liberalitatem simulant's, & quasi seipsum ad munificentiam exhortantis. Hic iam opus est in tanta calamitate amici, vt liberalitatem exerceat: nunc opus est vt non tantum ex messe redditibus & fructibus, sed & de vino cespite, de virenti agello aliquid aufer & frange, particulam aliquam fundi & prædiorum amico inopi largiri, & distribue, vnde vitam, victum & amicum sibi sustenter, ne naufragorum more, in tabula vna cum naufragio suo depictus, ab vno ad alium mendicando oberret, & miserabili hac pida videntes ad misericordiam commoveat, & ab illis stipem emendicet.

*Nunc*] Emphatice. Hic liberalitate opus, non autem iam, vbi nihil illa opus est, nisi proprius esse velis.

*Es de cespite*] Emphatice & hoc. Non solum è messe, & fructibus, sed etiam è vino cespit, è virenti agro, & hortis, aliquam fundi, vel prædiorum particulam. Est autem *Cesper* vius propria herba, vna cum terra aulsa.

*Nepitum oberret*] Naufragi casum suum in tabula depictum stipem mendicantes circumsæbant, vt Sat. i. dictum.

*Oberret*] Vt mendicantes, ab vno ad alium erret.

*Corulea*] In qua aqua pelagi cerulea depicta. Aqua enim maris cerulea.

*Sed carnem funeris*] Secunda avari proleptis argumento à fine. Parsimonia vtendum, nec patrimonium minuendum in vita esse, ne ab iratis hæredibus parum honorifice sepeliatur. Sensus est. Si liberalius victitaueris, heres tuus infensus & iratus, quod rem, hereditates, & opes tuas imminueris, et curtaueris, vbi mortuus fueris, silicerniū vel funetis, & feralem cenam, quæ vna ad rogiū allata, cum corpore concrematur, & vnae tux cineres, reliquias, & ossa in odora sine odoribus, nullis vnguentis & aromatibus delibuta & perfusa dabit, condet, & sepeliet, & paratus erit nescire, nihilque curare, siue aromata, & odores boni adhuc & recentes an situ & vetustate exhalati, & corrupti sint, & siue crocus et cinnama surdum spirent, & redoleant, siue casis ceraso, vel cortice cerasi admixto peccent, & adulteratz sint.

*Carnem funeris*] Silicernium intelligit, quæ cenam in mortuorum solatium Diis manibus inferebatur, & vna cum funere cremabatur.

*Feralis cena*] Iuvenalis:

*Ponitur exigua feralis cena patella.*

*Silicernium*] Quasi silentes umbræ eam cernerent.  
 Hinc illud Virgili.

*congesta cremantur*

*Thurea dona, dapus, fuso crateres olivo.*

*Curtaueris*] Imminueris, consumferis.

*Vna ossa*] Vetus sepeliendi ratio inuivur, quæ cremati cadaveris reliquiæ ossa, vel cineres, multis odoribus, aromatibus, & vnguentis perfundebantur, & condebantur.

*Inodora*] Quæ nullum odorem emittunt, et surdum spirant.

*Dadi*

*Dabit*] Ad sepulturam exhibebit.

*Cinnama*] Synechdoche, pro omni aromate cinnama & casta hic ponuntur. Si autem pro vnguentis ex illis, est Meton. primi generis. De Cinnamo vel Cinnamomo superius dictum.

*Surdum spirent*] Carachrestica metaph. à sonis ad odores. Quorum odor obtusus, surdus, & insensibilis, non acutus et subtilis.

*Spirent*] Redolcant, fragrent.

*Cassa*] Quibus nos pro cinnamo utimur, *Simmetrinde*. His pigmentarii corticem cera adunificare solent, esse merces adulterare. Quod hic vocat: *Pescent cerasse*, i. ceraso admixta adoliterata sunt.

*Nescire paratus*] Dissimulans, negligens, nihil curans.

*Tunc bona incolumis*] Verba futuri hæredis, indignatione plena, qui alium à liberalitate reuocaret adionctis, quia incolumis sit. Sensus est. Tunc bonæ opes, et facultates tuas adhuc saluus, et incolumis, et nulla angustia pressus imminuas, et atteras.

*Incolumis*] Emphatice. Si enim extrema necessitate, et paupertate vrgente illud faceres, veniam promereris.

*Sed Bestius vrges*] Tertia Prolepsis avari: ab auctoritate et testimonio Bestii, qui Philosophos liberalitatem suadentes tanquam corruptelas vrbis Romanæ reprehenderit. Sensus est. Bestius Philosophos et Doctores Græcos, qui ita liberalitatem et prodigalitatem inculcant, vrget, accusat, et damnat, et in hæc verba indignabundus prorumpit: Ita nimirum sit, postquàm nostrum hoc sapere maris experts, nostra hæc sapientia nauigii ignara, vernacula et cismarina, atq; adeo Romana, nobis è Græcia vna cum pipere, palmis et aliis mercibus venit. non solum diuites, et opulenti laute et luxuriose viuunt, sed etiam viles mercenarii, baiuli et scænistæ, cibos suos condire, et olus suum inungere didicerunt, et pulres suas crasso, et copioso vnguine, adipe pecudum, et lautis condimentis vitiantur, et infecerunt.

*Bestius*] Nomen hæredipetæ, aut avari cuiusdam, quem per Prosopopœiam loquentem introducit.

Horat. lib. 1. Ep. 15.

*Diceret vrgendos correptus Bestius idem.*

De hoc Cornelio Bestio scribit Plutarchus eum Ruscium Imbrii socii sui filium, quem seruandum acceperat, morti dedisse, vt auro eius potiretur.

*Vrges*] accusat, damnat.

*Doctores Græcos*] Periphrasis Philosophorum.

Sic præced. Satyr.

*Et centum Gratos, &c.*

*Ita sit*] Verba Bestii cum indignatione proferenda.

*Postquam sapere vrbis*] id est, Postquam hæc nostra sapientia maris experts, & Romana, nobis cum peregrinis mercibus venit.

*Sapere nostrum*] Sic Satyr. 1.

*Viuere triste.*

*Cum pipere*] Emphasin habet. Illo enim deliciores cibos condiebant.

*Palmis*] De arbore intelligit. Vide Plin. lib. 13. cap. 4.

*Nostrum hoc maris experts*] id est, Nostra hæc sapientia cismarina & Romana. non amplius Græca. Sic Horat.

*Alcum maris experts.*

Inuidiose dicit: morans Romanos quamuis non peragrata Græcia, Græcorum tamen mores didicisse, & luxum.

*Feriseca*] Rustici fœnum secantes. die Stroschneider/Meyer.

*Crasso vnguine*] Pingui condimento. Solebant enim rustici, cum oleum decisset, adipe pecudum olei loco vti,

*Vitiantur*] infecerunt, condierunt, vt & ceteris. Respicit autem ad luxum.

Bbbbb

Hac cinere ulterius metuas? at tu meus heres  
 Quisquis eris: paullum a turba seductior audis.  
 O bone num ignoras? missa est à Cesare laurus  
 Insignem ob cladem Germana pubis, & aris  
 Frigidus excutitur cinis, ac iam postib. arma,  
 Iam chlamydas Regum, iam luca gausapa captis,  
 Effusaque, ingentis que locat Caesonia Rhenos.  
 Disiungitur Genioque Ducis centum paria, obres.  
 Egregie gestas, induco. quis vetas? aude.  
 Vani si connives. oleum, artocreasque popello  
 Largior. an prohibes? dic clare. non audeo, inquit.  
 Exossatus ager iuxta est. age. si mihi nulla  
 Iam reliquis ex amitis patruelis nulla proneptis  
 Nulla manet patris sterilis matertera vixit,  
 Deque ania nihilum superest: accedo Bouillas,  
 Clivumque ad Virbi. praesto est mihi Manius heres,  
 Progenies terre, quare ex me. quis mihi quartus  
 Sit pater, haud promte, dicam tamen. adde etiam unum.  
 Unum etiam: terra est iam filius & mihi ritus  
 Manius hic generis prope maior. annunculus exit.

## T A B V L A I V.

illa te mortuus curas, & metuis. ver. 43.

Refuter objectionem anac per diffinitivum

Quæ ego vius non curto. Apodofin hanc  
 demonstrat Dialogifmo per Apofiro-  
 phen ad heredem factis suis exornatam

Proponit enim hanc  
 stam minuendæ rei fa-  
 miliaris causam à cau-  
 sa ad effectum

Laureata epistola victoriæ de Germanis reportatæ  
 index à Claudio Romam missa est. ver. 43. & 44.

Et ob id sacrificia parari. ver. 44-43.

Et triumphum iam Claudio à Caesonia coninge tem-  
 peratoria institui, & captivos Germanos Rheni  
 accolæ triumpho disponi. v. 45. 46. & 47.

Dis victoriæ antea  
 100. paria gladiato-  
 rum velut theatrum  
 inducere. v. 48. et 49.

Quare ego etiam festi-  
 vo a te tempore mu-  
 nificentiam exercebo.  
 Demonstrat illam fa-  
 ctis singularibus

Epulum & congiarium  
 populolargiri. ver. 50.  
 & 51.

Et te heredem non cura-  
 bb. qui si ægre hæc tu-  
 leris aliam heredem  
 conscribam. v. 49. et 51.

Proponit Vide sequent. pag.

Proposit ab adiunctis Persii agi.

Non ager adeo fertilis est tibi, vers. 51. et 52.

Ut hanc tuam profusionem possit sustinere. aut ut ego magnopere haeres tuus esse cupiam.

Quamvis nullos cognatos haberem. Explicat hanc Proasim per species particulares ut sunt

Amica, vers. 52. 53.

Patruelis, vers. 53.

Proneptis patrui, vers. 53. & 54.

Materteræ liberi, vers. 54.

Auiæ liberi, vers. 55.

Hic iā Prolepsi hæredis infert quam tū quidem

Refutat per dissimilitudinem, hoc modo

Tamen heredem poterō inuenire in Bouillis vel Clinalis Virbii, Manium, v. 55. Hæc Apodosis Prolepsi heredis exornatur, quā auctor noster tum quidem

Proposit, Ab adiunctis Manii quod sit obscurus genere, & Persio sanguine non iunctus, v. 57.

Quamvis homo ignobilis & novus est Manius.

Refutat per dissimilitudinem

Tamen mihi alienus non est probat id

Adiunctis suorum parentum, qui ipsi ignobiles sunt utpote cum sciat vix quem abavum habeat, vers. 57. & 58.

Atavum vel tritavum plane ignotum habeo & ignobilem Manio sanguine quasi iunctum, v. 59. 60.

Ab adiunctis heredis, ab adiunctis hereditatis, *Vide sequentem.*

*Hæc cinere Cluerior.)* Respondet Persius ad hæc avari, per dissimilitudinem. Hæc tu mortuus meruis, quæ ego ne vivus quidem. Verba per interrogationem cum indignatione promunciantia. Hæcine, quid hæres nimirum de te vivo, vel mortuo sensurus sis, tu mortuus iam mortuus, & in cinerem redactus, imo cinere iam ulterius, & ne amplius cinis quidem.

*Hæc.]* vel quid heres de te sentiat: vel ut mortuus honorifice sepeliaris.

Bbbbb 2.

*At tu meus haeres*] Antapodosis dissimilitudinis Apostrophe Persii ad heredem, & Dialogismo eorundem exornata. Vbi Persius se heredem nihil morari, quo inuito patrimonium sit profusurus, aut si indignetur, se alios ignotos heredes quæsiturum interminatur. Sensus est. Heus tu, quisquis meus haeres futurus es, illa quæ dicturus sum alio quanto à turba seductior, & remotior audi, & ausculta: Heus, bone vir, num ignoras quid factū sit. quidve ego facturus sim.

*A turba seductior*] Remotis arbitris, à populo remotior.

*Missæ est à Cæsare laurus*] Proponit iustam minuendæ rei familiaris causam, quam si heredi molestem futuram sentiat, cum sit exheredaturus. Sensus est. Num tu ignoras, quod à Claudio Caligula Cæsare laurus victoriæ index, cum literis ad senatum missa est, ob egregiam Romanorum victoriam, & insignem cladem, & stragem Germanæ pubis, vel iuuentutis: Cui victoriæ iam sacrificia, & victimæ in triumphum parantur, & ab omnibus aris vetus & frigidus cinis, & pulvis excutitur, & altaria ad sacrificia præparantur: Et Cæsonia Cæsaris coniux iam arma captiuorum, iam regum, & imperatorum deuictorum egregias vestes & Chlamydas & spolia possit, & columnis templorum adfigit, iamque lutea Gausapa, & crocea villosa stramenta, quibus duces captiui induti in triumphum ducuntur, captis, & uictis, & in triumphum ducendis accommodat, & Belgarum vehicula, & Germanorum effeda & ingentes Rhenos, magnos proceros, Germanos Rheni accolæ captiuos in ordinem collocat, & futuro triumpho disponit.

*A Cæsare*] Claudio Caligula, qui vnicam omnino Germanicam expeditionem suscepit, in qua nihil memoria dignum gessit, & sibi tamen triumphum decerni curauit, & ontans urbem natali suo ingressus est. Vide Suetonium.

*Laurus*] Meton. adiuncti pro subiecto, pro laureata Epistola, qua suam victoriam, S. P. Q. Imperatores annunciabant.

Mart. de victoria Domitiani.

*Publicæ Vestris: et testantur gaudia chartæ.*

*Martia laurigera cuspide tela Sirent.*

*Germanæ pubis*] Meton. 4. modi, pro Germanis puberibus.

*Frigidas cinis*] Vetus, qui longo tempore igni sacrificiorum non incaluit.

*Excutitur*] Ad noua sacrificia reparanda remouetur.

*Possibus*] Quibus captiuorum arma in indicium victoriæ adfigebantur. Hæc autem in distinguere: Cæsonia arma, & Chlamydas regum possibus, & gausapa captis adiungit.

*Chlamydas*] Chlamys erat militaris vestis pallio adstrictior, & breuior.

*Lutea gausapa*] Vestes militares Villosæ, quibus utebantur in hybernis. Alii crocei coloris stragula intelligunt.

*Effeda*] Erant vehicula Gallica vel Belgica, corio vel panno, cooperta, Ein Kutsche.

*Locat*] Accommodat ducibus Germanis captiuis.

*Cæsonia*] Caligulæ vxor, nec facie insigni, nec ætate integra, materque iam trium ex alio viro filiorum, sed effrenat. libidinis mulier, quam constanter Cæsar adamauit, Sueton. Hæc Caligulæ poculum amatorum porrexit, quo ille in furorem versus.

Iuuen, Saty. 6.

*Es furere incipias, Et annunculus ille Neronis,*

*Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli,*

*Insudit.*

*Rhenos*] Germanos Rheni accolæ vt sit Meton. subi. pro adiu.

*Ingentes*] dicit ex historia, nam, vt ait Suetonius, Caligula Gallorum quemque procerissimum ad pompam legit, & seposuit, &c.

*Diu igitur*] Quare Diis immortalibus huius victoriæ & triumphus auctoribus, & Caligulæ ducis Genio, ob res præclare & egregie gestas, centum paria gladiatorum in theatrum & arenam inducere constituo. De gladiatoribus non de Hecatombis hæc esse intelligenda indicat, quod additur paria & sic explicat Lipsius & Turnebus, Horat.

— *Gladiatorum dare centum*

*Damnati populo paria.*

Munera autem gladiatoria, & ludos adeo eruentos in religionis parte numerabant.

*Genio ducis*] Natali vel naturæ Deo, cuius ductu & auspicio res tam feliciter cessit.

Qui

*Quæ vetas.*] Scilicet quo minus hæc faciam.

*Aude.*] Tu autem hæres sume tantam animi confidentiam, & aude mihi contradicere. Permissio.

*Va, nisi conuines.*] Væ tibi, nisi dissimules, mihiq; adsentiaris. Metaph. à corpore ad animam.

*Oleumq; artocreasq;.*] Quin etiam oleum, & artocreas cibum ex pane & carne, atque adeo epulum, & congiarium populo largor.

*Artocreas*] ab *ἀρτος* & *κρέας*.

*An prohibes.*] An tu, ô hæres, illud fieri vetas, & prohibes.

*Dic clare.*] Quasi hæres ringatur ad hæc & murmuret: ideo dicit, dic clare, quid mussas, ecquid hæc res tibi molesta est?

*Non adeo inquis.*] Verba hæredis ob interpunctionem ambigua. si post inquis, pascuum constituas, dicit, se non adeo impedire, vel prohibere, quo minus animo morem gerat: Ex sequentia Persii sunt: Est mihi ager exossatus & satis fertilis soli, ut facile hæredem inuenire possim. si cum sequentibus iungas: hæc sententia est: Tu vero, ô hæres, ais: Non adeo exossatus ager, non adeo pinguis, & fertilis tibi ager est, qui hanc tuam luxuriam possit sustinere, vel potius ut ego magnopere desiderem, tuus hæres esse. Est autem legendum *adeo*, non *audeo*. Ut sententia & versus postulat.

*Exossatus ager.*] Totus terreus, fecundus, & fertilis terræ ossibus & lapidibus repurgatus. Ovid. l. Metamorph.

———— *Lapides in corpore terra*

*Offa reor dici* ———

Quod autem Cornutus legit, *non adeo prohibere*, quia ager lapidibus plenus prope est, non melapidibus obruas: ridiculum est.

*Age si mihi nulla.*] Aliud argumentum, quo ad prolepsin hæreditatitiam respondet, se heredem fore recusantis: quod facile, si omnibus consanguineis destitueretur, heredem possit inuenire, quamquam ignobilem, & qui tamen forte si retro ad originem respicias, & nobilis esse possit, & Persii consanguinitate iunctus: cum & ille, & Persii parentes terræ sint filii. Sensus est. Age si iam nullus mihi cognatus, nullus consanguineus sit, si ex amicitis vel patris fororibus nulla amplius in vita reliquis, si nulla fratruculis, nulla è patris mei fratre nata filia, nulla patrui mei proneptis, & nepotis filia in vita restat, si omnes condidi, & sepelii, si matertera vel matris soror sterilis & sine liberis vixit: si denique de avia mea nihilum superest, atque adeo nemo est, qui mihi consanguinitate coniunctus sit, nq; interea tamen omni herede destitutor: sed viam Appiam peto, & ad pauperem vicum pauillæ, & in valle Aricina ad cliuum virbi accedo: Ibi vero Manius hæres ultro mihi præsto est.

*Bouillas.*] Pauper vicus erat Romæ proximus, ubi Clodius à Milone interfectus est: à bouum multitudine, q. bouum villa dictus.

*Clinumq; ad Virb. l.*] Qui 4 millibus ab vrbe aberat, qua ad Ariciam & Nernus Dianæ ubi Virbii, vel Hippolytus colebatur, ibant. Dicebatur *Virbii Hippolyti*, quod fraude nouerca Phædræ, ab equis paternis discerptus, ope Æsculapii, vel ut alii Dianæ, vitæ restitutus bis vitæ hoc est Virbius fuerit. Fabula notissima.

*Manius hæres.*] De Aricino colle loquens Manium dicit. Hic enim Manius, cuius posteri hic habitabant, Aricinum lucum Dianæ consecravit. Vide Erasmus in proverbio. *Mulus Manii Aricia*. Dicit autem hic Manium pro quouis ibi habitante: aut auctorem generis pro nepote aliquo ponat.

*Progenies terra.*] Obiectio. Verum ille est terræ filius, gigantum fraterculus, homo obscuro loco natus, genere incertus, & à tua familia alienus: qualem hæredem scribere absurdum est. Vide proverbium. *Terra filius*. pro obscuro & ignobili: lauen. *fraterculus gigantum*.

*Quare ex me.*] Respondet Persius ex dissimilibus: Etsi terræ filius est & ignotus, non tamen est alienus, quia atavus meus idem igo otus est, & terræ filius: nam & eius genus incertum est. Sensus est. Quasi vero Manius alienus sit: q. vero eius genus solum, incertum sit & meum non æque incertum. *Quare* enim ex me, quis mihi quartus pater, vel proavi mei pater, vel abavus

meus sit: illud sane haud procrate tibi dicam: Et tamen ubi multum diuque quaesivi, & omnes familiae meae genealogias perlustravi, tandem tibi forte dicam & aperiam. His adde etiam vnum & adhuc etiā vnum, & quare quis quintus vel sextus pater, & arauus, aut tritauus meus fuerit, ille vero iam mihi & que est tetræ filius, ignotus & obscurus, & hac ratione hic Manius, & ipse tetræ filius, ignobilis & obscurus haud immerito è gente mea videri potest, & mihi cognationis aut generis ritu & ordine prope maior meus auunculus, & auus, aut auus meorum auunculus exit, & euadit, nec immerito hæres à me scribitur.

*Ritu generis.* Ratione, vel ordine cognationis.

*Manius.* Illum primum Manium qui Ariciaum vicum Dianæ consecrauit intellige: ille enim poterat Persii auus vel auus auunculus esse. Alius vero Persii tempore viuens non poterat: ut sic quia primus Manius & forte Persii, & maior auunculus, alter quis Manius è prioris cognationis merito consanguineus Persii iudicari poterat.

65  
70  
*Qui prior es, cur me in decursa lampada poscis?  
Sum tibi Mercurius: venio Deus huc ego, ut ille  
Pingitur. an tennis? vini tu gaudere relictis?  
Deest aliquid summa mihi minus: sed tibi totum est,  
Quidquid id est, ubi sit, fuge querere, quod mihi quondam  
Legarat Stadius, neu dista reponere paterna.  
Fenoris accedat merces: hinc exime sumtus.  
Quid reliquum est? nunc nunc impensum vnge.  
Vnge puer caulou. mihi festa luce coquatut  
Vrtica, & fissa fumosum fincipit aure,  
Ut tuus iste nepos olim satur anseris exstis,  
Cum morosa vago singulti & inguine vena,  
Patricia immolet vultus? mihi trama figura  
Sis reliqua: ast illi tremat omento popa venter?*

## T A B V L A F.

Ab adiunctis heredis, per similitudinem, quod ille senior iunioris hereditatem possidere non debeat: ut in Stadiodromo Promethei, prior à posteriori lampada non poscit, sed contra vers. 61.

Refutat obiectionem de herede.

Ab adiuncto hereditatis, quod illa utpote gratuita boni sit consulenda. Illustrat id simili, quod hereditas sit tanquam Mercuriale lucrum gratis oblatum vers. 62. & 63. Hæc illustrantur duab. prolepfi. ipse heredis nimirum.

Prima qui auctor tū quidem.

Proponit ex adiunctis

Refutat dissimili

Nolo hereditatem tam adire, quia illa aliqua ex parte immixta est, vers. 64.

Minui bona mea mihi, sed quicquid tibi relinquitur totū & integrum tibi est, tantum enim debes habere, quantum accipis vers. 64. 65.

Secunda vide seq. pag.

Adiuncto hered's. per  
dissimilitudinem.

Quod h-eredes non debeant accēpi &  
expensationem à testatoribus suis.  
exigere vers. 65. 66.

Vt pater à filio vers. 66.

Proponit per dissimilitudinem Testator debet de sō-  
nore victitare, non autem capitalem sumam  
imminuere, vt ita parum reliqui sit hæredibus ver-  
67. & 68.

Secunda obiectio, quam  
Persius tum quidem.

Refutat collationē ma-  
iorum: quod ob im-  
pudentiam illam he-  
redis largius bona in-  
sumenda sūt vers. 68.  
69. Probat id argu-  
mentū duplici à fine  
dissimilib. explicato.

Ne illa bona quibus quis  
geniū defraudando pe-  
pererit & olera & suillū  
vile caput alendo ad ex-  
tremam inedia m reda-  
ctus sit, vers. 69. 70.

1. Prodigus nepos heredis  
delictis probe curatus  
cum nobilibus scortis  
absumat, cum libidine  
exstimulatus sit, vers. 71.  
72. & 73.

2. Argumentum à fine dis-  
simili explicatum, simili  
illustratum, ne ex inedia  
trama similis sit, quem  
ventus perspirare possit:  
vt nepos heredis prodig-  
us, sit populus similis pin-  
guissimus. vers. 73. &  
74.

*Qui prior es.*] Superius avaros, qui misere & sordide viuunt, propter heredes veriti nō patri-  
monia absumant parum honorifice ab hærede sepeliantur. Quibus respondit Persius per dissi-  
militudinem: se CONTRA liberalis in vita victitaturum, & hæredem nihil caraturum, quod  
etiam si omni cognato destituatur, nihilominus heredem facile inuenire ignotum possit. Re-  
prehendit iam hæredipetam cuius impudentiam perstringit, qui maior natu ac senior, iunioris  
mortem auidetiusque bonis inhare non erubescit. Sensus est. Senex impudentissime, qui  
in hoc vitæ humanæ stadiodromo mecum curris, & me ætate priores, prior me cucurristi,  
fessus es & emeritus, cur tu in decursu lampada à me possis, cum illam mihi porrigere  
debeas? cur tu natu maior postulas, vt ego te iunior prius te moriar, meoque patrimo-  
nio tibi cedam, illud tibi tribuā. In stadiodromo vel sacris Promethei, quo respicit, cum facibus  
currebant & qui prior cucurrisset, vbi iam defaigatus posteriori, & dequanti facem porrigebat;



qui fessus illam dabat tertio. Non autem posterior illam dabat priori. quod hoc loco tanquam absurdum reprehendit. Huic *stadiodromo vita humana similis* est, ubi prior vel natu maior mortuus minori vel heredi, bona sua tanquam lampada tradit: Non autem minor natu ipse decrepitis senibus.

*Prior.*] Natu maior, grandior, annosior, ne ob id morti vicinior.

*In decursu.*] In hoc curriculo, vel stadiodromo vitæ humanæ.

*Lampada.*] Allegorice, pro ipsis bonis & facultatibus Lucret. lib. 2.

————— *Mutantur sacra animantium*  
*Et quasi cursores vitæ lampadas tradunt.*

*Pocis.*] Sic dicimus, pocce te hoc.

*Sum tibi Mercurius.*] Dialogismus Persii & hæredis ad finem vsque. In principio monet argumeto ex adiunctis: quæ gratuito eveniunt, boni sunt consulenda. hæredem, ut boni consulat quicquid relinquatur, etiam si testator aliquid ex bonis imminuerit, & quasi lucrum adventitium & gratuitum tanquam Mercurii beneficio oblatum reputet. Sensus est. Ego sum tibi hæres, tanquam lucri Deus, qui mea bona gratuito tibi offeram: Et ego huc ad te, ut ille Mercurius, dextra marsupium tenens pingitur, cum bonis meis tanquam Deus venio, eaque tibi gratis, sine tuo merito, offero.

*Mercurius.*] Lucri Deus, vade lucra & thesauri qui præter expectationem contingebant, *ipsum* & *equum* vocabantur, q. Mercurialia.

*Venio Deus.*] Dii enim gratis etiam ingratias, ut ait Seneca sua beneficia conferunt, sine vili spe recipiendi.

*Pingitur.*] Pingebatur Mercurius dextra marsupium tenens quod supra caput hirci iacebat sinistra caduceum tenebat. Ad pedes hircus & gallus erant. Giraldu. Macrob. Artemidorus.

*An tenuis.*] An recusas accipere quicquid ego tibi gratis offero. visne tu bonis à me tibi in testamento relictis quæcunque etiam illa sunt gaudere, & illa boni consulere.

*Gaudere.*] Hilari animo accipere tanquam lucrum adventitium.

*Deest aliquid summa.*] Verba hæredis Persii hæreditatem adire recusantis, ex adiunctis: quod summa bonorum Persii aliqua parte imminuta sit. Ex dissimili Imminuta mea sunt, tua autem integra.

*Minus mihi.*] Respondet Persius: si aliquid deest, mihi deest, non tibi, mihi minui, non tibi à meis bonis abstuli, & ad usus, quos volui, transtuli: tibi autem quicquid id est, quod reliquitur, & integrum est, nihilque tuæ summæ deest, nihil tibi imminutum, nam nihil tibi debetur.

*Vbi sit, fuge querere.*] Id est, si sapias, o hæres, caue & fuge illud ex me querere, ubi illud sit, vel ubi illud reliquerim quod Tadius mihi olim in testamento reliquit. Non enim teneor tibi rationem reddere.

*Nam dictare pone.*] Nec patruus mihi esto, nec dicta imperiosa, censoria, & paterna, quibus uti solent patres in repetenda rerum filii creditarum ratione, mihi pro meis beneficiis, & facultatibus quas tibi relinquo, reponere, & retribue.

*Reponere.*] Reponere *wasß in danckbarkeit widergeben* / *zur Bezahlung erstatten* sic luere.

————— *Nunquamne reponam.*

*Fœnoris accedat merces.*] Verba hæredis. Fœnoris merces, & usura ad te tantum accedat, & te alat, hinc omnes sumtus & impensas exime, & quicquid opus est, hinc tibi compara. Iamvero tu capitalem summam *zur heubtsummen*. Sunt verba hæredis: nisi malis esse patris ad luxuriosum filium.

*Quid reliquum est?*] Verba hæredis hæreditatem imminutam esse molestissime ferentis.

*Reliquum.*] Verbum Persi cum stomacho pronunciandum. Est autem Epianodos ad exprimentum irati adfectum, qui sæpe solent postrema eius cui irascuntur dicta repetere, cum indignatione. sic apud Terent. Demea. Mitio. Quid is fecit. Demea, quid ille fecerit. quasi dicat. O Deum atque hominum fidem, tu negas aliquid reliquum esse. At faxo ut dicis, ut nihil reliqui sit.

fiet. Heus puer nunc delicatiora fercula mihi compara, iam cibos meos lautos pingues impenfius vnge, nunc caules & olera meliori & copiosiori oleo inunge & perfunde. Est enim A. postrophe ad feruum, quem iubet multò lautius cibum sibi apparare. Q. d. nihil tibi relinquere, & omnia ante mortem consumere, stat sententia.

Nunc nunc.] Vnge, vnge. Anadiplotis.

Vnge caules.] sic Horat.

Vngere si caules oleo meliori caputq;  
Caperis.

Mihi festa lace.] Concludit Persius se liberalius visitaturum nec genium suum defraudaturum, ut opulentiorum heredibus hereditatem relinquat. Argumento à fine. Ne, quod quisquam magno labore parauit, & cui genium defraudando pepercit, hæres in voluptatibus & libidinibus turpissime profundat, sensus est. Quotsum ego misere inter opes inops viuiam, ut hæres mei luxuriose & prodigaliter bene parata, gula, ventre, pene profundant: ut nimirum mihi sordide & leuiter visitanti die festa durum ex vitica olus, aut porcini capitis frustum & sinciput fumo arefactum fissa & diuisa aure coquatur, & in cibum apponatur, ut iste ex postis tuis, nepos ille heluo & prodigus in summis delitiis uiuat, & anseris extis, & lautissimis cibis satur & plenus, cum libido in eo exarserit, & in coitu vena mentula, morosa & sua tentigine submolesta vago & eandem viam sepius iteranti inguine singultiet, & libidine intendetur, cum nobili aliqua matrona rem habeat, & patritæ vuluæ semē genitale immetiat & infundat.

Festa.] cum lautius viuendum &c. an fame moriar etiam festis diebus.

Vitica.] ex quatenusioribus vilissimum olus, synecdoche speciei pro genere.

Nepos.] Ambigue & ingentose dixit. Aliquis ex posteristis nepos & luxuriosus hæres. Ita enim fit, ut auaritia parata luxuria perdat.

Anseris.] Quæ olim in summis delitiis habebantur. Intelligit autem iecur Horat.

Pinguibus & scis pastum iecur anseris albi.

Morosa.] amara, & submolesta. Sic Sat. 4. dixit:

Penem amarum.

Singultiet.] Per interualla palpiret, vel recondatur. Turpis metaph. à singultu, qui per interualla mouetur.

Mihi trama.] Repetit idem argumentum i. mihi trame figura, vel species formæ in corpore meo reliqua sit, ut illi venter popa & obesus, & bene curatus omento & pinguedine tremat. Argumentum à fine per comparisonem.

Trama figura.] id est, figura trame, ut sit hypallage. Est enim trama pannus subtennis è solo subtegmine, ita dictus, quod frigus causa trameat vel transmeat. Varro lib. 4. de ling. Latina.

Quamquam illud figura etiam explicari possit: mihi tanquam vmbre & figuræ trama tantum corporis q. reliqua sit, ut tantum ossibus hæream.

At illi.] heredi, vel nepoti.

Omento.] Pinguedine, qualis in omento: Opponuntur vitica & sinciput fumo sum cum anseris extis, & trama cum popa ventre. Sunt autem popa victimarii qui se hostiarum visceribus probè cutabant.

75

Vende animam lucro, mercare, atque excute sollers

Omne latus mundi, ne sit præstantior alter

Cappadocas rigida pinguis pauisse catasta,

Rem duplica feci, iam triplex, iam mihi quarto,

Iam decies redit in rugam, depinge, ubi sistam,

Inuentus, Chrysippe, tui finitor acerui.

80

Ccccc

## TABVLA VI. ET VLTIMA.

Avaritia im-  
pia & scele-  
rata sit, pro-  
bat id.

Suis effe-  
ctis & adiū-  
ctis causa fi-  
nali illu-  
stratis

Per fas & nefas ver. 75. periuria & fraudes omnia accumulatur.  
Mercatur, omnia peruagatur ver. 75. 76. ob illum finem,  
ne quis alius ditior sit mango, ver. 76. & 77.

Adiuncto alio quod sit  
malum infinitū, quod  
per dissimilia demon-  
strat, cuius Apodosis  
præcedit

Quemadmodum Chrysippus Stoicus  
dialecticus soritis suis aceruatis syl-  
logismi finem potuit inuenire, ver.  
ultimo. Et in vltima aliqua quæsti-  
one substitit, ver. 79.

Sic auari cupiditati suæ finem nō pos-  
sunt imponere, non duplici, nō tri-  
plici, non quadruplici, non decupli  
argumento diuitiarum suarum, ver.  
78. & 79.

*Vende animam lucro.*] Concludit satyram Ironica concessione. ut aliquis per fas & nefas hinc  
inde opes accumulet, nullumq; finē accumulando inueniat. Vbi Apostrophe aliqua ad Chry-  
sippum abruptam satyram terminat, & notat Chrysippum syllogismo aceruali modum & fi-  
nem imposuisse: contra auarum accumulandis opib. nullum finem imponere.

*Vende animam.*] sic scil. præcedenti:

*Vende aliquid, intra &c.*

*Vitam tuam periculis obice.*

*Excute follers.*] Peruagare, penetra:

*Solers.*] ad lucrum prudens, & circumspectus.

*Omne latas.*] Extremos Indos, vltimam Thylem.

*Ne sit.*] Argumentum ratiōe sine, ne quis alter ditior & opulentior videatur, & ne quis magis  
præstantior & numerosior sit Cappadocas pueros pingues & bene habitos, & inamœna ma-  
china, in qua venales exponuntur pauisse, & maiores questus fecisse.

*Præstantior pauisse.*] Hellenismus.

*Cappadocas*] synecdoche pro omnibus mancipiis. Magna enim seruatorum multitudo inde  
ex Capp. Romam aduehebatur. Horat.

*Mancipis lucuples, &c.*

Regio Armeniæ finitima.

*Carossa.*] In qua venales ponebantur, vti iis omnia membra conspici possint.

*Rigida.*] Inamœna vel robusta.

*Rens duplica.*] Verba Perisii ad auarum, opes tuas conduplica.

*Feci.*] Respondet auarus: Ego illud iam dudum feci: imo res & pecunia mea iam triplex  
est: imo iam quarto: imo vero iam decies mihi in rugam redit, & multiplicatur: nec tam ea  
rei coaceruandæ finem inuenio.

*Redit in rugam.*] Quasi in plicam, ut decuplex sit Metaph. à vestib. Falus hic Turnebus &  
alii.

*Depinge vbi sistam.*] Concludit Satyram Apostrophe ad Chrysippum, à quo auarus termi-  
mandæ auaritiæ rationem sibi dari postulat. Sensus est. Quare tu, o Chrysippe, qui syllogismi  
tui acerualis & soritis finitor inuentus es, & docuisti, quomodo illius syllogismi infinitis quæ-  
stionibus respondendum sit, & in qua quæstione acquiescendum tu etiam mihi auaro depin-  
ge, ostende, & designa, quis diuitiarum modus sit, & vbi, vel in quo diuitiarum loco inuentus  
deix un sistam, & poterit figura.

Chrysip

*Chrysippus*.] Stoicus hic philosophus, Cleanthis discipulus: De quo illud,

Οἱ θεοὶ πῶντων ἀνθρώπων ἐκείναι αἰσίου.

*Acerus*.] Syllogismi accrualis vel soritis, qui cum esset captiosus infinitis questionibus, teste Horatio cum ait:

*Dum cadit elafustratione ruentis acerus.*

Excogitavit Chrysippus rationem quomodo illi respondendum esset. Dixerat enim oportere *ἡσυχάζειν*, quiescere: quod hic Persius vocat *sistere* priusquam in immensum crescat. I.e. *stende* quomodo à querendis opibus, quarum sitis, more soritis, infinita est, quiescam.

Scripterat autem de sorite Chrysippus 4 libros, teste Lactio.

FINIS Commentariorum in Persium.



CCCC

# INDEX RERVM ET VERBORVM MAXIME INSIGNIVM ET MEMORABILIVM QVÆ IN HISCE *Iuuenalis & Persii Satyrarum libris* OCCVRRVNT.



<b>BACVS</b>	fol. 596 & 597	<b>Eacus</b> Iouis F.	19 inferorum iudex ibid.
<b>Abdomen</b>	141. pinguis a- qualiculus Persio ibid.	<b>Eder</b> Herculis & Fortunę nobilissimæ ubi fuerint 475 à quib. extractæ ibid. Ma- satum à quo extracta	261
<b>Abolla</b> vestis genus	28. 101	<b>Ediles</b> Iodis præerant 109 minimi magi- stratus	363
<b>Abdera</b> Democriti patria	356	<b>Edilium</b> munus	363 596
<b>A ponte</b> adsumi prouerb.	142.	<b>Ecta</b> rex Colchidos	20
<b>Accius</b> Labeo poëta ineptus	543 Neroni gratus ibid. eius ineptissimus versus ib.	<b>aureum</b> vellus custodit	20
<b>Accius</b> Tragetulus	575. coartacus Pacuuii ibid. Venosus quare dictus	<b>Egroti</b> morosi, salutisque suæ prodigi de- scribuntur	654
<b>Accusatores</b> Socratis qui fuerint	664	<b>Egrotis</b> nihil periculosius, quam balneum	653
<b>Acerra</b>	450. 600	<b>Egyptiorum</b> superstitio	499
<b>Acetescens</b> Apollinis epitheton	310	<b>Egyptus</b> ob calorem serpentibus abundat	499
<b>Aceti</b> natura & vires	706	<b>Egyptus</b> ob calorem serpentibus abundat	499
<b>Acetum</b> habet in pectore	ibid.	<b>Egythus</b> adulter ab Oreste occisus	18
<b>Acetum</b> Ægyptium	445	<b>Ælius</b> Scianus Præfectus Prætorio 358 for- tuna eius clara ibid. Collega Imp. in con- sultu ibid. præceps ruina	ibid.
<b>Achylles</b> Græcorum fortissimus	54. 328	<b>Ælii</b> Sciani natales	360
<b>Achyllis</b> in Præceptorē Centaurū pietas	288	<b>Æmilii</b> Lepidus Pont. max. 294 res gestæ ib.	156
<b>Acilius</b> Glabrio Domitiani consiliarius	138	<b>Æneæ</b> periphraſis	304
<b>eius</b> fortuna	ibid.	<b>Æneus</b> taurus Phalaridis	67
<b>Acrocorinthus</b>	534	<b>ænigma</b> Aufonianum	300
<b>Actor</b> Aruncus fortissimus bellator	75	<b>ænigmata</b> Legum	183. 164
<b>ad amissum</b> prouerb.	291	<b>Æoliz</b> Insulæ quæ & Liparitanae 18 ab Æ- olo denominatae	19
<b>ad rauim</b> prouerb.	15. 273	<b>Æolius</b> carcer	438
<b>ad vnguem</b> prouerb.	229. 570	<b>æquo</b> animo ferenda, quæ humanitus eueni- unt	301
<b>adamas</b> lapis durissimus	193	<b>Ær</b> in Boeotia crassus	443
<b>hircino</b> sanguine mollitur	ibid.	<b>Ærugo</b>	228
<b>adfectatio</b> peregrinæ linguæ delicata & viti- osa	197	<b>æs</b> tinniens subuenit eclipsibus Lunæ	97
<b>adfectus</b> & scelera omnium temporum, ma- teria Satyrici carminis	40	<b>Æquilinus</b> mons Romæ	ibid.
<b>Adicialis</b> cœna quæ	51	<b>æstiuales</b> anuli leniores hiemalibus fuerunt	28
<b>adorare</b> quid	214	<b>æstiuum</b> aurum	28
<b>Adr. Turnebus</b>	36	<b>ætas</b> Nestoris	434
<b>ad duitatis</b> in studiis effectus	650	<b>ætas</b> defuit 160 Iuuenilis citius flore verno elabitur 345 castrandorum puerorum 387	ætatum
<b>aduerbia</b> quædam in e & i terminata	91		
<b>adulâri</b> 669 etymologia eiusque ratio ibid.	ibid.		
<b>quorum</b> sit	ibid.		
<b>adulatio</b> in aulis quantas vires habeat	134		
<b>adulatores</b> omnia adaugent	99		
<b>adulatoris</b> admirantis gestus	100		
<b>adytum</b>	460		

# I N D E X.

ætatum termini 379	numerus diuersus apud	109
Græcos & Latinos	439	Alceſta Peliz Theſſaliz regis filia 252
Æthiopia duplex	369	tas in maritum
Æthna Siciliz mons	18	ibid.
à fabis abſtinet, Symbolum Pythagoræ		Alcibiades Athenienſium Imperator 73. 665
514		eius parentes ibid. Ians & viruperium ibid.
Affaniz Apinz prouerb.	650	forma eximia fuit
affectus & perturbationes domini crudeliſſi-		669
mi	718. 719. &c.	Alcinous Phæacum rex
affectus in iecore collocati ex opinione vete-		500
rum	32. 274. 532. 697	Alcyone cum marito in aem conuerſa
Africanus Comœdiarum Græcarum ſcriptor		257
17 prædeſtales	ibid.	Alca legibus olim prohibita
Afri menſtrua ſtipendia qualia ſoluerent		42
275		Alcator ſemper malus
Africa nullas vrſas habet	139	42
Africana gens valde aſtura	592	Alexander M. Athenienſes vicit
Africæ magnitudo 309	ibid.	365. 371 in
Agamemnon rex Mycænarum	434	ipſo ætatis flore extinctus veneno
Aganippe Boeotiz ſons	256	496
Agalo	705	Alexander filius Priami rapuit Helenam
agatatorum factiones quatuor	419	381
a Domitiano addita	ibid.	Alexandri M. egr gia vox in obſectatores
Agathyrſi populi Scythiz	510	344 ſtoliditas & faſtus 134 cum Dido-
Agellius de fugiendis verbis obſolectis	575	gene colloquium
agitat paſſus	205	496
Agones victores apud Iſtmios apio coronati		Algæ inquiſitores prouerb.
322		132
agricultura potiffima vitæ humanæ pars	473	aliena viuere quadra prouerb.
agricultura nullum vitæ genus præſtantius		149
483		alios aliis ſtudioſi detineri
Aheni fratres	617	701
Aiax furioſus 361. 493		Aliptes
potior eius cauſa in		97
contentione de armis Achillis	ibi.	Alpes montes Italiz pro muro
Alabandis minoris Afiz vrbs	97	369
multæ		aliquid ex nihilo fieri Chriſtiana fides ſtatuit
ibi palatiz	ib.	650
Alæ	485	allegoria fermenti 552
Alba longa vrbs Italiz	429	Caprifici/ib. ab aceto
conditor	ibid.	706 à rheda
nomen ab alba ſcrofa	ib.	701
alba ſcropha 30	ſætuſ enixa	701
195		Allobroges Galli ſunt
alba ſint protinus omnia	589	288. 289
alba omnia bona & fauſta cenſebant priſci		allium 733
589. 599. 668		capitis eius vis contra magica
Albani Cereris Sacerdotes	72	ibid.
peſſimi	133	aloe 196
Albana menſa & dapes	77	laudatiſſima ex Aſſa
Albanus mons ſedes Imperatoria	133. 146	ibid.
154 in cõtẽplum Veſtæ	ibid.	Alogi aſtologi
Albioli	267	243
albis veſtibus utebantur dieb. feſtis & nata-		altus animus iniurias contemnit
libus	548	458
albus color digniſſimus & libertatis index		Alueoli
		162
		Alueolus
		466
		aluta 493
		qua pro velis vſi Galli
		ibid.
		amatores olim Romæ iuxta proportionem
		membrĩ genitalis hæreditatis portiones
		conſequuti ſunt
		31
		ambages
		630
		ambiguum
		695
		ambitio ſcribendi inueterata
		263
		ambitionis incommoda in potentib.
		367
		ambitioſi quib. rebus populi gratiam capta-
		rent
		731
		Ambroſii de Perſio indignabunda vox
		521
		amici Perſii
		523
		amicitia ſingularis inter Perſium & Cornutiũ
		eius Præceptorem
		523
		amicitiæ cum fortuna mutantur
		360
		amicus pars animæ dimidia
		691
		Amomum frutex labrufcæ ſimilis
		141
		657

ex florib. eius vnguent. fit preciosum	ib.	annos ætatis per manus numerandi	379
amor ex adpectu	142	Anoullus infuiales & hycmales	23.169
amoris infelicis exempla	557	Anoullus infigne equeſtris dignitatis fuit	401
Amphion 195 eius hiftoria & fata	ibid.	Annus Platonius magnus 702 vade dictus	599
amphoræ in quib. vinum recondebatur qui-		Anteris extra Romæ in delictis	733
bustnam notis ſignarentur	155	Ante alpha & beta prouerb.	485
ampullæ verborum	581	Ante barbam docēs ſenes	666
Amuleta	609	Antæus terræ filius 98 ab Hercule ſuperatus	ibid.
amuffis	570	Antichriſtenis Philoſophi de vulgi iudicio di-	
Amydo Pæoniæ ciuitas	96	cteriorum 543 de adſentatorib. dictum	569
Amygdalus arbor 557 eius origo	ibid.	Anticatores Cæſaris	216
Amyltim	229	Anticlea Vlyſſis mater	380
Anabathra	262	Anticyra Inſula	669
Anachariſ Scythæ Philoſophus 144	rotam	Antidoti Mithridatici compoſitio	490
figulinam inueniſſe creditur	ibid. & 631	Antigone cæci patris Oedypi dux	313
anaglyphæ donaſia	453	Antilochus filius Neſtoris 380 patri opitu-	
anaglyphæ vaſa	472	turus ad Troiâ à Memnone interficitur ib.	
ancile tempore Numæ cælo de lapſum	78	Antiope Nycei Leſbiorum regis filia	571
	79	fabula eius	ibid. & 576
Ancona Græcæ ciuitas 130 eius conditores		Antiphates Leſtrigonum rex 463 humanis	
ibid.		carnibus veſcebatur	ibid.
Andromacha Hæctoris vxor 235 longiſſima		Antiquarii perſtringuntur	574
fœmina	ibid.	Antiqui omnia ſanis impuſabant	61
Andrus prima Cycladum	96	Antiquorum mos in permutandis meremo-	
Anguilla piſcis: 162 ex colubra naſci, & cum		niis	776.699
ea coire conceditur	164	antiquos in membranis ſcribere ſolitos 17	
anhelare	688	antithera 579 eorumdem exempla ibid.	
animal nullum vitulis marinis arctiori ſom-		anubis canis 238.499 in ſacris Iſidis pr-	
no premitur	115	ibat 238 filius Oſiridis ib. in maximo a-	
animam humanam Autor ex traduce eſſe		pud Egyptios honore ibid. & cauſa huius	
negat 512 eiusque rei teſtimonia allegat		rei	ibid.
ibid.		Annuli in digitis minimo proximis curge-	
animi morbi recensentur	659	ſtandi veterum opinio 177 vſus à Lacæ-	
animus frequenter pro ira apud Græcos 695		monis manauit	417
animus magnus affectib. non percellitur		Annulus ferreus nuptiarum die ſpōſæ mite-	
	458	batur	177
Annibal æcto ſcopulos Alpium fregit 369		Anonius Bæotiæ fons 264 Muſis ſacer ibid.	
Italiam quatuor præliis grauiter adſixit		Apella, Curtus Iudæus Synon.	731
ibid.		apenninus mons mediam diuidens Italiam	
fulmine territus Romam propius accede		583 ab Annabille quib. rebus diſruptus	
re 282 in bellis Elephantis vſus	432	ibid.	
in tranſitu Alpium vnum oculum perdidit		Aper ad conuiuia natus 50 integer prius	
370 victus à Scipione exulat ibid. ſumpto		appoſitus à Seruilio Tullo	ibid.
veneno obiit	ibid.	Apes in racemi ſpeciem in examine depende-	
Anibalalis immenſa regnandi auſcitas 369		re	444
Anæus Cornutus Philoſophus Stoicus		apis bos ab Egyptiis numinis loco cultus	
	522	238.297 ſingulis annis quæſitus ibid.	
annæus Luçanus Poeta eximius 523 ſcripta		Apicius Galba ſcurra ſub Tiberio C. nobilis	
Perſii valde admiratus	ibid.		190
Annona prouentus	342		

# I N D E X.

150 eius mentio frequens apud Martial.		pore	202. 447
ibid.		Archigalli turpissimi. Sacerdotes Deæ Cybe-	
Apitius homo luxuriosissimus 128 libris de		les	77
condimentis in senlorum & ferculorum		Archimagirus	343
scriptis	397	Arctophylax sydus	153
Apulda	677	A. cus in memoriam victoriarum & trium-	
aplastre navis ornamentum	367	phi crecti	29
Apodytium	50	Arcus Horatorum	88
Apollinis oraculum de felicibus	477	Arcopagus Athenis r8. 342 ritus illius iudi-	
Apollo Cyrrhæus	265. 445	cii ib. cur Martis Curia	ibid.
Apollonius poeta	20	<i>argæus</i>	501
Aphophoretorum loco quæ darentur	199	Arctalogus	501
Apophthegma Philosophi cuiusdam	666	Argenti differentia seu gradus	313
Socratis	631	Argentum quò veterius, eo melius	39
Apothepis	15	Argilla estenax terra	144
Apotheca	653	Argonauticæ historiæ scriptores	20
Appius Claudius Tribun. pleb. Virginiam in		Arctinus clius 142. 749 extra urbem erat	
servitutem damnavit 385. 386 accusatus		ib. mendicis frequentatus	ibid.
& in carcere necatus	ibid.	Arctinus lucus	89
Applausores disponendi mos recitantium		Aries <i>χρησµατος</i> 20 eius fabula & mytho-	
261		logia	20
Aprici senes	731	Arionis fabula	583
Aprini Thuscia ferociores	26	Aristippi Apophthegma	105
apud Ethnicos solum vario & vaticinabantur		Aristophanes curra 475 senex Saryras scri-	
143		pist 599 eius Comœdia in Socratem 664	
Apulia pars Italiae 128 regio calidissima		in Philosophos scurriles voces	650
568		arma Achyllis 328 lis de illis	ibid.
aquaculus vas est, quo porci sorbent	567	armaria	257
aqua calida Romanis in delictis	158	Armatura retiarum & secutoris 319 origo	
aqualiculus	567	de	ibid.
aqua maris cærulea	744	armenia regio Borealis	224
aqua nihil vilius	157	arrogantes vacuis comparantur vtrib.	341
aquarum penuria in ludra	476	ars imitatur naturam non præstat	90
Aquila lous armiger	474	ars vitæ humanæ duab. in reb. consistit	437
Aquinum magna civitas in via Latina	121	646	
lunenalis patria	ibid.	Attaxata vrbs maioris Armeniæ	89
Ara Dianæ Tauricæ ad paludem Mæotidem		artem quam quisque didicit exerceat	709
509 in qua carnes humanæ imolantur ibid.		Arteriæ potiones	548
Herculis sola Fabiæ genti hæreditaria 295		artes nil valent nisi adiuvet natura	281
Lugdunenſis eximia	32	Artocreas	749
Arachne puella Lydia 68 eius fabula ibid.		<i>ἀρτιον</i> pistos	160
Arcana bonis viris non scrutanda	95	Artopta	160
Arcæ dinitum Roman. ferratæ in foro 400		Arviragus rex Britannicæ	143. 144
Arcadia 625 situs ibid. nominis origo ibid.		arundine scribebant antiqui	627
assis abundat	ibid.	as & partes assis	30
Arceſilaus Crantoris discipulus 649 pius		Aselli caput in fronte spondæ & ædium fuit	
academiam inuexit ibid. ignorantia		4-8 & superis	ibid.
magister Lactantio	ibid.	aseus campus	101
Archetypus aliis picturis quasi originale ex-		Asiani serui periuri	257
emplum 60 eius derivatio	ibid.	Asiæ populis fides non habenda	257
Archigenes nobilis medicus Domitiani tem-		assni albas auriculas exprimere	568



asini in Arcadia maximi 281  
 asinorum rudere 625  
 asinus Arcadicus prouerb. 625  
 Asparagi altules 161 cum cumino inflatio-  
 nes discutunt ibid.  
 Aspergillum ex lauro fiebat 83  
 aspernummus 472.646  
 Alcanius fl. 54  
 Alcanius Filius Aeneæ 429 Albam longam  
 condidit ibid.  
 Allanutrix est 485  
 Allaracus auus Priami 381 eius genealogia  
 ibid.  
 Astræa quosæculo vigerit 176 filia Astræi  
 ibid.  
 Astra malefica 697 fortunata ibid.  
 Astrologica prædictiones incertæ 241 ma-  
 gnorum tumultuum occasiones ib.  
 Astrologi notantur 696 omnia fati stellarum  
 ascribunt 286 rebus nefariis consulit  
 241  
 Astrologorum conditio afflictæ 241  
 astrum 697  
 Asylum Romuli urbem condentis 328 quid  
 ibid. etymologia ibid.  
 Atabulus ventus 568 in Apulia spirat ibid.  
 Atæus quintus pater 123  
 Atellanæ fabulæ quæ 183 unde denomina-  
 tæ ib.  
 Athletarum cibi quales olim 67  
 Athribitæ colebant araneum 500  
 Atlas lapeti filius 400 Astronomus insignis  
 ib. & 441.442 mōs & Mauritaniæ rex 170  
 298 Speciosissimum eius pomarium ibi.  
 Atreus scelerator 257  
 Atreus Thyestæ fratri proprium filium epu-  
 landum proposuit 323.502.509 Solis de-  
 liquum flagitium execratus 509  
 Atreus 256  
 Atticus nobilis 396. familiaritate Ciceronis  
 insignis ibid.  
 Atys Berecynthius 583 eius amores & exi-  
 tus tristis ibid.  
 Auari inuidi 480 metuunt & cupiunt 741  
 auaritia nullas leges curat 483 nullum vi-  
 tium tetrius 305 parentum nihil in libero-  
 rum institutionem impendens carpi-  
 tur 285 radix omnium malorum 478  
 483.538.659  
 auaritia Romanorum taxata 89 sola iuue-  
 nescit 476

auarorum comparatio 477. mos in pecu-  
 obsequanda 738 potestas maxima 481  
 auarus igni confertur 489 nisi cum mori-  
 tur, nihil recte facit 51 semper eger 480  
 Auctio publica quo rita facta 92  
 auctio quid 205.257 etymologia ib.  
 auctumnus morbosus 132.376  
 audacia sceleratorum specie quandam inno-  
 centiæ præ se fert 449  
 aude aliquid si vis esse aliquid 38  
 audio ab ~~audire~~ i. voce descendit 15  
 auellana fructus Coryli 169  
 Auerrunci & depellentes Dii 727  
 Ausidius Bassus de morte Ciceronis 316  
 Ausidius nobilis adulter 332  
 augur 97  
 auguriis quæ nationes deditæ 244  
 Auitæ veteres 707  
 Auenæ recta opinio de prouidentia 446  
 Aulæ vestes erant peregrinæ 182.355  
 Aulus Persius Flaccus 522 natales ibid. pa-  
 tria ibid. parentes ibid. studia ibid. gen-  
 vitæ ibid. & 523 Amici eius ibid. & 323  
 Præceptores 523 peregrinationes ibid.  
 mores ibid. scripta ibid. mors ibid. diuina  
 ibid. bibliotheca instructa 524  
 aurei velleris raptus 30  
 Aurelius Cotta in amicis liberalis. 264  
 Aures hominis immobiles 568  
 aureum mancipium 491  
 aureum sæculum 174 eius descriptio ibid.  
 fuit tum, cum nihil auri usquæ esset 410.538  
 auribus dare 691  
 aurum subactum 713  
 Auruncæ conditor 25  
 Auson Vlyssis & Calypsus F. 25  
 auruncam condidit ibid.  
 auster aquosus & pluvius 163 ventus ca-  
 lidus 132 vere spirat ib. pisces facile cor-  
 rumpit ibid.  
 Authores ethici potissimi videntur 1  
 Authoris ad lectorem obtestatio 348  
 auctoritas viri optimi in seditionib. quanti  
 momenti sit? 669  
 Automedon auriga Achyllis 36. pro quo li-  
 bet aurig. sumitur ibid.  
 Antonoe Cadmi filia 183

## B

Babilonia à Semiramide condita 371  
 Bacca proprie in quib. arborib. 620  
 Bacchanalia Romæ omnium scelerum & li-  
 bidinum

biduum lerna fuerunt 58 interdicta ib.  
 Baccho sacra ibid.  
 Bacchus, Briscus cur dictus? 575, cur Nisus  
 265  
 Bacchus & Faustus inepti Poetæ 257  
 Bacchus lanthina veste vsus 556  
 Baticarum ouium lana 425  
 Baie locus Campaniæ amœnissimus 187, 402  
 Balbus 557  
 Balbutire linguæ vitium ibid.  
 Balnearia in Britannia maximæ 351, alias ce-  
 re dictæ ibid.  
 Balanus glanæ & guentaria 679  
 Balnea crebra cruditate laborantibus noxia  
 50  
 Balneari Possidoniatæ 475  
 Balnea sexta hora calebant 420  
 Balneatores diuidebant Sportulas 43  
 Balneator elixus digitar 679  
 Baltheus cingulum militare 205, 520  
 Baptes Athenienses viri molles & impudici  
 73 sacra eorum nocturna ibid. flagitia ib.  
 libri titulus ibid.  
 Barbam alere Romæ quando moris 140  
 Barbam vellere 597  
 Bardachium, Sagum militare est 516  
 Bardiacus iudex 516  
 Bardi homines 501  
 Bardo cucullus 312  
 Baro quid significet 720  
 Balcauda vas Britannicum 426  
 Basilus præfectus & spoliator prouinciarum  
 376  
 Bassaris in sacra Bacchi sacerdos 585  
 Bassus & Sertanus mobiles Poetæ sub Do-  
 mitiano Cæs. 268 sed pauperes ib.  
 Batavianum regio Belgica ad Rheni ostium  
 300  
 Batavi olim fortissimi ibid.  
 Bathyllus Chironomus Pantomimus 716  
 Cytharædus 450 statua eius in Samo  
 ibid.  
 Belides Danaï filix 50 numero 252 totidem  
 sponsum suum una nocte trucidant ibid.  
 potina eorum apud inferos ibid.  
 Bellenarii 187  
 Belletophon Glauci filius 389 à Sthenobæa  
 ad concubitum sollicitatus ibid. repellens eam  
 accusatur de vi ibid. variis exponitur peri-  
 culis ibid.  
 Bellona Minerva Dea belli 143 eius sacer-

dotas ib. modus sacra faciendi ibid.  
 Bene habet καλῶς ἔχει 359  
 Beneficii proxime ad Deum accedunt 168  
 Berecynthus mons Phrygiæ 583  
 Berenice Herodis Iudææ regis vxor 193  
 Beryllus gemma 156 eius descriptio ib.  
 phialis inferebatur ibid.  
 Bestius hereditæ 745 scelus eius ibid.  
 Beta herba nullius Saporis 660  
 Biantis dictum 250 de nautis 427  
 Bibliotheca Apollinis Palatini 535 in ea car-  
 mina Poetarum adseruata ibid.  
 Bidens 114, 607  
 Bidental quis locus 244, 607  
 bilis 625 eiusque differentia ibid.  
 binarius numerus olim in sacrificiis usurpa-  
 tus 604  
 Bis pueri senes 378  
 Bithyni Asiæ populi 257 vsum lecticarum  
 inuenisse dicuntur 47  
 Bithynia Asiæ regio 499  
 blæsa & balba voce loqui delicatulum est  
 557  
 Blatta & tineæ librorum pestes 259  
 Blenni 281, 501  
 Blefus 503  
 Bocæ rex Egypti & Lybiæ 162  
 Boeothus Menalippes fil. 323 vnde dictus  
 ibid.  
 Boletus Claudii 170, 248  
 Boletus fungi species, solus innocuus 169  
 466  
 bona conscientia, maxima incommodorum  
 consolatio 304, 462  
 bona Dea forminarum apud Romanos 73  
 quæ victima culta 72 Maia aliis credita  
 ibid.  
 bona facile mutantur in peius 467  
 bonicius tria officia 532  
 bonum nullum tempestiua morte melius  
 394  
 Bonum simplex, malum multiplex 464  
 bonus Imperator quibus Virtutibus præditus es-  
 se debeat? 666, 667, &c.  
 bonus nullus, qui non simul pius 512  
 bonus quis, quo sensu dicatur 467  
 bouem mactare capitale apud maiores 613  
 Bouillas pauper vicus Romæ proximus 749  
 Bracia peculiaris Medorum vestis 85, 641  
 Braccata Gallia 324  
 Bracteola 413

Dddd

# I N D E X.

<i>Agave</i> affini Epitheton	301.	<i>cardes à Sulle</i> per totam Italiam ficta hor-	
<i>brevis maris loca vadosa</i>	38	<i>rendæ</i>	23
<i>Britia promontorium Lesbi</i> 525. <i>Nympha</i>		<i>Carditis index apud Viciellum crudelissimus</i>	
<i>ibid. filia Hippodamiz</i>	<i>ibid.</i>	459.	
<i>Briseis Tragoedia</i>	575	<i>Celotomia</i>	537
<i>Britanni curribus utebantur in præliis</i>	143	<i>Cælum pro domo ex more vulgi</i>	30
<i>Britannicus Claudii C. filius</i> 189. <i>ad primū</i>		<i>Cæpe inter Deos apud Egyptios</i>	500
<i>gustum violentissimū Venenā à Nerone a-</i>		<i>Cæpe tunicata</i>	677
<i>dornati mortuus concidit</i>	38	<i>Cæsi Bassi studia in rure</i> 736. <i>adinefacta ibid.</i>	
<i>Britones Germanorum populi</i>	510	<i>Cæsius Bassus Poeta Lyricus</i>	525. 735
<i>Bromius puer delitiosus</i>	221	<i>Carfonia vxor Caligulæ</i> 248. 748. <i>mariti</i>	
<i>bruta in suis speciei animalia non sentire</i> 513		<i>falsinavit</i>	<i>ibid.</i>
514.		<i>caicta portus</i> 474. & <i>nutrix Æneæ</i>	<i>ibid.</i>
<i>Brutidius Rhetor &amp; historicus</i>	360	<i>Caius Aruilius Pollio ingeniosissimus ad lu-</i>	
<i>Bruti patriæ liberatores</i>	470	<i>xuriz instrumenta paranda</i>	408
<i>brutorum animæ irrationales</i>	512	<i>calamitas</i>	617
<i>Brutorum statur pileis ornata</i>	705	<i>calamus</i>	<i>ibid.</i>
<i>beasibus infantum</i>	628	<i>Calathus</i>	67
<i>Bubastis Deus</i>	499	<i>Calcei lunati nobilium Rom.</i>	286
<i>Buccula</i>	367	<i>Calculus ex qua materia fieret</i>	412
<i>Bufo is venenum</i>	38	<i>Calend. Martii festa matronalia celebrab-</i>	
<i>bullā ingenuorum puerorū in signe</i> 171. 440.		<i>tur.</i>	337
466. 694. <i>figura ibid. à pueris larib. suspen-</i>		<i>Cale oppidum Campaniz optimo vino cele-</i>	
<i>debat</i>	694.	<i>bre</i>	38
<i>bullam auream gestandi consuetudo vnde</i>		<i>calidæ &amp; frigidæ aquæ vius in conuictis sui</i>	
<i>manare</i>	171	158.	
<i>bullare aquarum est cum in bullis surgit</i>		<i>calida gratiora frigescentis</i>	565
602.		<i>calida turba</i>	666
<i>Bullæ nomen</i>	691	<i>Caligula Cæsar</i> 247. 248. <i>vxoris amore in-</i>	
<i>bullum quid</i> 91. <i>etymologia</i>	<i>ibid.</i>	<i>sanit. ibid. vox eam osculaturū ib. immen-</i>	
G		<i>tas</i>	248
<i>G. Archinno, onis</i>	545	<i>Caligula fulgura exhorruit</i>	461
<i>Gachinnus risus profusus</i>	546. 651	<i>Lugduni in Gallia certaminis Oratoria</i>	
<i>Gæci fabula</i>	166. 167	<i>quib. conditionib. instituerit</i>	31
<i>Gacochymiz causæ</i>	655	<i>Callirhoe Nympha Acheloi filia</i>	597
<i>gacoches morbi genus non facile curabile</i>		<i>Calceum Vinum</i> 38. <i>vnde dictum ibid.</i>	
263.		<i>Calones</i>	708
<i>Gacophazon Syriacorum proprium</i>	585	<i>Calui Poetæ de Pompeio vers.</i>	346
<i>Gadavera oliui cremata</i>	55	<i>Caluitici causa</i>	374
<i>Gæsarum &amp; diuicū quib. rebus condiantur</i>		<i>Calvus nobilis Elegiographus</i>	566
141.		<i>Calli 1777 p. 100</i>	<i>ibid.</i>
<i>Gadamerofa facies</i>	232	<i>Camelus sitim per integrum triduum tole-</i>	
<i>cadaver vno die adseruabatur</i>	657	<i>rat.</i>	710
<i>Cadmi fabula</i>	489	<i>Camilli institutum ne milites extra vallum li-</i>	
<i>Caduceum in signe Mercurii</i>	239	<i>riget.</i>	517
<i>Caducum Legatum quid</i>	321	<i>Cammærus inter caneros marinos</i> 161. <i>alii</i>	
<i>caducum lecti cooperimentum</i> 290. <i>velum</i>		<i>ostacus.</i>	<i>ibid.</i>
<i>penfile</i>	239	<i>Canæuz</i> 691. <i>vnde dicta Festo</i>	<i>ibid.</i>
<i>Cæci morbi</i>	682	<i>Campania littora amœnissima</i>	87
<i>Cæciore ipsa proverb.</i>	400	<i>Campanus Matius 79 comitia &amp; exercitia</i>	
<i>Cæcum p. c.</i>	682.	<i>multa tantū cosebant.</i>	<i>ibid.</i>
		<i>Canz. &amp;</i>	

# I N D E X.

Canaus Mentis classi praefectus 17	mor-	casta frutex 419	quibus adulteretur	745
in serpentis extinctus	ibid.	Callandra vates		381
candelae in funcribus praelatae	516	Calla nucem donare aliquem prouerb.		169
candidati 731. unde nominis origo	ibid.	Calles rodere prouerb.		718
caeci Aetionis sunt adulatores	569	casta vere quae sit?		181
caeci cur senib. adpingantur	577	castigare proprie quid		544
Canines panis e farre fiebat	551	castitas quo signo in sacris Ceretis explora-		
canis caniam non est	514	ta?		522
Canisium oppidum 192. preciosa lana ce-	ibid.	castor animal 425	eius versutia	ib.
lebre		Castoreum		719
canities in inguine nouissime prouenit	374	Castro Iuuenum quo. etatis anno. fieret		
Canus locus in Apulia 83. 281. 420 Roma-	ibid.	220 quali cultello		77
norum strage nobilis		Casula		423
cannas in Africa mirae crassissimi nasci	162	Catamiti imberbes erant		109
Canopus Aegypti ciuitas 27. 184. propter		Catamitas		158
lucum infamis ibid. & 185. 503. in ea Se-		Catastr. roborez		68
rapis templum	ibid.	Catilinae socii coniurationis		63
Canthus	701.	Catilina fortiter pugnas cadit		323
Capito & Numitor Cilicium spoliatores 305		nobilis patriae proditor		323
a senatu damnati	ibid.	Catilinae coniurationis socii		ibid.
Cappadociae fissuras in auribus habere soliti		cationum vas fictile		216
45 mendaces	257	cationum vas escarium		660. 732
Cappadociae regio Armeniae finitima manci-		Cato de sermone puerulorum		628
pius locup'es	754	Carones multi fuere		45
Capreae Campaniae insula 359. in haec Tib.		Caronis senioris de vxoria potestate dictum		201. verecundia
Caes. secedebat	ibid. 362	Catti sunt Hassi		146
Caprificus arbor sterilis. 468. 552. 569. 609. lin-		Carulorum nobilitatis initium vnde		81
gua Messeniorum ibid. natura	ibid.	Carullus Messalinus delator & consiliarius		
Captores 433. eorumque malicia	ibid.	Domitiani 141. multis exitiosus		ibid.
caput cerebro vacuum prouerb.	472	cereus		ib. & 142
caput Leonis imitari quid Saxonib.	568	Cauda thynni res vilissima		732.
cancer Romae triplex erat	242	Causae efficientes Poeseos		531
Candiacus dolor 154. remedium vinum ge-		Causa efficiens boni Poetae		264
nerosum	ibid.	Causae viuendi, quae sint		304
Caribes & Cannibales <i>αἰσχρογαστροί</i>	514	Causa exilii Iuuenalis		269
Carinas Rhetor 287. non bonis artibus e-		Cause Rom. populi certo anni tempore in-		
ruditus	ibid.	cipiebant agi		519
carnea a cariendo	290	Causae Troiae excise		381
carmina omnium prima apud mortales cre-		Causidici statuz equestres erectae		276
dita	736	C. Cassius Longinus IC. 352. a Nerone sub-		
carminis optimus artifex depingitur	570	latus		ibid.
carois humanae stultitia & desideria profana		Cecrops I. Athenarum rex 73	inde Ce-	
619		crops: & Cecropides		ibid.
Carpethium mare	492	Cedere foro		402
Carpentum matronarum proprium vehiculū	13	Cedo digna loqui prouerb.		559. 560. 561
Carpere dulcia	523	Cedrolatum		561
Carphnia infamis adultera	70	Cedrus cariem non sentit. 561. quaequoque		
Carptores	343	eius succo vel oleo illita a tinea immanis		
Carthago colonia ex Tyro	432	ibid.		
Carus mimas & delator, eius meminit Plini-		Cenferi quid		223
us	29			

Censores 407 munus eorum ibid. <b>Roma</b>	61	tilissimus ibi. mitissimo ingenio ibi. genus	61
numerus	ibid.	mortis eius ibidem diligentia	ibid.
cenfus equestris olim quantus	457. 78. 150.	Chrylogonus cytharædus & cantor 183. 283	183
168 497		Christiani à Nerone in vsum nocturni lumi-	
Centauri Ixione ex nube geniti, Thesalix po-		nis vrebantur 93 edicto Domitiani Ro-	89
puli	28	ma pulsi	
Centaurorum forma 288 cur tam monstro-		Chrysis meretrix	727
sa picta 121 pugna	20. 21	Cibus vilis & miserorum ex quib. fieret 121	121
Centio	189	Cicero Catilinariam coniurationem feliciter	
Centuriones	642	repressit 365 Demosthenem in suis Phi-	
Centurionis insigne vitis erat	484	lippicis inscribendis imitatus malo omi-	365
Centullus	733	ne	
Cenopitheci simix caudatæ	499	Cicero & Demosthenes ob eloquentiam pe-	
Cerdo artifex fordidus	684	rierunt	364
Cerdones qui 147 vnde nomen habeant ib.		Ciceronis laudes 324 ortus & honores ibid.	
Cereris sacerdotes sanctissimi	512	Philippica II. nobilissima & absolute elo-	
Ceruus	738	quentia	365
Ceroma vnguentum athletarum	96. 204	Ciceroni à Popilio caput & manus abscissa	
Certzæ pedum dimensiones in saltationib.		364:	
716		Cicero pater patriæ	325
Ceruorum vita longæva	490	Cicero primus pater patriæ saluatus	286
Ceruus ad Alexandrum M. adductus	490	Ciconiam pinfere	568
Cespes viuis	744	Ciconia 473 in Thesalia honorati ibid.	
Cestus cingulum Veneris 126. vsus	ibid.	Ciconia Romæ in culmine templi concor-	
Cetera; locutio græca	716	diæ nidulabantur 46 proprium crepta-	
Cethegus cū sociis in carcere à Cicerone ne-		re	46
catus	323	Cicuta frigidissima 287 homini venenum	
Ceuere est marium: crissare mulierum	63	665 deleterium	722
Ceuere proprie canum 580. translatum ad		publica Atheniensium poena	665
res Venereas	ibid.	Cilices piratæ	306
Chaldaei Astrologi insignes	240	C. Cilius Mecenas Poetarum & Literatorum	
Charon portitor mortuorum	118	fautor 270 Horatio integra prædialu-	
Charta bicolor 627 quando inuenta	ibid.	gitur	ibid.
Chartapola	128	Cimbri latrones olim nuncupati 510 hodie	
Chartes	24	Dani & Holfari ibid. terribiles ibid. bella	
Chartis impalescere	534	ipsorum ibid. populi Germaniæ 325 stra-	
Charybdis & Scylla loca in mari periculosa.		ges ingens	ibid.
164:		Cimbrorum à Mario occisorum numerus	
Cheironomia qualis ars	166	325	
Chion nobilis meretrix	105	Cincedi origo quænam	60
Chiragra	700	Cinædus	69
Chiromantici	244	Cincinæus	234
Chironomi	181	Cinēfacta corpora	723
Chiron Centaurus erat 288 Achilles Præcep-		Cippi quibus collocati 559 certa eorum	
tor ibid. de arte Chirurgica scripsit 112		mensura modusque	ibid.
Chlamys spartana 307 vestis militaris 748		Circæus mons	145
Choraules	184	Circa famam & opes facere omnia iudicia ver-	
Chordæ	186	santur	518
Chryssippus Stoicus 754 libros IV. de Sory-		Circum pedes obsequia servorum; ante pedes	
te edidit.		amicorum sunt	278
Chryssippus 159. 457. 525 Dialecticus sub-		Circumstantiæ rei veritatē confirmantes 501	
		Curri-	

# I N D E X

Ciri, capilli sunt crispati	554	Cirratus ibid.	Cœnacula superiores partes ædium	111.352
Citrez menſe in Mauritania magno veniebant	411		Cœna in calathò	117
Citrus arbor cuius lignum magni pretii	565		nuptialis	198 recta 43
Romanis expetita & in deliciis	ibid.		Cœna fedet	78
Cines Romani studio ſpectaculorum infaniebant	114		Cœnario	285 volubilis etiam ibid.
Civilis libertas	706		Cœna vimeæ & lignea	166
Clanata	518 militum veſtimenta	116	Cognitio ſui commendatur	645
Claudius Agathernus medicus Lacœdem.	523		Cognosce teipſum	684
Claudius Cæſar	248 vixit annos 64 ibid.		Cohortes decem in legione erant	362
tremulo capite ibid. eius deſcriptio	ibid.		Coitus vocem mutat & depravat	183.414
Claud. Caligula vnicam ſuſcepit in Germanos expeditionem	748	eius triumphus ibid.	Colaphus alapa	330
deformitas 64 legem in adulteros revocavit 64 boleto venenato à coniuge interemit 169 vnice deſtebatur alea 42 de qua librum ſcripſit	ibid.		Collatio Satyricorum à Scaligero inſtituta.	7.8
Cleanthes Philoſophus continentiffimus	59		Colles ſeptem, in quibus Roma conſtructa.	346
60.70 eius vita ib. egeſtas ibid. ſtudium ib. <i>ſpudætos</i> cur dictus ibid. Zenoni mortuo præceptor ſuſceſſit	ibid.		illorum nomina	ibid.
Cleanthis lucerna prouerb.	701		Colliphia panes lactatorum	67
Cleopatra regina Egypti	76	Antonii amica ibid. prælio nauali ab Auguſto victa ib.	cibus athletarum	ibid.
Clientum Rom. miſera conditio	48.49 officium	43	colli prolixi homines, plerunque imbecilliores	98
Clitannus ſtutius agri Taliſci	423	eius mira vis	colloquium Solonis cum Cræſo	383
ibid.	ibid.		Collum hiſſitura grauitatis index	66
Clodius adulter in ſignis perſtringitur	216		color Bæticus	425
in ſacra Bonæ Deæ penetrans Cæſaris vxorem ſuprabat	213	mæchus famoſiſſimus 63 tres ſorores in ceſtu polleuit	orationis	281 recens editi infantis
ib.	ib.		Coloſſus Neronis immeſus	323
Clunus in genere maſculino	416		Colo vitam ducere, olim maxima miſeria habita	68
Cluuienus malus Poeta tempore Iuuenalis:	40		Columbæ ſalaces	111
			Columbarum pietas in pullos ſuos	628
Clypeus Tyronum ex quibus fierent	204		Columbi Veneri cur ſacri?	628
Clypeus candidus à viris nouellis geſtabatur	694	& cur? ibid.	in cibus delicatuli	ibid.
Clytemneſtra maritum à Troiano bello red. euntem bipenni interemit	252		Columbæ Herculis	492
Coacti aliquid facere merentur veniam	546		Comam alere viro indignum habitum	74
Coctona Syriz ſicus peculiare	98		Combi ciuitas communis Egyptiis & Arabibus.	503
Codex eſt vinculi genus	68		Comes pro prædago	625
Codro generoſior prouerb.	16		Commentarium in Perſium reuiſit Eil. Lubi-	
Codrus nobilis Romanus	16		us & edidit	521
Codrus vel Cordus pauper & obſcurus Poëta Romæ	16.111.112		Commentatores verboliſſimi ſeculi ſuperioris carpuntur	10
Theſei tragœdiam ſcripſit	ibid.		commercium murar mores	71.84
Cœnaculum	285		committere verbi vis	54
Cœna ſeraliſ mortuis data	161		communis hominum fortuna non recuſanda	453
			comœdia eadem vicioſi mundi agitur, tantum perſonis mutatis	58
			comœdiæ finis	571
			Comœdus	99
			compages	642
			comparatio Virgillii & Maronis à quibus inſtituta?	418
			compedes aulicorum aureæ quæ	135

Dd d d d 3;

# I N D E X.

Compitalia festa rusticorum	676	Coraelius Celsus orator & Iurifcons. eximius	104
compita	343. 676	Cornelius Fuscus contra Dacos missus	144
compositum ius	653	ab iis occisus	ibid.
compositum, ornatum & ordinatum	621	Cornicari quid	688. 689
Co mulier prima omnium telas bombycum		Cornioen	92
texere inuenit	307	cornices imago Concordiæ	46
Conatus a, um, passivæ	460	Corniciæ, ætas	379
concha vas vasarium	211 225. 620	Cornutus Philosophus Stoicus	524
conche	478	Perfii Præceptor	692
conchis fabæ species	120	coronæ in foribus suspensæ in signum puer-	
concilium de Rhombo capto ridiculum	130	perii recentis	341
131. 132. 135. 136. &c.		corona ex oleæ Ramo. Curfiori victori data.	447
concordiæ templum Romæ in foro fuit	46	corporis servus, multis servit	619
concordia & æquior animorum coniunctio		Corruda, montanus asparagus	405
à quibus causis dependeat?	696	in condimentis assumitur	ibid.
condimeæta funerum ex quibus?	657	corruptio vnius generatio alterius placitum	
conditio hominum recentis mundi	175	Physicorum	650
conditores fulminum ex Hetruria adduce-		Corsica insula maris Tyræheni, alias Cynus	162
bantur	607	corui per os coire solent	54
coniuratio de reducendis, eiectis Tarquiniois	ibid.	coruo rarior albo proverb.	286
327 prodita		Corybantes Cybeles sacerdotes furiosi	154
coniurati supplicio affecti	327	Corycium Musarum antrû in Parnasso	533
Conopeum velum culicæ est	184	Premontorium	492
conscientiæ malæ descriptio	55	Corynthus 309 ibi Veneris templum loca-	
conscientiæ vires	436	pletissimum	ibid.
consecrare Vulcanum proigoi tradere	259	Corythæ equa celebris	301
consuetæ iucundissima	414	Cos insula vna Cycladum	720
consuetudinis magnam vim esse	467	Cosmeta	232
consuetudo altera natura	262	Cosmas 304 eius luxuria	ib.
veterum in puppe lararium habere	744	Cothurnus 235. 267 in Tragediis visus ib.	
consul olim Prætor quoque dictus	355	& hodie in Italia	ibid.
contraria in luvenale observata	53	Cotta Messalinus 621 lippus	ibid.
non misceri 715 tempestivæ adhibita, Sa-		Coturnix	431
tyras reddunt iucundissimas	543	Cotytto Dea sceminarum apud Athenienses	
controverfiarum olim in Scholiis Rhetoricis		73 sacra eius nefaria	ibid.
materiæ	283	C. Piso Calpurnius liberalissimus	164
conturbare verbi significatio	276	C. Proculus frater Varronis Muræne in-	
Contus	82. 352	gne amoris fraterni exemplum	31
Conuallis	519	Crambe bis cocta mors	16. 280
convivia lautiora agitaturs Romæ lauaban-		Cra, cras, corui cantilena & desidium	702
tur & vñgebantur 50 tempestiva	420	Cras omnes hodie rari incipiunt sapere	703
convivium Alcimoi 501 in quo Ulysses suos		Craterus Augusti tempore medicus excel-	
narrat errores & pericula	ibid.	lens	645
Coptus in Ægypto Arabiæ vicina	502	Cratinus Satyricus 591 Atheniensium vitis	
Coranus miles illius ætatis	520	infectarus ibid. ætas	ibid.
Corbulo, de eo Tacitus	117	Cremera fluvijs	83
Corcyra insula maris Ionii	501	Crepidæ à crepo	590
Cornea fibra proverb.	562	Crepido ora littoris	150
Cornelia Græchorum mater	194		Græci
filia Scipionis Afric. insignis pudiciæ for-			
mina	ibid.		

# I N D E X.

Creta patria Iouis	491	Curaſequaces	535
Creteſium mos in noſandis diebus	599	Cura rerum caducarum	619 eius nota ib.
Ereſis pro quouis iudicio 70 & ocaſio		Curare cuticulam	670
nominis ibid. & quorſum alluſam à Iuvenale	ibid.	Cura triplam proſerib.	654
Ecribrum & eius differentiz duæ	660	Curculio	679
Criſpinus adalter notiſſimus 125. Magiſter equitum Neronis 126 & ſermo liber- tus diſtiſſimus 27. 44 ordinis Senatorii fuit 718 Neroni iniuſus ibid. ſibi manus intulit violentas mori iuſus	ibid.	Cures opidum circa Sabinos	625
Criſſare mulierum; cenere virorum	214	Curii Dentarii continentia 107. 406 facta e- gregia ibid. Conſul fuit	482
Criſta	215.	Curriculum	487
Criſtiz ornamenta galearum	205	Curtuca oua aliena excludit.	208
Criſtiz furgant	234	Curſorum mos in lampadibus tradendis	712
Criſtas deprimere.	134	Curtia fides	482
Critici	227	Cuſpis	79
Crocodilus animal, eiusque deſcriptio 299 ab Ichneumone occiditur	ibid.	Cute perditus pro Senæ	551
Cruſus Lydiæ rex diſtiſſimus 383. 497 expeditio contra Cyrum ibid. victus & rogo impoſitus	ibid.	Cutur aſimæ	618
Cruda carmina vel verſus	582	Cyathus qualis meſura	154
Crudi proceres	596	Cybele Dea 77. 104 alia eius nomina ib. Sa- turni coniux ibid. ſacta Romæ ibid. ſacerdotes ibid. ludii ibid. culta in Borecynto Phrygiæ monte	583
Cruditates ex nimia repletione oboriuntur 157. ardorem in ſtomacho efficiunt 114 145.		Cyclas genus veſtis muliebriſ	206
Cruenti gladiatorum ludi	320	Inſula in ſinu Ægei 242. exilio noxiarum deſtinata	ibid.
Cruqui exeret.	87	Cylindri margaritz oblongæ	230
Cruſtula dulcarii genus	330	Cymba Charontis ex alno	118
Cubito tangere	678	Cynædum eſſe palam tutum non fuit	337
Cucullus 183. 561. 215 tegmen capitis 107 eo qui vſ.	ibid.	Cynædus	469
Cucurbita ventroſa	472	Cynici Philoſophi 597. patiendiſſimi ibid. à quo orti.	ibid.
Cucurbitula antiquiſ. idæum generum	472	Cynicorum ſecta 450. eius auctores ibid. principes ibid. placita ibid. amiſtus ib.	
phreneticis vtiliter adhibita	ib. d.	Cynnæmus tonſor Roman. 27. favore muliebri ad cenſum equeſtrem euectus	ibid.
Calcitræ 152. earum forma ibid. triclinares quæ	ibid.	ibid. in Sicilia exulavit damnatus	ibid.
Gulina frigida	660	Synthia Propertii amica	175
Gulpam diſcipuli bardis in Præceptoribus traſ- ſeri ſolere	284	Cyrrha vrbis ſub rupe Parnaffi	165
Cultelles Armeniæ pueri patriæ more vſi	85	D	
Cul ex raſorius	487	Acia cur à Iuvenale vultures diſti	121
Cultus Dei optimus in mētis inſegritate	618	à Germanis Danubio diuidebantur.	ibid.
Cumæ à Chalcidienſib. condita	91	Dædalus præclarus Architectus	34
Cumæ antiquiſſima Campaniæ ciuitas	87	eius facta	ibid.
autor eius ibid. nominis ratio	ibid.	Dama pro viliffimo ſeruo	704
Cuminum 699 cur pallens d. ſum	ibid.	D. Auguſtus Stetinum vinum reliquis præfe- rebat	155
Cunnilugus	212	Decii pro ſalute patriæ ſe deuouerunt.	316
Cupedia	677	Deciorum amor in patriam	489
Cupiditatis ſuis inexplebilis	480	Decius Iunius 140 cognomen tum Brutus vade ibid. Tarquinium Superbum cum filiis Roma expulſit	ibid.
		Decumani fures	448



Decocta Neronis	157	desidia, Siren improba	650
Decoctores cur dicantur prodigi	700	despuere	678
definitio hominis liberalis ex effectis	713	De tuo corio luditur proverb.	610
defuncti more Pythagoreorum inter herbas		Deucalionis fabula	4041
odoratas condiebantur	288	Deum nihil laet	445.460
Dei corporibus morbos immittentes	446	Denax	723
Deianira vxor Herculis 404 veste Nessi sanguine resperfa maritum extinxit	ibid.	Deus auro non violatur 410.601 castitate & simplici honoratur ibid. grauis etiam ingratia sua beneficia confert 752 impia vota non exaudit 601 malam nec dat nec habet	393.600
Dei nomina	286	Deus quibus delectatur 618 quid sit ex Mosis placito 476 quos plurimum amant ferre & vita	378
Dei Romanorum praeicipui qui	222	Dextra auspiciata; sinistra infelicia	603.676
Dei voluntati permittenda omnia	392	Dextro loue	441.448
delicatosiores comas alebant	414.641	Dianæ Tauricæ ara 508 sacerdotes	ibid.
delirare aquum est	671	Dictata erant discipulorum prælectiones	554
Della Insula 510 facilis in ea nauigatio	ib.	Didactos	213
Delphini 583. instrumentis musicis delectantur	ibid.	Diducere	411
Delphin & nus dicitur	351	Diebus natalibus & matronalibus festis nenera solebant mittere	336
Delubra quid proprie	89	Diei natalis periphrasis	599
Delumbis	596	Dies I. Cæsaris interfecti libertati consecratur 52 ab Augusto sub poena subacti consecratio ibid. quo crines & barba deponebatur, lætus olim erat	309
Delumbo verbum 586. quo Cicero vsus ibid.		Differentia inter templa & delubra	29
Democriti laudes	356	Digitus medius expiationib. vtilis infamis habetur	ibid.
Democritus quamdiu vixerit 354 vanitates hominum risit	ibid.	Dii decique per quos viris & mulierib. amoris olim fuit	74
Demosthenes inuestigatus in Philippum Macedoniz regem scripsit 365 ob eloquentiam Athenis miraculo fuit 365 in exilium pulsus ibid. ab exilio reductus ibid. rursus Athenis aufugit ibid. hausto veneno obiit ibid.		Dii instantes corpora	733
Demosthenis pater faber ferrarius fuit Athenis 366 <i>μηχανικὸς</i> ibid. stulta ambitio carpitur	553	Dii maris	709.710
Denormare	603	Dii maxime propitii cum essent faciles	617
Dens pro morsu 592 genuinus	ib.	Dii iratis frui proverb.	33
Dentale	573	Dii iratis natus	675
Dentes quando nascantur pueris?	511	Diluuium Thessaliez	40.41
Deo dignus quis sit	645	Diobolaris homo	597
Deorum ereptionem grauissime ferebant antiqui	308	Diogeni canis cognomen tum unde	381
Deo varie sua potestate vtenti, varia sunt nomina	395	Diogenis encomium 496 iocus 553 de sui exploratione sententia 544 <i>οπίσθεν</i>	
depositum denegare iniquius, quam mutuum.		Dyonisio Siciliz Tyranno	280
437 quid sit	ibid.	Diogenis iocus: Canis heram non mouet	660
Deradere limum	676	Diribitor	265
derisores cur nascuti dicti	560	Diribitorie artis professores Romæ	ibid.
descriptio avari egregia 676 hominis Cynædi 678 hominis extreme serui 705 Iudææ 193 meridiei 625 militis Tyronis 170 naufragi 743 Socratis 664 fordidissimi Euclionis	478.479	Dirum 127 ratio nominis ibid.	221
		Discipuli desidis graphica descriptio	685
		626. &c.	
		Discordia Saturni & Iunonis fratrum de regno	441

441 pactio **ibid.**  
 Discendus quid sit 41  
 Dispensator est condus promus 289  
 Disilio 642  
 Ditiores Romani opes suas arcis includebant  
 445.491  
 Ditissimi Romæ octophoro; mediocres he-  
 xaphoro portabantur 278  
 Dinerbium in Atellanis fabulis 108  
 Dines quis sit? 477.497  
 Dinitiz aut superflue aut perniciose 357  
 Dinitiz, & opes differunt Cicer. 353 magnū  
 malum & miserum 495 matrimonia fa-  
 cile conciliant 106 multos pessumdere  
 351.352  
 Dinites Veneris irricamenta adhibere solent  
 416  
 Dinites vulgo beati 30  
 D. Iunius Brutus cecito Tarquinio superbo  
 patriæ libertatem restituit 155  
 Doctrina in multis ardet 552  
 Dogmata bene viuendi recteque moralia  
 645.646.&c.  
 Dolabra 116  
 Dolabra 325  
 Dolabella Aſæ Proconſul 307 damnatus  
 reperundarum **ibid.**  
 Dolia antiquorum 495  
 Dolum Diogenis **ibid.**  
 Domine, Rex, precioſæ appellationes 315  
 Domitiani Cæſaris laus 255  
 Domitiani tempore leo magiſtrum ſuum di-  
 lacerauit 489  
 Domitianus à cerdoibus interfectus 147  
 7. vulneribus conſoſus **ibid** probroſis ſor-  
 minis ius capiendi legata, vſumque lecti-  
 cæ ademit 35 delatores in ſummo precio  
 habuit 29 Dominum & Deum appellari  
 ſe ediſto iuſſit 30.134  
 Domitianus Imp. caluſio ſuo maxime offen-  
 ſus 130 caluus Nero cur nominatus 130  
 cur vltimus Flauius? **ibid.** eius genealogia  
**ibid.** Iuuenalem ioculari exilio multat 3  
 muſcarum captator 137 peſtis omnium  
 nobiliū **ib.** inceſta virginū Veſtaliū ſcru-  
 re coercuit 125 magnæ liberalitatis docu-  
 menta ſæpe edidit 258 Othonis leges reuocauit  
 205 quos innumerū Equitiſſi receperit  
**ib.** Sportulas ad rectas cœnas reuocauit 48  
 Domitianus vtriuſq; ſexus pugnaſe dicit 26  
 Domus lacerata Athenis qui primo extra-

xerint 374  
 Donarium 616  
 Doris Nympha Oceani filia 99  
 Dote, vxorem accipi; imperium vendi 191  
 Dracones duo in ſacris locis cur depingeren-  
 tur 589  
 Drauci ſunt bene menſulani 67.414  
 Draucus 220  
 Drillopotæ qui 74  
 Dropax cuiusque compositio 33. vſus **ibid.**  
 Duellum Aeneæ & Rutuli 54  
 Duob. modis aliquid ſuperatur 714  
 Dyoniſius Aſculapii auream barbam fura-  
 tus 617  
 Dyoniſius Syracuſanus Siciliæ Tyrannus  
 280. Coryathi ludum aperuit regno pul-  
 ſus **ib.** miſeria **ibid.**

E

E Benum lignum Guaiacum 719  
 Ebrietas operta recludit 343  
 Ebullare aquarum cum bullæ pereunt 602  
 Ecce vox admittantis 79.125  
 Echinus piſcis de genere cancerorum 145. na-  
 ues inſcribere poteſt **ibid.** Suauiffimus, &  
 in delitiis illius ſeculi **ibid.** ad eius ſimili-  
 tud. caſtaneorum putamina Echini dicun-  
 tur 146  
 Echo quid 585. fabula eius **ib.**  
 Edentulis pueris ſaliua continuo ſluit 609  
 Edimus vt viuamus: aq̃on viuimus vt edamus  
 426  
 Effœminati corripiuntur 72  
 Effectus artis Aſtologicæ peſtiferi 242.243  
 Egeria Nympha 89. eius cum Numa noctur-  
 ni congreſſus **ibid.**  
 Egero 702  
 Egeſtas omnes artes perdocet 538  
 Egnatius Philoſophus Stoicus 240. magus **ib.**  
**ibid.** Barez filiam ad necem perduxit **ib.**  
 Egregius comparatiuum Aduerb. in vſu ra-  
 ro 398  
 Eia vox hortantis 719  
 Eiufdem farinae prouerb. 583.714  
 Electra ſoror Oreſtis 322  
 Electrum reſina 156 alias ſuccinum **ibid.**  
 Elegidia 17.565  
 Elenchi margaritæ maiores, titulati 230  
 Elephanti turrigeri 432  
 Elephantorum natura in dentib. deponendis  
 412  
 Elephas muſcam non curat 412  
 Ecce

Elæus	544	Equitum Romanotū appellationes aliquot.	
Eliquare	558	577 insignia purpura & annulus aureus	18
Elleborum 447. nigrum medicus podagris		xiv. gradus in theatris	109
veteribus	ibid.	Erasmi Roterod. symbolum: <i>Cedo nulli ser-</i>	
Elleborum qui ægroti biberent	644	<i>monum</i>	519
Elleboro dignus nauigat Anticyram	699	Ergastula	192
Eloquentia conuictatrix 529 in capitis peris-		Eigenas nomen Sacerdotis fulguris condi-	
culo non ostentanda 578. 579 plurimos		toris	607
perdidit	350. 351	Erimanthus Mathematicus	101
Elpenor socius Vlyssis 501. cum sociis à Cir-		Ephes Mercurius 300 ratio nominis	ibid.
ce in porcum conuersus	ibid.	Eruca herba 346 Libidines mire excitans.	
Eluina Ceres ubi culta 123. vade nomen ha-		ibid.	
beat.	ibid.	Eryanis furia infernalis 266 etymologia.	
Embryo	84	ibid.	
Emeriti qui.	704	Eryphyle coniugem Amphiarauum auro cor-	
Eminus & cominus	204	rupta prodidit	252
Endromydx vestis athletarum gymnastica.		Esquilinus mons 160. multi diuites in eo	
204		habitabant	ibid.
Endromys vestis villosa 99. eius usus quan-		Essedum vehiculum Gallicum	748
do fuerit	ibid.	Ethnici cui male imprecarentur, terrā opta-	
Endymion à Luna adamans.	388	bant ponderosam 559 sensum aliquem	
Ephesi Poetæ	535	rerum humanarum ad mortuorum, ciner-	
Ephesamixos Iudæorum	731	res manare credebant 559 idem studium	
Ennii Poetæ vanitas arguitur 737 Somnium		defunctis fore apud inferos credebant, qd	
de pauone Pythagoræ	737	vixit fuerat 20 nullum fontem sine Nu-	
Ennius ad Homeri imitationem se totum		mine esse putabant	534
composuit 532 eius somnium	ibid.	Eux vox bacchantium.	551
Enosigæus Epitheton Neptuni	372	<i>ivxæd ægææ</i>	350. 618
En particula irrisioni accommoda	336	Euganei populi qui	295
Enthymema	229	Euge, belle, recte, voces acclamantium	563.
Ephemerides	243	578	
Ephestis Siciliæ Insulæ 441. Vulsano dicata		Euirare & castrare	77
ibid.		Euius cur Bacchus vocatus?	985
Epica carmina	259	Eunt anni	630
Epici & Sattyrici contrario more exordia da-		Eunuchi barba & pilis carent 219 castrati.	
cunt Scripturi	19	26 ranci sunt.	236
Epici quas tractant materias	572	<i>iuuvsæu</i>	220
Epicteti de sua cuiusque vocatione diuina		Euphates fluuius Armeniæ	300
doctrina	646	quas provincias alluat	44
Epicteti temperantia	451	Euphrates & Gora in officio	113
Epicurus Deum & Providentiam sustulit 446		Eupolis Comœdium in Bapras Cynædos mol-	
496 eius temperantia	ibid.	lesque scripsit 73. ab Alcibiade & Bapris	
Epimenia pisces	275	in mare submersus	ibid.
Epistola laureta victoriam pennata missa po-		Eupolis Poeta 595 pugna nautali perit ibid.	
pulationem denunciabat	146	luctus ob eius mortem quæpiet	ibid.
Epistolis Phalaridis nihil ingeniosius	304	Euripidis tragœdia de Oræte furioso	18
Epitaphium Paquii 575 Paridis histriæ 269		Europa Agenoris filia 298. tercia orbis pars	
Epona Dea mulionibus & aurigis præfecta		etiam dicta	ibid.
313		Eusebii de Dædalo	94
Equestris dignitas purpura & annulo. desig-		Examen	544
nabatur	400	Ex aquatilibus quæ coluerint Egyptii ani-	
		malia	

# I N D E X

malia	499	sedente 694 quid moneat	ibid.
Ex asse heres	434	Tirefiz vatis	416
Excute	191.563.691	faciem fucare parum virile	74
Exempla qui fame cōpulsi, carnibus humanis		facies animi character	332
pro cibo vñ 507 fortunæ in utramque		faculæ sacris nocturnis adhibite	73
partem	286	fex panosolatur dicta	677
Exemplum pietatis coniugalis infigne	252	falernum vinum nobiliss.	624
Eximii Poetæ idea, & requisita	262	falsarii falsorum testamentorum configurato-	
Exodiarii 108 viliores erant	183	res	37
Exodium ridiculum carmen in Atellanis fa-		falsæ 480 Saturno attributa	440
bulis	108.183	Fama cum tuba pingitur 481 à diuitib. par-	
Exollatus ager	749	uipenditur	185
Expiare quod	609	Fame nihil atrocius	507
Expiatio superstitiosa	237	Fames multorum magistra 538 plerisque	
Expiatores	244	maior quam venter	150
Exprobratio scæua molliciti Romanorum 70		familie nobilium Athenis de nobilitate cer-	
Expugnatio Troiæ carmine Neronis descric-		tabant	299
pta	322	famosus in utraque partem accipitur	294
Exripes	614	Fanaticus	143
Exsiliū Iuuenalis	498	far, mola falsa erat 622 primus antiquis in	
Ex tempore viuere	643	Latio cibus	345
Exterior membranz pars olim non scriptura		farrago	705
implebatur	17	farctum	614
Externa bona tantum Fortunæ ludibria 350		fascēs & secures quid significarent prælatæ.	
Ex terrestrib. animalib. quæ coluerint Ægy-		297 quibus prælati	314
pti	499	fasciæ vestium	306
Extrimitates pedum & manuum in ægris		fata regunt homines	334
prius inuadit frigus	659	fatum immutabile	697
		fenilla 559, à fouendo	ibid.
		fellare	67
<b>F</b> abii ab Hercule originem ducebant 295		fellator	ibid.
Fabii Quiritaliani iudicium de Iuuenale		feræ in Lybia maiores	139
& Sartyris reliquis	3	Feralis cœna	744
Fabii Rom. nobilissimi 81 clades eorum		Ferarum pugna	139
ibid. & 83		Feretro mortuos efferebant	656
Fabius Gurgæ	207	Feroniæ templum	704
Fabius Max. 270. 295 eius liberalitas	ibid.	Ferulæ sceptræ pædagogorum	22
Fabius Persicus impurissimus	295	Ferula Columellæ manu dicta	ibid.
Fabrætera vrbs in via latina	114	ferruminatio	495
Fabri lignarii amussim rubrica vel atramen-		Festa ianua	418
to notare solent	570	Festuca	730
Fabritius Licinius 83 eius Virtus	ibid.	Festus ornatus erat laurus & lucerna	184
Fabritius Veiento vir nobilissimus	109.141	fibula quid 183. 221 quicavsi	ibid.
ingenio Sartyrio & superbus	ibid.	fibulam soluere	183
Fabula Æsopi de duobus sacculis	674	fibris idem qui Castor	425
apri Caledonii 165 de Aquila & Prome-		fidilium vitæ sonus prædit	692
theo 141. de Diomede eiusque sociis in		fidicula auiæ 466 victus eius	ibid.
aus conuersis 34 Hecubæ 382 expli-		fidelissimi amici qua cœli constitutione na-	
catio ibid.	laſonis 20	ſcantur?	697
Fabulla infamis adultera	70	fidelia	631
Fabula nomē Comœdiæ cum Tragedia cō-		fidei solemnia à quibus instituta	46
mune 686 Prodiçi de Hercule in biuio			

Ecce 2

# I N D E X

<b>fides Romæ pauperibus nulla</b>	103.104	<b>Fortuna nusquam &amp; nihil est</b>	391
<b>figo</b>	649	<b>Fortuna quid sit</b> 395 <b>cur efficta</b>	ibid.
<b>figulorum laus quæ præcipua</b>	144	<b>Spurios &amp; indignos mire foecet &amp; extollit</b>	246
<b>filia impudica patris osculo priuabatur, quod</b>		<b>eius rei hystoria</b> <b>ibid.</b> <b>varios casus</b>	436
<b>pœnæ magnæ loco fuit</b>	180	<b>Foruli conditoria librorum</b>	113
<b>filii in ollis cocti</b>	688	<b>Forum clamofum</b> 282 <b>Traianum</b> 353	
<b>filii olim funus patris portabant</b>	381	<b>cx diuitum in eo, in quas pecuniam depo-</b>	ibid.
<b>filix herba</b> 680 <b>agris inimica</b>	ibid.	<b>nebant</b>	ibid.
<b>finis in vita certus eligendus</b>	701	<b>Foffæ in Ægypto facile navigabiles</b>	510
<b>fistula</b>	627	<b>Foffores compedib. vinciebantur</b>	716
<b>Flaccus pater Persii</b>	512	<b>F. Quintiliani præceptor</b>	229
<b>flagitia die festo commiffa peiora</b>	438	<b>Framea</b>	445
<b>flammea vestes fuit</b> 79.201 <b>nouis nuptis</b>		<b>Frates Cadmæi</b>	439
<b>vfitate</b>	ibid.	<b>Fratri nomen erat blandiffimum</b>	168
<b>flexumines</b>	577	<b>Friehlini error</b>	584.622
<b>flexus circa circi metam</b>	645	<b>Frons affectum omnium index</b>	327.332
<b>flores</b>	677	<b>Frons perit prouerb.</b>	317
<b>Flora Dæx, quæ floribus præest</b>	731	<b>Frontem infigit perfricare</b>	205
<b>floralia</b>	731	<b>Frontis nulla est fides</b>	60
<b>focus</b> 430 <b>à foueado</b>	ibid.	<b>Fructus ex lectione Iuuenalis quis perci-</b>	12
<b>ara decorum penatium</b>	175	<b>piendus</b>	483
<b>fordi &amp; mafculi concubitus incommoda</b>	61	<b>Frugalitatis commendatio</b>	114
<b>forminæ nullo labore lacrumantur</b>	99	<b>Fruftino vrbe in via Latina</b>	408
<b>forminæ adulterii conuictæ, quæ habitu pro-</b>		<b>Frufta eum, prætereunt leges, quem con-</b>	405
<b>ductæ</b> 70 <b>furentes quas denturbas</b> 458		<b>fcientia non abfoluit</b>	230.231
<b>in facris Bonæ Dæx ad ebrietatem ufq; fe-</b>		<b>Fucantia faciem medicamina</b>	408
<b>fe inuitabant</b>	344	<b>Fulcrum</b>	364
<b>formina diuite nil intolerabilis</b>	230	<b>Fulua Antonii Ciceronis linguâ aciculis pa-</b>	512
<b>formina Romæ fere nulla cafta</b>	290	<b>pugit</b>	656
<b>Forminæ Superbiore viris</b> 175 <b>vindictæ</b>		<b>Fulua Sifcænia mater Persii</b>	656
<b>cupidiore</b>	458	<b>Funalia etiam nū adhibentur in Papæ</b>	656
<b>Forminas effe homines Iuuenalis quoque ad</b>		<b>Funera vnde dicta</b> 656 <b>noctu efferebantur</b>	ibid.
<b>ferit</b>	209	<b>cereis &amp; tubis ad rogum</b>	ibid.
<b>Forminarum in viros imperium defcribitur</b>		<b>Funeis locatores &amp; conductores Romæ e-</b>	656
<b>199.200</b>		<b>rant</b> 91 <b>tempore præco defcriptio</b>	656
<b>Fœnifeca</b>	745	<b>Fungi quando mortifici</b> 169 <b>totas à medio</b>	ibid.
<b>Fœtor alarum vnde?</b>	415	<b>fuftulerunt familias</b>	639
<b>Folium Sibyllæ prouerb.</b>	320	<b>Furæ, patibulum, crux Synonima</b>	473
<b>Foquelius</b>	603	<b>Furæ infernales Acherontis filie</b> 177 <b>tres</b>	ibid.
<b>Forceps vnde dicatur</b>	680	<b>fuerunt</b> <b>ibid.</b> <b>quid fnt Cicero explicat</b> <b>ibid.</b>	266.445
<b>Forire</b>	93	<b>capillorum loco serpentes habent</b>	479
<b>Formofi fere impudici</b>	386	<b>Furiæ tres &amp; earum nomina</b>	ibid.
<b>Formulæ nuptiarum aufpiciis adhibet</b>	78	<b>Furiis media vena pertundi solebat</b>	406
<b>Formula in facris Bonæ Dæx adhibita</b>	72	<b>Furius Camillus Falifcos &amp; Veios dedit.</b>	82.83
<b>Forum antiquis calidum</b>	680	<b>Furnarii</b>	258
<b>Fortes qui, &amp; vita digni?</b>	394	<b>Furtiva Venus dulcior</b>	344
<b>Fortitudinis effectus</b> 394 <b>obicta</b>	ibid.	<b>Fufciana cæciana græcis</b> 520 <b>quid</b>	ibid.
<b>Fortuna minus furit in paruos</b> 139 <b>nil nifi</b>		<b>Fufcus vana confiliatorum Domitiani</b>	406
<b>imprudencia &amp; ignorantia hominum</b> 395		<b>Futuro</b>	
<b>folâ vtramq; facit paginam vulgo</b>	ibid.		
<b>Fortunare</b>	613		

# I N D E X

Futuræ verbum obsecratum	303	Gemini dentes 159. 592	de iis locis Hie-
Futura incerta	610	ronymi	ibid.
<b>G</b>		genus humanum per Deucalionem & Py-	
G Abii & Fidenzæ vilia oppida Hetruriæ 181		rrham resonatum	502
in via Prænestina erant	110	Germani castiores prudentioresque aliis na-	
Gades insula & sinus 349	hodie Calis mahs	tionibus plerisque 335	serè caruleis o-
ibid. præficus mundi meta	ibid.	culis 455	Rheni accolæ 748
Galbancus color quis 74	proprius mulie-	Germanorum apologia 335	laus ibid.
rum	ibid.	laudatus habitus	455
Galbani mores proverba.	74	præposita consuetudo reprehensa	556
Galerum	188. 237	gestus recitantium lascivus	549
Gallia Crusculina	431	hominis cogitandi	587
Gallia oratores habuit claros 508.	stus 309	Getæ sunt Scythæ circa Pontum Euxinū 146	
Galli Cybeles sacerdotes 316. 732	cur se ca-	Geticæ pruinz	557
strarint 77	tympana pullabant 338	Getulia Africæ regio	158
Galli gallinam adscendantis vox qualis 98		Getuli sunt Mauri 158	nigri & deformes
damatur ab oratoribus	ibid.	ibid.	
Gallinæ filius albæ proverb.	453	Giattæ sunt Scoti	146
Galli Narbonenses Romam incendio abole-		Gigantes è terra nati finguntur	139
re conati	323	Gillo famosis adulter	32
Galli viliore vestes texebant	333	Gingiva vnde dicta	374
Gallorum fibræ Diis gratissimæ creditæ 463		Glacialis Oceanus	58
Gallus Phrygiæ flumen	732	Gladiatoria indigna viris nobilib.	81
Ganeo 404	idem quod popino	ibid.	
Ganges nobiliss. Indiæ Orientalis fluvius 349		Gladiatores membro mutilato missionem	
Gannire proprium vulpium	182. 709	impetrabant	187
gannitus vocales amantissimum	709	Gladiatores pinnis pavonum ornabantur	106
Ganymedes filius Troos regis Troiani 158		Glancus Milesius periturus 459	omaculum
palcerrimus ibid. Iouis pincerna	ibid.	Delphicum consultit ibid. cum tota fami-	
336. 441	in cælum raptus 332	lia excinditur	ibid.
tua in templo pacis	ibid.	Gloria ducitur optimus quisque	561
Garum liquescentis genus	740	Gluto	127. 713
Gaurus Campaniæ mons	338	Glycon Tragedus 688	tempore Neronis
Gausape vestis militaris	679. 748	ibid.	
Gellius de miseria auarorum	480	Gnatho	127. 128
gemini sydus 697.	amicitiæ mutam pa-	Γνῶσις <i>gnosis</i> præ forib. templi Delphici scri-	
tere creditur	ibid.	ptum	400
Genealogia Aiæ & Achyllis	486	Gorgonis caput	422
Cæf. Caligulæ	248	Græchorum nomine, multi seditioni	63
generatio nostra lapidum fornicationi simi-		Græchus nobilissimus 81	senarius ibid.
lis	512	Gradib. theatrorum præfecti erant certi 105	
genera tria causarum	281	Gradus in theatris è lapide Romæ erant 105	
generose aues	474	aumerus	45
genium defraudare	676	Gradus tres ad paupertatem	475
genio indulgere	134. 676	Græcæ voces, quas Latini sine adspiratione	
genio sinistro viuere	676	pronunciant	557
Genius Deus 600. 676	virescens	ibid.	
matrimonio præfct	177	Græci palliati	17
sub forma Draconis sæpe apparuit	590	Græci perfidi notantur	97. 176. 398
gentes quatuordecim Epirotarum 432. 482		præterit. pro præsentit vtuntur	52
genus misericordiæ asylum	557	Græci sinus	477
		Græcorum solertia in perdiscendis artib.	97
		Eccce 3	

Græcus sermo blanditiarum feracissimus	196
334	
Grammaticorum munus est de Poetis iudicare	227
Graharium	713.741
Grandiæra animalia pigriora	424
Gratis datur nihil	269
Grœlandia Insula Britannicæ	284 in ca. nox
brevissima, & dies longissimus	ibid.
Grunniæ proprium porcorum	501
Grypho intricatus. prouerb.	522
Gubernatoris idonei requisita	562 &c.
Gulæ deditissimi olim Romæ	741
Gulo	77
Gutto genus vasculi	128.277.415
Gyaros insula vna Cycladum	38.371 excrabilis
Gymnagoge	200

H

<b>H</b> abitus acutissima febre confectantium	
656 ministri cibum ad mensam adferentis	161 mortuorum seu cadauerum collocandorum & exportandorum
657	
Habitus sacrificantis	222
Hædulus pullus capræ	405
Hæmus & Carpophorus nobiles mimi	198
Halteres	225
Hanno Poenæ primum Leonem domuit.	267
Harpe gladius incuruus	319
Harpyæ vento natæ	311 earum nomina
ibid.	
Haruspex quando adhibitus	78
Hebe Dea iuuentutis	441 filia Iunonis ib.
Hecuba vxor Priami	382 miserranda eius
fata ibid. in canem conuersa	ibid.
Hedera	534 eius foliorum figura
ibid.	
Helenæ raptus euerit Imperii Troiani in Asia causa	381
Helades Solis filiz	146 earum nomina ib.
ob luctum in alios conuersæ	ibid. harum
lacrymæ in electrum conuersæ	ib.
Helicon Bgeotiz mons Musis sacer	532
533 à quib. consecratus ibid. Muscum etiam instrumentum	ibid.
Heliconiades Musæ	533 vnde ita dictæ ib.
Heliocamipus antiquorum	670 quib. con-
ducibilis	ibid.
Heliodorus Stoicus Philosophus	29 præci-

puus in aula Imp. Domitiani delator ibid.	
Heliolis veterum	670 eiusque utilitas ibid.
Hellene mari Hellepontico nomen dedit	
20	
Heliudius Priscus	255
Hemina	596
Heracitus Epheſus	354 vanitates hominū
perpetuus lacrimis defleuit	ibid.
Hercules F. Carmentis	295 aram suo Na-
mini instituit	ibid.
Melampygos	485 nobilissimus ille Xe-
nophonos	62 Oechaliam urbem defleuit
404 sacrificatus veste veneno resperſa	
infiducit ibid. vade dictus	34 Iouis ex pel-
lice Alcmena F.	ibi
Herculis ærumnæ prouerb.	394
Herculis verba prouerb.	62
Hermetis statua	300
Hernia qualis morbus	224
Hernici	483
Herodes Ascalonita	731
Herodiani	731
Herodotus periuri extreme audacis historiæ	refert
446	
Herobius sacer Draco	590
Heroum filii noxæ	328
Hesiodus ex pastore clarissimus Poeta	532
Hesperides filiz Atlantis	170 earum no-
mina ibid. & mala auræ	ibid.
Hiacæ	637
Hibris	444
Hieronymus de tribus irrisionum generibus	568
Himettus mons in Attica	457 melle & me-
tallo nobilis	ibid.
Hio	730
Hippia meretrix pessima	241.284.376
Hippocratis iudicium de morbis latentibus	653
Hippocrene fons	532 Musis sacratuſ ibid.
Hippomanes	190 eius vsus in philtis
ibid	
Hirquanti piscis? prouerb.	23
Hirpinus generosus caballus	302
Hirus tutor fraudulentus	376
Hiscere	167.593
Hister vir diues & infamis	68
Historia auditz vocis noctæ in Capitolio	410
autum Augusto victori gratulantiuſ	537
de nothorum felicitate	246 Doctores
Germani rudia & indocti	59 ex Herodo-
co &c	

to de negatæ depofitum	449.459	humanæ mentis cæcitæ quântæ	398
impis Poetæ ex Macrobio 261 mulieris,		vitz finis 645 variaz variorum de eo ten-	ibid.
quæ 30 annis quartana laboravit	331	tentæ	ibid.
Hoc Agri: ſolemne factorum	262	humani generis reparatio fabuloſa	40.47
Homerus autor Iliadis 417 quando vixerit		humanitas commendatur 512 nos à brutis	ibid.
261 ob vetuſtatem,maximæ autoritatis		diftinguit	ibid.
nomen apud omnes obtinuit	ibid.	Hyacynthus Oebeli F. 187 ab Apolline in-	
homines ex arborum truncis ortos cur fabu-		ter ludendum occiſus ibid. in florem fui	
litate veteres	175	nominis conuerſus	ibid.
homines imbecilles,cupidiffimi vindictæ	456	Hyarbas rex Lybiæ	156
in Æthiopia & Mauritania furui	432	hydropis acmaſticæ deſcriptio	644
homines naturaliter flere & lacrumari poſſūt		hyemis initium	484
511 nulla re propius ad Deum accedunt,		Hylas puer formoſiffimus	54
quam ſalutem hominibus dando	512	Herculis Catamitus ibid. aquatum miſſus	ibid.
obſcure à terra nati dicuntur	139	à Nymphis abreptus	ibid.
piloſi maioris roboris exiſtimantur	485	Hyperborei	231
iæpe plus exemplo,quàm peccato nocet	415	Hypermeſtea filia Danai ſola ſponſum ſuum	
hominis extremè ſordidi deſcriptio	740	ab interitu ſeruauit	252
partes effentiales	41	hypocriſis hominum impia perentium	602
hominum ſtaruram indices decreſcere	505	hypolytus Theſei filius 389 à nouerca ada-	
homo ad humanitatem & miſericordiam ge-		matus ibid. apud patrem delatus	ibid.
nitus 513 à lacrumis auſpicatur vitæ 286		ab equis diſcerptus	ibid.
homo bulla prouerb.	171.602	Hyperphile Thoonis regia Lemni filia	557
eſt id quod non cernitur	393	eius amores & fabula ibid. fortunaciſ	
etiã mulier dicitur 382 fictilibus vaſis		varia & miſcrabilis	ibid.
comparatus 631 illiciteratus à bruto parū		I	
differt 288 nobiliſſima creatura	512	I Actare	669
eius rei documenta	ibid.	Iactura proprie quæ	102
homo ſum 209 trium literarum	167	Ianiculum à Iano	568
Homulus ſive Homullus	168	Ianthinus eſt violaceus color	956
honeſti ſuo mendicũ quam paraſitũ agere		Ianthina veſtis ſuis magni pectii	ibid;
150		color eius	ibid.
honeſtum maiorũ veſtigia ſequi,ſi rectè præ-		Ianus à Iano	568.
cceſſerint	297	Ianus antiquiſſimus Italiz Deus 568	rex
honores militiz	269	Latii ibid. biſfrons cur fictus ibid. idẽm	
honores ſunt labores	357	eum Vranio ibid. an non Noha? ibid.	
Horatiana Frontonis domus	21	Ianus Parrhaſus	19
Horatius Cocles 327 eius virtus	ibid.	Iafon ex Colchide aureum vellus rapuit	20
Poeta Venuſtus patria	34	Iaspis gemma nota	156
Horologia 624 eorum differentie	ibid.	Ibis autis foediſſima 499 ab Ægyptiis cur re-	
Horofcopus	740	ligioſe culta	ibid.
horrida grandiloquentia	576	Icarium mare vnde dictum	34-35
horripilatio	661	Ichneumon 499 eius inimicitia erga troco-	
Hortenfius platanos ſuas vino irrigare ſolitus		dilum	ibid.
21 primus pauonem in cœna Pontificia		Icterus ſeu morbus arquatus	243
poſuit	51	Idæa bonæ feminæ	194
Horti Alcinoi	170	idem eadem iſdem de iſdem præceptor in-	
hoſtiz maximæ auratis cornibus immola-		culcat	280
bantur	180	idem; tentare Deum & facere	459
Hoſtienſis portus 429 à quibus Cæſaris		ignis ex colliſione nubium	462
extructus	ibid.		



Innocentia & persuasio sorores individuar	161	Ingenium	665
Ilia immoderato concubitu insigniter lædi.		Ingeni, plus est quam magnum	17
178 partes imi ventris	682	Ingeni olim non ferulis sed pellibus angul-	
Ilia in loco Martis peperit	18	larum vapulabant	21
Ilia Ari	564	Ingeni pueri bullas aureas vel argenteas: li-	
Ilex species durissimæ quercus	606	bertini nodum lori, in libertatis iudicium	
Illyria stus	309	gestabant	171
Imber aureus in sinum Danaes immisus	187	Ingeni Rom. tria habebant nomina	167
cuiusque explicatio	ibid.	Ingenius locus	690
imbueret unde derivatum	618	Ingrata veritas	588
immanis malum notat	559	Inguina	679
impaciens actiue	264	Inhumati non credebantur trahi, sed	108
impellimus quæ obstat	603	annos errare	118
Imperator non putare, sed censere & scire de-	667	Inopes inter opes	416
bet		Inquilinorum habitatio Romæ qualis	111.
Imperatores Rom. inter Deos olim haberi		119	
volebant	188	Insana Romanorum ambitio	178
imperium ostendit virum	666	Insania minus turpis infamia	70
imponere	140	Insectatur rabulas forenses	272. 273
improbiorum vocorum species	603	Insignia deorum summorum	617
impune abire	719	Insignis impudentia virorum Rom. nota	
in aulis regum quid loquendum	137	69	
in cellis nomina meretricum solebant præfi-		Insipiens quib. capiatur	548
gi	189	Insolatio veterum	410
in diem vivere proverba.	643	Insomnia 616. 617 eorum differentie &	
in Illyrico sunt qui visu effascinent	609	causa	617
in maris litore cur nihil crescat	262	Insomni Enniani occasio	534
in theatro plus v. aureis accipere non licebat	292	Insula Elephantum in Æthiopia	411
Inarime insula	88	Inserdictum foris locis præfixum	530
Inauspicatus mane Æthiopis fuit occurus.		Insectiva in peregrinos mores	745
245		Inuestes imberbes dici	679
Incendiaris 453 poena eius	324	Invidere senum proprium	377
Incerare Deorum genua quid	357	Invidiæ comes est inior 410 pictura	738
Incestus quid 126 unde deductum	ibi.	Ioan. Micius Pontanus m. s. Iunenal. authori	
Incommoda navigationis	722	communicavit	344
Incredibiles diuitiæ Darii & Xerxis regum		locari	98
Perfarum	497	locus Martialis in captatores vanæ laudis	
Intrusiones	692	565 Marulli in Politianum	539
Indigenæ Latini	440	Io. Inachi filia, à Ioue stuprata 237 eius me-	
Ineptiæ pronunciationis à Fabio Quintil.		tamorphosis ibid. apothecosis 238. ab Æ-	
dammate	558	gyptiis culta ib. Ibs vocata	ibid.
Infamiam, salvis numis, pravi homines non		Iouium pars maris mediterranei 743 unde	
curant	33	dictum	ibid.
Infantib. dentes quando nascantur, & decidât		Iosephus Scaliger Dictator huius seculi do-	
466		ctorum 8 de Satyris Iunenal. conseruat-	
Infantis expectatione nihil incertius	610	is posteritati gratulatus	ibid.
Infernus vbi creditus	82	Iouis Terminalis sacra	519
Ingenia dissimilia	740	Iphigenia Agamemnonis filia 438 in Auli-	
<del>pleraque in occulto latere</del>		de mactanda à Diana furtim subducta ib.	
		Ira bilis commotio 666 eos fortitudinis	716
		Inauidia nasus crispatur	309
		106	106

**Ira & furoris descriptio** 41.251. 661 *causae*  
*ibid.*  
**Ira** dentib. frendunt 171  
**Iratus** nunquam operatur bonum 305  
**Irlandia** insula vltra Angliam 84  
**Irriguus**, a. um; a. ctive possum, rarum 699  
**Irrito** verbum vnde descendat 589  
**Irrorare** 740  
**Irrumator** quis dicatur 375  
**Isæo** eloquentior prouerb. 97  
**Isæus orator** Atheniensis celeberrimus 97  
     Demosthenis præceptor *ib.* & 366  
**Isidori** aureola sententia de vita tranquilla  
     394 de beatitudine 304 dictum egre-  
     gium 312  
**Isis** Dea anseri colebatur 239 & popano  
*ibid.* templum impurum 233 eius anti-  
     stites 237. 238  
**Istri populi** in litore Illyrico 210  
**Iucunda** brenia 345  
**Iudæi** porcina non vesciebantur 193 vnus  
     Dei nomine stipem rogabant 240  
     amatores sui 476. mos eorum singularis  
     *ibid.* post ierosolymam excisam supeller  
     quæ 89 religio ex Tacito 475  
**iudices** infernales 19. 442 diuisione eorum of-  
     ficia 20  
**iudices** ex singulis tribubus tres dati 274  
**iudicia** Romæ in templo Apollinis Palatii  
     fiebant 48 imperitorum delictis nuga-  
     cia 543 quo loco habenda *ibid.*  
**iudiciorum** militarium conditio 517  
**iudicium** Midæ regis inter Marfyam & Apol-  
     linem 593 de anima quod ex habitu cor-  
     poris & forma vultus desumitur fallax 60  
     nostri non metiendam ex opinione vulgi.  
     544  
**Iugerum** 482  
**ingum** 676  
**Iulia** Vespasiani filia 64  
**Iulius** Cæsar perpetuus dictator 363  
     viginti tribus vulneribus in curia confos-  
     sus *ibid.* paludem Pontinam exicasse  
     fertur 122  
**Iul. Fronto** nobilis Romanus. literatorum sum-  
     mus fautor 21  
**iunctura** versusum 582  
**Iunius** Brutus filios patriæ proditores securi  
     percussit 326 eius moneta. 705  
**Iuonix** 614  
**Iuno** impudicis mulieribus & adulteris ma-

xime infesta 180 Veneris cæsto Iouem &  
     bi amore deuinxit 248 in Samo colaba-  
     tur 516  
**Iupiter** Ammon 241 templum *ibid.* ora-  
     culum 241 & eius origo *ibid.* aer &  
     cælum dicitur 160 Capitolinus 180  
**Iupiter** rex sub seculo argenteo 176. 441  
     eius adulteria & clandestini concubitus *ib.*  
     iuramenta ad aras præstari solita 446  
     iuramentum militum 519 maximum quod  
     habitu 104  
**Iuratus** a. ctive possum 150  
**Ius** Pegasianum 136  
**Ius** summum summa iniuria 517  
**Iuuenale** nemo idoneor in Satyra 8  
**Iuuenalis** amico vxorem non esse ducendam  
     quib. argumentis persuadere tentat a fol.  
     177 vsque ad finem Satyræ. apertus in ca-  
     stigandis suis sæculi morib. 3 de Deo & pro-  
     videtia eius rectissime sentit 6 fuit medio-  
     crum diuitiarum 405 lubricitas ubi no-  
     rata 270 non fuit Epicurus 117 non  
     prælectus in Academiis, duas ob causas, 8  
     obscurus & obscurus 9  
**Iuuenalis** patria Aquinum 2 pater eius in-  
     certus *ibid.* præceptor F. Quintilianus *ib.*  
     Domitiani C. tempore floruit *ib.* Cau-  
     sas egit & declamauit *ibid.* post mediam  
     ætatem Poeticem amplexus *ibid.* & 457  
     stylum in Paridem Pantomimum strinxit  
     *ib.* & 3 exulauit in Ægypto 3 causa eius  
     exilii *ibid.* post mortem Domitiani Ro-  
     mam ab exilio reuersus *ibid.* ~~encomia~~ *ib.*  
     Iuuenalis quo ætatis tempore Satyras scri-  
     pserit 15 quot annos natus 376 Saty-  
     ræ plus præceptorum moralium continet,  
     quam 10 libri Aristotelis ad Nicomachum  
     3 scabiose de suis Diis loquitur 181. 441  
     Valerio Flacco infensissimus 19 stylum  
     in eum strinxit *ibid.*  
**Iuuenalis** ~~ætas~~ ætas pro-  
     teruior 120  
**Iuuentute** nihil formosius, nihil velocius 345  
**Iuuenta** insula vltra Britanniam 84  
     hodie Irlandia *ibid.*  
**Ixionis** pœna apud inferos 442

K

**K** *Αἰχμητῶν* vitorum; *αἰχμητῶν* mulierum  
     546  
*Καθημενὸν βίον*

FFFFF

643

*Kαὶ ὁ γὰρ* reprehenditur veterum & obsole-  
torum verborum 576. 577  
*Καὶ ὁ γὰρ* 708

## L

**L**abra compressa & dentes signum indi-  
gnantis 449  
**Labyrinthus** 34  
**Lac** affinum rugas & facie eximit, & teneram  
reddit 76  
**Lacedæmonii** orantes quid petierint à diis 41  
precum illarum formula ib.  
**Lacerna** 28. 333. 565  
**Lacerta** 274. 373  
**Lacheſis** parca 91 unde nomen trahat ibid.  
**Lacones** curia omnia *Caictas* appellabant  
474  
**Lacrumantur** premente mulieres 208  
**Lacruma** indicium, hominibus ad misericordiā  
natum 511  
**Lactes** 607 aliis *lilia* dicti ibid.  
**Lacus** Velabrenſis immundus 246 ad eum  
infantes exponi ſoliti ibid.  
**Ladas** cursor 447 in Olympico certamine  
victor ibid.  
**Læna** veſtis genus 120 167. 556 paludamē-  
tum alio nomine ibid. vſus eius in triclinio  
ibid.  
**Læertes** admodum ſenex 380 filii *Vliſſis* ab-  
ſentis deſiderium quo pacto lenierit ibid.  
**Læus** pater *Cleopatras* 184  
**Læis** nobiliſſis meretrix 197. quib. verbis ſuos  
ſcortatores allocuta ibid.  
**Læonides** & *Hebeus* à filio *Oedypo* occiſus  
257  
**Lallare** 628  
**Lalla** 628  
**Lallus** Deus 629  
**Lambere** 534  
**Lamiarum** gens nobiliſſima 222  
**Lamus** nobiliſſimus 147 inde *Lamius* pro no-  
bilib. dicuntur ibid.  
**Lana** hu[m]ana 153 fuccida & eius olim præparatio ibid.  
**Lana** Tarentina 619  
**Laſiſſimum** Romæ in viſo *Tuſco* exerceba-  
tur 210  
**Laſipendia** 232  
**Laſiſta** gladiatorum magiſter 205. 397  
**L. Annæus** Seneca Cordubenſis Philoſophus  
*Sroicus* 164 liberalitas eius ibid.  
**Læugus** 442

**Læus** 161. 621. 669  
**Lapilli** candidi lætos; nigri triftes ſignabant  
dies 590  
**Lapis** Numidus ad columnas optimus erat  
285 Specularis 128 loco ſenſitum  
veterib. ibid.  
**Lapithæ** iidem qui & *Centauri* 21  
**Lapſus** Icarum mythologia 35  
**Laquear** ibid.  
**Lararium** 244  
**Lares** dii familiares 175  
**Lares** publicè celebrandi ritus 430 à qua-  
dratus ibid.  
**Larnaffus** idem qui *Parnaffus* 533  
**Læſcius** ſpectacula corrupit bonos formi-  
narum mores 182  
**Læticlanium** habitus equitum Rom. 45  
**Lætinus** Minus moechus 179 ſub ciſta ab-  
conditus ibid.  
**Lætomix** multæ in montib. Apenninis ſu-  
runt 117  
**Latopolitani** colebant ſarum piſcem 500  
**Lauare** Romæ hora octava ſoliti: nona dexi-  
bere 33  
**Laubfroſch** Germanis unde dicti 38  
**Laudari** à laudatis, ea demum vera laus 543  
**Laudicæ** qui *Plinio* 565  
**Laufella** matrona Romana 213  
**Lavinia** Latini regis filia 419 nouerca *Alca-*  
*nii* ibid.  
**Laureata** epiſtola 748  
**Laurentum** oppidum, paſcuis laudatum 45  
**Laus** iuſta omnis Virtutis comes 562  
**Laus** ſine quaſtu, vulgo viliffima 481  
**Lautitæ** 171  
**Læſticarii** ſervi 37. 217. 277. 347 ex *Mœſia*  
& *Syria* robuſtiſſimi 277  
**Læſtica** vehiculi genus, quo nobiles *veheban-*  
tur 29  
**Læſticarū** vſus à quib. inuentus 47 frequens  
Romæ 27 multa earum genera ibid.  
**Læſtio** & interpretatio varia verſ. 175 ſat. xi  
*Iuuenal.* 416. 417  
**Læſtus** à lætis herbis 175 idē cum thoro ib.  
genialis 177. 391 & læſtus aduerſus dici-  
tur ibid.  
**Legatum** 338  
**Leges** minio notatæ 706 & ratio ibid. & 707  
**Legibus** interdictum inde à tempore *Hercu-*  
*lis* homines immolare 433  
**Lemniades** forminx à *Venere* ſpretæ quali-  
perna

perna affecta 557	acfasia in vires carū.	Linguae canis exerece	968
dem coniuratio	ibid.	Liparez Insulae maris Tyrreni septem & ca-	
Lemures nigri	732	rum nomina 19	à rege Liparo sic dicta.
Leones in Numidia & Africa plurimi	239	ibid.	
Leo voracissimum animal	267	Lippi pro improbis	624
Lesbia Carulli amica 175	passerem mor-	Lippitudo difficile malum	187
zum defecit	ibi.	Lippus	705
Lethum	724	Lipsii error	417
Leucas Epiri promontorium	324	Lipsius de admiranda vrbs Romę magnitudi-	
Lex Iulia à Domitiano reuocata	26.65	dine scripsit 164	de Iuuenale quid senti-
eius poena gladius	ibid.	at	8
Lex Scantinia 66.80 in quos lata ibi. poe-		Litare	622.715
na qualis	ibi.	Litera damnatoria 668 absolutoria, ibid.	
Libare	601	ampliatoria	ibid.
Liberalitas olim dignior nobilitate habeba-		Literę 452 inaufus & moniferę	668
tur	265	Litera Pythagorę Samii	641
Liberi à tutelę munere exculant 341	cer-	Literę quę Veterum cippis exculperentur.	
tissimum matrimonii vinculum	80	559 earum explanatio	ibid.
Liberi qui vere sint	705.706.712.713	Littus arare prouerb.	262.
Libet Plutarchi de oraculorum defectu	241	Lituus	485
Libertas cum pileo donabatur 657	deplex	Linus de Cannensi victoria	281.282
706 scribendi in alio tempore Domitia-		xl. Decades hist. Rom. scripsit	272
ni seuerē coercita 53 seu <i>missio</i> Ve-		Liza	215.445
terum in castigandis hominum vitiis 52		L. literam, pueri facillime exprimunt	629
vera quomodo acquirenda 704 & quę sūt		Loca erant in Campanialatronibus abundā-	
ibid.		tia	122
Libido mascula olim vitata 332	Sodomitica	Loculi	472
inter feminas Romanas	214	locus fulmine tactus antiquitus claudabatur	
Libitina	430.434	607	
Librarius	343	locus Iuuenal. Sat. 3. lib. 1. ver. 132. ab autore	
Libri qua ratione à blattis conseruari queant		primum explicatus recte 103	Plinii de
561		anulorum usu 28. Senecę de votis im-	
Libum quid 109 die natali, & quo erines		probis	610
deponebantur, muneris loco mittebatur		locus pro penissimum nefica accipitur 38	
ibid.		Britanico violentissimum venenum pa-	
Liburnus magna lectica 115	varie eius vo-	ranic iussu Neronis	ibid.
cis acceptiones	ib.	Lodix	266
Licebat vxori ad octauum maritum aubere		Loquendi corrupta consuetudo notatur 576.	
201		577	
Licentia cum libertate non confundenda		loqui cum matre Euan dri prouerb.	576
705		Lorica ex quibus	367
Liceor	733	Loripes	63
Licinius libertas Cæs. Domitiani	495.610	Lorum flagellum ex corio	225
ditissimus	ibid.	insigne puerorum tenuiorum	694
Lictor à ligando 573 eius munus	ibid.	L. Rulii Othonis lex nefaria	106
Lictores 24 Dictatori. Consuli 12 magi-		Lucanus Poeta 268	ditissimus ibid.
stro equitum 6 erant	102.194	Lucernarum odor ingratus	290
Ligula	154	Lucianus in <i>improbi</i> librum scripsit	59
Limites Ioui terminali sacrificati	519	Lucifer stella 720 idem qui Venus	ibid.
Linum decedere 338 phrasis huius occa-		Lucilius ex Aurunca oriundus 25. magnus	
si	ibid.	à Iuuenale cur vocetur ibid. in Satyrico	

Fffff

## I N D E X.

Luxuria Ægyptiorum	503	cœnarum taxa-	
tur	42.	50 hostib. iniuctos & formidabi-	
les vincit & subiugat	210	omnium ma-	
lorum efca	716	Romanorum taxatur,	
	156		
Luxus in funeribus carpitur	656	in mensis	
immensus	411	Romanorū in extruendis	
ædificiis			261
Lybia Africa regio mire fertilis			165
Lybicum mare			492
Lycopolitani colebat lupum, Capram & hir-			
cum			500
Lyde profitebatur Vnguentis Sterilitatem e-			
mendari posse			80
Lydiæ mulieres erant turgidæ.			80
Lynces Bacchi cutrum traxerunt			585
Lyra			736
Lycicorum Poetarum subiectum			786
Δύττιν solutores			300
M			
M Aculeonius vir diues fuit			261
M. Æmilius Lepidus Censor			207
vltima voluntas			ib.
M. Æmilius Scaurus	64	fictus cur di-	
catur			ibid.
Mænades Bacchi sacerdotes	213	vnde di-	
αἶς			ibid.
Mæna piscis marinus vilis			647
Mænia nomen meretricium			26. 27
Mæonianum ædificium			95
Mæzon Homeri parens			737
Magister equitum			264
Magistratus in sellis curulib. sedentes iura po-			
pulo dabant			362
Magnæ dementiæ ultra facultates sumtus fa-			
cere			396
Maiestas diuitiarum sanctissima			100
Maiores virib. non ardentanda			572
Major in sceminis libido & citius excitatur,			
quam in viris			416
Mayor plerisque fames, quam venter			401
Mala conscientie vires			418
Mala Hesperidum prouerb. b. eius sensus va-			
rius			170
malis & scelerati nunquam sunt quieti			462
malivbiq. boni non item			470
malorum scriptorum exitus			561. 562
Mal'thinus			37
malum infinitum est	488	nihil nisi quod	
turpe			350
malus quando se bonum simulat tunc est pes-			
simus			

# I N D E X.

simus	207	Martis cū Venere adulterium	388	lucus di-	
Mamercinobiles	317	uerſis in locis	18	vulnerati clamor maxi-	
Mamma mater puerorum	628	mus			449
mancia aurea	303	Maſſa morio	29	eius meminit Tacitus	ibid.
Mandra mulorum eſt multitudo	115	Mauſturbatores	67.203	D. Paulo molles vo-	
mane clarum	623	cati			ibid.
Manes 723.559 vnde dicti	ibid.	Mater omnium Virtutum frugalitas			483
mango	413	Matertera			609
Manicæ	205	Matho vilis rabula fuit			401
Manilia meretrix 203 crudelis	ibid.	Matrem ſequitur proles			203
Manipulares milites	518	Matrimonium cur ſacrum dicatur			177
Mantica	674	Matronæ ditiores quibus ornari ſolitz			68
manumiſſi in tribus diſtribuebantur	704	180			
manumiſſis prænomina dabantur	705	Matronalia feſta	337	quando celebrata ib.	
Manus, 2, um. bonum ſignificat	559	Maura meretrix			337
manus manum lauat prouerb.	512	Mauritania elephantes habet			369
mappa 154. & ſignum & præmium ludorū		M Brutus cum Caſſio C. Cæſarem in curia			
Circenſium 419 origo huius ritus	ibid.	occiderunt			155
Marcolphi hiſtoria	178	M. Cæcilius 487 quid Calphurnio obiece-			ibid.
Marcus Cræſſus ditiffimus 363.610 contra		rit			ibid.
Parthos occubuit	ibid.	M. Curius 58 continentiz eius exemplum			
quem diuitem	ibid.	memorable ibid. facta			ibid.
vocari	ibid.	Medea Iafonem in Græciam ſecuta	20	pro-	
Marcus Manlius 81 cur Capitolinus dictus		prios trucidauit liberos			251
ibid.		Medæorum eius vis			65
Mare Ægeum 721 Hetruſcum 737		Medicamenta caſtorea			425
Septentrionale cur glacie horreat perpe-		Medicamentorum virtus in quo conſiſtat?			
tua 58 à quibus populis inhabitetur ib.		710			
Margo in ſceminino genere poſitum	17	Mediocritia tutiſſima			362
Manicæ quid ſint 61.678 curandi modus		Meditantium altiora habitus			587.688
duplex	ibid.	Medius digitus infamis & cur			356
Maritare vites	303	Medorum in pugnam euntium habitus			641
Mariti cuculli & curruæ qui?	36	Medulla eſt ſenſuum, Ypuma verborum			584
Maritorum nomina ſepulcris vxorum inſcri-		Megaleſia ludi magnæ Deum matris	182	à	
bi ſolebant	202	quo dedicati			183
Marius Arpinas 383 bella ibid. varia for-		Meleager occidit Caledonium aprum			165
tuna ibid. febre mortuus	ibid.	Mella instrumentum quo faucium vlcera ex-			
Ciceronis ſympatriota 325 ignobilis or-		plorantur			660
tus ibid. bella memorabilia & victoriæ		Memnonis effigies magica 499 à Cambyſe			
ibid. ſummi honores	ibid.	Perſa diruta			ibid.
Marius Præſtus proconſul 32 Africam pro-		Memphitis ſecunda vrbs poſt Alexandriam			
uinciam ſpoliauit ibid. 7000 numis & e-		510			
xilio multatus	ibid.	Mendeci colebant murem			500
Marmora bene polita explorandi ratio	570	Mendicare melius quam adulari			151
Martæ instrumenta ruſtica	122.514	Menelaus Lacedæmonis rex			322
Mars Deus belli 18 mythologia ibid. pater		Menæceus Creontis filius pro patria ſe de-			
vrbis Romanæ	79	uouet			489
Martii populi prope Albam	483	Menſæ citreæ antiquis in ſummo pretio erāt			
Martias Satyrus 329 cantu cum Apolline		49 cariem non ſentiunt ibid. dimidiatis			
ceſtaut ibid. victus & excoriatus	ibid.	orbib. & pede eburneo ſiebat			49
Martialis in Cynanum ſcommma	27	Mens ſolis hominb. ineſt			512
in eorum	69				

# I N D E X.

Mentor in vasis celandis mirus artifex	307	Misenum promontorium	337
Mephitis terræ putor 955	Dea Servio ibid.	Misera parasitorum conditio	152
Meracus, a. um.	670	Miserius nihil paupere superbo	107
Mercurius cum sacculo pictus	713:714	Miserima Præceptorum conditio depingi- tur	280:281
à mercatorib. cultus ibid. & 714	Deorum auncus 300. 613. 752	Miserum in calamitates incidere : miserimè à nemine subleuari	112
Meretrices amatores suos soleis & crepidis castigabant 728	cur Saburrane vocita- te 694	Missio à milita quando dari solita	485
flava utebantur coma 218	mul- tæ ex Gadib. Romam venire	Mitra capitis ornamentum 95	vox barbara ibid.
Mergus	744	Mithridates rex Ponti 253. 383	bella cum Romanis ibid. exitus vitæ tristis
Meritoria sunt tabernæ quæ labore merce- dem promerentur	115	Mithridatici, descriptio & compositio ex Pli- nio	253
Meroc ciuitas Ægypti 455	Insula Æthiopiar 238	M. Marcellus .81	res gestæ ibid. interitus ibid.
Messalina Claudii Cæs. vxor 188. 390	nouas nuptias infcio marito adornat ibid. tragi- cus cum nouo sponso exitus	Mobilis natura malorum	463
exemplum monstrosæ libidinis	88	Mobilitas vulgi	358:359
Messe tenuis propria viuendum	742	Moderor tibi & moderor te	365
Messis adhuc in herba prouerb.	742	Modiei amici qui	169
Metaposcopi	244	Modius	113:472
Metelli Numidici de ducendis vxorib. elegas oratio	177	Modus armaturæ veterum	205
Metreta vas 116	quantum capiat	Modus vbiq. spectandus	401
Metrentib. alius soluitur	485	Molares dentes quinquam	171
Midas rex 351. 593	cuius fabula ibid.	Mola falsa	430
Miles solus viuo patre testamentum condere potest	520	Monetarii	264
Miletus insula 120	patria Thaletis ibid. ho- die Malta	Monomachia Aiæis & Hectoris 505	Dio- ib.
Milites clauati	518	modis & Enææ	ib.
Milites utebantur fago militari	516	Monopodia Asiaticus lux inuenit	257
Militiæ commoda	516	Monumenti Sardanapali regis inscriptio 324	
Mille hominum species	699	Monychus Centaurorum omnium Epithé- ton proprium 21	significatum eius ibid.
Milo Crotoniates 351	miserabilis eius in- teritus	Mons pro re maxima	645
Milvus anis 675	ex genere accipitrum	Morbi grauissimi Symptomata	653
Mima Absz minoris mons	585	Morbo occurrendum venienti	644
Mimallones Bacchi Sacerdotes 585	vnde ita nominati	Mores amantium	728
Mimicur planipedarii 317. 318	mobilissimi Romæ	Mors formidolosissima	198. 655
minimus	170	opratissimum perfugium ærumnosæ vitæ	373
Minerua ingeniorum præles	364	Mortuorum corpora olim cremata	723
Minotaurus 34	fabula eius	Mos Atheniensium benemeritis collocandi statuas 300	damnatorum statuas æfici- endi & in Gemonias trahendi
Minturæ oppidum prope mare	383	Ethnicorum ad sacra vocandi 73	ICorū in protrahendis causis & litibus taxatur
Minucius Macrinus. Brizianus Equæstris or- dinis Princeps	523	519. 520	intercedendi in theatris Rom. 92
Miscellanea cibi gladiatorum 398	curia ibid.	Mos Romanorum in exonerando stomacho	226
		Moses 475. eiusq. dogmata ex Strabone	ib.
		Mos Romanorum in horis numerandis	169

M. Tigel.

M. Tigellianus Ophonias tres patuos veneno iustulit	53	rib. perfundus	45. 497
Mucidum	478	Nardina vnguenta	131 eorum compositio
Mugil piscis 388 vetus macechiorum supplieum	ibid.	ibid.	
Mula 444. cur non pariat	ibid.	Naris emunctæ prædentes, mustosæ stulti putantur	599
Mulieres Ceretri: viri Sylvano porcum cædebant	228	Naso aduaco suspendere prouerb. 560. 593	651
Mulieres causas agere turpissimum	67. in	Naso vigilare	35
Meretæ crassiss sunt mamillis 455. Romanæ aurigas deperibant	36	Nassa	434
Mulier libidinosa & ebria mirabile monstrum	211. olcæria	Nasus sedes risus	651
Mulierum Romanæ ebrietat	211	subdolis irrisioni dicatur	560
Mulio ductor mulorum	123	Natali die veteres maxime genio indulgebant	407
Mullus nobilis piscis	127. 162	Natalis dies cuique acceptissima	421
Multas voluptates à molestiâ impulsu oriri	683	Natio græca plane mimica	99
Multi Manii Ariciæ prouerb.	749	Natura paucis contenta 150. 496 nihil aliud quam Deus 446 à vacuo abhorret	472
Multitia mollia fœminarum vestimenta 70.	418	auari exprimitur	743
Multitudo peccantium fere errori parit patrociniū	66	Naturæ cedere, quo sensu dicatur	394
Mulus ingratus prouerb.	281	Naturæ vis omnem institutionem superat	386
Munera Diis quæ gratissima 621. 622 & ludii gladiatorii in Religionis parte olim numerabantur 748 omnia expugnant	387	Naturale, vt liberi parentum mores imitentur	469
Munerarii Spectaculorū exhibitores 92 municipalis adulter pro ignobili	324	Naturalia, licet rudia, diuiniore	90
Muræna piscis 162. 163 notissimus hodie	ibid.	Naturalis homo non intelligit quæ Dei sunt	619
Muræliquinis genus	740	Naturaliter pinguescunt, qui somno & cibo vātant	699
Muræ æ genere conchyliorum	619	Naufrazi casum suum in tabula depictum stipem mendicantes circumferebant	580
Muræ corycides	533	744	
Mustacea sunt lenia cibaria.	199	Naufragium depingitur	424
Murice	593	Nauigantes quatuor digitis à morte absunt	427
Matius Scæuola 327 magnanimiss	ibid.	Naulum etiam perdere prouerb.	118. 306
dextram ambussit	ibid.	Nectar Deorum potus	539
Mycenæ ciuitas Laconiz 690 patria Agamemnonis	ibid.	Nefas caleare locum fulmine tactum	607
Mycænis, idos	434	Negotia humana auarorum.	491
Mycipsa rex Africa	162	Nemesis <i>ἡ γνηία</i>	426. 606
<i>Μυκτιν</i>	560	Nemo beatus ante obitum	383
Myro statuarius 307 bucula eius celebrata	ibid.	malus felix 126. 304 435 & dicti ratio	457
		ibid. à seipso læditur	
		Negao nobilissimus, nisi, optimus 5. 297 patitur se ab iniquiore & peiore reprehendi	63. repente turpissimus
		72	
		Neptunus amore Theophanis correptus eā in ouem commutat & stuprat	20
		Nere lanā melius Penelope & Arachne: prouerb.	67
		Nerius Romæ fenerator locuples	603
		Nero Cæs. omnes diuites spoliare iussit	352

N

N Abathza regio Arabiz	412
Nænia nutrimentum	629
Nauolus nomen impuri Drauci	329
Narcissus Claudii C. libertus summis hono-	



Tragedias in scena recitauit ib. Romam  
cur incendit ib. Christianos persecutus  
ibid. Cynædus fuit ibid.  
Nero cytharædis valde delectatus 319. 322  
nomen inter illos professus ibid.  
epulas de die media in noctes medias pro-  
trahere solitus 145 formosus 667 scripsit  
Troica 53. 594 citharam à Senatu missam  
adorauit 323 à quo beneficia didicerit 38 in  
ludis gladiatorum exhibendis magnificus  
318 sine discrimine quosuis adhibuit ib.  
Nero non fuit idoneus imperii Rom. guber-  
nator 661 per iocum pupillus vocatus 665  
per scelus Imperium adeptus ib. parthicus  
Pythagoræ solenni ritu nupsit 140 post epu-  
las doctoribus sapiētis etiā impariebatur 556  
quem vitæ suæ modulum posuerit? 671  
vnde genus suum deduxerit ibid. rectas  
cœnas ad sporulas renouauit, contra Do-  
mitianus 43  
Nero studio aurigandi tenebatur 312 Ne-  
ronis Cæs. patricidia 321 immanis in  
Christianos scruitia 53 in illos crimina-  
tio ibid. infinitæ opes 434 votum impiū  
ib. tempore multi aurigare disciebant 312  
Neruis robur corporis continetur 613  
Nestor eloquentiss. 379 patria eius ibid. lō-  
gæua vita ib.  
Niceria vestes peregrinæ 96 quomodo  
alias dictæ ibid.  
Nigra supercilia venustatem conciliant 74  
Nigrum incandidum vertere. prouerb. 91  
Nihil ex nihilo fieri Physicorum axioma 650  
Nihil fere viliori precio constat, quam libe-  
rorum institutio 284  
Nihil perpetuum 368  
Nili ostia 439. eorum numerus & nomina i-  
bid.  
Nilus Ægypti fluuius 27. repens cur dicatur  
369  
Nimio coitu sanguinem emitti 31  
Nimio studio pallorem contrahi 700  
Niobe fabula Neronis 584 Tantali filia  
195. mater 21. liberorum ibid. in sa-  
lum conuersa ibid. Superbia eius & pœna  
ibidem.  
Niphates fluuius & mons Armeniæ 224  
Nobiles olim cogente Nerone gladiatoriam  
exercebant 81 opes plerumque in res ni-  
bili profundebant 267 pueri Romæ tan-  
tum prætexa utebantur 40

Nobiliiores Romæ mulieres spadonibus au-  
pserant & cur? 25  
Nobilitas sola atq. vnica virtus 295. 296  
vera non à generis opinione & splendore:  
sed ab animo proficiscitur 293  
Nobilitatis fulcrum 303  
Nobilium pestis Domitianus 140  
Nobilium vita 139  
Noctis descriptio 153  
Nomen pater patris; quo tempore cepit  
324. Imperat. vsurpatum ibid.  
Nomina interfectorum Domitiani 147.  
Nonaria meretrix 597  
Non eadem decere omnes 99  
Non procrastinandum 702  
Nos in aliorum, alii in nostros inquirunt mo-  
res & vitam 681  
Northus Iuuenalis versus 465  
Nouæ nuptæ munus matutinium 199  
Noua fata 286  
Nouale 480  
Nouenarius numerus simplicium vltimus  
439  
Nox Achyllis Patroclum occisum lugentis  
prouerb. 120  
Nubiles deformes & vitio corporis fœdæ ad  
Idis ministeria se contulerunt 732  
Nuces relinquere prouerb. 545. eius occasio  
ibid.  
Nulla quaestio de morte hominis nimis  
longa 301  
Nullo scopo iaculari prouerb. 643  
Nullum animal præter hominem Dei noti-  
tiam habet 512  
Nullum malum esse felicem 6  
Nullum truculentius supplicium conscientia  
456  
Nullus fons perennis sine Numine credebatur  
Ethnicis 90  
Nullus locus Ethnicis sine genio 590  
Numa Pompilius 46  
Numa & Pythagoras simulacra in templis  
fieri verabant 617  
Numa Pompilius maximus Roman. Idolo-  
latra 89 astus in dementando populo  
ibid. Romanis omnis Idolomania autor  
104. quo ritu Deos colere instituerit 347  
Numella publicorum carcerum 68  
Numerus certus pro incerto 191 in dote  
lautiorum legitimus qui 391  
Numina dextra fauebant, laeva minime 350  
diuina

# I N D E X.

Diuerſa Aegyptiorum 503 & cur intro-	Officium diſcipulorum	288
ducta ibid. etia in Capitolio celebrata 422	Oho vox ſatietatis	581
Numinis tarda vindicta 448 de caliber Plu-	Oleæ flores	480
tarchi aureolus ibid.	Olerum	589
Numum quis primus ſignauerit 538	Oleum balaninum	679
Numus dolofus 538 vnde dictus ibid.	Oleum & opera perit prouerb. 557 eius	
Numus omnium rerum vicarius 265.699	occafio ibid. Venafranaum optimum	161
Nuptiæ Gaii Siliij cum Meſſalina Claudii	Africanum viliffimum	ibid.
Imp. vxore 391 per quem primo Impe-	Olyſſes quid	67.214
ratori prodire ibid. exitus earum triſtis ib.	Olitor etiam opportuna loquutus	298
maſculorum damnata Romæ in uſu erant	Olynthus Macedoniæ ciuitas 426 Philippo	
78 quo tempore prohibita fuerint 597	Macedoni prodita	ibid.
ſine ſuſpicio non ſciebant 391	Omentum membrana contegens	614
Nuptiarum die olim poſtes & ianuæ coro-	Omen rei futuræ præſagium	143
nabantur 180	Omnæ æuum Clodius, ſed non Gatones fert	
Nuptiæ flammeo velabantur 390 pupas	217	
Veneri donabant 620 & ratio ritus ibid.	Omne rarum charum	420
O	Omnes famam; pauci conſcientiâ curant 683	
O Bba 722.723	Omaes Philoſophi pæne Græci fuerunt 733	
Obbruſcere 618	Omaes ſtultos ſeruos; ſapientes omnes eſſe	
Ob. ſæpe circum ſignificat 675	liberos 685.686. &c.	
Obſcuritatem Iuuenali quæ pepererint 9	Omnia aliena ſunt, tempus ſolammodo no-	
Obſides dantur ob fidem patriæ præſtandam	ſtrum eſt 723	
84 vnde dicti ib. in ſummo honore custo-	Omnia providentia Dei gubernat	395
diti ibid.	Omnibus moriendum	84
Obſtipo verb.	Omnis ſuperſtitio Deum metu it 237.609	
Obſtipus, a, um.	Opes anima diuinitum 451 & nobilitatem, o-	
Occare 742	mnis mali cauſas eſſe 46 locus in foro	
Occipiti cæco viuere 569	Traiano, ubi aræ diuinitum erant	353
Occurrere cognatos & notos veteri inſtitu-	Opici barbari, obſcenei	112
to ſculari ſolebant 180	Opici mures vnde dicti	112
Ocreæ 206 ſecutores utebantur ibid.	Opinio Pythagoræ ridicula de μετεωρις	
Ocularia mater Seruii Tullij 420 oſten-	rum	514
tum ei factum ibid.	Opis Saturni coniuæ	441
Oſtophorus niſi in ſapinis delitiis, raro in uſu	Opizans quid	712
viris 37	Opobalfamus arbor 65.66 eius ſuccus	66
Oculi mentis indices 549	Optimus animus pulcerrimus Dei cultus 622	
Oculi poſt libidinis actum molliter natares	Oraculorum defectus cauſæ	241
291	Oraculum Pythiæ	459
Oculorum tremor vnde 74	Oratio fluens	351
Ocymum herba 673 cum comitiis feri	Orationes Demotheſis lucernam olere di-	
conſuevit ibid.	ſe 272.581	
Odii inter Ciceron. & Antonium cauſa 365	Orbis qualia ab hæredipetis miſſa munera	
Odium Iunonis in Troianos & eius cauſa	179	
441	Orbita	470
Oedypus F. Laii Thebani 257. parricidia ib.	Orca bellua marina 647 item vxæ ibid.	
Oenophorum 226.720	Orcaes Oceani Inſulæ ſeptentrionales nu-	
Oeſtrum genus muſcæ 143 vnde dictum	mero 30	84
ibid.	Orcheſtra 108.262 tabulatum alias ibid.	
Oſella ex porcina carne fiebat 413	Orcini liberti	657
Oſſa 516.687	Oreſtes & Nero parricidæ comparati	522

Gggg

Orestes F. Agamemnonis & Clytemnestrae,		Pallor eiusque causa in amantib.	31 pri-
furiosus 18.661 infania	ibid.	mum omnis morbi adiunctum	655
Ornamenta capitis sacrificandis imponi soli-		Palmata trabea, qui vss	355
ta	433	Palmetum vrbs Ægypti,	506
orationum quib. in causis adhibenda	578	Palpus	730
579.580		Paludamentum	213
Orontes Syriæ fluius	95	Palus ignominiosus	201
Orpheus poeta	20	Panis humectus candorem faciei coaciliat	
Oryx animal in Getulia capris non absumile		75.76 secundarius 159 filigineus	159
413		Pannucia Baucis	671
Ofcale vel escale	426	Panyasis insignis Poeta Diomedeam	17 lib.
Ofce opice barbare loqui	229	scripsit	34
Ofcitationis descriptio	642	Papæ interiectio admirantis	705
Os siccum validam, humidum languidam ef-		Papinianus lctus pro veritate vitam impre-	
ficit vocem	587	dit	138
Ostentum	430	Pappare quid	618
Ostia fluiorum exitus	131	Pappas potus infantium	618
Ostrea ad Venerem miris modis instigant		Papyrus frutex Ægypti 128 vsus eius	ibid.
211 vbi prouenerint copiose	145	Parasitastri Poetæ notantur	536
Oforis est Mercurius	239	Parasiti epitaphium	590
Otho Imp. mollis	75	Parasiti hominum genus pestiferum	50
Oria dant vitia	209	Parasitum, esse oportet patientem	172
Oua cancri & ostaci sub cauda gerunt	161	Paratus dicere in alium, careat vitio	472
Oua Lædæ	453	Parce Dæ fatales 91 earum nomina & of-	
Quare	616	ficia ibid. felicib. candida, infortunatis ni-	
Oues Euganeæ commendatæ	295	gra trahunt stamina	380.428
Ouidius ad Getas relegatus fuit	146	Parthasus pictor	307
Ouis vna scabiosa totum gregem inficit pro-		Pardus est horrendum animal	298.411
uerib.	7	astus in victu quærendo	ib.
Ovis rerum male gestarum author plerum-		Parem ducendam	400
que	418	Parentes liberrime suos filios castigant	472
P		plus exemplo, quam peccato nocent	466
Paccius	431	Parentib. plerisque liberis ex se natis nihil vi-	
Pacis Romæ templum	46	lius	472
Pactolus Lydiæ fluius, aureas arenas ve-		Parentum iura	341
bens.	494	Paris histrio & Pantomimus Domitiano cha-	
Pactum quid sit	177	rus.	2.3.185.269
Paccus Poeta Tragicus Brundisinus	575	Parnassus mons Phocidos 41.532 Musis sa-	
Pædicari	67	cer ibid. biceps dictus	ibid.
Pædico	ibid.	Paropsis & Parapsis vas escarium	104
Pægoia machina	143	Paricidii poena apud Romanos	321.454
Pagani	518	Parthi ferocissimi Orientis populi 687 ab	
Pagina 691 à pagendo	ibid.	Augusto superati	ibid.
Palæmon arrogatissimus Grammaticus	289	Passer avis salax	337
Palæa Dea	573	Passum genus liquoris 491 proprie quid ib.	
Pali exercitum	204	Parella quale vas	632
Palilia festa 573 parilia quoque dicta	ibid.	Pathicus	67
Pallas 394.422 eius scutum	ibid.	Pathici Draucos suos in balneis eligeant	
Pallas Claudii libertus	45	334 definiti	60
Pallere actiue possum	596	Patina à patendo 135 diminut. parella vel	
Palliatæ sunt Comædiæ Græcæ	17	patula	ibi.
		Patrare	

# I N D E X.

Patrare proprie quid	349	Penula, laccerna & abolla idem significant	28.160
Patres filiorum natorum apud Ærarium deferendi mos	341	author quisprimus ib.	
Patres unde dicti	349	Per ea numina quisque iurabat, quæ maximi faciebat	313
Patria cedere, & patriæ cedere differunt	912	Perfricare frontem	710
Patroni Rom. clientes suos sordidissime tractabant	153	Pergamena	627
Patrum esse proverb.	345	Pergula qualis locus	413
Paucis bonis recte olim nunc magnis opibus misere vivitur	351	Peribomius Archigallus Cineædus publicus	62
Paupimenta diuitum Roman.	416	Pericles orator dux Atheniensium	665
Paulo lunoni sacer	134.259.260	Quam laudabile	106
Romæ cibus delictuosus	50	Pericula nauigantium	424
Pauperes cur saniores	513	Perillus ænici tauri autor	304
non facile emergunt	106	dignam recipit mercedem	ibid.
Romæ noctu candelis uterentur	120	Periphrasis excellentis Poetæ	258
Pauper pauperi non inuidet	354	Philosophorum	649.745
Paupertas ambitiosa	218	Periuriorum causæ	445.446. &c.
continentiæ mater & Virtutum magistra	209.353	Periurorum impietas	444.445
excitat artes	97	Pero	483.710
Pauperi Romæ misera cōditio	103.104.105	Perfæ diuites	113
P. Corneli. Ruffinus bis Consul	347	qualem nasum probant	561
Peccantium pœna maxima est peccasse	458	Persecutio diuitum & potentum sub Nerone	352
Peccen ex buxo	485	Perfii scopus in scribendis Satyris	525.529
ex pilis cuiâ fiebat	221	Perfius de industria obscurus	522
Peccen instrumentum testorum	333	Perfius diuissimi orbi nomen	113
Peculium	109	Perficus eques Rom. diuissimus fuit	536
Castrense	520	Persona	99.323
Pecuniam in numero Deorum repositam fuisse testis Arnobius	416	Pertusâ dolia	676
tanquam malam multi abiecerunt	437	Pessimi sunt tuissimi	39
Pedio & Martho Causidici Rom.	276	Petafus	275
Pedius blasphemus tempore Neronis	578	dimin. petasunculus	ibid.
Pegaseum melos,	539	Petauristæ	491
Pegasus cuius Albanus & Ictus	236	Petosyris Ægyptius insignis Astrologus	243
equus alatus	532	Petronius Aristocrates Magnes	523
P. Egnatius Stoicus	101	Phazaces populi Corcyræ	501
Pelamides pisces falsi	275	Phazacium calceamentum rusticum	113
Peleus Æaci filius	380	pater Achyllis	ibid.
Pella Macedoniæ ciuitas	371	Phædra Thefei vxor	389
Alexandri M. patria	ibid.	priuigni amore illicito flagrauit	ib.
Pellucere	71	Phædria Minoidis Cretensium regis filia	389
Pelopea filia incesta	270	Phalzæ	244
à patre compressa	ibid.	Phalanx	66
Penelope telam retexere proverb.	67	Phalaris post Thefea Tyrannorum primus	304
Penelope vxor Vlyssis	ibid.	ingeniosissimus	ibid.
Pentetro quasi penitus intro	164	Phaleræ ornamenta equorum	520
Pensu habere proverb.	483	Pharos Hostiensis	429
Pentametris hominum ærumnæ & amores describebantur	17	quid Ægyptiis	429
Pentheus à Baccho in vitulum transformatus	585	insula Ægypti	184.445
Pena	647	Phasma fabula Catulli	317.449
		Phidias ebore cælando clarus	307
		Phidon primus signauit numum	538
		Philippus Macedo pœculo aureo semper indormiit	426
		Olynthum proditiōe cœpit	ibid.

Philippus rudis medicus:	451	Placenta	404	
Philipygista	339	Plantaria	679	
Philoctetus hares sagittarum Hercules	445	Plasma potio liquida.	543	
Philomela soror Procnæ. 259 à marito sororis compressa	ibid.	Plastræ	347.696	
Philosophiz commendatio	457	Platanus.	21	
Philosophiz inferuias oportet, vt tibi contin- gat vera libertas	704	Plato finem hominis quem pemat	645 po- nitur eam in tribus rebus	493
Philosophiz nil magis refragatur, quam vi- ta militaris	648	Plauti querela de hominum perfidia	492	
Philosophia non accipit, sed facit nobiles	293	Plebeium	690	
Philosophi barbam alebant 597. crepidis vñ	596	Plestrum 222. vnde	ibid.	
Philosophorū qualis persona esse debeat	641	Pleuritis	462	
Phileon quid	247	Plinii opinio de fortuna 395. de Splee	546	
Phocas; vitulus marinus.	115	Plus aloes quam mellis habet prouerb.	105	
Phenicopterus auis peregrina	413	Plato Deus inferorum 191.363 gener Ca- retis.	ibid.	
Phoenix auis in Ægypto. 522. 562 vnica in mundo	ibid.	Plutus diuitiarum Deus 303. 569 carce- cus fingatur	ibid.	
Pholi Centauri histona.	426	Pluteum cadere	60.587.640	
Phrenitis	479	Pocula è succino antiquis familiaria	337	
Phrontisterium	280	mirrhina	193	
Phryxi & Hellenes fabula.	20	Podagra locuples.	447.700	
Phrisis	447	Podium	81	
Phyllis regis Thraciz Lycurgi filia.	557	Poemata ante Profanicam orationem conditi	736.	
eius fabula & amores	ibid.	Poesis non est de panelucrando.	276	
Physici vacuum esse negant	541	Poesis naturā valent 40 quib. coronari soli- ti 259. 535. Saturi tantum bona scribunt	264.	
Physiognomicus de Socratis habitu	664	carminaa.	264.	
Pica loquax 537 eius fabula	ibid.	Poetartum importunitas 88 magnus pro- uentus 24 misera conditio 160	nomina honorifica. 535. vota 686	
Picena	193	Poetastri	12	
Pietas fundamentum virtutum	395	Poetria 539. quæ & Poetis	ibid.	
laudatur, sed non colitur.	39	Pollen	660	
Pigmæi Indiz accolæ.	235	Pollux versus tollebat pressus conciliabat fa- uorem deuictis gladiatoribus.	92	
statura & etymon	ibid.	Pollio Grepereius	330	
Pilades & Orestes par amicorum fidelium	548	Pollux manes quib. reb. purgarentur	83	
Pileus libertatis indicium	657.705	Polycletus statuarius	113	
in Templo Peroniz suspensus.	ibid.	Polyrates Sami Tyrannus	278	
Pilum 362 eo qui vñ.	ibid.	Polydamas filius Antenoræ.	543	
Pinna	198	Polymestor Thraciz rex.	382	
Pinere est auium 568 ab antiquo verbo Pindo.	ibid.	Polyphemus Cyclops.	468	
Pipere delicatiores cibos condiebant	745	monoculus 339 ab Vlysse excæcatus ib.		
Piper rugosum	699	Polyxena virgo pulcherrima 381 ad tumulū Achyllismactata ibid. pudicitiz exem- plum	ibid.	
Pirene Nympha 534. eius fabula	ibid.	Poma Picena 405. sicca morbos non gene- rant.	ibid.	
Pisa erat in Elide	447	Pomocria loca intra muros	331	
Piscibus vnde maculæ.	164	Pompeii ex ambitione bella mouerunt sibi extitit		
Pistor, pistillum	568			
Pitracus sapiens primus armaturam retiarum inuexit	319			
Pitracus se magistratu abdicauit	59			
Pituita omnium morborum origo	617			

eritiosa	363	Perſi fabula	524
Pompeius Flaccus delator tempore Domitiani Cæſ. inſignis	29	Prætextæ yſus uſque ad xv. annum Romæ fuit	40
Pompeius Magnus. 384 eius fortuna ibid.		Prætor centumviralibus præſidet	436
Pompeius Rufus apud Domitianum delator crudeliſſimus	141	Prætores ludos edebant.	223
Pondus inutile terræ	630	Prætoris vox late patebat	355
Ponere capillos 627 crebro pro facere apud Græcos 572 pro apponere	565	Prætorum & Senatorum Romæ auctoritas maxima	47
Pons Æmylius 178 eius auctor ibid.	250	Prægepidum cor.	616
Pontia P. Petronii filia	610	Pragmatici Pediano qui	275
Pontifices unde dicti	749	Prata Quinctia	573
Pontus mare Scythiæ	423. 753	Praua ingenia audacia	552
Popa miſter viſtimarius	233	Precationes Echaicorum pro mortuis inſtituta	558
Popani, placenta eſt	669	Premere pollicem prouerb.	92
Popellus	230	Priamus rex Troiæ	381
Poppæa Neronis vxor 230 formæ nimium dedita poliendæ	ibid.	Priapus hortorum & vitis cuſtos	220
Popina locus luxuriæ	324. 406	Prima inſtitutio maximum habet momentum	473
Poppyſima	244	Primipilum ducere	362
Popularis cibus	659 660	Primi qui erant ex ſalutantium turba magiſtri intimi	153
Portio capitis morbus	71	Princeps Reipub. caput & colligatio	248
Portum in pauperi menſa apponebatur	516	Principia iuris	645
Portæ caſtroſum dux erant	140	Principiis obſtandum	644
Portentum regi Rom. Tarquinio Superbo oblatum	284	Principum vitia conſpectiora	310. 312
Porticus via ſtrata ſub tectis	80. 710	Prisci in ſacrificiis candida veſte uſu 611 quib. vocib. ab L. incipiantib. St. præponebant	277 Romani commendati 70 eorum
Quirini	709	ſtudia quæ fuerint	71
Portumnus Deus marianus	91	Prifcorum in literas munificentia	270
Portus	374	Priuato Elephanta immolare legibus interdictum erat	432
Poſſidendi relatio de ſimili	435	Proanus aui pater eſt	123
Poſt factum poenitet actum	359	Procerem ſingulariter dixit Iuuenal.	565
Potentia res fluxa	566	Proceres	565
Pote pro poteſt	158	Prochyta inſula in littore Campano Baiis vicina 88. unde dicta	ibid.
Potus calidos non eſſe naturales	288	Proditores Olynthi	426
Præceptores priſci ſeculis in quo honore habiti ſunt	291	Procnæ marito viſcera proprii filii coſta in cibum appoſuit 251 fabula	688
Præceptor tria præcipue ſpectanda in puerorum inſtitutione	614	Proconſules in via Appia iurare ſolebant	88
Præcidanea porca	666	Procul hinc formula ſolemnis	470
Præcocia ingenia raro vitalia	256	Proculcius famoſus adulter 31 Eques Rom.	ibid.
Præco Romæ in extremo contemptu fuit	472	270 liberalis	203
Præfecti, annona 285 virgam teſebant	72	Producere	572
Præfixæ in ſacris mulierum munus	324	Progymnaſmata Poetica.	529. 530
Prælia Auguſti	110. 475	Prologi Perſiani gennia uſenſus	531
Præneſte oppidum Thufciæ	104	Proludium	534
Præpoſtera in teſtib. examinandis hominum ratio	430	Proſæ	530
Prætoriorum malorum memoria gratiſſima	ibid.		
Prætexta 354. 694 purpurea			

# I N D E X.

Prometheus Iapeti & Climenes filius	311	28	
470. 506 vir sapientiss. ibid. ignem & cœ-		Purpura Tyria omnia optima	21
lo surripuit ibid. primus hominem ex		Pusio	159. 178
argilla finxisse creditur	144	Pulus puer & pusia puera antike dicebantur	
Pronunciationis affectata & lasciuientis vi-			178
tuperatio	558	Puteal 683 putei umbella	ibid.
Prosa, vorfa	547	Pygargus	413
Prosa quoque certis sit pedibus	547	Pygiaca pugna	344
Prosaica orationis primus Auctor	736	Pygmaei populi	455.
Proseucha 121 Iudæorum sana hoc nomi-		Pyra Signina in Italia commendata 405 Ta-	
ne appellata	121. 150	rentina ibid. Syria laudat Plin. & Mart.	
Prosopographia Socratis	664	405	
Provincia quid 305 in septem conuentus		Pyrausta insectum	630
diuiditur	310	Pyrenæi montes	369. 334
Provinciæ Neroni rebelles infestæque	315	Pyrene filia Bebricis ab Hercule compressa	
Prudentia longo vsu comparatur	665. 666	534 ab ea montes Pyrenæi	ibid.
Prudentiam esse petendam à Deo	393	Pyrrha Epimethei filia	41
Psilothrum	61. 679. 680	Pyrrhus Epirotarum Rex 432. 481. bella ad-	
Pstiracus avis Indiz	536.	uersus Romanos	ib.
Ptolemæus Pyrrhi filius	351	Pythagoræ, amicus, dimidium animi 691. i-	
Prysis exulceratio pulmonum	447	Pythagoræi carnib. abstinebant	114
Pub. & Cn. Scipiones fulmina belli	32. 83	Pythagoras Magus 371. 641. Alexandro M.	
Pudentes erubescunt	403	prædicat interitum ibid. cims studia	641
Pudicitia in pauperum casu habitat	386	peregrinationes	ib.
cuius ara Romæ	212		
Pudor virtutis color, ex mente Diogenis	403		
Pueri nobilium cirros alebant	554. quam-		
diu sub disciplina Præceptoris fuerint 694			
qui non comburi soliti	511 virilem togâ		
assumruri Larib. bullam suspendebat	620		
Puer tabulæ cæcæ similis	631		
Pugillares citrei 565 membranei prisce ad			
scribendum in vsu	18		
Pugillus superbiz, causa fere omnium bello-			
rum)	367		
Pugnare pro aris & focis	82		
Pulcri periculosa custodia	386. 387		
Pulcrum, digitis prætereuntium monstrari			
553			
Pulli hirundinis auide cibum captant	377		
Pulmentarium & pulmentum 285. 656 cibi			
genus	ibid.		
Pulmo spirandi officina	547		
Palpa	619		
Puls 404. 410 Latini eo ante panis vsu vi-			
ctitarunt	ib.		
Pumex Catinensis	295		
Pumilio	678		
Pupa	620		
Pupillus	249		
Purpurarum piscatus apud Tyrum maximus			

Q	Attilius Cincinatus Serranus 573 exa-	
gro ad Dictaturam vocatus	ibid.	
Q. Lucatius Catalus primum bellum Pani-		
cum finiuit	81	
Q. Metellus in quo felix fuerit	381	
Quadrantal	655	
Quadrantem viri loturi soluebant	228	
Quadrinium	37	
Quæstionum augacium & subtilium exem-		
pla	291	
Quæstus delatorum Domitiani tempore v-		
berrimos	27	
Quandoque pro quando vel quandocumq;		
72		
Quanta sit vis lasciuorum carminum	549	
Quantum milui volant prouerb.	675	
Quartana febris autumnæ vel annua vel le-		
thalis	132. 332	
Quemq; suæ Virtutis & doctrinæ conscien-		
tia contentum esse decet	553	
Quib. homo contentus viuere debeat	646	
Quicquid calcat, rosa fiat prouerb.	610	
Quicquid egeris tum parebit cum animæ		
agis	463	
Quid à Deo petendum	613. 646. 392	
Qu		

# I N D E X.

Qui inter salutatantum turbam primi erant, magis intimi habiti	103	Remmius Palæmon grammaticus excellens	229
Quincunx	723	reorum amici & consanguinei quando iniu- dicia adducerentur	279
Quinquaginta festa in honorem Mineræ ce- lebrata	364 à Domitiano institutz ibid.	reponere	15.732
Quinque tabernæ in foro Romano	45	res gestæ cuiusque in clypeo olim pictæ	694
Quintilianus de præpostera liberorum edu- catione	466 fuit locuples 285 xx. annos professus Rhetoricæ	sculpcri incidi solitæ	368
Quinta hora in negotiis homines maxime exercebantur	624	res pro opibus	613
Quin vox increpantis dativo iungitur	669	Respubl. consistit præmio & poena	668
Quiris ciuis Roman. singular. raro in usu	299	resignare	692
Quisque suæ fortunæ faber	394 sui iudex esse debet	resinam arborum oleo dissolui	309
Quisquis animo castus, obscænis non lædi- tur	335	Rethorica Theodori Gadarzi	284
Qui viri currucæ & nimis boni	418	Restarius 105 pinnirapus	ibid. 106
Quocunque in triuio prouerb.	224	reticulum	427
Quo quis uanior eo uocalior	552	Rhadamantus iudex inferorum	459
Quo se fortuna, eo quoque fauor hominum inclinat	358	rheda vox Gallica	88
<b>R</b>		rheuma maris	131
Abulæ Stentorei	272	Rhodii luxuriosi	309
Ramale	700	Rhodope meretrix & conserua Æsopi	330
Rameæ genus morbi, alias hernia	374	Rhodus insula	210 Homeri patria
Ranceo uerbum	557		ibid.
Ranæ ruberæ medicamina ex Plinio	93	Rhombus piscis in Adriatico mari	130 741
Rara auis in tectis prouerb.	194. 562	Romæ olim in delitiis	ibid.
Rari boni	297. 438	Rictus canum est	382
Rarum amicitiæ exemplum in Pilade	518	rideatur indocti Philosophi & inflati	59
Ratiocinium	232	ridicula & obscæna credebantur fastidii ar- cere	609 pro amuletis suspensa
Ratio scribendi apud ueteres	627		ibid.
Rauola cunnilingus	330	ritus condendi funus	108. 656
Recens rumor	224	& ceremoniæ in maumissione & libera- tione seruorum adhibita	704 sacrorum
Recessus	621	pro explorandis periculis	732 uernularum
Recito frequentat. à recio	16	superstitiosi in lustrandis infantibus	609
Recte agere tantū uno modo possumus, male infinitis	464. 563	Rixa	120
Recula diminut. à re	192	<i>personæ diuæ,</i>	427
Recurita Sabbata	731. 732	R, litera canina	588
Redigere ad extremas incitas	32	Robur corporis multis exitiosum	351 ho- minum nostra ætate
Redimiculum ornamentum muliebri est	72	Rogus	378
Refrigeratio vocem raucam facit	286	Roma caput Italiæ	369
regulam incuruare quâ libet prouerb.	566.	Romæ bonis uiris non est locus & cur	87
668		multi decliues colles	313. omnia scelere acquiri
regulus omnium bipedum nequissimus	37	Roma in VII. collib. posita	346
religio à religando	503 eius vis in concili- andis animis	Romæ xxxv. trib. erant, ex quibus urbs con- stabat	591
relinquuntur uasa	676. & ueterum consue- tudo	Romani à rusticis oriundi	573 generis ori- ginem à Troianis nobilissimis deduce- bant
	ibid.		43
	ibid.	Romani Imperii sub regib. fines	327. pul- trecentis annis uictitarunt
		dicti	675 Romulidæ; ut Athenienses Codridæ, vocari gaudebant
			16 sunt to-



# I N D E X.

gati 17 vnice delectari ludis & hiftio- nica 185. 360. 403 balneis etiam 420. vr- be migrabant, quando 88. & caufa ibid.	Saizæ & Thebani colebant eam 499
Romanorum clades ad Cannas 83. 730	Salamina infula regionis Atticæ 372
votum summum 419. 420	Salarium Prætorū Romæ maximū fuit 103
Romulus & Remus Romæ conditores 409	Saleius Bassus Epicus 735
Ronchos ducere 36	Salictum 405
Ronchos nati 35	Salii sacerdotes ab Numa instituti 79
Roteæ figuræ inuentor 144	Salinum 632
Rubellius Plantus 299.	Salinæ humanæ vis 609
Rubellus, a. um. 723	Salina in summo desiderio fluere solet 334
Rubeta 38	Saluū Martis esse, summa habita dignitas 146
Rubetæ ranæ. ἀμφίβιον 38. nobis virides ra- næ ibid.	Salutib. pantomimis testē percutiebantur 16
Rubigo 443	Sambuca 708 nobis harpa ibid.
Rubor faciei pudoris signum 55 causaci- us ibid.	Samos, tres insulæ hoc nomine 96. 104
Rubrenus Lappa Poeta Tragicus 267	Sana paupertas 265
Rubrica 570. 571	Sandapila feretrum popolare 316
Rubrius Gallus 140	Sanguis pro pudore 403 & ratio ibid.
Ructare inciuile 100 et si sanum ibid.	Sanna 212. 569
Ructo & ructor dicimus 100	Sannarum genera tria 568
Rude donari 187	Santones Galliarū populi 312
Ruffus superbus Rhetor 228.   Ciceromastix ibid.	Saperda piscis Pontici genus 719 optimus vbi ibid.
Rugæ vnde 191	Sapere patrum 545
Rumor susister 717	Sapientes qui 438 duo eorum genera ibid.
Runcare 678	septem tantum 438 eorumque vitæ & dicta ibid. 439
Rus 573. eiusq; adiuncta ibid.	Sapientiarū scopus 457 commendatio & ef- fecta ibid. studium, à teneris inchoandū 644. 701
Rutilius Gallicus 454	Sapientia vera animi libertas 714
Rutulorum sedes 432	Sarcinas colligere 75
Rutupinus Britanniarū ciuitas. & promon- torium 145	Sarcophagus, locus 371
S	Sarcolum 122. 514. à sartiendo ibid.
Sabelli à Samnitib. populis Italici sunt 107.	Sardanapalus vltimus rex Syriæ 394 mulie- re corruptior ibid.
Sabini populi 735	Sardonyche gemma 278. 548
Saburra vicus Romæ in antiqua vrbe 694	Sarmentus nobilis scurra tempore Augusti 149
Sacculus Fortunati 219	Sarracum vehiculi genus fortissimum 117
Sacerdos præhibebat vinum 601	Sartago 576
Sacerdotes Cereris Eleusiniæ 722. Deæ Cy- beles, sese castrabant 236 Dodonæ sub figis oracula reddebant 240 Isidis lineis vtebantur vestibus 238 Isidis sacra cele- braturi capillum deradebant 238	Saturnalia mense Decembri celebrata 271
Sacerdotum Ægyptiorum cibus qualis 500	Saturni sidus maleficum & infortunatum. 243 tres filii fuere 442 eorum nomina & sortes ibid.
Sacra Bonæ Deæ 213. 215	Saturnus Cæli & Vestæ F. 174 liberos deno- rare, cur pingatur? 440
Sacrificantes cur velati 222	Satyra materia 571
Sagittæ Herculis 445	Satyra Persi in quanto fuerint precio 524
Sagunthina lagena 154	Satyra popolare scriptum 571
Sagunthus à Metello obfessa 508	Satyrici fere ab abrupto exordiantur 15
Hispaniarū oppidum 354	quando Musas inuocant 129
	virtutum magistrī 1
	Sati

Saul inter Prophetas prouerb.	535	Sequē esse habitandum & uiuendum	684
Sauromatæ, Sarmatæ & Scythæ sunt	58. 510	Secundo lidere	516
sedes eorum & recentia nomina	ibidem	Sedes affectuum	546. 562. 719 libidinis
Saxa cruentare nefas erat	519	549. 550	
Scacchus	412	Seditio	63
Scaliger à Iuvenale abstinentum censet, &		Se extra sequere	544
cur 335 Virgilium Homero præfert	418	Segmenta aurea mulierū ornamenta	78. 185
Scaligeri de Persio iudicium	512	Seiani condemnati amicorum periculosa cō-	
de Poetica libri nūquam satis laudati	227	ditio	360. 361
error 220 patris de Iuvenale iudicium		Seleucus optimus sui temporis tibicen	375
7.8 vera explicatio loci sat. 11 vers. 175		Sella ad sedendum, lectica ad cubandum a-	
Scapha dicenda est Scapha prouerb.	10	pta 218 dignior lectica 47 in usu esse	
Scaphæ testaceæ & fictiles	510	quando cœperit	ibid.
Scaphium pro matella	206	Semiramis regina Babylonis 76 femina	
Scaurus	712	impudicissima ibid. formosissima ibid. quo	
Scelerati nunquam sunt animo quieto	95	astu regnum adierit	ibid.
Sceleratis iucundissimum alienam rem per		Senatores Pedarii 546 Romæ initio quot	
fraudem occupare	440	286	
Sceleris semper in scelere supplicium	435	Seneca præceptor Neronis 352 diuitiæ ib.	
Scholæ Cheironomorum	413	à Nerone occisus ibi. & causa mortis ibi.	
Schola quasi minimè 202	280	Senecæ consilium pro diuite	479. 480
Scilicet, ironiam denotat	548	Sententia de votis perniciosi	385
Scioli curiosi	229	Senectæ cernina	490
Scipio maior Africanus 194. 295. eius vi-		Senectus incipit anno LXIV 91 morbis	
toris in Africa ibid. Nafica 104 sum-		grauis 378 olim honorata	443
ma eius probitas ibid. Corculum dictus		Senectutis incommoda	373. 374. &c.
ibid. Tib. Gracchum agrar. ferentem op-		Senescentes nigriores reddi	373. 374
pressit	ib.	Senes naturaliter morosi	545
Scipionum vnus Carthaginem tributariam		natura facundiores 260 perturbationib.	
fecit, alter totam deleuit	195	& insomniis vexantur 650 plerunque	
Scirpo planius prouerb.	522	lippi 576 queruli 700 quo minus viz	
Scloppus	689	restat, eo plus viatici congerunt 476 si nō	
Scobs	472	surdi, surdastri tamen plerique	375
Scombrus pisciculus 561 ex quo laudatissi-		Senex bulla dignus prouerb.	440
mum garum	ibid.	Sepia piscis 627 eius sanguis pro atramen	
Scomma Luciani in indoctum	60	to vti ibid. Versutia in decipiendis piscato-	
Scopus vitæ certus sequendus	643	rib.	ibid.
Scribentes in tergo membranæ olim lo-		Septentrio mundi clima frigidissima	153
quaces habebantur	18	Sera in fundo parsimonia	614. 615
Scribere Satyras in viuos olim interdictū	55	Seres populi Asiæ	224
Scrobs fossula	482	Sergius Galba 241. 284 eius genus ibid. 9	
Scurra purpureus	129	Seria, & seriola	676
Scutica	719	Sermo animi character 630 rotatus 229	
Scyphi à Mentore calati 307 valor eorum		eius appellationes diuersæ	ibid.
ibid.		Scorpentes vini auidissimi 226 multi in Afri-	
Scythia regio frigidissima & Septentrionalis		ca	162
157		Servi in ciuitate caput non habebant	657
Seculi nostri prodigatissimi vna causa sceleris		liberati tria consuebantur nomina 704	
licentia	1	omnes mali 345 Romam nudis pedibus	
Seculorum comparatio	440	vel gypsis venum exponebantur	257
Seculum argenteum 176 eo pudicitia ter-		Seruius Tullus primus integram aprum in	
ras deseruit ibid. ferreum	177	conuiu. o. apposit	50

H h h h

## I N D E X.

tima verba ibid.	primus auctor doctrinae	
moralis	664.695	terrestre quoddam bu-
manae sapientiae oraculum	392	Socratis
inuenta meditatio	649	accusatio & mors
664	religio	475
630	volens	630
646		
Socrus filias contra maritos	plerumque	10-
stigrant		202
Sodes vox blandientis		613
Solaeifonus		229
Solatum miseris socium mali habere		436
Solemne quod Aegyptii in sacris Ildis excla-		
marunt		297
Solemnis formulae apud Barnab. Brisson.		677
Solemnis defunctis bene precandi formula		
288	sacrificiorum formula	430
Solon Atheniensis vnus e septem sapientib.		ibid.
649	quando floruit	
Solonis de felicitate vera sententia		477
Solo odore rei pasci prouerb.		169
170	Sol orientalis salubrior	285
Solum vertere		402
Solus homo homini lupus		513.514
Somnia vera quae, & in quib.		617
Somniaferi modi		629
Sontes albis absoluti; nigris condemnati		599
Sora vrbs non procul Arpino		114
Sordes diuitum Roma. in petendis sportulis		
46 47		
fordida luxuria		50
fortes erant oracula	41	in vrbem coniec- tae
in reos educebantur		436
Sortilegi	244	ritus quo in fortiendo vsi ib.
Sorytes syllogismus captiosus		754
Softratus Poeta, expeditione Xerxis in Gra-		
ciam scripsit		373
Spado Posides Capitolium extruxit		475
libertus Claudii fuit		ibid.
Spado varie accipitur		26
Spadones maximi mulierum amatores		ib.
Spadonis etymologia		ibid.
Spartam, quam nactus, orna prouerb.		646
Spectaculis interesse moribus bonis damno-		
sum		517
Spectare ad podium		81
Spermatis generatio		31
Spes macra		610
Spira		320
Splendida miseria		107
Sponsi mariti nuces spargebant		620
Sportula quae dicta	43.96	res vilissima 46
ybi accipi solita	588	pro pauperib. con-
		struitur

statura	44	Structor	413
Sportulæ valor	47	Strumosi frequentes in Alpibus	455
Sporus Neronis	679	Strymon fluvius Thraciæ 455 plurimæ iuxta cum græcis	ibid.
Squilla piscis delicatus	161	Studium propagandæ sobolis salutare Reipub. 473 Romanorum in spectandis ludis culpatum	347
Stadiodromus	752	Stulta hominum vota	349.350.351
Stamen vnde fiat	67	Stultitia maior nulla est pœna	393
Stata Scenicorum merces	292	Stulti quid petant nesciunt	610
Stationes municipiorum an in foro Romano fuerint	397	Stuppa	719
Statilia Messalina	227	Styanax Hectoris F.	108
Statini castrorum carceres	242	Styli vsus quando	627
Stattius Poeta opt. 268 eius Thebais quæ Romanis accepta valde Paridi charus	ibid. & 269	Suber arbor glandifera 584 corticis reductionem habet	584
Struz, filiorum regis Egypti quibus primo erectæ & positæ	534	Subiectum moralis Philosophiæ	645
Staius Albii Oppianicus 605 beneficiis fratrem & vxorem grauidam sustulit	ibid.	Subire	657
Status controuersiarum	281	Subita ex homine homini perniciēs	513
stellæ quo remotiores à Polo, eo celerius mouentur	153	Subsellia ubi causæ audiuntur 516 eorum ordo in theatris Rom.	82
Stemma 293 translatio eius ad gradus cognitionum	ibid.	Subura nobilissimus vicus	88.369
Stentor 449 vox eius	ibid.	Succino	630
sterilitatis causæ obiter	334	Sudaria picta thermarum	315
olim tollendæ modus vanus	80	Sudoris in balneis eliciendi mos veterū	225
stertere	624	Sudum	623
sternunt graui somno sepulci	35	Suffilamen vinculum ferreum	313.520
Sthenobæa Præti regis vxor 389 Bellerophonis concubitam expetiit	ibid. repulsa sibi attulit violentas manus	Sufflare	671
Stigma	372	Sulca	573
Sulbonis vox sapiens	350	Sullæ genus, mores scelerati, & crudelitas	23
stipulæ generis communis	282	foedus vitæ exitus	ibid.
stataria purpura 277 & priscorum hic mos	ibid.	Sulmo vrbs Italiæ 197 patria Ouidii	ibid.
Stoa porticus 641 in qua Chrysis & Zenon docebant 641 picturæ in ea	ibid.	Sumen 413.565 Romæ in delictis	ibid.
Stoici 69.394 peccata æqualia esse putabant	69	Summa, æ	670
stoicidæ trepidi	69	Summam hominis bonum	670
stoici detonsi 74. 641 eorum placita ac amictus 450 Genium & lunonem cunctis dederunt per quos iurare liceret 74 partim virile putabant alere comam	62	Supina hominum inferni pœnas non meruentium, securitas	82
stoicorum dicendi genus 706 victus	641	Supinus pro superbo	596
Strophæ vox Germanica vnde strictum pro exerto	223	Supparastari	589
Stricturæ	620	Supplantare	558
Strigil 118.718 nimio eius vsu Octavius cunctum læsus	ibid.	Supplicantium qui Deo accepti	607.608
Struma 388 græcis χυσις	ibid.	Surda vota	743
		Surdum spirare	745
		Surrentina vina 653 à veteribus probata	ibid.
		Sustinendum & abstinendum	394
		Sus prægnans Bonæ Deæ cur mactata	72
		Sybaris oppidum ab Achiuis conditum	210
		Sybilla Cumæa	310
		Sybillæ	87
		Sycione Insula in mari Egeo	96
		Syllanus senator Rom.	40
		Syllanus Deus aruorum	228

Syræ meretrices mitris capita redimiebāt 96  
 Syrenes 348 earum mythologia ibid.  
 Syri nobiles Musici fuere 95  
 Syrix vade deriuatum 95  
 Syrius 624  
 Syrma vestis Tragica 323

T

**T**abellæ instrumentata contractum 312  
 Taberna 122  
 Tabula naufragiorum 494 Diis suspende-  
 batur 580 vsus eius in stipendio ib.  
 patronatus 357  
 Tabulis dotalib. & matrimonialib. raptus ma-  
 trimonia soluebantur 340  
 Tabraca regio Lybiæ 374 simiis referta ib.  
 Tæda arbor resinata 83  
 Tagus aurifer 95. 494  
 Talus rectus quorum 712  
 Tanaquil pro superstitiosa 242  
 Tangere verbi apud antiquos significatio 74  
 Tanquam vngues prouerb. 291  
 Tantalus prouerb. 478  
 Tanti vulgo es quantum habes 104  
 Tarentam ciuitas Apuliæ 210 Tarentini in-  
 ter potandum coronis ornabantur ibid.  
 Tarquinii Prisci vxor Mathematicæ studio-  
 sissima 242  
 Tarsus vrbs Cichliæ 101  
 Tartarus quid 700  
 Tara pater puerorum 628  
 Taurea flagelli genus 234  
 Tauroninum opidum Siciliæ 162  
 Tecloria 231. 692  
 Teges ex qua materia 150  
 Teiresias 205. 464 eius fabula ibid.  
 Tela seditiosorum 505  
 Tela texebatur in aggere Tarquinii à plebe-  
 is 299  
 Telephus f. Herculis ex Auge 17  
 Telum 504 vnde deriuatum ibid.  
 Temo 143. 317. 702  
 Temperantia commoestas 497  
 Tempestates in Ponto Euxino sauiiores 424  
 Tempa 89  
 Temporum profanatio 332  
 Templum Apollinis Palatini 48 lãdis 238  
 pudoris, frons 710  
 Tempora labi dicuntur 599  
 Tempus vite celeriter elabi 714  
 Terentii Varronis temeritate Romani ad Can-  
 nas ad internecionem cæsi 281  
 Tereus vxoris sororem compressit 257 pro-

prium filium comedit ibi.  
 Termini fabula 519 ænigma ibid.  
 Terminum violare sceleratissimum habitum  
 519  
 Ternarius numerus perfectus 604  
 Terræ filius prouerb. 749. 750  
 Terræ motus famosus tempore Traiani Cæf-  
 224  
 Tertii qui 438  
 Tertius Cato. prouerb. 65  
 Tessera frumentariæ 283 eorumque ratio  
 ibid.  
 Tessera omniū sectarum 228 Philoso-  
 phorum 670  
 Tessera frumentaria 704  
 Testamenta quib. in materiis fiant 37  
 Testamentum Persii 524  
 Testudo Concha marina 408  
 Tetricus mons Sabinorum 736  
 Thales difficilime irascebatur 457  
 Thule nunc Gronlandia 84  
 Theatri gradus quatuordecim 497  
 Theatra etiam in municipiis erant 92  
 Thebæ dux 439  
 Thebarum periphrasis 499  
 Thebe vrbs antiquissima 499 conditores  
 ibid.  
 Themata exercitiorum Scholasticis quæ pro-  
 posita 279. 281  
 Themis ante Apollinem responsa dedit 493  
 Themison nobilis Medicus 376 infelix in  
 curando ibid.  
 Themistocles in elocanda filia sapiens con-  
 silium ibid.  
 Theseus monstrum hominis 328. 400 ab  
 Achille ad Troiam colapho percussus ib.  
 Theseuri olim in templis reconditi 491  
 Theseus Herculeæ Virtutis imitator 16  
 Thessalia beneficiis abundabat 247 Thessa-  
 la Philtra prouerb. ibid.  
 Thetis mater Achillis 288  
 Thorus à tortis herbis 775  
 Thraces Europæ populi 224. 356  
 Thraeces Pætus affinis Persii 155. 523 à  
 Nerone occisus i bid. morituri constantia  
 ibid.  
 Thrasyllus nobilis Mathematicus Tiberii  
 tempore 243  
 Thrasylas primus docuit Bursidem hospites  
 immolare 509  
 Thracis arma 319 pugnaturi gestus ibid.  
 Thule iam Norvvegia dicitur 508  
 Thur-

# I N D E X.

Thurarius	361	Tribunal 354 à subscelliis differt	ibid.
Thascia fictilib. nobilis fuit	617	Tribuni post 16 annos exactorum regum	
Thyrus hasta pampinis inuoluta	183	Roman. creati	123
Tiaras galea sacerdotis	237	eorum munus	291
Tiberii Cæs. cognomina	362	Tribus Romæ xxxvi. erant	274.704
Tiberini pisces, viles erant	164	Triens tertia pars assis 118 cur mortuis in	
Tiberius Imp. Caprearū secessu delectabatur		os immisissus	ibid.
362. seruis potestatem accusandi dominos		Tricent	655
tribuit	361	Trifolius ager in Campania	337
Tibicines	110	Tripodes mensæ	257
Tibris flumen	604	Triscuria antiquum vocabulum	317
Tiburis ciuitas in Sabinis 475 conditores		Tris particula pro superlatiuo Græcis & La-	
ibid.		tinis vsurpata	317
Tigris tremendæ velocitatis animal	207	Tristes capillos demittebant	511
Timor pilos erigit 41.661 eius rei ratio ib.		Tritones	493
albus cur dicatur	ib.	Triuale quod est vulgare	263.264
Titanes	311	Triumphales statuz in rostris ponebantur	
Titus prænomē nobilium Romanorum	549	48 Domitiani Cæuo etiam seruis dicatæ	
Titii pœna apud inferos	444	ibid.	
Togaræ sunt Comœdiæ latine	12	Triumphalia ornamenta quæ	355
Toga vestis viliorum	107.689	Triumphans summo Deo æquabatur	367
Togis induti erant negotiosi	420	Triumphatores Ioui Capitolino candidum	
Tomaculum	393	imolabant bouem	358
Tonitrus & tonitrua	165	Troiugenæ dicti Romani	44
Tonfores ex Sicilia primo Romam adsciri		Trophæa victoriæ signa	566
140		Trossulus	577
Tormenta malæ conscientiz	460.461	Trutinare	650
Torquis	520	Trutina 544 pro censura	ibid.
Torus	651	Trypherus diribitorum Romæ magister	166
Tota hominis vita calamitas	383	Tympana in sacris Cybeles adhibita	236
Trabes vestes regales	354	Tympana	95
Tractant fabrilis fabri	710	Tyranniaro morte inuicta moritur	363
Tragici scriptores	687	Tyrrhenum mare	186
Tragœdiæ stylus	ibid.	Tyrus olim Serra 355 Phœniciz vrbs	28
Tragœdia de Philomela 270 de Thelepho 17		Tuba in funerib. adhibita	656
Pelopea	270	Tuber rapum terræ 165 tempus ibid. 212	
Tragœdia actores	687	ibid. ubi laudatissimum proueniat	ibid.
Tragœdiarum materia tragici Tyrannorum		Tucceta genus farciminis	613
plerunquæ exitus	363	Tullianus carcer Romæ	122
Traiani in Parthos expeditio	224	Tullus Hostilius 3. rex Roman. 158 Albæ	
Tralles oppidum Asiæ celebre	96	subegit	ibid.
Trama	753	Tamulus, Diogenis Cynici	559
Transstra	725	Tunica molesta	324
Thrasymachus Platonis & Socratis discipu-		Turcarum mos in euirandis mulierum sua-	
lus 287 Rhetor	ibid.	rum custodibus	26
Tremor imminentis mortis index	655	Turdus prima inter aues gloria datur	741
Trepidare, festinare significat	36.102	Turma	432
Tressis	705	Turnebi error 398 548.718 iudicium	
Triarii	505	deiteratione syllabarum in versibus	365
Tria Kappa pessima	167	Turnebus	117
Tribades & fellatrices	67.211.212	Turpis mos inter pocula de sanctissimis Dei	
		mysteriis inquirere & iudicare	555

H h h h h 3

# I N D E X.

Turturillos Seneca quos vocet	394	Venter non est molestus creditor	179
Turtur nobilis avis & piscis	179	obelus non parit subtilem sensum	566
Tutor cui detur?	654	Venti cur alati fingantur?	316
V		Ventidius Galilææ præfes	399 cum
VAcuum caput	501	Felice Samariam & vicinas spoliavit pro-	ibid.
Vz particula quam habeat vim Murme-		uicias	ibid.
lii opinione: item aliorum	584	Ventus 547 pro spirita	ibid.
Vadimonium	112	Vera Bona quæ sicut	350.646
Vagellius Mutinensis homo temerarius	517	Vera libertas in qu. b. consistat	730
Valerius Corvinus tribunus militum	294	Verba pauca sapientiæ indicium	61
Valerius Flaccus poeta	10	Verba Togæ	689
Vallæ historia de pare coniugum memora-		Verbum insolens tanquam scopulum esse fu-	
bilis	102	gendum	575
Valuæ	133	Verecundia & reuerentia debetur pueris	470
Vanitas Græcorum notata 371 Romanorū		Veredarii cur auium pennas in capite gesta-	
obiectum Satyrarum Persii	541	riant	146
Vanum est vulgi iudicium	569	Veretrum membrum virile	220
Vappa	153.154.705	Veris principium	337
Vappescere	677	Ver madidum	ibid.
Vari	668	Verna 27.672 à Vere dictus ibid. maledi-	
Varices	223	ctum olim execrabile	ibid.
Varicosus, a, um,	733	Verpus	476
Varillus notissimæ infamiæ homo tempore		Verris fur nobilissimus	63
Iuuenalis 63 pro vulgari accipitur ibid.		Siciliæ præfectus 307 à Cicerone accusatus	
Varro animam mundi putat esse Deum 475		ibid.	
Latinorum doctissimus 289 porcus li-		Verruca 575 porrus vulgo ibid. remedium	
teratus à Palæmone Grammatico appel-		ex Plinio	ibid.
latus	ibid.	Verfices	533
Varus	223	Verfuram facere	401
Vascones Hispaniæ citerioris populi	507	Verfuria Sacerdotum Cybeles	
u, pronunciant vt b. 426 eorū acclamatio-			237
nis formula	ibi.	Vertigo 211.704 causæ	ibid.
Vatinius sutor Beneuentanus 156 meribi-		Veruccinam caput inter munera olim mis-	
bis & nascitur	ibi.	sum in apophoretis	121
Vatis officium	410	Veruex mas inter oues	356
Vbi sapientia, ibi exultat fortuna	438	Verus diuitiarum visus	646
Vcalegon pro quodis ciue	111	Vespasianus vrinæ Vectigal commentus 485	
Vectidius Sabinus diues agrorum, sed aua-		Vesta Dea in monte Albano sacris culta	133
rus	675	Vestialium viriatarum pæna	126
Veii oppidum Hetruriz	722	Vestes peregrinæ	484
Velaria per æra expansa	143	Vestini	483
Velorum nauticorum appellationes	428	Vetera vilescunt	759
Vellere barbam	607	Veteres aduerbia in 4 sæpe corripuerunt	112
Velle suum cuique	699	Veteres auiz	350
Vena	620	Veteres bona albo: mala nigro notabant 91	
Venabuli inuentor Piso quidam	27	cur capram in poculis suis figurarint 39	
Vendere animam	754	curribus conflare soliti 367 discum-	
Veneficæ	245	bentes manducabant 152 in arborem	
Veneficus	454	corbicib. scribebant 626 in conmissis co-	
Veneo extincta corpora liuorem contra-		ronis ornabantur, & vnebantur 345	
hant	38	ponderib. & lance omnia æstimabant 554	
Venetus color	107	quicquid charum habebant, secum spe-	

# I N D E X .

ticurabant	603	se in infinitum	631	nostra nihil nisi mi-	
Veterum frugalitas & parsimonia	406	nima vitiorum particula	467	optimum	
Vetularum pauperularum quæstus	672	in vita viaticum		701	
Vetulus contemptum sapit	443	Virtus quam alteire possit	458	satyricorum	
Vetus sepeliendi ratio	744	præcipua	376	summa in Oratore quæ	
Vexor teste Agellio præcipuam vim habet	16	666 vitæ humanæ anima & vita	304	v-	
Via Flaminia	55	nica ad beatam vitam semita		394	
Vibex	683	Virtutis ædes	46	documentū nunquam mol-	
Victimarum ducendarum ritus	422	le	695	obiecta	394
sacrificandarum ornatus	443	Virum per Deam iurare turpissimū erat		313	
Victores coronis quercinis coronabatur	222	Viscus & um dicitur		331	
Victoriæ templum in Palatio fuit	46	Vis nunquam tristis esse, recte viue		462	
Victus hominum sub aureo seculo	175.443	Vis veritatis immensa		343	
Vicius bonus magnū commodum	480	Vitz longæ incommoda		378	
Vicus Bebriacus 75.76 ad quem Otho duab.		Vita municipalis dulcissima	108	non omni	
cladib. superatus	ibi.	precio emenda	508	nostra similis stadi-	
Viliores Romæ pueri toga utebantur	40	odromis	645.752	prisci seculi	512
Vivaria proprie quid	122	rannorum misera & turbulenta		23	
Vina vetustas commendat	461	Vitellii patina memoranda		144	
Vindicius servus	327	Vitia cogunt homines pallefcere	689	Ora-	
Vindicta diuina lenta; sed gravis	606	tionis quæ vitanda	574	quæ cælent? 682	
Vindicta 327.706 ritus eius & ceremoniæ		quædam Virtutib. finitima	668	vbique	
ibid.		sequuntur		726	
Vini cicutæ Venenum 665 commendat vetu-		Vitis aurea Priami regis Troiani		212	
stas 155 Creticum seu Maluaticum	492	Vitis insigne Centurionum		325	
Falernum calidiss.	145	Vitreæ fracta ramentis sulphuratis permutari			
Genio tantum li-		solita		157	
batum 600 Pictatium primam obtinet		Vivæ mors		304	
laudem 624 Falernum secundam ibid.		Vivæ congratulantis vox		299	
recondendi veterum consuetudo 154 se-		Vivere militare est	723	recto talo	712
tinum 354 Veientanum	722	secundum Philosophiam		497	
Viola flos	430	Vivitur melius in caula quam aula		135	
plurimum colorum	430	Vlmea vel lignea cœna qualis		413	
Viperæ ebriz capiuntur	226	Vlmorum acheruus		232.625	
Viperarum crudelitas	250	Vlmus arbor viti amica		625	
Virbii cliuus	749	Vltimum ad Augustum Cæs. oraculum		241	
Vir bonus non solum crimine, sed etiam su-		Vltra miser		627.702	
spicione criminis alienus esse studet	344	vltra vires nil suscipiendum		401	
Virga signum officii	472	Vlysses filius Laertis	380	errores eius decen-	
Virgilius grande Epos sonuit	417	nales ibid. & 501 quo actu Syreæum Sco-		pulos & cantus effugerit	348
Princeps	227	Vmbella quale tegmen Martiali	337	Italis	
Virginia L. Virginii filia formosissima	385	hodie in vfu		ibid.	
ab Appio Claudio in servitutem condemnata		vmbro scuti quasi vmbilicus		66	
ibid. à patre adserta & interfecta ibid. &		Vmbri antiquissimi Italiæ populi		647	
386		origo nominis		ibid.	
Viri citi; mulieres nunquam voluptate eoi-		Vmbritius aruspex sui seculi peritissimus	87-		
rus fatiantur 205 quos Domitianus per		90			
tyrannidem interemit, præclari	147	vna actio non facit habitum		726	
per Geniū; mulieres per lunonē iurabāt	600	vincta vivere patella prouerb.		670	
Vir quantius pretii	445	vinctum		738	
sapiens fortunam contemnit. & à nullo De-		vnda pro populo		116	
orum destituitur	496				
Virtus ardens: crimen frigans cur?	55				
aulicorum præcipua	137. 138	extendit			



# I N D E X.

vnda flamas, ignis aquas dabit prouerb.	179	Vrnc vasa in quib. cineres mortuorum condi-	
vguentia ex casa & oleo	619	ti	378
Phoenicia Romam missa	314	vrca sydera caelestia	153
preciosissima	503	vitica olus pauperum	753
vgues abrodere	727	vitica acres pro prurigne & stimulis libidi-	
vnus venter quot homines exercet!	163	num	416 libidinem excitant
vocalis sportula	439	vstrina vbi cadauera cremabantur	91
voces ad alantium & adulantium	563	vtere velis	52
voeis proprium vt audiatur	15	vt, quandoque admirantis particula	674
Volsinienfium Dea peculiaris	360	vua liuida quando alias inficiat	71
Volscorum oppida	325	Vulcanus Deorum faber, filius Iunonis, & Ve-	
voluntas habetur pro facto	460	neris maritus	259. 441
voluptas mulierum in Venerea re maior lon-		vulgus opes caelum & beatitudinem esse cen-	
ge quam virorum	205	ter	30
vomer à vomendo	573	Vulpenius nomen militis	733
vomica	447	vultur 473 eius sagacitas ibid. in altissimis	
vota honesta quarum rerum	601	rupibus nidificat	474
vota morari	490	vulua	406. 678
voris quando locus	421	<b>X</b> Erampelinus color	237
vorina tabella	433	<b>X</b> Xcxis turpissima fuga	372 stulticia ib.
vero non viuunt vno	699	<b>Z</b>	
vorum quid	41	<b>Z</b> Alates obfes	84
vox anima pronunciationis	418	<b>Z</b> Zembla noua à quibus inuenta	56
vox fracta quæ 77 puellis adfectata	ibid.	Zenonis dictum	460
vbici qui	183	Zeno optimus Philosophus. 508 satius mori	
Vibius Crispinus Placentinus	136	putabat, quâ naturæ leges in se violare ib.	

# F I N I S.

## Errata.

Fol. 3. lin. 1. lege <i>pantomimis</i>	88	43 <i>frugalitatem</i>	343	36 <i>casti</i>
4 16 <i>abitronu</i>	95	41 <i>adulatricem</i>	379	14 <i>experiri</i>
17 26 <i>ebere</i>	111	36 <i>forulos</i>	397	30 <i>meditatur</i>
20 48 <i>ornos</i>	118	39 <i>fata</i>	413	45 <i>porcina</i>
23 2 <i>patriia</i>	123	9 <i>lumenta</i>	445	11 <i>legend. male agere</i>
24 30 <i>illi</i>	170	22 <i>tegitur</i>		<i>non fallit, &amp;c.</i>
25 27 <i>attenti</i>	193	26 <i>forte gestauerint le-</i>	476	1 <i>id</i>
40 39 <i>est</i>		<i>gend.</i>	478	46 <i>obferas am</i>
41 44 <i>anue</i>	196	20 <i>septenis</i>	ibid.	47 <i>immisus</i>
54 15 <i>mortuos</i>	227	29 <i>et</i>	185	35 <i>Echo</i>
67 21 <i>maritorum</i>	238	44 <i>fori lineas legend.</i>	600	27 <i>opima</i>
69 21 <i>perores</i>	248	25 <i>nutu</i>	668	28 <i>ampliationis</i>
70 16 <i>perores</i>	266	<i>cinnama</i>	726	44 <i>mondum</i>
76 25 <i>Altiaca</i>	299	45 <i>obscuras</i>	617	12 <i>minus</i>
76 45 <i>nullum</i>	340	<i>scilicet</i>	620	13 <i>stritura, &amp;c.</i>













